



LIBRARY  
OF THE  
OPERA  
OMNIA  
T. J. J.

4 -  
51-834

7  
5-71





7  
Soy del Sr. D. Fr. Andrés Ortiz, Igual, Presbitero, Notario de el  
Santo Oficio de la Inquisición de Córdoba, Examinador Synodal  
de la Vicaría General de Estepa, de ~~1770~~

Hoy del Colegio Real de S. Omer a la Fea Granada

100-1-11

4

7-824



N.



*Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.*



*Vertical text on the right edge, likely bleed-through from the reverse side of the page.*

Q 11149

(1)

FRATRIS  
**HECTORIS**  
 PINTI LVSITANI,  
 HIERONYMIANI,  
 SACRÆ THEOLOGIÆ

Doctōris, & in Academia Conimbricensi  
 sanctæ Scripturæ professoris,

OPERVM OMNIVM, QUAE AD HUNC  
 usque diem in lucem peruenerunt,

TOMI TERTII, PARS SECUNDA,

In qua (forma quæ in superioribus duobus Tomis obseruata) Commentaria in DANIELEM, & NAHVM  
 continentur. Ad hæc, **IMAGINES VITÆ CHRISTIANÆ DIALOGI**  
**MORALES**, recens, quæ fieri potuit fidelitate, in Latinum translati.

Accesserunt **INDICES** multò quàm antea, cum vtiliores, tum copiosiores,  
 ad refellendas hæreticorum errores.

*del Colegio de S.º Tur a Granada*



DE LA LIBRERIA  
 DEL REAL COLEGIO MAYOR  
 Reunido de Santa Cruz, y  
 Santa Catalina.  
 E. C. N.

*Vertical handwritten text on the left margin, possibly a library or collection identifier.*

*Don Augustin*

*Manuel de S.º*

LUGDVNI,  
 APVD IOANNEM VEYRATVM  
 AD INSIGNE VASIS AVREL.

CID. MD. XC.



211148

i 18867236

THE OTORIS  
PINTI LYSTIANI  
HIERONYMI  
SATA

*Handwritten signature*

*Large handwritten scribble*

*Vertical handwritten text on the right edge*



ILLVSTRISSIMO VIRO  
AC DOMINO GEORGIO  
SYLVIO, ERVDITIONIS ORNA-


mentis exulto, omni nobilitate & virtute longè  
præstantissimo, Frater Hector Pintus  
Doct̃or Theologus salutem  
& æternam felicitatem.



**V**IRUS excellenti ingenio præditos Scipionem & Catonem dicere solitos legimus, nobilissime vir, nunquam se minus otiosos esse, quàm cum otiosi, nec minus solos, quàm cum soli essent. Duæ res, quæ desidia & inertia solent animos inficere, illos ad præclara facta, & ad statuenda posteris illustria monumenta excitabant, otium, & solitudo. Quicquid poterant habere temporis, & relictis omnibus publicis & priuatis actionibus, in studio veritatis inquirendæ consumebant. Sed inter omnes illi eminent, qui virtutum præsidio muniti in diuinarum literarum studium incubuerunt, quò possent excelsa Dei mysteria sole ipso splendidiora mentis oculis intueri. Est enim scientia sacra scriptura celestis illa Philosophia, qua animi recreantur, & ad æternitatem aluntur. Hac est virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum, quæ medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, impijs cupiditatibus liberat, vite tranquillitatem largitur. Quare vite cursus bene & ex præceptis eius confectus, est vniuersæ mundi prosperitati anteponendus. Id animo perspiciens diuinus ac regius vates, eum beatum ait, qui in lege Domini meditatur die atque nocte. Nam ut idem alio loco testatur: Psal. 1.  
Isai. 18. Lex Domini est immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Ea est enim diuina legis præstantia, ut animos à praua consuetudine ad honestam viuendi rationem conuertat: & errantibus ac vagis hominibus viam ostendat ad gloriam immortalem consequendam. Hac ratione quondam ductus, etsi videbam ingenij mei tarditatem, decreui tamen omnem meam curam & operam in diuinas literas conferre: & sperabam, non esse intermittendam studiorum meorum continuationem & perpetuitatem. Sed spem hanc mearum cogitationum varijs casus fefellerunt. Nam qui locus quietis & securitatis plenissimus fore videbatur, in eo permulta cura & molestia extiterunt, quæ me ab instituto meo retardarunt. Sed diuina ope effectum est, ut me ad pristina ac dulcia studia referrem. Illis deditus explanavi Daniele diuinum vatem, qui multis in locis prædixit fore, ut filius Dei ex cali fastigio descendens humanam assumeret naturam, essetque verus Deus, & verus homo: sed Deus absconditus propter assumptam humanitatem. Id intuens Esaias Esai. 45.  
Esai. 9. mentis oculis diuino lumine illustratis, has ad illum voces emisit: Verè tu es Deus absconditus. Et alibi de illo loquens: Vocabitur, inquit, nomen eius: admirabilis, consiliarius, Deus,



fortis. Vbi pro admirabili est in Hebraeo  $\text{סוד}$ , quod nomen utrumque significat & abscondi-  
 tum, & admirabile. Quam ob causam graues authores aiunt, posse etiam verti locum illum:  
 Febr. 3. Vocabitur nomen eius, absconditus, & c. Ac Habacuc significans nomine fortitudinis diuini-  
 Es. 9. tatem: ibi, inquit, abscondita est fortitudo eius. Et Dauid in Psalm. 9 inscriptione. Pro occul-  
 1. Cor. 2. tis filij. Hoc est, profilio Dei abscondito. Id voluit D. Paulus in epistola priore ad Corinthios  
 significare, cum dixit: Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est. Hac Dei sa-  
 pientia abscondita in mysterio est Dei filius, Christus Iesus, verus Deus, absconditus in huma-  
 nitate. De illo idem Apostolus interpretatus est verba illa: Ignoto Deo, quae inuenit Athenis  
 Act. 17. in ara quadam, ut proditum est memorie à diuo Luca in Actis apostolorum. Deus ille est dul-  
 Apoc. 2. cissimus Iesus, de quo ait pater caelestis apud diuum Ioannem in Apocal. Vincti dabo man-  
 na absconditum. Eam ob causam ipse Christus Dominus apud Mattheum cum thesauro ab-  
 Mat. 13. scognito se comparauit, cum dixit: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito. Vbi iux-  
 Hieron. ta diui Hieronymi sententiam per regnum caelorum Christus absconditus in carne significatur.  
 Hoc eius mysterium, illiusque tempus & hebdomadas praedixit Daniel: sed verbis excelsis &  
 difficilibus: ad quorum intelligentiam magna cura opus est. At iuxta Solonis apophthegmata  
 Solon. à Platone in Cratylo, & in lib. 4. de rep. usurpatum  $\text{δυσκολὰ τὰ καλὰ}$ : Hoc est, difficilia quae  
 Plato. pulchra. Multa tamen aperte dicit aduersus hereticos, & Iudeos à fide alienatos, quae illi no-  
 lunt intelligere: nam simul atque editi in lucem & suscepti sunt, ita variis imbuuntur errori-  
 bus & corruptelis, ut opinionum peruersitatem & impia flagitia penè cum lacte nutricis suxis-  
 se videantur. Horum perfidiam in his Commentarijs perspicue ted arguo, & conuincio. Cum  
 autem quererem, cui eos dedicarem, tu statim vnus occurristi vir clarissime, qui veram sa-  
 pientiam, eximiãque virtutem cum generis nobilitate coniungis. Qui elemosynis, benigni-  
 tate, magnificentia, & ceterarum virtutum ornamentis consecutus es, tamen ad id haud-  
 quaquam respexeris, summam nominis celebritatem & amplitudinem. Qui ad sedes aeternas  
 mentium beatarum, ad illam caelestem gloriam aspiras, vbi beati admirabilibus gaudijs af-  
 fecti, bonorum omnium copia cumulantur, & Deo euo sempiterno fruuntur. Quare tibi de-  
 bentur haec scripta mea: praesertim cum ea ediderim in hoc tuo insigni ordinis nostri monasterio  
 D. Marci, à maioribus tuis illustrissimis constructo, & possessionibus vectigalibusque ampli-  
 ficato: vbi sunt eorum sepulchra & elogia. In eo apparent passim nobilissima & antiquissi-  
 ma Syluorum insignia & stemmata, qui ab antiquo Syluio rege Latij inuictissimo, princi-  
 Hieron. pio nobilitatis tuae originem ducunt. Fateor verum decus consistere in recte factis: nam ut di-  
 Similitu- uis ait Hieronymus, nobilitas hominis apud Deum est clarum esse virtutibus: quem admo-  
 do. dum enim sol erigit vapores terrestres, eosque extollit ad caelum: sic eximia vita integritas ho-  
 mines humili atque obscuro loco natos effert in sublime, euocans è tenebris in lucem ignobilem  
 familiam. At generis nobilitas magnum secum affert splendorem: & non parum conducit ad  
 animos ad res clarissimas & pulcherrimas excitandos. Et quoniam illa quanto est illustrior  
 & praestantior, tanto est humanior & benignior, spero fore, ut hoc nostrum exiguum munus,  
 quod in tuo nomine apparet, hilari animo suscipias. Vale.



# P R O O E M I V M

## A D L E C T O R E M.



VM ordinis nostri muneribus, in quibus ego meas curas & cogitationes figebam atque locabam, essem aliquando liberatus, retuli me, candide Lector, ad diuinæ philosophiæ studium, quod retentum animo, aliquantulum remissum, interuallo quodam intermissum reuocaui. At cum Esaiam & Ezechielem explanauissem, dedi operam, vt Commentarios in Daniele literis mandarem, & in lucem proferrem, tibi que eius vitam & propositum, meumque in eo explanando institutum aperirem. Diuinus hic vates Daniel fuit ex tribu Iuda, nobilissima familia natus, spiritu vaticinationis, & nominis amplitudine illustris, omnibusque sapientiæ & virtutum ornamentis excultus. Fuit ineunte ætate à Iudæa Babylonem abductus, vbi obses, vocatus nomine mutato Baltassar epulas delicatas & exquisitas sibi oblatas respuit: abstinentiam coluit, & legem Dei sui mirabiliter seruauit. Non in rebus humanis spem posuit rerum suarum: sed dedit operam, vt vera virtus ipsum traheret ad amplissimum decus, ne animum, in quo est veræ nobilitatis sedes aliquibus flagitiis deformaret. Eas opes quæsiuit, quas nec casus posset eripere, nec inuidia labefactare, nec vetustas vlla consumi: eas autem contempsit, quæ solent esse quietis expultrices, quæ nec certæ sunt, nec perennes, nec in rebus expetendis habendæ: ad quas plerique mortales auiditate inflammati rapiuntur. At etsi eas fugiebat, illæ tamen instar vmbre eum fugientem sequebatur. Fuit enim ad excelsos dignitatum gradus euectus, & à regibus Babyloniorum & Persarum diuitiarum affluentia, & eximiis honoribus affectus, illustribusque laudibus celebratus. Dedit ei Deus sapientiam, vt intelligeret somnia, & futura mentis oculis diuino lumine illustratis inspiceret. Vaticinatus est de euerfione Babylonis, de reditu Hebræorum ex Babylonica seruitute, de quatuor imperijs, Babylónico, Persico, Græco, Romano: & de bellis exitiosis inter Assyrios & Ægyptios. Sed præcipuum eius institutum est prædicere redemptionis humanæ mysteria per Christum Deum nostrum. Vaticinatur de aduentu eius in mundum, de eius sacerdotio & regno sempiterno, & morte acerbissima: de veteris legis abrogatione, & euangelio per vniuersas terrarum oras longè latèque propagando: de Iudæorum obstinatione & perfidia, de Antichristo, de mortuorum reditu ad vitam, & de vltimo atque supremo iudicio. Et quia in Hebræorum codicibus non reperitur hymnus trium puerorum, nec historia Susannæ, nec Belis & draconis, existimarunt nonnulli, non esse hæc tria inter sacras & canonicas scripturas numeranda. At longè opinione falluntur. Theodotio enim hæc tria transtulit ex Hebræo aut Chaldæo, vt credibile est, quemadmodum alia. Et quamuis in libris Hebraicis qui modò extant, hæc tria non inueniantur, satis tamen est inueniri Græcè in translatione Theodotionis, & Latine

in nostra vulgata editione, illisque semper usam esse ecclesiam catholicam, fuisseque perpetuo à patribus recepta, & à viris illis comprobata, & literis illustrata, qui fidei, cæterarumque virtutum præstantia nomen suum immortalitati commendarunt, & fontes vtriusque philosophiæ aperuerunt. Diuus Athanasius in Synopsi docet omnia hæc tria ab ipso Daniele scripta esse, & inter canonicas scripturas recepta. Origenes tractatione 31. in Matthæum testatur esse hæc in ecclesia à principio summa cum veneratione retenta. In eadem sententia est diuus Hieronymus in quadam aduersus Rufinum apologia. Diuus Augustinus historiam Susannæ exponit tractatione 36. in euangelium Ioannis: & sermone 242. tom. decimi. Diuus Ioannes Chrysostomus duabus homiliis trium puerorum hymnum mirabiliter explanat. Diuus Ignatius martyr, qui fuit tempore Apostolorum, in epistola ad Magnæsanos, & diuus Cyrillus Alexandrinus laudant & tuentur historiã Susannæ: & Rufinus Aquileiensis libro secundo in Stridonensem, ait hymnum trium puerorum ab exordio nascentis ecclesiæ semper fuisse in conuentibus fidelium decantatum. Eum approbat & recipit quartum concilium Toletanum, quem ait à tota catholica ecclesia celebrari. Et modò sanctum concilium Tridentinum Danielem integrum cum omnibus suis partibus, vt in ecclesia catholica legi solet, & in vetere vulgata Latina editione habetur, pro sacro & canonico suscepit, & approbavit. Aduersus hunc Danielis librum scripsit impius Porphyrius: sed eius calumnijs Apollinaris, Eusebius Cæsariensis, & Methodius grauitè & sapienter responderunt. Itaque Dominus noster vates Daniel, quæ eum Spiritus sanctus docuit, perpetuis monumentis consignauit. Ac qui in maxima celebritate, in oculis, omnium quondam vixerat, fuit bis opera sceleratorum, quibus omnia redundabant, in foueam leonum crudeliter coniectus. Sed tam admirabili religione, & eximia sanctitate cursum vitæ conficiebat, vt crudeles illæ bestiæ eum tangere non auderent: sed illis liberatus incolumis euasit. Volens Deus tres summos viros in exemplum proponere, quorum vita quasi lumen quoddam splendidissimum eluxisset, apud Ezechielem ca. 14. Danielem nominauit, & Noë & Iob. Et Christus Deus noster eiuſdem Danielis vaticinationem de ambitione desolationis in Euangelio citauit. Aspicias huius diuini vatis præstantiam diuinissimis testimonijs, clarissimisque monumentis testatam. Quare nemo debet velle eius dignitatē labefactare, quin potius veritati obedire. Quemadmodum enim necesse est lancē in libra pondere imposito deprimi: sic animū perspicuæ atque præponderanti cedere veritati. Excessit è vita Daniel in Babylonica regione, vbi honorificè sepultus est, cuius diu extitit monumentum omnibus notissimū. Omnia hæc sunt deprompta ex eiuſdem libro, & ex Epiphanio in eius vita: ac præter loca supra citata ex Hieronymo & Theodoro in commentarijs in eundem prophetã, ex Origene in caput trigessimum primum Numerorū, ex Augustino libro secundo de mirabilibus sacræ scripturæ, ex Gregorio libro primo Moralium, ex Chrysostomo homilia tertiã de incomprehensibili Dei natura, ex Iosepho libro decimo Antiquitatum. Sed de diuini vatis vita, & interitu, & scriptis hæcenus. Meum verò institutū in eo explicando est, sensum in primis historicum & literalem exponere, & apertum orationis argumentum elucidare, vt possit lector veram sententiam, & prophetæ mentem intelligere, atque in purissimo fonte imaginem veritatis intueri. Sed aliquando dogmata ecclesiæ contra hæreticos ex eadem litera, aliisque diuinarum literarum locis deprompta ostendo: & conceptus, quos ipse sensus literalis parit, dilato, & diuinis humanisque scriptis amplifico, ad multa loca explicatu difficilia enarranda, & ad animos à vitijs abducendos, atque ad verum

Athanas.

Origen.

Hieron.  
August.

Chrysost.

Ignatius.  
Cyril.  
Rufinus.

Porphy.  
Apollin.  
Euseb.  
Method.  
Dan. 6.  
Dan. 14.

Ezec. 14.  
Mat. 24.  
Mar. 13.  
Luc. 21.

Simili-  
tudo.

Epipha.  
Hieron.  
Theod.  
Origen.  
Gregor.  
Chrysost.  
Iosephus.

verum decus excitandos. Sequor versionem communem ab ecclesia catholica approbatam, quæ nitore veritatis, grauitate, authoritate & magnificentia est omnibus aliis illustrior & præstantior, quamquam verborum elegantiam haudquam affectet. Vt enim in nummo non spectatur pulchritudo imaginis, sed pondus ac materia: sic ad veritatem intelligendam non magni refert, quàm elegans sit oratio, sed quàm grauis & utilis. Quemadmodum draconites admirabilis gemma, nec perpolitur, nec artem admittit, alioquin pulchra ac perlucida: sic diuina scriptura nec puerili verborum elegantia ornatur, nec humanæ rhetoricæ artificium admittit: alioquin sua maiestate, & proprio nitore concinna & præclara. Ad finem vniuscuiusque capituli adijcio ex Hebræo, Chaldæo, & Græco nonnullas obseruationes, quibus multi nodi difficiles expediuntur, & Hebraismi atque schemata sanctæ scripturæ explanantur. Quo in negotio opus mihi fuit multos ac varios scriptores non solum Latinos, sed Græcos & Hebræos diligenter euoluere, eandem incudem die noctuque tundere, atque in locutionibus diuinarum literarum inuestigandis & perpendendis vehementer laborare. Habes, pie Lector, explicatam rationem meorum laborum, quos velim pro humanitate tua benignè suscipias.

Vale,

*Similitudo.*

*Alterasimilitudo.*

† †



venit deus excitandos. Sed non veritatem communem ab ecclesia...  
appropinquat, quia minor veritas, unitate, auctoritate & mansuetudine...  
nibus illis illustrat & praestantior, quantum verborum eloquentiam...  
quam antea. Verum in numero non profertur polychroma in se, sed...  
deus ac materialis ad veritatem intelligendam non tangit, sed...  
oratio, quae gratia & veritas. Quod modum discretes adhibent...  
ma, ne perperam, nec artem adhibent, aliquid polychromae periticia; sed...  
scriptura nec periticia verborum elegantia ornatur, nec humanae...  
cum adhibent, quia in se mixtae, & proprie more concinna &...  
fieri videtur, quae capis adhibet, ex Hebraeo, Graeco, &...  
observatione, quibus multa nobis diffinita, &...  
inter, ante scripturae explanatione. Quo in sermo opus...  
hoc scripturae non solum in anno, sed Graeco & Hebraeo...  
non solum in se, sed in se, & per se, & per se...  
magis laborare. Hic scripturae, & per se...  
rationem, rationem, rationem, rationem...  
in pro humanitate...  
Vale



AUTHORES IN HIS COMMENTARIIS CITATI.

A

Augustinus,  
Ambrosius,  
Athanasius Alexandrinus,  
Anacletus,  
Arnobius,  
Anselmus Cantuariensis,  
Anselmus Laudunensis,  
Antonius,  
Anastasius Nicenus,  
Alexander Papa,  
Apollinarius,  
Albertus Magnus,  
Alanus,  
Alanus Anglus,  
Antoninus Sabellicus,  
Alfonfus Abulensis,  
Aretas,  
Antonius Marinarius,  
Augustinus Eugubinus,  
Aquila,  
Addo historicus,  
Aristeas,  
Albinus,  
antoninus Zantanus,  
aben Vaasia,  
aurelius Victor,  
angelomus Monachus,  
apuleius,  
atheneus,  
aristobolus,  
aristoteles,  
aulus Gellius,  
Ælianus,  
auicebron,  
antonius Panormitanus,  
agesilaus,  
acusilaus,  
antigenes,  
amphilochius,  
antonius Flaminius,

antonius in Melissa,  
alexander ab alexandro,  
apollonius,  
appianus alexandrinus,  
aufonius,  
Æmilius Platonicus,  
alcuinus,  
ammonius,  
ammianus,  
Æschilus,  
alfagranus,  
agapetus,  
anacharsis,  
aristides Christianus,  
aristoxenus,  
Æneas Syluius,  
Æneas Vicus,  
alexander aphrodiseus,  
aratus,  
anaxarcus,  
Ælius Spartianus,  
albricus auicenna,  
algazeles,  
albumasar,  
alcinous Platonicus,  
architas Tarentinus,  
accatius,  
andreas Cæsariensis,  
alphonsus à Castro,  
aristophanes.

B

Basilus Magnus,  
Beda,  
Bernardus,  
Baptista Mantuanus,  
Berosus Chaldaeus,  
Baptista Fulgosus,  
Blondus Flavius,  
Budæus,  
Bartholomæus Amantius,  
Bion Boristenites,  
Bartholomæus Camerarius,

Brufonius Contursinus,  
Benedictus.ij.papa,  
Bruno Amerbachius,  
Boëtius.

C

Cyrellus Alexandrinus,  
Clemens papa  
Cyprianus,  
Claudianus,  
Cicco Asculanus,  
Cælius Augustinus,  
Cælus Rodiginus,  
Chrysippus,  
Catina Syrus,  
Chares,  
Clitarchus,  
chrysofotomus Dion,  
casiodorus aurelius,  
casiodorus historicus,  
cornelius Ianfenius,  
columella,  
capella,  
chalcidius,  
cæsarius Arelatensis,  
critias,  
cuspianus,  
chilo Lacedæmonius,  
claudius Guliaudus,  
cheremon Stoicus,  
callimachus,  
concilia multa,  
contradus abbas.

D

Dionysius Arcopagita,  
Dionysius Carthusianus,  
Dionysius Halicarnassæus,  
Diodorus Tharsensis,  
Dicæarchus,  
Demetrius Bizantius,  
Demetrius Phalereus,

Dion

Dion Cassius,  
Duris Samius,  
Dionysius Alexandrinus,  
Dioscorides,  
Diocles,  
Diodorus Siculus,  
Dorotheus,  
Didymus Alexandrinus,  
Democritus,  
Didymus Brachmanes,  
Dion Nicæus,  
Dominicus Mirabelius,  
Diogenes Laërtius,

E

Eusebius Cæsariensis,  
Eusebius Emisenus,  
Epiphanius,  
Egesippus,  
Eustathius Antiochenus,  
Eutropius,  
Euripides,  
Estius,  
Ephrem Syrus,  
Eleazarus,  
Ephorus,  
Eucherius,  
Erasmus Roteroda.  
Empedocles,  
Enomaus,  
Euthymius,  
Epimenides,  
Eudoxus,

F

Fauorinus,  
Felix Pratenfis,  
Fulgofus,  
Florus,  
Festus,  
Finus Adrianus,  
Fabius pictor,  
Flavius Syracusanus,  
Fenestella,  
Franciscus Petrarcha,  
Florianus à Campo,  
Fulgentius,  
Franciscus Rueus.

G

Gregorius papa,  
Gregorius Nazianze.  
Gregorius Nyfenus,  
Gregorius ij. papa,  
Gregorius iij. papa,  
Gregorius Turonensis,  
Gratianus,

Gaspar Contarenus,  
Gennandius,  
Galenus,  
Guilelmus Spirensis,  
Gregorius vij. papa,  
Georgius Vuicelin.  
Garetius,  
Galfridus,  
Gelafius papa,  
Georgius Ederus,  
Georgius Venetus,  
Gerson,  
Gæufchelius Vito.  
Gellius Albinensis,  
Gemma Phrifius,  
Glossa ordinaria,  
Guido Carmelica,  
Genesius Sepulue,

H

Hieronymus,  
Hilarius,  
Hadrianus j. papa,  
Hugo Cardinalis,  
Hugo de S. Victore,  
Hofius,  
Hecatæus,  
Hierony. ab Oleastro,  
Homerus,  
Hipocras,  
Histrus,  
Hubertus Herbiponta,  
Hellanicus,  
Herodianus,  
Hysingelus,  
Haymo,  
Horatius,  
Honorius historicus,  
Horus,  
Heraclitus,  
Heliodorus,  
Hippolitus,  
Herodotus,  
Hestæus,  
Hamerus Nouesianus,  
Hesiodus,  
Hali,  
Historia tripatriata.

I

Ireneus, Ignatius,  
Ioannes Chrysoftomus,  
Iustinus martyr,  
Iustinus historicus,  
Ioannes Eccius,  
Ioannes Monachus,  
Ioannes Benedictus,  
Ioannes Annus,

Ioannes Theffalonicensis,  
Ioannes Nouiomagus,  
Ioannes Arboreus,  
Ioannes Soarius,  
Ioannes Reuchlinus,  
Ioannes Damascenus,  
Ioannes Picus Miran.  
Iustinianus imperator,  
Iacobus Christophopolitanus,  
Iulius Pollux.  
Iamblicus Platonius,  
Iosephus Gorionides,  
Ionatham Chaldæus,  
Innocentius iij. papa,  
Iginus,  
Idacius,  
Iunilius,  
Iosephus Flavius,  
Isidorus Hispalensis,  
Isidorus Brixianus.  
Isichius Hierosolymitanus,  
Ioannes Cassianus,  
Ioannes Stobæus,  
Isæus,  
Iulius Africanus,  
Iulius Capitolinus,  
Iuuenalis,  
Ioannes Gagneius,  
Ioannes Ferus,  
Ioannes Vafæus,  
Iulius Solinus,

L

Lactantius Firmianus,  
Leo papa,  
Leontius episcopus,  
Ludolphus Cartusianus,  
Lazius Vuolfgangus,  
Laurentius Villauincentius,  
Lilius Gregorius,  
Leonardus Aretinus,  
Lippomanus.

M

Marsilius Ficinus,  
Matth. Bredenbachius,  
Marius Maximus,  
Marcus eremita,  
Marcus Varro,  
Marcus Ephesinus,  
Macrobius Aurelius,  
Mochus,  
Menander,  
Marius Nigre,  
Marcus Tullius,  
Maximus episcopus,  
Maximus Monachus,  
Megastenes,

Merasthenes Perfa,  
Manethon,  
Matthæus Aurogallus,  
Marcellinus.  
Marulus.  
Manilius.  
Michael Byzantinus.

N.

Nicolaus Lyranus.  
Nicolaus historicus,  
Nicolaus ij. Papa,  
Nicolaus Methonenfis,  
Nonius Marcellus.  
Nicephorus Callistus.  
Numenius Apamæus,  
Nicolaus Gezerus,  
Nigidius Figulus,  
Nicomachus.

O.

Origines Adamantius,  
Opratus episcopus,  
Onuphris,  
Onchelus Caldæus,  
Onificritus,  
Orpheus,  
Ouidius,  
Oecumenius,

P.

Paulus Orosius,  
Paulus Burgensis,  
Petrus Crinitus.  
Portius Licinus,  
paulinus Nolanus,  
Prudentius.  
palladius.  
petrus Apianus,  
Pomponius Lætus.  
petrus Mexia,  
proclus Platonius.  
plotinus.  
plutarchus.  
Pseusippus.  
Pyndarus.  
Philo Iudæus.  
philo Thebanus,  
Pausanias.  
Philostratus.  
proclus Constantinop.  
philippus presbyter,  
philippus Chalcidicus,  
philastrus,  
Polycritus.  
Panatius,  
Prosper Aquitanicus.

petrus Ga/atinus.  
ptolemaus Euergetes,  
ptolemaus Astrologus,  
plinius.  
pythagoras.  
petrus Comestor.  
plato.  
photius.  
porphirius.  
petrus Rauenas,  
perius Valerianus,  
procopius Cazæus,  
phocilides.  
pherecides.  
polybius.  
pirro Academicus,  
primasius episcopus,  
palephatus,  
phornutus,  
polychronius,  
pselus.  
pomponius Mela.  
pontianus.  
petrus Lombardus.  
petrus de Natalibus.  
platina.

Q.

Quadratus.  
Quintilianus.  
Quintus Curtius.

R.

Rodolphus Flauiacens.  
Rabanus Maurus,  
Ruelius,  
Rupertus Abbas.  
Rufinus Aquileiensis.  
Robertus Stephanus,  
Richardus de S. Victore.  
Remigius Altifiodorensis,  
Raimundus,  
Raphaël Volaterranus.  
Raynerius,  
R. David Chimhi,  
R. Abraham.  
R. Hardasan,  
R. Channa,  
R. Iudas,  
R. Simon.  
R. Simeon,  
R. Ionathas,  
R. Marinos,  
R. Jacob,  
R. Salomon,  
R. Selomoh.  
R. Leui Benierfon,  
R. Barachias,

R. Moses Barnahaman.  
R. Ioseph.  
R. Samuel,  
R. Moyses Ægyptius.  
R. Moyses Gerundiensis.  
R. Gabadias,  
R. Ramon,  
R. Iodan,  
R. Hannina,  
R. Saadias,  
R. Ischach,  
R. Menachem,  
R. Elias.

S.

Septuaginta Interp.  
Seuerianus,  
Stephanus papa,  
Stephanus.  
Symmachus.  
Sozomenus,  
Sulpitius,  
Socrates Christianus,  
Socrates philosophus.  
Sophronius,  
Salicetas,  
Stephanus Geographus,  
Salustius.  
Seneca,  
Suctorius,  
Strabus.  
Sixtus Senensis.  
Serenus abbas.  
Suetonius Tranquillus.  
Sestius,  
Sophocles.  
Soranus.  
Sibyllæ.  
Solinus,  
Serapion.

T.

Theodorus Lector,  
Theodoretus,  
Theophilactus,  
Theodosius Imperator,  
Trogus Pompeius,  
Telesphorus papa,  
Theodorus Antiochenus,  
Therentius,  
Talmud,  
Thargum,  
Timaus,  
Theodorus Gaza,  
Theophilus Alexandrinus,  
Thales historicus,  
Trebellius pollio,  
Theocritus,

Theo



Theognis.  
Thomas Aquinas.  
Thomas Caietanus.  
Theodrus Heracleensis.  
Titus Lilius.  
Tatianus.  
Theodotio.  
Trismegistus.  
Thales Milesius.  
Thraseas Petus.  
Theramanes.  
Titelmannus.  
Theophrastus.  
Theodorus Mopsuhestia.

Thomas Vualdensis.  
Tyrius Maximus.

V.

Valerius Maximus.  
Victor Papa.  
Valentinus Imperator.  
Victorinus.  
Vatablus.  
Vergilius.  
Vitruuius.  
Vegetius.

X.

Xiphilius.  
Xenophon.  
Xantes Pagninus,  
Xenocrates.  
Xenophones,  
Xistus Pythagoricus.

Z.

Zephirinus Papa,  
Zales,  
Zeno Philosophus.





# PROPHEETIA

## DANIELIS.

### Argumentum primi capitis.

Describit diuinas vias Iocimi Iudaorum regis calamitatem, vt eorum mentionem faciat, qui fuerunt eius tempore à Iudæa in Chaldeam abducti. Inter quos fuit ipse Daniel cum Azaria, Anania & Misaele, qui eximia pulchritudinis & doctrine ornamentis exultis, fuerunt iussu regis Nabuchodonosoris electi, vt Chaldaicis literis erudirentur. Cum autem se ab epulis regis abstinere, temperantiam omnium motuum moderatissime diligere, & ad diuinum nomen aspirarent, fuerunt ob eo admirabilem sapientiam consecuti. Inter eos prima sine controuersia deferabatur Danieli, qui visionum ac somniorum intelligentia non solum aetatis illius viros, sed etiam antiquitatis memoriam superauit.

### CAPVT. I.

**A**nno tertio regni Iocimi regis Iuda venit Nabuchodonosor rex Babylonis<sup>d</sup> Ierusalem<sup>e</sup> & ob sedit eam.<sup>f</sup> Et tradidit Dominus<sup>g</sup> in manu eius Iocim<sup>h</sup> regem Iuda,<sup>i</sup> & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea<sup>k</sup> in terram Senaar<sup>l</sup> in domum Dei sui, & vasa intulit in domum thesauri Dei sui.<sup>m</sup> Et ait rex Alphenez<sup>n</sup> praeposito<sup>o</sup> eunuchorum, vt introduceret<sup>p</sup> de filiis Israel, & q<sup>o</sup> de semine regio & tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, s<sup>o</sup> decoros forma, & t<sup>o</sup> eruditos omni sapientia, cautos scientia, & 4 doctos disciplina, v<sup>o</sup> qui possent stare in palatio regis, x<sup>o</sup> vt doceret eos literas & linguam Chaldaeorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & vino vnde libebat ipse: vt nutriti tribus annis y postea starent in conspectu regis.

### EXPLANATIO.

**A**nno tertio. Gubernante Romam Tullo Hostilio tertio Romanorum rege, & Phaorte Medorum sexto eorum Imperij gubernaculum tenente, anno à mundi exordio. 3295. iuxta Hebraeorum rationem ac seriè, & 4556. iuxta Graecorum ad calculos reuocationem teste Eusebio Caesariensi in annalium monumentis, obtinuit Iudææ regnum magnus ille Iosias, qui insigni in Deum fide munitus, singulari iustitia præditus, admirabilibus virtutum ornamentis decoratus nomen suum aternitati commendauit. Tenuit principatum annis triginta & vno, & occisus est in Magedo, sepultusque Hierosolyma. Post eius è vita decessum renauit filius eius Ioachaz tribus mensibus: post quem tenuit clauu regni frater eius Iocim, qui antea Eliacim vocabatur, & vndecim annis præfuit regno. Hi duo filij Iosia à paterna gloria descuerunt, seseque turpi dedecore macularunt. Cum Iocim subiectus & tributarius fuisset Pharaoni Aegyptiorum regi, oblectus est à Nabuchodonosore Babylioniorum principe, ab eoque superatus: fuitque regni eius gloria ablata: & splendor extinctus. Lege quartum librum Regum, & secundum Paralipomenon, & Ieremiae vaticinationem & decimum Ioseph librum Antiquitatum Iudaicarum, quibus in locis hanc veritatis lucem literæ diuinæ & humanæ memoriæ prodiderunt. Elapsus erat annus tertius regni Iocim, cum Nabuchodonosor obsedit Hierosolymam, atq; illa victoriam reportauit. Et imposito tributo Iocim, secum asportauit in Chaldaeam nonnulla vasa ex illis, quæ in templo Salomonis fuerant diuinis vsibus dedicata: & multos pueros duxit generis claritate præstantes, quos ei Iocim obfides dederat, inter quos erat Daniel cum sociis suis, hoc voluit ille significare verbis his, quæ principio huius capitis mandauit. Postea cum impositum tribu-

tum non persolueret, venit iterum Nabuchodonosor Hierosolymam copius coparatis, eaq; expugnata occisus est Iocim: pro quo fuit in regia dignitate constitutus filius eius Iochim, quem Ieremias capite vigesimo secundo & Matthæus 1. Isconiam vocauit. Solebant enim homines illi variis nominibus appellari. Hic cum Republicam tribus mensibus gubernandam gereret, fuit de dignitatis gradu deiectus, & Babylonem cum Ezechiele, aliisque multis abductus. Post quem regnauit Sedechias patrum eius, tertius Iosia filius, qui cum esset sceleribus etiam imbutus nihilque opis Reipublicæ occidenti attulisset, fuit immaniter occisus, & Hierosolyma funditus euersa, & templum Salomoniu flammis expositum, & Hebraei incredibilibus calamitatibus oppressi: oculi enim augebant dolorem, qui quæ cateri audiebant, intueri cogebantur. Ac ita fuerunt in Babylonicam seruitutem translati anno à mundi creatione 4611. secundum Graecos authore Eusebio Caesariensi, olympia de 47. & principio 48. vt Clemens Alexandrinus in primo stomate, & Cyrillus aduersus Iulianum testantur. Iuerit necne Iocim Babylonem, postquam fuit captus tertio regni sui anno vertitur in controuersiam: ex authoribus enim alij astruunt alij negant. Doctoribus placet, cum datis Nabuchodonosori obsidibus in regno suo mansisse, donec postea graui tributi onere depressus à Babyloniis defecit. Quam ob causam fuit ab illis iterum expugnatus, atque xi. regni sui anno interfectus. Hæc est D. Augustini sententia in tractatione de mirabilibus sacrae scripturae, in qua videtur esse Theodoretus in commentariis in hunc locum. Nec obstat locus secundi Paralipomenon cap. 36. cuius ad literam hæc sunt verba: *Contrahunt, nimirum Iocim, ascendi Nabuchodonosor, & iunctum catenis duxit Babylonem.* Nam hoc intelligitur

4 Re. 22  
24. & 25  
2. Paral.  
34 35 36  
Ierem. 1.  
E. 25.

Ioseph. 10.

Iere. 22  
Matt. 1.

Euseb. 7.  
Clemens,  
Cyrillus.

August.

Theod.

2. Para.  
36.

ligitur non de prima, sed de secunda expugnatione. Deinde asserunt viri ingenij perspicacitate indignos, nec in secunda regem Ioacim Babylonem peruenisse. Etsi enim fuit e carcere ablati, vt vinctus *caenis duceretur Babylonem*, non tamen illuc peruenit: vt iam in itinere interemptus est, & extra ciuitatem iacuit insepultus, quemadmodum Ieremias cap. 22. prædixerat. *Dicens enim sepeliendum eum esse in asini sepulchro*, significare voluit fore, vt non sepeliretur, sed instar animalis rationis expertis careret sepultura, & a bestiis auibusque laceraretur. At diuinus noster vates loquitur hic de primo bello, quod anno regni eius tertio ei intulit Babylonius. Sed dices: *Qui fieri potest, vt hoc fuerit anno tertio Ioacim, vt ait hoc loco Daniel?* cum dicat Ieremias cap. 25. fuisse anno eius quarto? Si uolueris alte perpendere atque ad veritatem reuocare rationem, videbis aperte, nullam esse inter hos duos diuinos vates discrepantiam. Id enim quod factum est inter annum tertium & quartum, & recte dicitur factum anno tertio, nimirum, elapso, & anno quarto, scilicet incepto. Eodem modo conciliabis Euangelistas de hora loquentes, qua Christus seruator noster fuit cruci affixus. Marcus enim capite 15. ait: *erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Lucas vero 23. *erat autem fere sexta.* Et Ioannes narrans quo tempore Pilatus tradidit Iesum Iudæis crucifigendum. *Erat, inquit, parasceue hora quasi sexta.* Soliti erant antiqui diem, qui vulgo dicitur artificialis, in quinque partes, quas horas vocabant, diuidere, in primam, tertiam, sextam, nonam, duodecimam siue vesperam. Prima semper incipiebat à solis ortu, duodecima seu vespera erat in solis occasu, sexta erat meridiana: tertia erat media inter primam & sextam, nona autem inter sextam & duodecimam, quando incipiebant vesperæ. Cum autem seruator noster fuerit cruci affixus interuallo illo, quod est inter tertiam & sextam, recte ait Marcus fuisse hora tertia crucifixus, & recte Lucas & Ioannes, qui illud fuisse dicunt hora ferè sexta: interuallum enim solet ab extremis denominari. Ac non caret mysterio fuisse Dominum Iesum hora ferè sexta crucifixum: nam eadem hora primus noster parens incidit in crimen, quando funestas illas epulas comedit, ad quas eum Heua inuitauerat, vt ex sancta scriptura colligi videtur: ita enim ait capite Genesis tertio: *Cum audissent vocem Domini Dei de ambulantis in paradiso ad auram post meridiem, absconderunt se.* Et paulò post fuerunt ex horto voluptatis eiceti. Meridie hoc est hora sexta peccauerunt, & post meridiem fuerunt ex horto amoenissimo expulsi, qua hora Christus promisit latroni gloriam mentium beatarum. Eadem hora qua primus Adam arborem præuaricationis terigerat, secundus Adam in arborem redemptionis ascendit. Et qua hora Deus præuaricatorem paradiso expulerat, eadem poenitenti promisit se illum in paradysum secum ducturum. Non me fugit alias esse huius nodi solutiones circa horarum narrationem à viris doctis literis mandata: sed ego inter multas eam semper eligere soleo, quæ mihi videtur germanior, literæ congruentior, & ad institutum scripturæ accommodatior etiam si alias non contemniam, quas interpretes Catholici monumentis prodiderunt.

b *Regni Ioacim.* Hic Ioacim de quo hic loquitur Daniel, non est ille, de quo in exordio suarum visionum locutus est Ezechiel: hic enim habet cim in vltima syllaba, ille chin: hic fuit pater, ille eius filius: *Ioacim* idem est quod domini resurrectio: *Ioachin* verò idem quod Domini præparatio.

c *Regis Iuda.* Hoc est duarum tribuum, Iuda & Beniamin. Hebræorum regnum fuit tempore Roboam Salomonis filij in duas partes diuisem: duæ tribus

nimirum Iuda & Beniamin adhæserunt regi Roboam, aliæ autem secutæ sunt Ieroboam, quem regem constituerunt. Regnum Roboam & eorum, qui ab eo originem ducebant, dictum fuit regnum Iuda, regnum Beniamin, regnum Hierosolymæ: alterum autem appellatum fuit regnum Israel, Samaria, Ephraim, decem tribus. Hæ decem tribus fuerunt debellatæ à Salmanasare Assyriorum rege, & in Assyriam translata, duæ autem postea à Nabuchodonosore, & in Babyloniam abductæ. Decem tribus nunquam redierunt, duæ autem cum multis hominibus aliarum, quæ ad has duas confugerant, redierunt. Iudas fuit Iacobi patriarchæ filius, cuius posterii appellati sunt tribus Iuda, & filij Iudæ, vt paulò post hoc eodem capite: quo nomine Iudæi gloriantur. At verè Christiani filij sunt Dei, de quorum generatione ex Deo ait capite 53. Esaias: *Generationem eius quis enarrabit* Achi dicat: *Quis poterit numerare eorum multitudinem, qui sunt sanguine Christi generandi?* Id vult sponsa capite primo Cantorum significare, cum ait: *Lectulus noster floribus: arbores enim florentes solent fructus uberes ferre.* Sensus illorum verborum est: *Tua opera Christe sancte propagantur in Ecclesia fideles filij tui.* Id animo percipens diuus Ioannes ait capite tertio epistolæ suæ primæ: *Vicere qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemus, & simus.* Et capite primo euangelij de Christo loquens: *Quotquot autem, inquit, receperint eum, dedit eis potestatem filij Dei fieri, ut qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Vbi per sanguines intelligit naturalem propagationem, qua non nascimur filij Dei, quin potius, vt ait diuus Paulus capite secundo epistolæ ad Ephesios, filij iræ: per voluntatem verò carnis intelligit appetentiam mulieris: idò ait: *Nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri.* Fœmina appellatur caro, quia de illa dixit Adam capite Genesis secundo: *Os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Et quia vt in homine caro debet spiritui parere, sic vxor viro suo. Domus illa recte atque sapienter gubernatur, vbi fœmina obtemperante vir principatum habet, vbi caro seruit, spiritus imperat. Sunt igitur viri iusti ex Deo spiritualiter nati, & filij. Quod si filij, vt verbis vtar Apostoli ad Galatas quarto, *& heredes: Heredes Dei, vt ipse ait capite octauo epistolæ ad Romanos, coheredes autem Christi.* Iudæi autem filij Iuda & Iacob filij sunt alieni, iuxta id quod de illis ait Deus psalmo 17. *Filij alieni mentis sunt mihi, filij alieni inueterati sunt.* Quod de illis intelligitur, qui obstinati permanent in perfidia sua, non de illis, qui etsi natione sunt Iudæi, professione tamen sunt veri Christiani.

*Venit Nabuchodonosor.* Hic Nabuchodonosor fuit huius nominis primus, qui habuit filium eodem nomine appellatum, de quo meminit Berofus libro tertio historiæ Chaldæorum, quem vocat Nabuchodonosorem nomine à patre accepto. Huius secundi Nabuchodonosoris meminit Magasthenes Græcis libro historiæ Indicarum quarto, Philostratus in annalibus, Diocles libro coloniarum. Horum duorum patris & filij eodem nomine appellatorum mentionem facit Metasthenes Persa libro de iudicio temporum. Flavius Iosephus libro Iudaicarum antiquitatum decimo. Raphael Volaterranus vndecimo geographiæ. Est etiam obseruandum, neutrum ex his duobus eum fuisse, de quo loquitur diuina scriptura in libro Iudith. Ille enim Nabuchodonosor, qui misit Holofernem ad terram deuastandam, fuit post reditum Israelitarum à Babylonia seruitute, quando accidit historia Iudith, vt ex eius libro capite quinto constare videtur ille quoque Nabuchodonosor, qui Tyrum

Iere. 22.  
Iere. 25.  
Marc. 15.  
Luc. 23.  
Ioan. 19.  
Marc. 15.  
Luc. 23.  
Ioan. 19.  
Gene. 3.  
Gene. 3.  
Luc. 23.  
Ezech. 2.  
3. Re. 12.

2. Par. 10  
4. Re 17  
4. Re 25  
1. Ejur. 11  
Gen. 29.  
Nu. 24.  
E. Sai. 53.  
Gen. 1.  
1. Ioan. 3.  
Ioan. 1.  
Ephes. 2.  
Gene. 2.  
Galat. 4.  
Rom. 8.  
Psal. 17.  
Megast. Phiojt.  
Diocles. Metast. Iosephus.  
Volat.  
Iudit. 1.  
Iudit. 5.

Tyrum evertit eo tempore, quo Hierosolyma fuit per Hebræos à Chaldæa in Iudæam reuersos instaurata, de quo meminit Ezechiel capite 26. non fuit huic, qui Hierosolymam obsedit, de quo loquitur hoc loco Daniel, nec filius eius. Imò fuit Cyrus, qui Iudæos restituit, & ad pristinam dignitatem reuocauit. Aut, vt aliis placet Alexander Magnus, vnde obseruabis, omnes Babyloniorum reges solitos fuisse Nabudonosores nomine à primo deducto appellari. Eodè modo Latinorū reges Syluij à Syluio Æneæ filio cognominabatur, vt ait libro de Ciuitate Dei 18. diu<sup>9</sup> Augustinus: sicut postea Romanorum imperatores Cæsares in Iulio Cæsare appellati fuere: Monethon in additione ad Berosum Romanos imperatores ait vocatos etiam fuisse Augustos ab Augusto Octauiano: sicut Ægyptiorum reges Pharaones à primo Pharaone. Id quod apertè asserit Eusebius in monumentis annalium, quæ Chronica temporum verbis vltioribus nominantur. Ita reges Palæstinæ vocabantur quondam Abimelech, vt ex libro Genesis de promit Lippomanus visessimum primum eius caput explanans. Quod etiam obseruauit Mattheus Aurogallus in libro de Hebræis locorum nominibus. Eodem modo reges Persarum Arfacidæ, & Atheniensium Cecropidæ olim cognominabantur. Erat igitur Nabuchodonosor non personæ nomen, primum semper excipio, sed regni dignitatis nomenclatio.

*Rex babilonis.* Post vniuersam eluionem terrarum, vt in libro Genesis scriptum legimus, condiderunt nonnulli in terra Sennaar, quæ est in Chaldæa, ciuitatem & turrem: in quarum ædificatione Deus eorum linguas confudit. Quam ob causam vocata est ciuitas illa Babel, hoc est confusio, & postea Babylon & Babilonia. Ciuitas propriè dicitur Babylon, & regio Babilonia, quamuis hæc nomina aliquando confundantur. Huius ciuitatis regnum occupauit Nemrod, aut vt alij nominant, *Nemroth*: de quo ita ait diuina scriptura: *Ipse cepit potens esse in terra: & erat robustus venator coram domino.* Fuit autem principium regni eius Babylon. Hæc ibi. Per venatorem intelligunt interpretes tyrannum, de venatione hominum quos instar venatoris opprimebant, hunc locum explanantes, quod Caietanus obseruauit. Illud est aduentendum fuisse principium regni eius Babylonem, quia caput primi regni fuit confusio, nam regnandi appetitio omnia confundit. Diuus Hieronymus in libro quæstionum Hebraicarum in Genesim hunc locum explanans: Nemrod, inquit, arripuit insuetam primus in populo tyrannidem. Hic fuit post diluuium primus rex, & regia eius Babylon. De eo, eiusque ciuitate vide diuū Augustinum libro 16. de Ciuitate Dei capite quarto, & Iosephum libro primo antiquitatum, vbi Sibyllam citat, quæ historiam hanc monumentis consignauit. Hunc Nemrod appellat Berofus libro de temporibus quarto & quinto Saturnum Babilonium, & regem Babilonis, quam ipse cum alijs ædificauit. Hieronymus in commentarijs in Oseam ait, Semiramidem Nini regis vxorem muros Babilonijs extruxisse. Id asserit etiam Iulius Solinus capite septuagesimo, vbi asserit fuisse ciuitatem illam à Semiramide conditam. In ea sententia sunt Diodorus Siculus, Iustinus, Strabo, & Ouidius. Contra verò Iosephus Flauius, Eusebius Cæsariensis, Marcellinus, & alij à nepotibus Noe eam asserunt fuisse ædificatam. At nulla est inter eos repugnancia: fuit enim à nepotibus Noe extracta tēpore Nemrod, postea à Semiramide aucta, mœnibus inexpugnabilibus cincta: & ab alijs deinceps mirum in modum amplificata. Poteris de eius amplitudine

& celebritate plura videre apud Herodotum libro primo, Plinium libro naturalis historiae sexto, & Ptolemaum libro. Quando regnum Assyriorum erat à Babilonico diuisum, erat Babilon regni Chaldæorum regia & caput, quemadmodum Niniue Assyriorum. Sed postea fuerunt Chaldæi vtriusque regni potiti, & Niniue amplissima ac superbissima Babiloni subiecta. At quid est in mudo tam firmum & stabile, quod non ruat? quod non intereat? quod non possit casus aliquis de suo statu deicere? Hæc tam celebris ciuitas fuit à Cyro Persarum rege capta, & funditus euerfa, vt de illa Ieremias, Esaias, & alij diuini vates predixerant. In ea fuerunt Hebræi exules & peregrini annis septuaginta, quibus elapsis ad dulcem patriam redierunt. Patria nostra cælum est, à qua exules sumus, mundus Babilonia, vbi peregrinamur. Hoc intelligens Iacob interroganti Pharaoni quot annos natus esset, respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ centum & triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Et diuinus Psalmus: *Cantabiles mihi erant in iustificationibus tuas in loco peregrinationis meæ.* Et alibi: *Aduena sum, ego apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Alludit ad Abraham, & alios patres, de quibus ita ait apostolus Paulus in epistola ad Hebræos *Iuxta fidem defuncti sicut omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia peregrini sunt & hospites super terram.* Et in epistola ad Corinthios posteriore capite quinto: *Dum sumus, inquit, in corpore, peregrinamur à domino.* Et apostolorum princeps in sua prima canonica: *Obsecro, inquit, vos tanquam aduenas & peregrinos.* Eam ob causam apparuit dominus Iesus in specie peregrini discipulis euntibus in castellum Emmaus, vt nos peregrinationis nostræ admoneret: cui discipuli dixerunt: *Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti, que facta sunt in illa his diebus?* In terra vt exules & peregrini ætatem agimus tanquam in diuersorio, non tanquam in domicilio, propediem ad mortem discessuri. Nec caret mysterio, exilium illud Babilonicum annos durasse septuaginta, siquidem eo annorum numero vita humana significatur, iuxta id quod ait psalmographus: *Dies annorum nostrorum, inquit, quasi septuaginta anni. Si autem in potentatibus octaginta anni, & amplius eorum labor & dolor.* Vel vt verri etiam potest ex Hebræo: Et præcipuum eorum, &c. Ac si dicat: Durat communiter vita humana annos septuaginta, & ad summum octaginta in viris robustis: ac præcipuum totius huius ætatis plenum est molestiis, calamitatibus & doloribus. In hac vitâ nobis suadere nituntur hostes animæ vt mundi voluptatibus dediti securè canamus, & cælestis Hierosolymæ oblitum pestilentibus delicijs oblectemur. At nos debemus illis cum exilibus Israeliticis respondere: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? *Imò super flumina Babilonis illis sedentes in lamenis uersamur & habentes in memoria æternam Sionem vim lachrymarum profundamus. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Sed vt verbis vtat apostoli in epistola ad Galatas, Hæc super allegoriam dicta. At quemadmodum ad inueniendam pretiosam gemmam in obscuris ædibus latentem, opus est lucerna: sic ad inueniendam allegoriam opus est sensu literali, qui est inter alios præcipuus. Illud est hoc loco aduertendum, præter Babiloniam sitam in Chaldæa esse alteram in Ægypto, vel ei propinquam in finibus Arabiæ, quæ fuit Soltani quondam sedes, modo vocata Cayro, de qua loquitur Raphael Volateranus libro 12. in tractatione de Ægypto, & Iosephus libro secundo antiquitatum.

4  
*Gen. 14.* d. *Ierusalem.* Hæc ciuitas appellata fuit prius Salem, cui<sup>9</sup> rex fuit Melchisedech, de quo Moses Genesis 14. *Melchisedech, inquit, rex Salem protulit panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi.* Quibus verbis significat, eum Deo immolasse panem & vinum. Reddens enim causam, cur Melchisedech panem & vinum offerret Deo, ait: *Erat enim sacerdos Dei altissimi:* nimirum cuius munus erat Deo sacrificare. Ex quo colliges, eos in errore versari, qui aiunt Melchisedech panem tunc non Deo, sed Abrahamo obtulisse. De eo & ciuitate Salem meminit Apostolus capite septimo epistolæ ad Hebræos. Augustinus in commentariis in psalmum 33 ait Hierosolymam fuisse prius vocatam Salem. Idem asserit Hieronymus in epistaphio Paulæ, & in explanatione in caput Ezechielis nonum: & in epistola ad Euagrium, cuius hæc sunt verba: Verti me ad Hippolitum, Irenæum, Eusebium Cæsariensem, & Emisenum, Appollinarium, & Eustathium, & deprehendi horum omnium opiniones diuersi argumentationibus ac diuerticulis ad vnum compitum pertinuisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananaum, regem vrbs Hierosolymæ, quæ primo Salem, postea Iebus, ad extremum Ierusalem appellata sit. Idem ait Eucherius in tractatione locorum Hebræorum ad Salonium. Egesippus etiam asserit appellatam eam fuisse Salem siue Solymam: & apertius Iosephus libro septimo antiquitatum capite 18. Hoc dilucidè indicat paraphrastes Chaldaeus capite 14. Genesis ita habens: *Fi Melchisedech rex Ierusalem.* Et quoniam Salem idem est quod pax, appellatus fuit Melchisedech rex pacis. Vnde psalmo 75. pro Salem verterunt Septuaginta pacem, dicentes: *Et factus in pace locus eius.* Pro quo Hieronymus vertit: *Et factum est in Salem tabernaculum eius.* Vbi per tabernaculum Dei intelligitur arca testamenti, aut domus, vbi illa erat. Pagninus quoque & Isidorus Brixianus verterunt Salem. At paraphrasis Chaldaica habet: *Et fuit in Ierusalem domus sanctuarij eius.* Postea fuit vrbs hæc appellata Iebus à Iebusæis, vt in libro Iosue capite decimo octauo diuinæ literæ memoriæ prodiderunt. Id intelligens diuus Paulus capite quarto epistolæ ad Galatas ait: Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem. Quod non tam intelligitur de coniunctione locorum, cum longè distent, quàm de similitudine, quia vt in Sina lata est lex Mosaica, sic Hierosolymæ euangelica. Ac idem ait. Quæ nunc est Ierusalem, vt significet eam olim aliis nominibus fuisse appellatam. Eam ob causam ait Hieronymus in caput nonum Ezechielis, fuisse ciuitatem illam trinomiali, nempe Salem, Iebus, & Ierusalem siue Hierosolymam vocatam. Accipitur aliquando pro Ecclesia Catholica, vt capite secundo Ioelis: *In Ierusalem erit saluatio:* & capite quarto epistolæ ad Galatas: *Illam autem quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Interdum verò pro Ecclesia in cælis triumphante, vt psalmo 124. *Non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.* Et capite duodecimo epistolæ ad Hebræos: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, multorum millium angelorum frequentiam.* Hoc autem Danielis loco sumitur pro ciuitate terrena.  
 e. *Et obsedit eam.* Id est, & oppugnauit eam, tenens illam militibus, fossa, & vallo septam. Hic Nabuchodonosor, qui exercitum in Iudæam conduxit, erat infidelis, incultus, immanitate barbarus. Nihilominus tamen populum Dei vicit, ærumnis affecit, & vrbs, in qua erat templum diuino cultui dedicatum, expugnauit. Permisit illud Deus ob nefaria Iudæorum scelera: Et sit erant inter illos nonnulli fide

& pietate præcellentes, plerique tamen erant vitii irretiti & contaminati, qui diuino cultu contempto, & veri Dei fide relicta, falsos ac commentitios Gentium deos sæpenumero colebant. Punit Deus eos aliquando, quos vidit flagitiis inquinatos, vt ea agnoscant & relinquunt, atque ad diuinum numen conuertantur. Filij Iacob in Ægypto fuerunt in vincula coniecti iussu fratris sui Ioseph, quem impiè vendiderant, & tunc in celebri dignitate constitutum minimè cognoscebant. Cum autem ab eo cogerentur fratrem suum minimum adducere dixerunt vicissim: *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* Tunc scelus suum agnouerunt, cum se viderunt mœrore afflictos, calamitate oppressos. Israelitæ in deserto cum Mosem pium, iustum, & sapien-  
 tem ducem suum maledictis vulnerarent, Deumque grauius offenderent, eamque ob causam ab ipso Deo punirentur immixtis in eos serpentibus ignitis, crimina sua confessi sunt, seque ad preces, quibus diuinum numen placarent, contulerunt. Manasse rex Iudæorum cum esset teterrimus, scelerumque maculis notissimus, fuit ab Assyrii. Deo ita permittente superatus, & in carcerem coniectus. At reuersus ad seipsum perpendens animo in calamitates illas merito incidisse, pœnitentia ductus impia facinora sua acerbo dolore deleuit, Deum ardentè inuocauit, & vim lachrymarum profudit. Vide prosperarum & aduersarum rerum discrimen. Rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus oblitus fuit Dei, iisque flagitiis se contaminauit, quibus obcæcatus in Deo offendendo & republica violanda fraudes teterrimas concepit. At reflante vento, angoribus grauissimis implicatus terribili iactatus tempestate, ad portum diuinæ misericordiæ confugit, qua adiutus fuit à contagione impuritatis abstractus, & ad pristinam dignitatem restitutus. Saul priusquam regnum adeptus esset, erat virtutibus vt mœnibus septus. De eo ait libro primo Regum in hunc modum diuina scriptura: *Erat ei filius vocabulo Saul electus & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo.* Et iterum: *Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cepisset.* Hoc est innocens instar nullo scelere polluti. Ita paraphrasis Chaldaica hunc locum interpretatur. At postquam regnauit, abusus est intemperanter regno & licentia. Inuidia motus & & furis exagitatus voluit sæpe occidere Dauidem fide & innocentia præstantem. Non sat existimauit innocentem patriæ sinibus eiecisse, sed etiam eum eie-  
 ctum, egentem, syluas & abstrusas & deserta loca peragrantem intolerabili odio prosequeretur, & ad crudele exitium quærebat. Nullum faciebat finem furoris, donec eius sanguine saturaretur. Quid plura? Ipse Dauid, qui molestis afflictus dum vitam priuatam ageret, hosti suo Sauli pepercerat, postea in regia dignitate collocatus amico suo Viri viro fortitudinè cæterisque virtutibus munito necem iniustissimam machinatus est. Quam ob causam fuit à Deo punitus, & in calamitate ad ipsum Deum conuersus. Id quod ipse testatur Psalmo 31. cum ait. *Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina.* Acti dicat: In molestis meis conuerti me domine ad numem tuum, dum mœror instar spinæ, quæ gutturi figitur, animum meum affligeret. Eam ob causam calamitatibus oblectabatur. Id indicat ille dicens in Psalmo: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Vox hæc reagh pro qua Latinus noster interpres vertit amicum: afflictionem significat & amicum. Quare possunt etiam verba illa ita conuerti: *Mihi autem valde pretiosæ sunt afflictiones tuæ Deus.* Eas diligebat diuinus vates instrumentum diuinas leges discendi, quemadmodum ipse ait in Psalmo: *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam*

Gen. 41.

Num. 21.

Par. 323.

1. Reg. 9.

1. Re. 13.

1. Re. 18.  
19. 22. 24

2. Re. 24

2. Re. 11.

Psal. 31.

Psal. 138.

**Psal. 118.** *discam iustificationes tuas. Pro quo poteris vertere: Vile mihi fuit, quod afflixisti me, discam legem tuam.* Lex enim Dei nomine iustificationum significatur: vt eodem psal. inclinavi cor meum ad facienda iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Pro quo Hieronymus transtulit: Propter æternam tribulationem. Cùm Dauid affluentia rerum secundum poteretur, poterat preces remittere, aut illis frigide vti, & Dei aliquando obliuisci: at calamitate oppressus statim ad Deum preces ardentissimas fundebat. Ad dominum, inquit ille, cùm tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et alibi: *Tribulationem & dolorem inueni & nomen domini inuocaui.* Inuenimus, quod quærimus, reperimus quod casu se offert. Quærebat pius vit afflictionem, qua pro Deo lata oblectabatur. Eius verò vtilitatem exprimit, dicens: *Et nomen domini inuocaui.* Aliud est inuenire calamitatem, aliud ab ea inueniri. Ipse enim ait. *Tribulatio & angustias inuenierunt me.* Sed in vtroque auxilium Dei implorabat. *Respice,* inquit ille, *in me & miserere mei, quia vincens & pauper sum ego.*

**Psal. 27.** Vel vt rectè etiam transferri potest ex Hebræo: *quia solus afflictus sum ego.* Videns se omni hominum auxilio destitutum, & ærumnis vndique cinctum, Deum obsecrabat, vt eas placidis oculis intueretur, sibi que misericordiam tribueret. Præsidio humano orbatus ad diuinum aspirabat. Vt avis in terra aucupibus & canibus circuncincta non habet melius refugium, quàm volare vehementer, seque ferre in sublime, & in altum leuare: sic vir pius calamitatibus exagitatus, & mœroribus obsessus ad animi volatum confugit, flens suspicit in cœlum, & pietatis ahis ad Deum ascendit, hocque salutari remedio vitæ suæ subueniendum putat. Id intelligens Esaias aiebat: *Domine in angustia requisierunt te.* Et apud Oseam ait Deus. *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* Nec solum homines vitis implicatos solet Deus affligere, vt se ad meliorem frugem recipiant, sed innocentes interdum, vt eius gloria in eorum liberatione resurgat: iuxta id quod ipse dixit apud Ioannem: *Nec hic peccauit, nec parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Interdum etiam viros iustos & pios calamitatibus affici permittit, vt rerum humanarum tolerantia muniti, & admirabili in virtute constantia roborati præbeant aliis exempla salutaria, sibi que maiorem comparent gloriam atque ampliorem nominis celebritatem. Nihil enim magis conducit ad eximie virtutis gloriam illustrandam, quàm calamitas pro Deo æquo animo tolerata. Solet Deus, viros religione insignes, omnium que virtutum ornamentis decoratos per varios casus plerumque, & per acerbas ærumnarum angustias ad vitam ducere immortalem, vbi Deo ipso æuo sempiterno fruantur. Sunt enim calamitates gradus *scala Iacob ad cœlum* ascendentes: & vt verbi vtr Gregorij Nysseni, afflictiones piorum virorum flores sunt fructuum, qui expectantur. Id animo perspicuens diuus Paulus in epistola ad Romanos *Gloriamur,* inquit, *in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spes, spes autem non confundit.* Vide orationis gradationem, & admirabilem apostoli elegantiam. Et Christus in euangelio authore, Matthæo: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* In Apocalypsi diui Ioannis de iis qui in æterna gloria & cœlesti securitate quiescunt, scriptum est: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna.* Mœror florit, & euanescit, & in æternam voluptatem redigitur iuxta id seruatoris nostri: *Tristitia vera conuertitur in gaudium.* Vt enim oliuæ quæ in anno vno fructus non edunt, in altero eos ferunt vberimos atque præ-

stantissimos: sic viri iusti, qui in anno fluxu huius vitæ sunt voluptatibus mundi priuati, in anno æterno alterius vitæ admirabilibus oblectationibus perfunduntur, bonorumque omnium copia cumulantur. Aspicias igitur esse calamitatem potius in bonis, quam in malis numerandam. Quare non est mirandum voluisse Deum Hebræos affligere per Nabuchodonosorem, de quo hoc loco loquitur Daniel.

**f. Et tradidit dominus.** Ostendit Daniel fuisse Babylonios victoriam hanc potius voluntate Dei, quàm suis armis consecutos, id Iudæorum peccatis exigentibus. Id voluit Esaias ostendere in exitio Samariæ per regem Assyriorum, quem capite decimo *vingam furoris Dei vocat.* Et ne vastitatem illam Assyrius sibi tribuere, non Deo, adiecit: *Nunquid gloriabitur securi contra eum, qui secat in ea? Comparat eum securi, qua Deus erat Iudæos occisurus.* Eodem modo Turcicus exercitus Christianos aliquando oppugnat & vincit: quia non tam armis suis quàm sceleribus nostris nobiscum pugnat. Cessent scelerata nostra; & barbarorum aduersus nos sæuæ victoria cessabunt. Vt enim ignis ab incendio desistit ablata materia: sic infidelium triumphus de nobis reportati ablatis nostris flagitiis finem facient. Poteris hoc loco accipere tradere pro permittere tradi, quemadmodum apud Paulum capite primo epistolæ ad Romanos. *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* Hoc est tradi permittit, dimittens illos: iuxta illud diuini psal. *Dimisti eos secundum desideria cordis eorum, ibunt id ad inuentionibus suis.* Magno quidem supplicio eos Deus afficit, qui ipsius saluattia monita contemnunt, quando eos dimittit, vt appetitionibus suis obtemperent, quibus sibi pestem ac perniciem machinantur. Ita illud apostoli eodem loco intelligitur: *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.*

**g. In manu eius.** Tradi in manu alicuius est in eius potestatem & feruitutem incidere: vt Deuteronomij primo: *Odit nos dominus idcirco eduxit nos de terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrbæi.* Iudicum quarto: *Tradidit illos dominus in manus Iabin regis Chanaan.* Et Ieremie. 37. *in manu regis Babilonis traderis.* Vocabulum hoc in manus, in diuinis literis multas habet acceptiones: quarum nonnullas citabo ad multa loca intellectus difficilia intelligenda. In primis significat periculum: vnde ponere animam in manu, est exponere vitam periculis. Ita intelliguntur verba leptæ in libro Iudicum: *Posui animam meam in manibus meis.* Volens Ionathas reuocare in memoriam patri suo Sauli periculum illud, quod Dauid susceperat, quando Goliam singulari certamine trucidauit, dixit: *Posui animam suam in manu sua.* Eodem modo illud diuini atque regij vatis intelligitur: *Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.* Ach dicat: *Et si fuerim calamitatibus cinctus, & periculis expositus, nunquam tamen Deus sancte sui legisturæ oblitus.* Et illud Iob capite 13. *Quare lacerò carnem meas dentibus meis, animam meam porro in manibus meis.* Non me fugit esse nonnullos, qui existiment, hoc loco Iob peccare animam in manibus esse propositum cordis in operibus ostendere. Sed vt mea fere opinio, his verbis querelarum plenis ostendit vir sanctus, dolorem, quo angebatur. Ach dicat: *Cur tanto mœrore conficior, vt cogar lacerare carnem meam, varia que pericula subire?* Manus etiam factus significat, & patetum; ac concordiam. Vnde manus dare significat pacisci, vt quarti Regum decimo: *Da mihi manum tuam, qui dedit ei manum suam.* Et Ezechielis decimo septimo: *Ecce dedi manum suam.* Hoc schemare vtitur Pythagoras,

thagoras, dicens non esse cuique manum porrigendam: ut ait in eius vita Laertius. Achi diceret: non esse quempiam in familiaritatem facile recipiendum. Illud affert plutarchus in tractatione de multorum amicitia. Significat quoque operationem & ministerium, ut exodi 35. *Obrulerunt donaria, ut facerent opera, quae iusserat dominus per manum Moysi.* Et quarti Regum decimoseptimo. *Sicut locutus fuerat, in manu seruatorum prophetarum.* Et Esaiæ 20. *Locutus est dominus in manu Esaiæ.* Et Malachiae primo: *Onus verbi domini ad Israel in manu Malachiae.* Hoc est, incipit prophetia comminatoria, quam Deus verbo suo locutus est populo Israelitico, ministerio & operatione Malachiae. Praeterea significat auxilium & fauorem, ut primo Regum 22. *Interfucite, inquit Saul, sacerdotes domini, nam manus eorum cum David est.* Et secundi Regum tertio. *Erit manus mea tecum, aiebat Abner Davidi, & adducam ad te uniuersum Israel.* Vnde apperire alicui manum, est ei elemosynam largiri, ut Prouerbiorum 31. *Manum suam aperuit inopi.* Et manum alicui dare, est ei opem ferre, eumque iacentem leuare & dirigere, ut Actuum tertio decimo: *Circuuiens quarebat, qui ei manum daret.* Manum agitare est minari, ut apud Esaiam decimo: *Agitabit manum suam super montem filiae Sion.* Manum contrahere est ab incepto desistere, ut Iosue octauo: *Iosue uero non contraxit manum.* Manum extollere est preces ad deum fundere, ut Psalmo 133. *In noctibus extolite manus vestras ad sancta.* Hoc, est in calamitatibus uestris ad eam templi patrem preces uestras dirigite, ubi est sacrarium in sanctis sanctorum. Manum leuare est in eam curam toto pectore incumbere, ut actiones nostras ab omni impuritate abstractas exhibeamus: ut psalmo 25. *Lauabo inter innocentes manus meas.* Et psal. 57. *Latabitur iustus, cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Vbi sanguis pro diuina in nefarios homines ultione accipitur. Viri enim pii cautiore sunt, cum impios uident supplicis affectos suorum scelerum debitas poenas persolueri: & tunc enixius contendunt omnem laborem ex animo eluere. Manum ad os applicare seu conuerrere est comedere: ut capite quartodecimo libri primi Regum. Apparuit fluens mel nullusque applicuit manum ad os suum. Et paulo post: *Conuertit manum suam ad os suum.* Aliquando uero est silere, ut Iob trigesimo nono: *Manum meam ponam super os meum.* Manum consilij idem est quod librum, ut ecclesiastici quintodecimo: *Reliquit eum in manu consilij sui.* Manum accipitur pro sinu, ut psalmo 103. *Hoc mare magnum & spatiosum manibus,* hoc est finibus brachijs & littoribus. Accipitur pro functione & negotio, ad quod gerendum unusquisque tenetur: ut Esaiæ primo: *Manus uestra sanguine plene sunt.* Ac si dicat: *Omnia negotia uestra ad crudelitatem tendunt. Non exercetis munus uestrum, sed ferarum: non humanitatem sed immanitatem diligitis.* Id etiam quod ait apostolus in Epistola ad Thessalonicenses: *Rogamus uos fratres ut uestrum negotium agatis, ut operimini manibus uestris:* non solum de corporis, sed etiam de animi actionibus intelligitur, hoc est de officio, ad quod unusquisque tenetur. Monet eos, ut negotiationes uiris Christiana pietate & regione praestantibus dignas administrarent, & unusquisque officium suum exequatur. Id intelligens rex David aiebat: *Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum.* Verum id potest ad preces referri. Oppressus enim pius ac iustus rex calamitatibus & moeroribus manus suas ad dominum efferebat, eum obsecrans, ut uulneribus suis congruentem adhiberet medicinam. Huic explana-

tioni fauet uersio Sammachi ita habens: *Manus mea nocte extensa fuit sine intermissione.* Elata manu aliquid facere est illud superbe committere: Vnde Numerorum quintodecimo, ubi editio uulgata habet: *Anima uero, quae per superbiam aliquid commiserit,* &c. est in Hebræo: *Anima autem quae elata manu aliquid fecerit.* Tangere aliquem manu, extendere aut aggrauare illum manu, est eum percutere & castigare: ut Iob 7. *Manus domini terigit me.* Exod. 3. *Extendam manum meam, & percutiam Aegyptum.* Et primo Regum quinto: *Aggrauata est manus domini super Azo-* Symm. Num. 15. Iob. 7. Exod. 3. 1. Reg. 5. Psal. 118.

ti Regem Iuda. Paulo ante appellatus fuit rex Iuda, nunc rex Iudæ. Et si in uisione Latina differentia est in uerbis, in Græca tamen & Hebræa nulla est. Quare idem est rex Iuda, & rex Iudæ. Sonat autem Iuda laudationem & confessionem. Iuda est tribus, Iudæa uero tota regio in Asia maiore, quæ terra promissionis nuncupatur.

*Et partem uasorum.* Erant in templo Salomonis multa uasa, quibus utebantur sacerdotes & leuitæ in sacrificijs peragendi, quorum aliquot rex Babylo-nius cepit, secumque asportauit. Constructo templo translata sunt illuc omnia uasa sanctuarij, quæ fuerant in tabernaculo, ut libro tertio Regum proditum est. Praeterea fecit Salomon alia multa, quæ posuit in templo, & rex Ioas similiter, ut multis in locis literæ diuinæ testantur. In sacra scriptura supellectilia, arma, monilia, instrumenta dicuntur uasa Ezechielis duodecimo: *Efferes furas uasa tua: hoc est supellectilem tuam.* *Vasa belli apud Ierem. cap. 21.* & in libro Iudith cap. 16. pro armi bellicis accipiuntur. Apud psalmographum *uasa mortis sunt sagitta in arcu ad occidendum patriam.* Apud Ezechielem cap. 9. *uas interfectionis gladius est aut securis.* Vas etiam cymbam significat: ut apud Esaiam cap. 18. *In uasis papyri super aquas.* Solebant enim antiqui Aegyptij teste Plinio libro tertio decimo, nauiculas ex papyro construere: est enim papyrus arbor in Aegypti palustribus nascens. Et Actorum uigesimo septimo: *Submissio uasifici ferebantur.* Id est scapha submissa ita nauigabant. Nomine uasis ecclesia militans significatur: ut Actorum decimo: *Vidit, nimirum Petrus, caelum apertum, & descendens uas quoddam uelut lintheum magnum quatuor angelus submitti de caelo in terram: in quo erant omnia quadrupedia & serpentes terra, & uolantia caeli.* Hoc magnum uas de caelo descendens ecclesia catholica est à Deo constituta, quatuor habens angulos, nimirum ortum & occasum, aquilonem & meridiem. Animalia iuxta ueterem legem immundi gentes erant idolorum cultui antea deditæ, sed postea ad Christi legem pietatis plenissimam conuersa. Illas præcipiebat Deus diuo Petro uicario suo, & Apostolorum principi, ut occideret quo ad uicia & impietates, easque comederet: hoc est sibi & ecclesiae incorporaret. Significatur quoque uasorum nomine ecclesia triumphans, ut apud Matthæum in parabola de sagena missa in mare piscum multitudinem ex omni genere attrahente: per quam ecclesia militans significatur, in qua sunt varia hominum genera: sed impleta ea boni feruntur in uasa, mali autem foras proiciuntur. Hoc est uiri iusti, qui se integros in uita, castosque

stosque seruarunt, ad sedes beatissimas æternamque felicitatem transferentur, vbi nullo dolore affecti, quin potius omni oblectatione perfusi in æternum requiescent. Impij verò, qui fuerunt stimulis cupiditatis & libidinis concitati, cæterisque vitiis irretiti, in æternum exitium præcipites rapiuntur. Aspicias igitur capite Actorum decimo vas ecclesiam militantem significare, apud Matthæum verò capite terdecimo triumphantem. Accipitur vas pro regno: vt Prouerbiorum vicelimo quinto. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Ac si dicat: Auferantur impij a conspectu regis, & erit regnum iustissimum. Vas purissimum appellat scriptura regnum, vbi iusticia viget, vt ex consequentibus colligitur. Accipitur vas pro machina: vt Ecclesiastici 42. *Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile, opus excelsi.* Hoc est, Sol splendorem in ortu suo ostendens est machina admirabilis, ac opus altissimi. Vrbes muuitæ appellantur vasa munitionis. primo Machabæorum libro, capite quaterdecimo. *Et monilia pulchra vasa gloriæ Ezechielis vicelimo tertio: Et milites ad funestum bellum parati vasa furoris Dei,* capite Esaia tertio decimo. Diuus Paulus capite Actorum 9. *vas electionis dicitur*, hoc est instrumentum electum, quo Deus vti voluit ad nomen suum longè latèque propagandum, & ad gentes ab idolorum cultu reuocandas, atque ad seipsum conuertendas. Citharæ, psalteria, lyræ, cæteraque musica instrumenta appellantur vasa psalmi atque cantici: vt psalmo septuagesimo: *Consiuebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus.* Ac si dicat: Ego in laudem tuam Deus sancte celebrabo veritatem tuam in musicis instrumentis, canens te esse veracem, qui exhibere soleas, quæ promittis. Vnde Amos vaticinans aduersus Iudæorum magnates deliciis deditos: *Sicut Dauid, inquit, putauerunt se habere vasa cantici.* Excogitauerunt enim musicæ instrumenta, perinde ac Dauid facere solitus fuerat, sed proposito diuerso: ille vt Dei laudes carminibus celebraret, isti vt voluptatibus disfluere, & delicatè ac molliter viderent. Habet præterea vas alias significationes, quas longum esset numerare. Hoc autem Danielis loco vasorum nomine significatur phialæ, pelues, disci, ollæ, lebetes, vrcei, scyphi, amulæ, amphoræ, conchæ, antliæ, cacabi, calices, capedines, accerræ, capulæ, catini, crateræ, cymbriæ, gutturnia, hydriæ, lagenæ, maluiua, patinæ, vrnæ, luteræ, mensæ, candelabra, lampades, forcipes, fuscinulæ, thuribula, simpulla, aut alia huiusmodi. Horum aut similitum vasorum pars fuit in Babyloniâ asportata. De vasorum significationibus vide Hieronymum in Esaia. 11. & 66. Isichium in Leuiticum. 11. Hilarium in Matthæum canone 27. Cassianum libro secundo, capite 3. Augustinum libro secundo de doctrina Christiana, Cyrillum de adoratione in Spiritum sanctum, Basilium in psalmum septimum.

*Et asportauit ea.* Nimirum vasa. Sed quoniam statim sequitur: Et vasa intulit in domum thesauri Dei sui, quasi de rebus alijs loquens, non deest, qui existimet, particulam, ea, referri ad regem, & ad alios captiuos. At vtrumque potest ad vasa referri: nam primo obtulit ea Deo suo in templo, postea iussit ea in domo thesauri templi seruari. Vel accipitur, & pro id est, vt vnum sit explanatio alterius. Potest particula, & accipi pro quia, vt si sensus: Eam ob causam dico eum vasa illa posuisse in templo, quia posuerat ea in domo thesauri Dei sui. Accipi particulam, & pro quia, indicat versus ille Psalm. 59. *Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis.* Pro quo nonnulli codices habent: quia vana salus hominis. Et Esaia capite 64. *Tu iratus es, & peccauimus.* Et illud Elisabethæ apud Luc. 1. *Benedicta tu inter mulieres, &*

*benedictus fructus ventris tui.* Ita locum illum Theophylactus interpretatur. Ita illud intelligitur apud eundem Lucam capite secundo. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Sed dices fortasse: Cur peccantibus hominibus vasa Deo dicata fuerunt tradita impijs Babylonijs? Quid mali fecerunt vasa illa? Forsitan illud ob eam causam permisit Deus, vt intelligerent Iudæi, eum nulla eorum re prorsus indigere. Non enim vt egens accipit, quæ sibi ab hominibus offeruntur, sed vt eorum voluntates & officia remuneret. Voluit persuadere Iudæis eorum sacrificia accepisse, vt se eorum imbecillitati accommodaret, in eosque beneficia amplissima conferret. At postquam illi se intolerandis flagitijs contaminarunt, permisit, vt vasa templi ab impijs Babylonijs raperentur, innuens, quò ad vitia non esse inter eos & Iudæos discrimen, cum æquè vtrique se in flagitia ingurgitarent. Itaque profuit illa vasorum ablatio Iudæis, vt & Deum, & seipsos agnoscerent. Babylonijs etiam vtilitatem attulit, vt vasorum diuino cultui dedicatarum virtutem intelligerent. *Quandiu enim ea habuerunt in honore, & ad humanos vsus non adhibuerunt, nullo fuerunt exitio oppressi.* At vbi Baltasar rex illis ausus est in profano conuiuio vti, statim fuit à Deo punitus: atque suis sceleribus debitas pœnas persoluit: suoque supplicio docuit, quantus honor illis deberetur. Hoc in idem euenit circa arcam fœderis à barbaris Philistæis in prælio captam. *Qua in re ostendere Deus voluit non esse sibi opus illa, sed Hebræis: ac quia peruertebant fundamenta iustitiæ, & iura diuina & humana violabant, arcam illam testimonij non mereri.* Sed ne gentes illæ Palestinæ falsorum deorum cultrices superbia elatæ gloriarentur, quod de arca Dei triumphassent, effecit Deus, vt idolum earum *Dagon* ante arcam cadens contereretur, & ipsæ supplicio afficerentur, donec eam redderent, & munera diuinam castigacionem testatâ Deo dicarent, & ita vim illius arcæ sentirent. Aspicias igitur vasorum & arcæ asportacionem Iudæis & gentibus vtilitatem attulisse.

*In terram Sennaar.* Sennaar regio est Babyloniæ, in qua regnauit Nemrod, vt in libro Genesis memoriæ proditum est. Eius meminit Esaia capite vndecimo. Facit de illa mentionem Berofus libro quarto, de antiquitatibus orbis. & Iosephus 1. de antiquitatibus Iudaicis, & Hestius historicus, quem citat Hieronymus de locis Hebraicis, & Petrus Comestor in historia ecclesiastica. Sennaar auctore Hieronymo idem est quod fœtor eorum. Inter Babylonios inanium deorum cultores, in eorum fœtore sunt vasa sancta, hoc est, nonnulla documenta Philosophica salutaria, in eorum libris contenta, quæ ex illis depromere debemus. Pythagoras iustitiæ & veritatem efferens dixit stateram non esse transiliendam, nec in iussu Dei de præsidio ac statione vitæ decedendum. Socrates duas esse vias asseruit, duplicesque cursus animorum è corpore exeuntium. Nam qui se flagitijs contaminassent, & libidinibus deditissent, iis deuium quoddam iter esse seclusum à concilio beatorum: qui verò se puros integrosque seruassent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, iis ad domicilium cælitum, ad gloriam sempiternam viam patere, Plato eius discipulus & Platonicus omnes asseruerunt Deum esse orbis creatorem & moderatorem, eius prouidentia & numine mundum regi, cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinèque cõseruari. Eâ esse Dei vitam, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius cogitari posset. Architas Tarentinus

ym. 15. 7. 3. 5. 18. 8. 8. 7. 4. 12. 21. 16. 7. 9. 18. 27. 10. 11. 13.

Theophyl. Luc. 2. 5. 4. 5. 6. 10. 11. Berofus. Ioseph. Hestius. Hieron. Comest. Hieron. Pythago. Socrat. Plato.



tinus docuit nullam esse capitaliorem pestem corporis voluptate: ex illa patie prodiones, & vrbium euerfiones oriri, nullum flagitium esse, nullum pestilens facinus, ad quod non excitet turpis voluptas ac illecebris dominantibus temperantia locum non esse, nec in voluptatis regno posse virtutem consistere. Multa itaque de virtute differuerunt gērium philosophi, & perpetuis monumentis consignarunt, in quibus partem vālorum domus Dei, quæ est ecclesia catholica, possumus inuenire. Sed quia in multis erroribus versati ob fidei defectum, multa vana & commentitia cū veritate copularunt, non omnia vasa, sed partem eorum habere memorantur. Empedocles animam esse gen set cordi suffusum sanguinē. Vide hominis ignorantem. Zenoni Stoico anima ignis videtur. Aristoxenus harmoniam esse eam existimauit: & ex totius corporis natura & figura varios motus cieri tanquam in cantu sonos. Xenocrates animam numerum esse dixit, cuius vis, vt iam antea Pythagoræ visum erat, in natura maxima consisteret. Critias sanguinem eam esse dixit: Hippo aquam. Ac alij alias huiusmodi vanitates literis mandarunt, quas refutat Gregorius Nyssenus in libro suo de anima, vbi planè ostendit, fuisse eos in erroribus intolerabilibus versatos. Et quia quæ bene ac sapienter dixerunt, sunt ex diuinis literis deprompta, dicuntur fuisse à templo Dei asportata.

Emped.

Zeno.

Aristox.

Xenoc.

Pythago.

Critias.

Nyssen.

l In domum Dei sui. Vt ei ob victoriam gratias ageret. Domum Dei sui appellat statim domum thesauri Dei, quoniam in ea erat reconditus thesaurus in turribus nonnullis. Solebant enim quondam principes thesauros in turribus reponere, iuxta illud diuini citharædi: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Dominus hæc appellatur secundo Paralipomenon capite 36. templum, aut vt ex Hebræo transferri potest, aula: quia regis palatium continebat Dei templum, & ædes thesauri. Fortasse voluit impius rex vehi curru triumphi statim ad deorum fanum, vt religionem simularer, qua populi animos deuinciret. Erat enim Gentibus persuasum Deos esse omnium dominos, eaque quæ geratur, eoru geriditione ac numine, eosque optime de hominum genere mereri, eamque ob causam coli debere à mortalibus. Quare fingebat Nabuchodonosor religionem, vt oculi omnium in eum conicerentur. Sed quemadmodum magnæ arcis umbra non est arx ipsa, sed vana eius imago: sic simulata virtus quam hypocrisis vocant, non est virtus, sed eius inane simulachrum. Vera virtus solida est, radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia tanquã flosculi decidunt, nec simulatum potest aliquid permanere. Videte ridiculam tyranni religionem: obtulit Deo suo vasa, quæ iniuste rapuerat. Huiusmodi sunt, qui ex malè acquisitis elemosynam aliquam facientes, existimant animam expiare, & liberalitatis nomen obtinere: quos ego aquilis similes esse existimo. Vt aquilæ ex rapinis victum sibi comparantes magnificæ a nonnullis vocantur, quod prædam quam vi rapuerunt, inter alias aues distribuunt: sic illi ex cruentis spoliis viuentes, quod opes ex aliorum patrimonio crudeliter captas fautoribus suis impartiant, liberalitatis præstantia insignes prædicantur. At Salomon in Prouerbiis: *Honora, inquit, dominum de tua substantia.* Non de aliena, inquit, sed de tua. Et Tobias: *De substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere.* Et Zachæus apud Lucam: *Eccc, inquit, dimisiuim bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudauim, reddo quadruplum.* At Nabuchodonosor Iudæorum spolia Deo suo offerebat.

Psal 121  
2. Par 36

Similitudo.

Similitudo.

Prouer. 3.

Tob. 4.

Luc. 19.

m Et ait rex. Subauditur Nabuchodonosor huius

nominis primus: Asphenez Hebraicè scribitur Asphanaz, Græcè autem Asphanaz.

n *Præposito eunuchorum.* Hoc est magistro aut præfecto famulorum domus regie. Id hominum genus adhibebatur olim seruadis cubilibus regum. Vnde effectum est, vt postea temporum successione omnes principum famuli appellarentur eunuchi, tamen castrati non essent. Eodem modo Putiphar cap. 39. Genesis dicitur eunuchus Pharaonis regis Aegypti, cum vxorem haberet. Diuus Hieronymus libro de quæstionibus Hebraicis asserit eum fuisse patrem vxoris Ioseph. Hac ratione moti Diodorus & Gennadius illum aiunt non fuisse spadonem, sed regis famulum. Idem dicit de duobus eunuchis Pharaonis in carcerem coniectis Thomas de Vio Caietanus in explanatione in caput quadragesimum Genesis. Id dici potest etiam de Eunuchis, de quibus loquitur Esaias capite 39. *& de eunuchoregine Candacis in Actis apostolorum cap. 8.* quem baptizauit Philippus, nõ apostolus ille quem euangelista inter apostolos numerat, sed vnus ex septuaginta duob. discipulis, vt ait Hippolitus & Dorotheus: de quo loquitur Lucas in Actis ca. 6. Itaque idem est hoc loco præpositus eunuchorū, quod præfectus aulicorum, seu famulorum regis.

Gen. 39.

Hieron.

Diodor.

Genna.

Caieta.

Gene. 40

Esa. 39.

Act. 8.

Mat. 10.

Marc. 3.

Luc. 6.

Hippol.

Genna.

Doro.

Act. 6.

o *Vi introduceret.* Subaudi in regiam & metropolim, quæ Babylon vocabatur: errant enim in terra Sennaar per regionem dispersi. Vel introduceret eos ad aulam, vbi erant ædes famulis regis deputatæ.

p *De filiis Israel.* Hoc est de Hebræis. Piriaphrasis Iudæorum est, qui ideo filij Israelis vocantur, quia à Iacob, qui Israel postea vocatus fuit, genus suum ducit.

Gene. 38

Ita intelligitur illud psalmographi: *In Eccl. sus benedictio sal. 67. cite Deo domino de fontibus Israel.* Pro quo vertere etiam poteris: de fonte Israelis. Inducit diuinus ac regius vates cantores his verbis populum hortantes ad hymnos in Dei laudem continendos. Ac si dicant: In hominum cœtu nomen Dei cantibus celebrate vos, qui progeniem ducitis à Iacob vocato Israele, ex quo tanquam è fonte dimanastis. Hoc schemate vsus est Esaias capite quadragesimo octauo dicens: *Andue hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, qui de aquis Iuda existis.* Id est, qui à Iuda tanquam riuus à fonte deriuati estis. Fons enim pro origine accipitur: vt prouerbiorū

Esa. 48.

quartodecimo: *Terror domini fons vite.* Ita intelligitur illud Deuteronomij: *Habitabit Israel confidenter & sicut oculus Iacob.* Vbi pro oculo in Hebræo est hain, quæ vox oculum significat & fontem: quo tropo vtimur nos Lusitani, qui scaturientem fontem appellamus olhodagoa. Igitur loco illo oculus non accipitur pro oculo faciei, sed pro oculo aquæ, hoc est pro fonte & principio, vt sit sensus: Tunc habitabit populus Israeliticus securus, non admistus infidelibus, cuius populi origo & fons est Iacob, à quo ille deducitur. Eodè modo Zacharias oculum accipit pro fonte, cum ait: *Dominus est oculus hominis.* Hoc est, Deus est fons à quo bona cuncta homini dimanant. Hæc est ratio, quare Israel dicitur Iudæorum fons, & illi filij Israelis.

Prou. 14

Deut. 33

Zach. 9

q *De semine regio & tyrannorum.* Hoc est de progenie regum & virorum claritate generis præstantium. Reges quondam vocabantur tyranni ob fortitudinem teste Trogo Pompeio. Postea verò tyranni nomen illis solum tribuebatur, qui principatus viribus insolenter & intemperanter abutebantur: qui armis oppressos crudeli dominatu coercerant. Hoc loco, vt ait Albertus Magnus in huius loci explanatione, non ab immanitate, sed à fortitudine tyranni vocantur. Igitur nomine tyrannorum intellige principes & magnates, & viros strenuos generis ac dignitatis nobilitate præcellentes. Videtur diuinus vates voluisse inuenire

Trogo.

Albert.

nuere

nuere Nabuchodonosoris superbiam, qui hoc faciebat ad magnificentiam regni sui ostendendam, & ad gloriam victoriarum suarum illustrandam. Vel fortasse quoddam intelligeret, non parum conducere ad virtutis & sapientiae cumulum generis nobilitatem. Erant illi capti & abiecti, & in arumnis ob seruitutem, qua opprimabantur, versati: at voluit eos rex efferre, & honoris insignibus ac ornamentis illustrare. Ut enim sol eleuat vapores a terra, sic rex eos, qui ob infestum casum abiectam vitam degunt, cum sint virtute & nobilitate praediti, debet ferre in sublime, & honoribus decorare, & in consilium adhibere. At cum contra fieri videamus, opus est fateri priuati nomen non hominum indignitatem, sed principum infelicitatem saepenumero significare.

Similitudo.

**r** In quibus nulla esset macula. Hoc est, qui nulla essent deformitate notati, nullo membrorum defectu. Colleges ex hoc loco Danielis & socios eius non fuisse castratos: eosque longe falli opinione, qui os aiunt fuisse exectos, verèque eunuchos.

**s** Decoros forma. Id est, praeditos corporis pulchritudine, quae est apta figura membrorum cum quadam coloris suauitate. Sed addit statim: Eruditos omni sapientia. Nam corporis pulchritudo plus obest, quam prodest, si est cum leuitate & insipientia coniuncta. Vnde Salomon capite Prouerbiorum vndecimo: *Monile inquit aureum in naribus porci est mulier formosa*, quae destituitur iudicio rationis. Ut monile pretiosum seu armilla aurea pulchris gemmis distincta in rostro porci plus ei affert detrimenti quam commodi, quod eum comedere non sinat: ita forma egregia solet mulieribus vanis & impudentius exitium afferre: & hominibus leuibus & insipientibus ad superbiam, inanem gloriam, & amatorias vanitates incitare.

Prover. 11. Similitudo.

**t** Eruditos omni sapientia. Quod ad philosophiam rationalem, quae comprehendit grammaticam, dialecticam, rhetoricam: & cautos scientia quo ad naturalem, quae coeret physicam, metaphysicam, mathematicam: & doctos disciplina quo ad moralem, quae continet ethicam, politicam, oeconomicam. Sed dices: Cum pueri essent, cum ex metis adolescentiae non excessissent, qui fieri potuit, ut tot scientias consequi potuissent. Existimo non intelligi hunc locum de scientiis perfectis, quae in teneram aetatem non cadunt, sed de earum principis. Erant enim hi pueri his doctrinarum generibus etsi non consummate, aliquo tamè modo instructi: ita ut potius de aptitudine, quam de actu locus hic intelligatur. Potest verti tota haec oratio: Erudibiles omni sapientia, aptos scientiae, & dociles disciplina. Et ita nulla erit controuersia. Hi pueri quarebantur, qui pollerent ingenio perspicaci & facundo, essentque ad vtranque philosophiam apti, tam ad eam, quae in actione, quam quae in contemplatione consistit.

**v** Qui possent stare in palatio regis. Id est, qui possent regi in aula seruire: qui apti essent, ut regi ministrarent. Stare in palatio regis, & stare in conspectu regis, idem est. His duobus tropis utitur Daniel hoc capite. Nam paulò post inquit: Postea starent in conspectu regis. Metaphora est a famulis desumpta, qui solent coram dominis stare, ut illis seruiant, & famulentur: qua utitur scriptura multis in locis. Genesis capite quartodecimo: *Triginta annorum erat Ioseph, cum stetit in conspectu regis*: ut scilicet ei somnium interpretaretur, eique operam nauaret. Quarti Regum tertio dixit Eliseus: *Viuu dominus exercituum in cuius conspectu sto*: id est, cui seruiuo. Et idem postea: *Viuu dominus ante quem sto*. Et secundo Paralipomenon quinto: *Steterunt coram patre eius Salomone*. Verbum hoc stare varias habet acceptiones,

Gene. 14. 4. Reg. 3. 4. Reg. 5. 2. Par. 5.

quarum nonnullas, quas existimo ad diuinarum literarum difficiles locos intelligendos conducere, explanabo. Stare in medio aliquorum, fieri illis familiarum, in eorumque domestica communicatione versari. Id existimo voluisse significare euangelistas; cum dixerunt: Stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Et Ioannes à Iudaeis interrogatus cur baptizaret, ad Christum sermonem retulit, dicens: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis*. Ac si diceret: Vobiscum familiariter viuuit, & communicat factus homo Messias vester, quem vos ob superbiam vestram, & humilitatem eius contemnitis: ad cuius baptismum baptismus meus est praeparatio quaedam. Alludere videtur Ioannes ad id quod populo Israelitico dixit Moses de Christo vaticinans capite Deuteronomij vicesimo octauo: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus*. Vbi illud, de gente, potest verti ex Hebraeo: De medio tui: ut sit sensus. Messias tuus versabitur tecum humanitate assumpta: nam cum sit Deus, naturam induet humanam, & erit de cognatione tua ex genere Abrahæ, sicut ego sum. Multum quidem refert ad regni vtilitatem & praestantiam habere regem ex eadem gente & natione, qui se populo suo benignum & familiarem praebet. Stare super pedes est firmum esse, & optimè constitutum. Hac orationis exornatione utitur Ezechiel cap. 2. & Ioannes capite vndecimo Apocalypsis. Praeterea stare idem est quod cessare, & non moueri: ut Iosue. 3. Steteruntque sol & luna, donec vlcisceretur gens de inimicis suis: & Matthæi 20. *Quid statis hic tota die ociosi*. Postremo stare accipitur pro permanere: ut Ecclesiastici 2. *Sta in iustitia & timore*: & Psalm. 1. *Et in via peccatorum non stetit*, Peccatorum via est flagitiosus viuendi modus, in quo tunc non stamus, cum in scelere non manemus, sed ad rectam vitae rationem redimus: cum à flagitiis diuino adiuti fauore animam expiamus, eumque à corporis contagione seuocatum ad Christi imitationem conferimus. Cum igitur stare tam variè sumatur, hoc Danielis loco accipitur pro seruire & ministrare.

Luc. 24. Ioan. 20. Ioan. 1.

Deut. 28

Execl. 2. Apoc. 11. Iosue.

Mat. 20.

Eccle. 2. Psal. 1.

Philo.

Hieron. August.

August. Iosephus. Accacius. Lyran.

Similitudo.

**x** Ut doceret eos literas & linguam Chaldaeorum. Hinc colliges diuersam esse linguam Hebraeam à Chaldaea: & deceptum fuisse Philonem virum alioquin eruditum, qui contrarium putauit. Prima omnium linguarum fuit Hebraea, teste Hieronymo in primum caput Sophoniae, & Augustino libro sextodecimo de ciuitate Dei. Haec confusione linguarum mansit in domo Heber, à quo deriuata est vsque ad Abraham, eiusque filios & posteros. Ea scripsit Moses Pentateuchum, & Iosue librum suum. Nec obstat fuisse Abraham natum in Chaldaea, vbi linguam didicit Chaldaeorum: nam duas callebat linguas nimirum Chaldaeam & Hebraeam, & postquam ex Chaldaeorum exiuit regione, lingua Hebraea vsus est, quam docuit filium suum Isaac, & in posteros longè propagauit. Hac lingua locutus est Adam, & Noe, & Heber, à quo nominati sunt Hebraei, ut Augustinus libro de Ciuitate Dei 16. & Iosephus primo Antiquitatum, Accacius in Genesis, ca. 14. Lyranus in eundem librum ca. 10. memoria prodiderunt. Et constituit eis rex ammonam. Hoc est illis que rex quotidianum victum de suis epulis decreuit. Vide regis erga famulos & captiuos benignitatem & munificentiam, qui eos iisdem epulis, quas ipse sumebat, nutrirè praeciperet. Hinc discant principes & magnates, ne abiectos quidem homines despiciere. Ut caprificus vilis arbor ingentia ac dura machinarum marmora findit atque dirumpit: sic contemptus aliquando homo, nulla aestimatione iudicio popularium dignus potentes viros, diuitiis affluentes, nominis celebritate

celebritate præstantes lædit aliquando, eisque insperatam necem ac perniciem machinatur. Et ut est in cōtrito vetustate prouerbio: capillus vnus habet umbram suam. Vide quā utilis sit regi benignitas & clementia. Id intelligebat sapientissimus rex, tūm diceret in prouerbiis: *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Vbi per veritatem intelligitur fides promissorum: de qua ita ait Cicero Officiorum primo: *Fundamentum iustitiæ est fides, id est dictorum conuentorūque constantia & veritas.* Et de iusto rege ait Esaias: *Preparabitur misericordia solium.* Tanti faciebant veteres Romani clementiam, vt ei templum dedicarent, auctore Plutarcho, quem refert Aeneas Vicius in commentariis in vetera numismata. Quanto principes sunt superiores, tanto se summissius gerere debent. Opus est illis

superbiam, arrogantiam & immanitatem fugere: contra verò benignitatem, placabilitatem, & clementiam amplectari: non enim sunt tyranni, sed pastores. Vnde 77 Rahab apud Hebræos, & 200 apud Græcos regere significant & pascere. Hac ratione ductus Ieremias, cap. 2. de regibus & principibus loquens ait: *Pastores prauaricati sunt in me.* Et Homerus libro Iliadis. 1. regem Agamemnonem vocat pastorem populorum. Illud psalmographi: *Dominus regis me, nihil mihi de erit, in loco pascuae ibi me collocauit: vertunt nonnulli: Dominus pascit me.* Nec solum pascere est victum præbere, sed oblectare, iuxta illud Vergilij libro 1. Aeneidos: *Atque animum pictura pascit inani.* y. *Postea starent in conspectu regis.* Id est, exactis illis tribus annis regi seruirent, & ministrarent. Schema est tritum apud Hebræos, de quo paulo ante disserui.

## ANNOTATIONES EX

## Hebræo in Cap. I.

1. Partem vasorum domus Dei. Pro, domus Dei, est in Hebræo: בית ה' Beth Ha Elohim: Vocabulum Beth est secunda litera alphabeti Hebræi, sed prima legis diuinae: liber enim Genesis ab hac litera incipit dicens: *Bere-schith bara, &c.* Nec immerito, nam litera hæc ex vna parte clausa est, ex altera aperta, ita enim scribitur: ב. Voluit Moses innuere, quærendum nobis esse, quid factum fuerit à principio, & deinceps omnia ad anime salutem inquirenda, quoniam ea poterimus in diuinis literis inuenire, nam litera hæc patens est ex parte. At quid fuerit, priusquam mundus esset, non esse illic inquirendum, id enim non explicat Moses: & litera hæc clausa est ex parte illa. Vox hæc Beth pro qua noster interpres recte vertit domum, significat etiam familiam, genus, & pro sapientiam: ut capite primo Exodi ubi scriptum legimus, Deum propter obstetricum pietatem edificasse illis domos. Deinos illis edificare est dare eis filios, & posteros, & progeniem, & familiam. Vnde apud Hebræos edificari idem est quod filios habere. Capite sextodecimo Genesis, ubi editio vulgata habet: *Dixit Sarah marito suo: Ecce conclusit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios: habet litera Hebræa: Si fortè saltem ex illa ædificet.* Pro quo Septuaginta habent: *et inueniam filios, id est filios gignam.* Capite vigesimo quinto Deuteronomij præcepit Deus vt frater defuncti, qui absque liberis excessisset è vita, eam duceret uxorem, quæ nupsisset fratri suo. Si autem nolisset, debebat mulier tollere calciamentum de pede eius, eiq; spuerè in faciem, atque dicere: *Sic fiat homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Hoc est, qui non gignit filios ex uxore fratris sui. Accipit domum pro genere & familia est in diuinis literis vsitatissimum. Secundo Regum capite tertio: *Facta est longa concertatio inter domum Dauid & domum Saulis.* Psalmo 113. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Et paulo post: *Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron.* Esaiæ quinto: *Vinea domini exercituum domus Israel.* Luca primo: *Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: Acli diceret: Erexit potentiam saluarem per Christum, qui est è familia & progenie Dauidis seruus filii.* Ieremias capite vigesimo secundo, *antiam seu domum amplam appellat domum mensurarum, pro quo noster interpres vertit domum latam.* Capite septimo Amos ubi nos habemus: *Non stillabis super domum idoli: pro idolo est in Hebræo בית אל Is ebac, quod risum significat. Vnde poteris vertere: Non vaticinaberis super domum risus, seu ridiculam: Ita appellat diuinus vates phanum idolorum.* Quare recte vertit interpres noster sensum ape-

riens scriptura. Sepulchra etiam domus perpetue vocantur: iuxta illud psalmographi: *Sepulchra eorum domus eorum in æternum.* Verum totum hoc potest ita verti: *Cogitationes eorum sunt domos suas fore in æternum.* Ac si diceret: *Existimant vani homines familias & prosapias suas nulla posse vetustate consumi nullo periculo labefactari, nulla oblivione deleri.* Accipitur etiam domus pro loco habitationis locis propè infinitis. At hoc Danielis loco accipitur pro templo Salomonis, quod appellatur domus Dei. Fuit templum illud ad diuinum cultum fabricatum, quemadmodum antea tabernaculum Moysi, & postea ecclesia Christianorum: que ideo constructa sunt, vt in illis sacrificia missarum celebrarentur, ad quas fideles conuenirent, vt mysterijs assisterent, preces funderent, verbum Dei audirent, sacramenta reciperent, & de rebus diuinis sermones bonos ferrent. Templum Salomonis appellauit Deus domum suam apud Esaiam: de quo Christus dixit ementibus & vendentibus: *Scriptum est: domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Tempore apostolorum ceperunt ecclesia edificari: nam Paulus & Barnabas, vt constat ex Actis apostolorum capite quattodecimo, constituerunt presbyteros per singulas ecclesias, in quibus Paulus precepit mulieribus, vt tacerent. Et capite vndecimo epistola prioris ad Corinthios eos reprehendit, qui in ecclesia comedebant. Diuus Iohannes euangelista priusquam è vita migraret, iussit se ferri in ecclesiam, vt ait Hieronymus in epistolam diui Pauli ad Galatas. Aspiciet hieron. igitur, quam antiquum sit in ecclesia catholica templum & domos orationis edificare. Possimus quidem in omni loco ad dominum, qui ubique est, pijs fundere preces. Id fecit Iob in sterquilino, Daniel in lacu leonum, Manasses in vinculis Babilonis, tres pueri in camino ignis ardentis, Iohannes in ventre ceti, Christus in monte. Et apostolus ait in epistola prima ad Timotheum capite secundo: *Volo vos orare in omni loco.* Sed nullus est conuenientior ecclesiis ac templis ad id constructis, ubi preces publice funduntur. Ceterum domus acceptionibus vide Hieronymum in Esaiam 22. & 42. & in psalmum 30. & 47. Augustinum libro primo de sermone domini in monte, & epist. 107. Basilium in psalmum 48. Philonem in libro de Cherubim, & cypria libro secundo allegoriarum, Arnobium in Psalmo 35. & 67. Cyprianum contra Nouatianum, Chrysostomum in Psalmo 22. Bernardum sermone 2. assumptionis.

2. Præposito eunuchorum. Præpositio est in Hebræo 77 Rab quod vocabulum præpositum significat, præfectum,

praefectum; magistrum, magnatem, inelytum & praeclarum. Septuaginta habent: *in apocryphis* hoc est principi eunuchorum: quos sequitur Pagninus. Quidam verunt, magistro palatii. Capite primo Esther ubi nos habemus: Sicut rex statuerat, praeponebat mensis singulos de principibus: pro de principibus, est in Hebraeo hoc idem nomen *דב* Rab. Significat etiam propugnatorem: ut capite Esaia nono: Mittet eis saluatorem & propugnatorem. Pro quo poteris vertere magistrum, aut principem, aut inelytum dominum. Praterea significat multum, ut capite primo Ecclesiasticis: Eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio. Qui enim sapientiam consecuti sunt, id non potuerunt sine labore ad iram excitante obtinere. Vel ideo hoc ait, quia quanto quis melius intelligit, qua fieri debent, tanto acerbior dolore afficitur, & incitatore ira in animo agitur, cum contrarium fieri intuetur. Vitur Salomon verbo hoc Proverborum quinquodecimo, pro quo interpres noster Latinus posuit plurima, dicens: Domus iusti plurima fortitudo. Quae verba poterunt etiam ita conuertit. Domus iusti magnus thesaurus. Vocabulum significans plurimum, significat etiam magnum, & quod significat fortitudinem, significat quoque thesaurum. In domo iusti magna est fortitudo, & magnus thesaurus: vir iustitia munus magnis opibus abundat, quae animum amplificat, & diuitem faciunt, ex quibus vera gloria redundat, & efflorescit. Impij omnes paupertate laborant: & in medio diuitiarum inopia cruciantur. At qui virtute sunt praediti, soli sunt diuites. Mundi opes quoniam incerta sunt, & in casu sua, amitti possunt, virtutum autem thesaurus nec eripi, nec surrumpi potest, nec naufragio nec incendio amittitur, nec temporum varietate mutatur.

3 De semine regio. Pro regio est in Hebraico *מלכא* Melucab: quod vocabulum regnum significat. Quare poterat verti: De semine regni. Ita habet Theodotio: *Βασιλεια*. Hoc est regni: quem sequitur Pagninus. Sed hunc Hebraismum dilucide transtulit Latinus noster interpres. Deducitur a verbo *מלך* Malac, quod significat regnare: ut psalm. 92. Dominus regnavit, exultet terra, laetentur insulae multae. Sed ibi regnare accipitur pro vincere, & praeualere. Vel praedixit diuinus vates admirabile Christi regnum longe lateq; propagandum fuisse, non solum in terra continente, sed etiam in abstrusis insulis, ubi nationes antea inculta spirituali gaudio afficienda erant, & ad verum Dei cultum reuocanda. Hinc vox meleceth reginam significat: ut apud Ierem. cap. 7. Ut faciant placentas reginae caeli. Hoc est, luna, quam decepta Gentes idolorum cultrices reginam caeli vocabant. Indicat diuinus vates studium, quo impij Iudaei flagrabant idola colendi, cum luna offerrent placentas, id est panes absque fermento cum oleo, & melle decoctos, quos Gentes idolis immolabant. Sed quoniam vocabulum hoc significat etiam opus, verti possunt verba illa: Ut faciant placentas opere caeli, hoc est rotundas, & stellularibus quibusdam sigillatas. Potest quoque transferri: operi caeli, ac si diceret, machinae caelesti: ut per eam intelligatur astrorum omnium exercitus. Id intelligentes Septuaginta transtulerunt: Ut faciant placentas militiae caeli. Praeclare tamen Latinus interpres vertit: nam nomen hoc proprie reginam significat, quemadmodum melucab regnum, quo hoc loco vitur Daniel.

4 Et docto disciplina. Pro disciplina est in Hebraeo *מדאג* Maddagh: quod vocabulum disciplinam significat, scientiam, conscientiam, & cogitationem. Potest etiam verti: intelligentes cogitationem. Nam ex signis exterioribus abhi-

bito iudicio, diuino favore illustrati cogitationes cordium saepe percipiebant. In hanc significationem accipitur ab Ecclesiastica capite decimo: In cogitatione tua regi ne detrahas. Pro quo etiam recte Septuaginta habent *in cogitatione tua*. Hoc est, Eccle. 10. in conscientia tua ne detrahas de rege. Deducitur a verbo iadagh, quod significat cognoscere, scire, cogitare, conterere. Primo Exodi capite ubi nos habemus: Surrexit rex nouus in Aegypto, qui ignorabat Ioseph: est in Hebraeo verbum hoc cum negatione. Quare poterat verti: Qui non cognoscebat Ioseph. Non enim perpendebat, nec mente amplectebatur immortalia beneficia, quae Ioseph quondam in Aegyptios contulerat: Vaticinans Esaia de Christo cruci affixo cap. 53. vocauit eum virum dolorum, scientem infirmitatem: nimirum experientia. Poteris vertere: notum infirmitate. Cum enim se in monte Caluarie hostiam constituisset, ut sanguine suo animos nostros expiaret, omnes videbant eum esse vulneratum. Apud Ezechiel. cap. 9. ubi nos habemus: Didicit viduas facere: pro didicit est in Hebraeo hoc idem verbum. Ideo potest verti: Contriuit viduas: vel viduas calamitatibus oppressit. Vel cognouit viduas. Ac si dicat. Non solum viros interfecit, sed cum eorum vxoribus rem habuit. Illud psalmographi: Domine quid est homo, quia innotuisti ei? potest verti: quod agnouisti eum. Id est, quod significatione ostenderit, te illius curam agere. Cap. 6. Exodi, ita scriptum legitur: Locutus est dominus ad Moysen dicens: Ego sum dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum adonai non indicaui eis. Pro adonai est in Hebraeo Iehouah, quod nomen Iudaei ob reuerentiam nominare non audent. Pro non indicaui eis est verbum nostrum Iadagh. Quam ob causam poteris haec ultima verba ita conuertere. Et nomine meo Iehouah non sum cognitus illis. Nomen Dei Iehouah deriuatur a verbo Hauah, vel Haiiah, quod idem est: & est verbum substantiuum significans esse. Aut ut subtilius aiunt nonnulli, verbum esse ab hoc Dei nomine deducitur. Significat enim Deum in sua essentia, ut theologi loquuntur, qua ratione est, & complet, quae promittit, datq; esse omnibus, quae sunt. Sensus est: Ego sum Deus ille, qui Abraham, Isaac, & Iacob apparui promittens posteris illorum terram frugiferam & ferilem: sed id opere impletum non viderunt. Agnouerunt quidem me sub nomine omnipotentis, quoniam illos diuites feci, & e periculis multis eripui: verum opere tunc non perfeci, quod illis pollicuus sum. Ideo in nomine Sadai fui illis notus: Sadai enim idem est quod omnipotens: nunc autem notus ero in nomine Iehouah, videbis. n. me facere, quod nomen meum sonat, nempe facientem esse, & promissa praestantem. Nunc enim sic Hebraeos ab Aegyptia seruitute mirabiliter erepturus, eisq; promissam terram daturus. Hoc verbo vitur Salomon. Proverb. 10. cum ait: Qui deprauat vias suas, manifestus erit. Vel notus erit. Potest verti: Qui corrumpit vias suas, conteretur. Nam impius qui sceleribus pascitur, ab aliis affligitur & frangitur: sin autem non ab aliis, certe a seipso. Peccatum quippe secum fert dolorem & poenam. Quae maior potest esse poena, quam peccasse? Quamquam improbi homines se diuites putent & flores, merroribus tamen & erumnis praemuntur, libidibus & cupiditatibus torquentur, atque dies noctesq; cruciantur. Stimulam eos conscientiae flagitiorum, quae eos quiescere non sinunt. Cum itaq; verbum hoc varie accipiat, varie etiam nomen Maddagh accipitur, ac recte hoc Danielis loco pro disciplina usurpatur.

B a Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudae Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. b Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina c Danieli Baltassar, Anania Sidrach, Misaeli Misach, & Azaria Abdenago. d Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, nec de vino potus eius: & rogauit eunuchorum praepositum, ne contaminaretur: f Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielelem: timeo

ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coæuis vestris, condemnabit caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam Misaelem, & Azariam: Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem: & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum; & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis. Qui audito sermone huiusmodi, tentauit eos diebus decem.

*a* Fuerunt ergo inter eos. Hoc est, inter eos autem, qui ex diuersis nationibus electi sunt, fuerunt quatuor pueri Hebraei, quorum hic nomina exprimuntur. Et quoniam dicuntur esse de filiis Iuda, existimant nonnulli, eos fuisse de tribu Iuda, & ex regia progentie. Certe de Daniele illud astruit Hieronymus, Epiphanius, & Iosephus.

*b* Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina. Hoc ideo fecit, quia Babylonij nomina Hebraica detestabantur. Putauit præpositus incommodum esse nominibus odiosis & execrandis appellari, qui regi in aula ministrarent. Eam ob causam vetera illis nomina abstulit, & noua imposuit. Fortasse hoc præcepit rex, vt dominatum suum ostentaret: erat enim hoc ius dominij in more apud multas nationes: vt intelligentes serui esse se libertate priuatos, dominis parerent, & seruitutem suam agnoscerent. Hæc est Theodoretæ explanatio.

Esse quippe potestatis atque dominij signum nomina rebus imponere, indicauit Adam appellans animalia nominibus suis, vt in libro Genesis memoriae proditum est, quo se illorum dominum à Deo constitutum significauit. Voluit Deus esse hominem huic medio mundi globo præpositum: eiusque dominatui permisit non solum terrenas sed aerias animantes, & quæ aquis occultabantur. Ac quod præstantius est, cælum ipsum & admirabiles syderum fulgores, globos ætherios, monumenta manuum suarum æterna ad commoditates hominis creauit. Fortasse eam ob causam rex illis nomina mutauit, vt eos fauore prosequeretur. At enim Alexander ab Alexandro libro quarto Genialium dierum, eos qui olim in numero ciuium Romanorum erant asciti, & ciuitate donati, in memoriam accepti beneficij solitos fuisse propria nomina explodere, & alia vsurpare. Et libro secundo ait, seruos, quando manumittebantur, aut prætoris ornamentis decorabantur, explosis veteribus nominibus ingenuorum ac nobilium nominibus appellari. Itaque qui aliquem in dignitate aliqua constituerebat, ei nomen mutabat. Id in quarto libro Regum scriptum legimus, vbi Pharaon rex Aegyptiorum constituens regem Eliacim vertit, nomen eius Ioachim. Et Nabuchodonosor Babyloniorum rex cum in regia dignitate collocaret Matthatiam, imposuit ei nomen Sedechia, Sed omissis regibus mortalibus, de rege sempiterno, cuius numine mundus regitur, loquamur. Deus ille, qui homines quasi spectatores superarum rerum ac cælestium creauit, eis nomina noua imposuit, quos præcipuos suo obsequio ascribebat, quibus singularem amorem ostendebat, quorum virtutes & rex præclare gestas ad memoriam posteritatis æternam propagabat. In vetere testamento

*Alexan.* *Gene. 2.* *4. Re. 23.* *4. Re. 24.* *Gene 17.* *Gene 17.* *Gene 32.* *Gene. 41.* *Ioan. 1.* *Act. 13.* *Marc. 3.* *caulus.* *Platina.* *Abram vocatus est Abraham. Sari Sarab; Iacob Israel, Ioseph saluator mundi: in nouo autem Simon vocatus est Petrus, Saulus Paulus, & filij Zeldæi Boanerges, hoc est filij tonitruu. Summi etiam pontifices solent in creatione nomina noua suspicere. Cælius Rhodiginus libro tertiodecimo lectionum antiquarum id ob eam causam fuisse existimat, quia Sergius secundus pontifex maximus, qui primus nomen mutauit, nomine in decore antea vocabatur. Id quod videtur fuisse à Platina deproptum. Ego verò existimo consuetudinis hu-*

ius originem ad diuum Petrum primum pontificem maximum respexisse, cui dominus nomē mutauit, dicens: Tu es Simon filius Ioanna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Verba sunt euangelij auctore Ioanne capite primo. Voluit Euangelista vocabulum interpretari, cum Græcè Euangelium scriberet: quia Cephas non Græca est vox, sed Caldaica, siue Syriaca, vt rectè Hieronymus obseruauit. Idem est Cephas quod lapis magnus: quod Deus nomine Petri voluit significare. Postea namque ei dixit: Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Est enim ecclesia fundata super Petrum, & Petrus super Christum: & ita primū fundamentum Christus est: de quo Paulus in epistola ad Cor. Fundamentum, inquit aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Aspicias igitur, principem Apostolorum, cui nomen antea fuerat Simon, fuisse Cepham & Petrum vocatum. Nec solum ipse, sed vnus etiam ex septuaginta duobus discipulis fuit Cephas appellatus, ob amicitiam fortasse, qua Petrum Apostolum comprehenderat, quem singulari amore prosequabatur. Lege Dorotheū & Hippolytum antiquos auctores nomina septuaginta duorum discipulorum literis mandantes, inter quos inuenies Cepham, quem episcopum fuisse asserunt. Occurrit etiam in Acta Apostolorum, quem refert & sequitur Georgius Ederus in œconomia, nonnullos ex septuaginta duobus recenset, inter quos nominat Cepham cognomine Petri. Syxtus quoque Senensis libro secundo Bibliothecæ sanctæ ait Cepham fuisse vnum ex septuaginta duobus Christi discipulis. Hunc Cepham credibile est eum fuisse, quem Paulus Apostolus palam reprehēdit. Cum enim esset Antiochia, cibus in lege vetere prohibitis vesceretur. At venientibus Iudæis ad fidem conuersis, à Gentium mensa se subtrahebat, ne Iudæos illos offenderet, qui quod nondum essent in Euangelio perfecte docti, nec gentium consociationem, nec ciborum in lege prohibitorum esum ferebant. At Gentes simulatione Cephae offēdebatur. Qua de re diuus Paulus in epistola ad Galatas ita ait: Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in facie ei reuertit, quia reprehensibilis erat. Itaque Cephas hic à Paulo inceptus non fuit Petrus ille apostolorum princeps, Christi que vicarius, sed vnus ex septuaginta duobus discipulis. Hæc est Clementis sententia, quam refert vt veram Eusebius Cæsariensis libro primo historiae ecclesiasticæ capite quartodecimo. Eam tuetur Oecumenius in collectaneis epistolæ ad Galatas: & refert Theophylactus in commentariis in eandem epistolam. Et nostra hæc ætate eius patrocinium suscepit Bartholomæus Camerarius in tractatione de ieiunio, cap. 6. Est quidem illa probabilis, & pia, & magnorum virorum autoritate & antiquitate roborata. Non enim videtur verisimile post aduentum Spiritus S. in apostolos in crimen illud incidisse Ecclesiæ colunam, & in re graui ad fidem pertinēte, nempe de cessatione legalium, eum peccasse, cui Christus Ecclesiam suam commiserat, quem pastorem vniuersalem atque fidelium doctorem & magistrum constituerat, & vicarium suum in terra reliquerat: cui dixerat: Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Insuper cum ille se iam excussisset,

Ioan. 1.

Hieron.

Mat. 16.

1. Cor. 3.

Doros.

Hippol.

Oecum.

Ederus.

Syxtus.

Galat.

Galat. 2.

Clemens.

Euseb.

Oecum.

Theop.

Camer.

Ioan. 21.

Ioan. 21.

excusasset, atque defendisset à culpa, quam ei obiiciebant Iudæi, quòd cum Cornelio homine Gentili comederet & communicaret: quam ille diluit docens, illud ex Dei præcepto fecisse, vt in Actis Apost. scriptum legimus, qui fieri poterat vt se à gentium confortione & cibus abstraheret? Præterea non videbatur æquum, à paulo pontificem maximum apostolorumque principem publicè & acerbè increpari. Hinc Porphirius hostis Christianæ religionis sumpsit anam eos reprehendendi, vocans Petrum simulatorem & mendacem, & Paulum inurbanum & superbum: Non inueheretur tam durè in duos illos præcipuos euangelij doctores propagatores, si in veritate fuisset instructus. Nec eam ob causam dicendum est, eum qui fuit à paulo reprehensus, non fuisse Cepham discipulum illum, sed apostolorum, quòd dicat Paulus: *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in facie eius resitis.* Nam quædam exemplaria Græca habent *ἐν τῇ ἐπιπέδῳ*. Hoc est, cum venisset autem Cephas. Et eodem modo paulo post: Dixi Cephæ coram omnibus. Sed nihil refert. *κῆφος* enim, pro quo nos dicimus, Gephæ, idem est quod *πέτρος* hoc est Petrus, vt iam diximus. Et discipulus ille Cephas etiam Petrus vocabatur. Non me fugit diuum Augustinum existimasse, cum fuisse Petrum apostolum, & in crimen incidisse: in eiusque sententia esse alios propè infinitos, inter quos sunt nonnulli magni nominis & auctoritatis viri. Diuus Hieronymus ita cum D. August. eum fuisse apostolorum principem: sed in hoc ab eo dissidet & dissentit, quòd asserat eum nullum in crimen incidisse: sed hos duos insignes apostolos simulato dissidio ob aliorum vtilitatem, summa animi concordia contendisse: vt dum Petrus à paulo obiurgatus silentio vteretur, hi qui legalia putabant seruanda, ab eorum obseruatione desisterent. Et ad monitus hac hac de re D. August. nunquam fuit à sententia deiectus. Sed nec ipse potuit eundem Augustinum à sententia mouere. Secutus est Hieronymus in quæstione hac Græcos authores, quemadmodum multis in alijs, aliquando vt interpres, aliquando vt ex eorum fontibus iudicio arbitrioque suo quantum quoque modo videretur, hauriret. Qui autem illis aiunt D. Petrum in illa simulatione in crimen non incidere, sunt infra scripti patres. Origenes in commentarijs in epistolam Pauli ad Galat. & in decimo Stromatum libro, Theodoretus in expositione in epistolam ad Galatas, Eusebius Emisenus in eandem Epistolam, Didymus Alexandrinus in explanatione in eandem, Appolinarius Laudiciæ episcopus in commentarij in eandem epistolam Ioannes Chrysostomus in eandem epistolam, & in lib. 1. de sacerdotio, Theodorus Eracleæ episcopus in explicatione epistola ad Galatas Theophylactus in eandem, Oocumenius in colectionis, explicationum in eandem epistolam, Ioannes Cassianus libro collationum 17. Hi sunt in eandem sententia cum Hieronymo magni quidem viri, & admirabili sapientia præditi, qui sibi nominis celebratam & amplitudinem meritò compararunt. Sed vtra harum opinionem vera sit, alij viderint. Illud voluit præcipue admonere, fuisse quendam ex septuaginta duobus discipulis vocatum Cepham, qui forsità fuit ille quem Paulus obiurgauit. Hinc existimo esse Cepham illum, de quo in eadem epistola ad Galatas dixit Paulus apostolus: *Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columna esse, dexteræ dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Si enim loqueretur de apostolorum principe prius eum nominaret, quàm Iacobum. Imò Ioannes ille de quo hic loquitur, non fuit ille qui euangelium scripsit, vt mea fert opinio, sed alter ex septuaginta duobus discipulis. Hippolytus

enim & Dorotheus inter eos Ioannem quendam numerant, quem episcopum aiunt fuisse Bibliapolensem. Qui fieri potest fuisse illum Ioannem Apostolum, cum idem Paulus in eadem epistola asserat, post Petrum nullum apostolum vidisse, nisi Iacobum fratrem Domini? Si verba Pauli perpendere volueris, & ordinem literæ limato iudicio obseruaueris, eum Cepham, qui dedit paulo manus societatis, videbis apertè apostolum non fuisse. Loquitur enim Paulus ibi de Petro apostolorum principe, & de Cepha, vt de viris diuersis. Ita enim ait: Cum vidissent, quòd creditum est mihi euangelium præputij sicut Petro circumcissionis, qui enim operatus est Petro Apostolatu circumcissionis, operatus est & mihi inter Gentes. *Et cum cognouissent gratiam, que data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur columna esse, dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Aduerte. Cum vidissent, inquit in tertia persona, quòd creditum est mihi Euangelium, sicut & Petro, Iacobus Cephas & Ioannes dederunt mihi dexteræ. Nonne ostendit hæc oratio Cepham hunc alterum à Petro fuisse, quemadmodum Iacobus & Ioannes alij à Petro erant? Quæ enim esset constructio hæc? quæ verborum collocatio? quæ sensus conuenientia? quæ sartago loquendi, si Petrus Apostolus & hic Cephas, qui paulo dedit manum, idem essent? Germanus sensus est. Cum Iacobus apostolus & Cephas atque Ioannes discipuli Christi vidissent delegatam mihi esse prouinciam prædicandi euangelium apud Gentes, quemadmodum Petro apostolo apud Iudæos, dederunt mihi dexteræ, quod symbolum societatis. Nonne vides nullum horum trium esse apostolorum principem, sed illos esse cum eo & fide, & amicitia coniunctos? Erat quidem Cephæ hic vir magnus, & episcopus, & vnus ex septuaginta Christi discipulis: sed propter imprudentem simulationem incidit in errorem, in quem non arbitror apostolorum principem incidisse. Sed omnia hæc & quæcunque dixerò, iudicio & correctioni sanctæ Romanæ ecclesiæ catholice subiicio. Illud certissimum est nomen nouum Simoni impositum esse à Deo, qui Danieli idem fieri voluit. *c. Danieli Baltassar.* Daniel sonat iudicium Dei: Ananias idem est quod nubes domini: Misael quis postulās: Vel abstulit Deus: Azarias auxiliū domini: Baltassar scrutator thesauri: Sidrach ager delicatus: Misach prolongās: Abdenago seruus anxius. Et si magna in his omnibus inueniri potest philosophia: tamè eam silentio prætereo, satis esse existimans significationes eorum explicare. Multi fuerunt electi, vt regi ministrarent, sed de Israelitarum tantummodo nominibus hoc loco sit mētio. Solū enim viri pij & iusti nomen habere merentur. Loquens dominus apud Lucam de paupere virtutibus ornato, & de diuite epulis dedito, pauperis nomen nimirum Lazarum expressit, diuitis autem silentio præteriuit. Quamuis impij nominentur, illud est in terra, nō autem in cælo, iuxta id quod apostolis suis dixit Christus: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Et de improbis ait David *Vocauerunt nomina sua in terris.* Et iterum: *Debeantur de libro vitæ, & cum iustis non scribantur.* Et Ecclesiasticus: *Nomen, inquit, impiorum delebitur.* Et Salomon in Prouerbijs: *Memoria iusti cum laudibus: nomen impiorum putrescet. Eos dicitur Deus cognoscere ex nomine, quos diligit: vt Exodi trigesimo tertio: Nouite ex nomine.* Quæ verba Deus dixit Moysi, vt ei amorem, quo eum prosequeretur, significaret. Diuus Paulus capite quarto epistolæ ad Philipenses, & diuus Ioan. cap. Apocalypsi. aiunt horum esse nomina in libro vitæ qui sunt ad æternam gloriam prædestinati. *d. Proposuit autem Daniel.* Decreuerat Daniel sobriè

Dorotheus  
Galat. 2.  
Galat. 2.  
Luc. 16.  
Luc. 10.  
Psal. 48.  
Psal. 68.  
Ecclesiasticus. 41.  
Prou. 10.  
Exo. 22.  
Phili. 4.  
Apo. 17.

bric atque parcè viuere, & nullatenus se cibis in lege prohibitis polluere. In exilio non obliuiscatur Deisui, propter quem epulas mensæ regiae respuebat. Explicat diuinus vates suam, suorumque sociorum abstinentiam & philosophiam non gloriæ cupiditate, sed vt aliis salutare præbeat exemplum. Vitium ad corporis valetudinem referendum purabant, non ad voluptatem. Sciebant perturbationum fontem esse intemperantiam, quæ à recta ratione defectio. Quia primi nostri parentes se ab esu fructus prohibiti non abstinerunt, fuerunt gratia priuati, & ab orto amœnissimo expulsi: qui si in illo statu permanerent, essent sine dubio felices, & egregia quadam laude cumulati. Sed quia Deo non paruerunt, animi præstantiam nefario dedecore commacularunt. Vide, quid secum detrimenti attulerit cibi appetitio; *Esau pro lenticula edulio vendidit primogenitum.* *Genes. 3.* *Gen. 25.* *Exo. 32.* *Deut. 6.* *Osè. 12.* *Iudi. 16.* *Eccle. 37.* *Ioel. 1.* *Ioel. 2.* *Rom. 13.* *Philip. 3.* *Luc. 6.* *Similitudo.* *Matt. 4.* *Luc. 4.* *Hierony.*

populus Israeliticus, vt verbis vtar sanctæ scripturæ, sedit manducare & libere, & surrexerunt ludere. Vbi ludere idem existimo esse quoddam idolum celere. Ille fuit effectus repletionis, Dei obliuio, & vitulit cultus. Ideo didicebat ei Deus cap. 6. Deuteronom. Cum comederis, & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris domini. Dei tui. Et capite tertio decimo Osæ de ipsis Iudæi aiebat: Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliuati sunt mei. Volens diuina scriptura detrimentum voluptatis ciborum significare, Philisthæos adducit in exemplum capite libri Iudicum sexto decimo: quibus epulantibus, seque lætitiæ efferentibus cecidit domus, quæ illos interfecit. Contra verò frugalitatis & abstinentiæ ciborum vtilitatem multis in locis commendat. Ecclesiasticus capite treagesimo seprimo. Noli, inquit, auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. Et Ioel capite primo: Sanctificate ieiunium, vocare coctum. Hoc est, indicite & promulgare ieiunium vos o sacerdotes, & vocate conuentum. Vel sanctificare ieiunium, hoc est, ostendite sanctum esse. Et postea capite secundo inducit Deum ita loquentem: Conuertimini ad me in toto corde vestro iu ieiunio, fletu, & planctu. Diuus Paulus capite tertio decimo epistolæ ad Romanos: Sicut, inquit, in die honestè ambulemus: non in commestationibus & ebrietatibus. Et ad Phillipenses tertio increpans eos: qui se intemperanter in cibis ingurgitant, eosque vt Deos colunt, Quorum, inquit, Deus venter est, & gloria in consulatione ipsorum. Contra verò sobriis & abstinentibus ait apud Lucam cap. 6. Christus Deus noster: Beati qui eluritis, quia saturabimini. Solent viri remperantia muniti corpus suum rationi subiicere, ideo frugalitate vtuntur. Vt enim in domitum animal subtractione cibi mitescit, & domino pater: sic caro ieiunio & abstinentia nutrica domatur, & spiritui subiicitur. Id intelligens diabolus homines excitat ad ieiuniū frangendum. Nec mirum, cum etiam hac in re Christum Deum nostrum tentauerit, cum ei dixit: Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Acsi diceret: Muta hos lapides in panes, & comede. Vbi obiter aduerte in prima illa tentatione propositum dæmonis fuisse Christum ad mutationem & nouitatem excitare: solet enim tentator nouitates & rerum vicissitudines inducere, quibus nobis perniciem machinetur. Non enim dixit: Quoniam hinc panem non habes, affer illum ex alio loco, & manduca. Sed, conuerte hos lapides in panes, & comede. Non solum dæmon, sed eius serui nouitatibus delectantur. Duplici ex capite poteris hinc ieiunij excellentiam colligere, & quoddam Christus eo vsus sit, & quoddam dæmon illud frangere conatus fuerit. Hieronymus in epistola ad Demetriadem: Ieiunium, inquit, est cæterarum virtu-

tum fundamentum. Chrysostomus in Geuesim: Ieiunium est alimentum animæ. Basilius in homilia de laudibus ieiunij: Ieiunium similitudo est hominum cum angelis, iustorum contubernalis, vitæ sobrietas. Athanasius in tractatione de viginitate: Vide quid faciat ieiunium, morbos sanat, distillationes exicat, dæmones fugat, malas cogitationes expellit, mentem reddit nitidiorum, cor purgariis, & corpus salubrius. Augustinus in quodam sermone: Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis lumen accendit. Ambrosius in sermone de Elia: Ieiunium est mors culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis. Petrus Rauennas in sermone de ieiunio: Ieiunium scimus esse Dei arcem, Christi castrum, murum Spiritus sancti, vexillum fidei, castitatis trophæum. Quoniam, vt verbis vtar Gregorij Magni, à paradisi gaudio per cibum cecidimus, quantum possumus, per abstinentiam resurgamus. Terreat nos diuitis epulis dediti exemplum, quem vita in deliciis acta æterno tradidit incendio: demus operam, ne nimio ciborum onete obruamur. Quæmadmodum nauis modicis sarcinis temperata, & ad cursum expedita, quæ facillè superat vndarum impetum, melius seruat à naufragio, quam quæ est redundante ponderis magnitudine onulta, quæ quacunque procella demergitur: sic homo ieiuniis deditus, tenui alimento nutritus, & modicorum ciborum temperantia educatus, melius effugit nympos, turbines, cæterasque tentationum tempestates, promptiosque superat vehementes perturbationum fluctus in altum surgentes, quàm qui epularum onere grauatus facile prosternitur ac succumbit. Nemo quippè est, quem fugiat, vitæ nostræ nauium fluitare in alto tempestatibus voluptatum, mfectionu, discordiarum, cæterorumque flagitiorum exagitatum. Quare opus est, ne eam epularum onere grauemus: sed abstinentiam amplectamur, quam viri sapientia & virtute præstantes seruarunt, sumisque laudibus extulerunt. Diuus Petrus Apostolorum princeps quotidie ieiunabat, & vt Clemens discipulus eius testatur libro primo recognitionum, panem & oleis spôte vescabatur. Lege historias Pauli primi eremite, Antonij, Hilarionis, quas Hieronymus scripsit, & videbis admirabilem ciborum abstinentiam. Monachum vidi, inquit Hieronymus, qui annos inclusus hordeaceo pane, & luculenta aqua viuebat. Alter in cisterna vetere quinque caricis in die sustentabatur. Cœnobiaz, vt ipse ait, & historia tripartita testatur, perpetuè ieiunabant, aquam bibentes, & solum panem cum leguminibus & oleribus manducantes. Id quod in historia Ecclesiastica asserit Eusebius Cæsariensis libro secundo, cap. 17. & post illum Marulus libro tertio exemplorum. Non solum Christiani, sed etiam Gentium philosophi ciborum abstinentiam celebrarunt, quorum præconia literis monumentisque consignata nulla vetustas obruet, nulla vnquam delebit obliuio. Socrates eum qui ad virtutem aspirabat, hortabatur, vt abstinentiam coleret & delicias veluti sirenes respueret. Ita apud Stobæum in sermonibus scriptum legimus. Et in interrogatus quoniam ab aliis hominibus differret, respondisse fertur: Alij viuunt, vt edant, ego verò edo, vt viuam. Author est Maximus Monachus in sermonibus. Vbi etiam tradit Democritum hac similitudine vsu fuisse. Quæmadmodum Medicina non quæ suavis, aut longa est, bona dicitur, sed quæ ægritudini medetur: ita cibus, non qui dulcis, aut multus est censendus est bonus, sed qui valetudinem tuetur. Demosthenes, teste,

Chryso-  
stomus.  
Athana-  
Augusti-  
Ambrosi-  
Rauenn-  
Gregori-  
Similitu-  
do.  
Clemens.  
Hierony-  
Eusebi-  
Marul-  
Socrat-  
Stobæus.  
Maxim-  
Democr-  
Demeste

Fauo-  
Apoll-  
Ier-  
Philo-  
Plini-  
Senec-  
Pier-  
Arist-  
Plini-  
Aphr-  
Dica-  
Chri-  
Aelia-  
Alex-  
Linius-  
Mar-  
Marc-  
Luc-  
Matth-  
Act-  
15.  
2. Co-  
emj Ce-

teste fauorino temperantiam appellat sapientie funda-  
 mentum. Apollonius frugalitatem & in cibis su-  
 mendis temperantiam laudibus extollebat, asserens  
 illa augeri animi altitudinem. Isæus Assyrius inter-  
 rogatus, quæ essent epulæ suauissimæ, respondit, vt  
 refert Philostratus, ista curare desij. Non solum fru-  
 galitatem & abstinentiam laudabat, sed in seipso ser-  
 uare studebat. Nec abstinentiam cibi tantum, sed po-  
 tus etiã velim existimes, seruandã esse: ait enim Plini-  
 us, vinum esse cicutam hominis: & Seneca ebrieta-  
 tem vocat insaniam voluntariam. Longa, ieiunia, ac  
 diurnæ sitis tolerantiam per camelum antiqui si-  
 gnificabant: quod nullum animal tanta magnitudine  
 insigne tam exigui cibi & potus paucitate sustente-  
 tur. Quam ob causam illum inter hieroglyphica, vt  
 Pierius ait Valerianus, honorificè collocarunt: quod  
 ieiunium coluerint, quo pestilentium voluptatum  
 ardor extinguitur. Est enim aduertendum ieiuni ho-  
 minis sputum posse occidere serpentem, si in eius  
 os incidit, atque ad interiora penetrauerit, vt Ari-  
 stoteles, Plinius, Alexander Aphrodisæus, & alij  
 rerum naturalium indagatores memoriæ prodide-  
 runt. Qua in re videtur natura tacite submonuisse  
 posse effrenatam libidinem ieiunio restringi aut se-  
 dari. Quis serpens est pestilentior turpi voluptate,  
 rationi inimica, honestatis expultrice, animorum ex-  
 agitatrice, tranquillitatis peste, iliade malorum? Eo-  
 rum animi qui se illi dederunt, atque illicebatrum  
 ministros præbuerunt, Dei & hominum iura viola-  
 runt. Perturbat enim iudicium voluptas, nec habet  
 vllum cum virtute commercium. Id intelligentes  
 Ægyptij epulis pretiosis neglectis, herbis solum, &  
 arborum fructibus vescabantur: vt testatur Chære-  
 mon & Stoicus. Et Dicæarchus asserit, veteres Græ-  
 cos carnes non comedisse. Cibi quondam Argæonem  
 erant pyra, Atheniensium ficus, Mæoticorum mi-  
 llium, Medorum amigdala, Æthiopum locustæ No-  
 madum lac. Ciborum affluentiam & delicias veluti  
 inuitamenta malorum respuebant. Multi odoribus  
 leguminibusque contenti documenta frugalitatis de-  
 derunt, & insignem abstinentiæ memoriã posteri-  
 tati propagarunt. Et quia Romani epulis exquisitis  
 vti cœperunt, sanciuit senatus leges ad cohibendum  
 lautiora obsonia atque epularum delicias & sumptus.  
 Aelianus de Atheniensium & Arcadum abstinentia  
 multa narrat propè incredibilia. Et Alexander ab  
 Alexandro de variatum nationum frugaliter miran-  
 da commorat. Et Titus Lilius ait Romanos ieiunia  
 Cereri constituisse. Veteres illi qui nondum fidei  
 splendore fuerant illustrati, sed solam lumine natu-  
 ræ instructi, coluerunt ieiunia, & ciborum abstinen-  
 tiam: & audent nostri temporis hæretici rem tam sa-  
 lutarem contemnere, & damnare? vel! Christus mag-  
 gister cœlestis ieiunauit: & ieiunanti asseruit red-  
 dendam esse à Deo, qui videt in abscondito, merce-  
 dem: & constat ex actis apostolorum sanctos aposto-  
 los & ecclesiam cum illis post Christi in cœlum  
 ascensum ieiunasse. Et ait diuus Paulus cap 6. epi-  
 stolæ. 2. ad Corinthios: *Exhibeamus nos metipsos sicut  
 Dei ministros in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis. Et  
 capite vndecimo eiusdem epistolæ inter labores &  
 virtutes, quibus vitæ suæ cursum conficiebat, nume-  
 rat ieiunia, quibus corpus domabat, & in seruitutem  
 spiritus redigebat. Et non verentur hæretici ieiunia  
 aspernari? vel! Hereditatem nobis ieiunij Christus  
 reliquit, cum quadraginta dies ieiunauit: cum autem  
 apostoli fuissent ab illo instructi, & Spiritu Sancto  
 pleni inter ceteros canones quos à Christianis seruari  
 præceperunt, vnus est de ieiunio quadragesimæ, in  
 ordine sexagesimus octauus, qui constitutionum  
 apostolicarum libro quinto à duo Clemente ver-*

bis citatur: Seruandum est à nobis ieiunium quadra-  
 gesimæ, continens memoriã conuersationis & les-  
 sationis domini. Quem canonem diuus Ignatius a-  
 postolorum discipulus in epistola ad Philippenses iis-  
 dem refert verbis: Quadragesimam nolite pro nihilo  
 habere, imitationem enim continet Dei conuersatio-  
 nis. Quomodo autem veteres Christiani ieiunauerint,  
 docet Clemens libro quinto constitutionum apo-  
 stolicarum, qui se à vino & carnibus abstinebant. Id  
 quod docet concilium Laodicense canone 50. & Au-  
 gustinus lib. 30. contra Faustum, & sermone 28. ad  
 fratres solitudinem colentes. Vides quam antiquum  
 sit ecclesiæ dogma de quadragesimali ieiunio Si plu-  
 ra circa ieiunij antiquitatem & præstantiam scire vo-  
 lueris, præter citatos authores lege Origenem homi-  
 lia decima in Leuiticũ, & libro tertio in Iob. Chry-  
 sostomũ homilia prima in Genesim, Hieronymum in Eze-  
 ch cap. vigesimũ nonũ, & contra Iovinianũ, Ambro-  
 sium in caput quartum Lucæ, Augustinum sermo-  
 ne primæ dominicæ quadragesimæ, Cassianum col-  
 latione 21. concilium Nicenum primum canone  
 quinto, concilium Trullense canone 56. Agaten-  
 se canone 12. Elibertinense canone 23. Gangrense ca-  
 none 18. & 19. Sed his non mouentur Lutherani,  
 quod sint in perfidia sua obstinati. Et audent nihilo-  
 minus dicere, se ecclesiam reformasse, cum non ec-  
 clesiæ, sed sectæ Epicuræ sint reformatores. ò con-  
 tumaciam intolerabilem: ò cæcitatem deploran-  
 dam! Irrident ieiunia, & ciborum abstinentiam,  
 cum apostoli ex Dei iussu eam præceperint, & pius  
 ac sanctus Daniel, vt constat ex hoc loco, se regis ci-  
 bis abstinerit, fueritque frugalitatem mirum in mo-  
 dum amplexatus, & admirabilem ob id sapientiam  
 consecutus.

*c Rogauit eunuchorum præpositum, ne contaminaretur. Hoc  
 est, ne eum engeret ad epulas regias comedendas. Cum primam  
 illam habuit à Deo inspirationem seruandi abstinentiam, statim se  
 firmo proposito munxit, diuinis monitis acquieuit, paruit eã que  
 opere implere firmiter statuit. Nõ eam distulit in tempus aliud,  
 non moram interposuit, sed confestim executioni mãdauit. Ac-  
 cedit ad præpositũ eunuchorũ ab eo magnopere petens, ne ipsũ  
 compelleret ad epulas mensæ regis sumendas. Hinc discas, quã  
 celeriter te debes præparare ad diuina monita explenda*

*Noë prompte Deo obediuit in omnibus, quæ ei Deus instante  
 vniuersa eluione terrarum faciendã præcepit. Et Abraham Dei  
 præceptum sine mora exequi voluit circa filij immolationem: quod  
 suam erga Deum obedientiam ostenderet. De Noë scriptum est: *In  
 articulo diei illius ingressus est Noë. Pro quo Pagninus vertit: *In  
 ipsemet die. De Abraham autem: Abraham de nocte consurgens, &c.  
 Graue Dei præceptum sine dilatione perficere voluit, noctũ Dei  
 iussu accipiens, summo mane nondum orto sole illum implere  
 proposuit: surgens statim abiit ad filij sacrificium, quem  
 admirabili amore prosequabatur, tanquam ad exquisitarum  
 epularum conuiuium inuitatus. Vide etiam promptum apostolorum  
 obsequium: qui diuinis monitis instructi Christo eos vocanti  
 statim paruerunt, & vt verbis vtat euangelij, continuo relictis  
 rebus secuti sunt eum. Non in aliud tempus distulerunt, sed  
 continuo obtemperarunt. Eodem modo Saulus in terra prostratus  
 audiens Dei verbum dixit illico: *Domine quid me vis facere?*  
 Et nulla interposita mora Dei verba opere impleuit. Nam vt  
 qui fundit æs ad conflandum vas, non debet opus differre, ne  
 æs frigescat, & induretur, & ineptum fiat ad conflationem:  
 sic qui in animo diuinam habet monitionem ad honestum  
 aliquod efficiendum, non debet eam prorogare, sed***



*Eccl. 5.* confestim exequi, & conflare opus, ne ob gelidi ani-  
 mi dilationem amittatur. Id intelligens Ecclesiasticus  
 capite quinto: *Ne tardes, inquit, conuerti ad domi-  
 num, & ne differas a die in diem.* Israelitæ in terram  
 promissam tendentes pascha suam comedebant festi-  
 nantes, vt ex capite Exodi duodecimo liquet. Et  
*Exo. 12.* nos, vt verbis vtar diui Pauli in epistola ad Hebræos,  
*Heb. 4.* *festinemus ingredi in illam requiem.* Et acceptis diuinis  
*Luc. 1.* monitis operemur cum festinatione. De sacratissima  
*Luc. 2.* Dei genitrice Maria scriptum legimus capite primo  
 euangelij authore Luca: *Surgens Maria abitu in mon-  
 tana cum festinatione.* Et de pastoribus Dei charitate  
 circumfusis, & angelica motione illustratis capite  
 secundo eiusdem euangelij: *Venerunt festinantes, & in-  
 uenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in pre-  
 sepio.* Est nihilominus obseruandum, debere festi-  
 nationem nostram esse naturam, cum consilio &  
 prudentia copulatam: vt non præcipitanter atque  
 inconsiderate, sed cunctanter & sapienter nego-  
 tium aggrediantur, iuxta illud verus laudatumque  
 prouerbiū: *Festinalente: quo imperator Octavianus*  
*Gellius.* *Augustus adeo delectabatur, authore Aulo Gellio*  
*Macro.* *in noctibus Atticis, & Macrobio in Saturnalibus,*  
*1. Petr. 2.* vt non solum in communi colloquio, sed in epi-  
 stolis etiam eo vteretur. Nam in sigillo suo scri-  
 ptum habebat papilionem cum canero: quibus dua-  
 bus bestiis prouerbij sententiam hieroglyphicè  
 significabat: per papilionem vermiculum alatum &  
 velocem innuebat celeritatem, per canerum verò  
 qui motu retrogrado & tardo fertur, moram  
 & cunctationem. Eodem prouerbio oblectabatur  
 etiam Titus Vespasianus, qui in numismate scul-  
 ptum habebat delphinum ancora inuolutum, quod  
 ego depictum vidi in libro veterum numismatum  
*Vicus.* Aeneæ Vici. Vbi per delphinum velocitas, per an-  
 coram tarditas intelligitur, cum his literis: *Festi-  
 na lente.* Est igitur festinanda, sed cum pruden-  
 tia & consilio: nam festinationis absque illis comi-  
 tes sunt error plerunque & dolor. De huiusmodi  
 temeraria festinatione ait *Esai. 28.* *Qui credi-  
 derit, non festinet.* Pro quo septuaginta interpretes  
*Esai. 28.* habent: *qui crediderit, non confundetur.* Et iuxta eorum  
*Rom. 9.* versionem citat testimonium hoc Paulus capite no-  
*1. Cor. 3.* no & decimo epistolæ ad Romanos: & Petrus capite  
 secundo primæ suæ canonicæ. Vbi vides temere fe-  
 stinate idem esse quod confundi.  
*f* *Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam*  
*in conspectu.* Hoc est, effecerat enim Deus, vt Da-  
 niel esset gratus & charus magistro palatij, in-  
 ueniretque apud eum fauorem & beneuolentiam.  
 Eodem schemate & verborum ornamento vtitur  
*Gen. 39.* Moses Genesis trigesimo nono capite, dicens: *De-  
 dit dominus gratiam Ioseph in conspectu principis carceris.*  
*Tob. 1.* De Tobia scriptum legimus: *Dedit ei gratiam Deus*  
*in conspectu Salmanasar regis.* Gratia his in locis non  
 accipitur pro gratia gratum faciente, quæ est, vt  
 verbis vtar diui Thomæ, quædam participatio diui-  
 næ naturæ: de qua ait apostolus in epistola ad Ro-  
 manos: *Iustificati gratis per gratiam ihsus.* Nec pro  
 gratia illa gratis data, quæ ordinat hominem ad quæ-  
 dam præparatoria vltimi finis sed pro fauore &  
 benignitate, & beneuolentia. Pro eo quod nos di-  
 cimus: Effecit Deus, vt quidam esset in gratia apud  
 principem, vt esset ei gratus, & eum beneuolus  
 & munificus sentiret: dicunt Hebræi: Dedit Deus  
 gratiam cuidam in conspectu regis. In hac signi-  
 ficationem accipitur gratia apud Ciceronem, cum  
 his locutionibus vtitur: Redite in gratiam, aucu-  
 pari gratiam, & alius huiusmodi. Eodem modo su-  
 mirur gratia capite Genesis decimo octauo, cum  
 Abraham Deo sibi apparenti dixit: *Domine si inueni*

*gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum.* Ac si dice-  
 ret: Si tibi domine gratus sum, si apud te fauorem  
 inuenero, vt ere quæto hac benignitate erga me, vt  
 maneas in hospicio meo. Et decimo nono: *Inuenit*  
*Gen. 19.* *seruus tuus gratiam coram te.* Et Hebræorum quar-  
*Hebr. 4.* to, vbi Paulus apostolus loquens de pontifice no-  
 stro Christo ait: *Adeamus cum fiducia ad thronum*  
 gratiæ eius. Hoc est, ad sedem pontificis clemen-  
 tissimi, ad cathedram beneuolentiæ, ad solium be-  
 nignitatis. Ac si diceret: Ad cathedram pontificis  
 legalis accedebant homines cum timore ob legis  
 seueritatem: at ad cathedram Christi, qui è cæli  
 fastigio ad terram descendens humanam induit  
 formam, vt nobis faueret, & pro nobis mortem  
 subiret, quò nos ad vitam duceret immortalem,  
 accedendum est cum fiducia, quoniam solium eius  
 thronus est gratiæ, & lex eius est euangelium a-  
 moris & pietatis plenissimum. Vbi illud est ad-  
 uertendum, voluisse apostolum innuere, pontifi-  
 cem nostrum Iesum regem esse, quia thronus, vt  
 obseruauit Euthymius, est regis symbolum & signi-  
 ficatio: fuit enim Christus rex & sacerdos in Mel-  
 chisedech adumbratus, qui fuit rex & Salem &  
 sacerdos altissimi, iuxta illud diuini vatis: Tu es  
 sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi-  
 sedech: quem locum diuus Paulus in epistola ad  
 Hebræos de Christo interpretatur: *Eius thronus est*  
*Hebr. 5.* *amoris & beneuolentiæ significatæ nomine gratiæ:*  
*7.* in quam significationem accipienda est gratia hoc  
 Danielis loco.

*g* *Qui constituit vobis cibum & potum.* Diuus Pau-  
 lus capite quinto epistolæ ad Hebræos accipit ci-  
 bum pro doctrina excelsa & perfecta ad viros proue-  
 ctos pertinente, lac autem pro doctrina facili &  
 simplici, quæ ad illos pertinet, qui adhuc non sunt  
 altissimorum mysteriorum capaces. Ita enim ait: *Fa-*  
*Hebr. 5.* *cti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo.* Perfecti enim  
 mentis acie perpurpata oculos ad cælum tollentes  
 cœlestia mysteria contemplantur: imperfecti verò  
 in splendorem rerum tam excelsarum aciem men-  
 tis intendere non valent. Eodem modo capite ter-  
 tio epistolæ prioris ad Corinthios: *Tanquam paru-*  
*1. Cor. 3.* *lis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi, non escam,*  
*nondum enim poteratis.* At hoc Danielis loco cibus  
 & potus accipiuntur pro corporis epulis, & vino:  
 & vt aliis dicam verbis pro quotidiano victu, quem  
 rex illis constituerat.

*h* *Cocuis vestris.* Ex Hebræo verti possunt verba hæc:  
 qui sunt iuxta similitudinem vestram: hoc est, vobis  
 similes ætate & conditione.

*i* *Condemnabitur caput meum.* Hoc est, eritis causa, vt  
 ego ex regis sententia plectar capite: efficietis, vt  
 cæde mea luam pœnas meæ perfidiæ, quòd regio  
 edicto non obediam. Condemnare caput alicuius  
 est illum morte mulctare. Putabat solo ciborum ali-  
 mento corpora nutriri, atque florescere: ad diuinam  
 autem potentiam oculos non extollebat. Quan-  
 quam esset Regi gratus, timebat tamen, ne mutaretur  
 rex ipse, & dissidio illo alienatus & offen-  
 sus in eum perniciem moliretur. Vt enim cera cande-  
 læ ignem alit, at si deorsum feratur, illum extinguit: do-  
 sic princeps, qui alicuius fauore prosequitur: ab eo fa-  
 cile animum alienat, si eius obsequium putat deficere:  
 & qui in illum conferebat beneficia, ex exitiū cru-  
 delissimum parat. Nemo fiduciam suam à Deo habeat  
 seclusam, & in homine collocatam. Audiat Ieremiam  
*Iere. 17.* *dicens: Maledictus homo qui confidit in homine.* Et Dau-  
*Psa. 177.* *dem: Bonum est sperare in domino, quam sperare in principi-*  
*Prou. 16.* *bus.* Et Salomonem in Prouerb. *Qui sperat in Domino,*  
*beatus est.* Felix ille, qui omnem spem suam in Deo fi-  
 git & locat, quoniam ipse est fons omnium bonorum:  
 ipse

ipſe eſt verax & homo mendax: ipſe non deſerit eos, qui ad ipſum tanquam ad arcem tutiſſimam confugiunt: at homo illos facilimo negotio derelinquit, quos antea amicitia comprehendebat. Id ſentiens *Psal. 116.* Dauid aiebat: *Credidi, propter quod locutus ſum ego autem humilia ſum nimis: Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax.* Ac ſi diceret: Deus mihi promiſit eſſe me è periculis meis erepturum, cuius promiſſionibus fidem adhibui certiſſimam: Propterea hæc dico incidi in acerbas calamitates veſſarus ſum in luctu & mærote, fugi è ciuitate, vt euaderem immanitatem impij Saulis me ad exitium crudeliſſimum vocantis, & vidi me dereliſtum, humanoque auxilio orbatum: nam qui mihi polliciti erant effuſurus ſe eſſe ſanguinem ſuum pro me, ſe fugæ mandarunt, meque dereliquerunt. Quare dixi de illa fuga mea: *omnis homo mendax: non inueni in hominibus veritatem: ſolus Deus me conſolatur, & incolumem conſeruat accipitur exceſſu pro exitu ſiue fuga: Hæc eſt germana meo quidem iudicio huius loci explanatio, qua oſtendit diuinus vates eſſe fiduciam in Deo, non in hominibus ponendam.*

*k Et dixi Daniel.* Elapſo tempore aliquo Aſphenex aut quia abiit è palatio, aut quia erat negotio aliquo impeditus, ſubſtituit pro ſe malafarem, qui Danieli, eiusque ſociis præeſſet. Cùm autem Daniel non impetrauiſſet ab Aſphenex, quod ipſi erat in optatis proſectus eſt ad malafarem eum obſecrans, me ipſum coërceret, & compellaret ad epulas regius edendas: quoniam non ſolum ipſe, ſed ſocij eius decreuerant illis abſtinere. magna ſe illis offerebat difficultas ex parte præpoſiti: at illi non deſtiterunt à præpoſito, ſed alterum medium quærentes difficultatem ſuperarunt. Vix bonum aliquod aggredieris, quod non labatur in aliquam: difficultatem: ſed debes eam exorberè, & ultra progredi, & in excellentis operis proſoſito conſtanter permanere. Ideo dicebat Eccleſiaſticus: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore & prepara animam tuam ad temptationem.* Cùm Iſraelitæ à Babylonica ſeruitute reuerſi templum Dei inſtaurarent, fuerunt ab hoſtibus impedimenta illis inferentibus vexati, & ſæpenumero afflicti, ſed non à ſententia deieſti. Ferebant quidam homines, vt ait Marcus capite ſecundo, paralyticum ad Ieſum, vt illi mederetur: ſed non poterant accidere propter turbam, Bonum opus incipiebant, ſed ſtatim ſe obtulit impedimentum. At vide hominum conſtantiam: *nudaerunt tectum domus, quo demerſerunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat. Cùm Chriſtus appropinquare Ierico, & c. c. c. quidam ſedebat ſecus viam mendicans, qui cùm audiret turbam prætereuntem, ex ea que intellexeret tranſire Chriſtum,*

*clamant, vt ait Lucas capite decimo octauo: Ieſu fili Dauid miſerere mei: & qui preibant, & increpabant eum, taceret.* Vide impedimentum. At ille multo magis clamabat. Vide hominis conſtantiam. *Et ſtatim fuit ſanuatem conſecutus.* Ibant pię mulieres ad Chriſti monumentum cum aromatibus, vt vngerent eum: at oblata eſt illis difficultas. Quare dicebant, vt Marcus vltimo capite ait: *Quis reu. luet nobis lapidem ab oſtio monumentis? Sed perſeuerantes inuenerunt illum, ſi ad caput reuolutum.* Quare in rebus arduis aggrediendis danda opera eſt vt difficultas vt conſtantia ſuperetur. Nam vt Plato in Hippia maiore, & in Cratylo, & in libro quarto de republica ait, difficilia quæ pulchra quod ita peruulgatum eſt vt iam prouerbij locum obtineat. Nec quicquam tritius eo, quod ait libro moralium Nicomachiorum ſecundo Ariſtoteles. Ars & virtus in difficilibus verſantur. Eodem pertinet litera Piſthagoræ diſcimine ſecta bicorni: & euangelicum illud de via arcta, que ducit ad vitam: que conſtantia perſicitur. Vt ingentes fluctus in rumpem firmiſſimam impetum facientes, volentes eam frangere, franguntur, ipſo immobili permanente: ſic moleſta impedimenta virum ſtabilem tentantia, in eumque inſurſionibus grauiffimis irruentia committuntur, cùm ille in propoſita firmitudine rebus aduerſantibus conſtans perſeueret. Id animo perſpiciens princeps quidam Italus conſtantia roboratus pro inſigni ferebat ingentem petram fluctibus concuſſam eum litera hæc. Conſtantia frangere frangit. Et Gregorius Nazianzenus pro conſtantia ſalamandram ponit: quæ in medio igne omnia domante non ſolum viuit, & lætatur, ſed illum penitus extinguit. Daniel & eius ſocij decreuerunt abſtinentiam ſeruare, ſed obtulit ſe illis impedimentum, & Aſphenexi repugnantia: at in ſancti propoſiti conſtantia manentes obtinuerunt à malafare id, quo nihil tunc erat illi antiquius, nimirum ne illos ad regius epulas compelleret.

1 *Tanta nos obſecros.* Hoc eſt, fac priculum in nobis decem diebus: experire, poſſimus nec ne aqua & leminibus abſque macie, & formæ defectu ſuſtentari, & vultuum pulchritudinem tueri. *m Et ſicut videris, facies cum ſeruis tuis.* Vt conſpexeris ſe habere vultus noſtros, ita nobiſcum facies. Hæc dixit Daniel admirabilis fidei magnitudine roboratus: malafar autem eius precibus aſſum præbuit.

1 *Et vino vnde bibebat ipſe.* In Hebraeo eſt: Et de vino potuum ſuorum. In plurali dixit, quod variis potuum generibus utantur rages & magnates.

<sup>a</sup> Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio. <sup>b</sup> Petro Malafar tollebat cibaria & vinum potus eorum, dabatque eis legumina. <sup>c</sup> Pueris autem his: dedit Deus ſcientiam & diſciplinam <sup>d</sup> in omni libro & ſapientia: Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. <sup>e</sup> Completis itaque diebus, poſt quos dixerat rex: vt introducerentur: introduxit eos propoſitus eunuchorum in conſpectu Nabuchodonofor. <sup>f</sup> Cùmque eis locutus fuiſſet rex, & non ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel: Ananias, Miſael, & Azarias. Et ſteterunt in conſpectu regis. <sup>g</sup> Et omne verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis rex, inuenit in eis decuplum <sup>h</sup> ſuper cunctos ariolos & magnos, qui erant in vniuerſo regno eius. Fuit autem Daniel <sup>h</sup> vſque ad annum primum Cyri regis.

<sup>2</sup> Poſt dies autem decem. Exactis decem diebus quibus pueri Hebræi vſi ſunt leguminibus & aqua, viſi ſunt vultus eorum lætiores, & obſiores car-

ne, & pulchriores iis, qui regis epulis potiti fuerant. Conſidera, quanti ponderis ſit fiducia in Deum cum virtute coniuncta: & perpende abſtinentiæ

præstantiam & amplitudinem.

**b** *Torro Malasar tollebat cibaria.* Hoc est portionem cibi & potus, eamque domum suam asportabat.

**c** *Pueris autem his dedit Deus scientiam.* Quia ciborum abstinentiam amplexati sunt. Est enim frugalitas ad scientiam comparandam vtilissima

**d** *In omni libro & sapientia.* Hoc est, in omni literatura tam Hebræa, quam Chaldæa, & in omni genere doctrinæ & eruditionis. Aduerte: non ait: Adepti sunt hi pueri scientiam in omni libro & sapientia: sed dedit illis Deus scientiam. Nam vt ait Ecclesiasticus capite primo: *Omnis sapientia a Domino Deo est.* Eam ob causam ei debemus illam attribuere: etiam si in studium literarum toto pectore incumbamus. Illud etiam obserua, licere viris piis exemplo Danielis

*Eccle. 1.*

*Hieron.*

Gentium scientiam discere. Id intelligens diuus Hieronymus: Qui inquit, de mensa regis, & de vincto eius non vult comedere, ne polluat utique si sciret ipsam scientiam ac doctrinam Babyloniorum esse peccatum, nunquam acquiesceret discere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur, sed vt iudicent, & conuincant. Hęc eius verba sunt in sacros canones relata distin. 37. c. *Quide mensa.* Non inficior esse diuinarum literarum scientiam aliis excellentiorem: ea enim nos ad Dei cultum, ad modestiam, magnitudinemque animi instruit, atque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispellit. Hęc medetur animis, vanitates detrahit, cupiditatibus liberat, pellit noxios timores: est enim virtutum indagatrix, expultrix flagitiorum, tranquillitatis largitrix, magistra morum & disciplinarum. Ea instructi viri magni, sapientia & pietate præstantes in admirabilem splendorem diuinorum mysteriorum mentis aciem dirigunt, & arcana caelestia omnem fulgorem superantia intuentur. Hinc efficitur, vt celesti ambrosia oblectati Deum ipsum suspicientes, amore immortalitatis flagrantes ad gloriam aspirent sempiternam, mundi autem diuitias & dignitates ad quas plerique mortales desiderio incensi rapiuntur, contemnant, & pro nihilo putent. Sed tametsi hæc diuina scientia sit aliis illustrior & præstantior, non ideo tamen sunt aliæ reiiciendæ. Vt vtilis planta non solum pulchrorum fructuum abundantiam fert, sed etiam frondibus amœnis ornatur: ita anima non tantum theologice præceptis, & documentis veluti præcellentibus fructibus debet abundare: verum etiam philosopharum disciplinis instrui, quæ veluti folia aspectu iucunda ornamentum præbeant. At si in Gentilium libris improba aliqua contineantur, indigna lectu, quamuis iucunda & elegantia, vitanda tamen sunt: & huiusmodi libri aut penitus vitandi, aut cautè legendi, tanquam qui venena cum melle concinant, atque occultant: ne eorum elegantia suauitate deliniri pestiferum aliquid sumamus. Oportet his obstruere aures, non minus quam Vlysem ad cantus Syrenarum fecisse, ipsorum poetæ fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Et vt in hortis amœnis rosas colligimus, spinas vitamus: sic in huiusmodi libris salutaria carpamus, noxia vitemus. At libri sacri nihil habent noxij, nihil inutile. Sumus tamen memoria repetita consideraturi, librorum sanctorum volumen esse montem illum, quod si quis accedat in figura humana mores gerens beluæ, lapidibus interficitur. Nam vnde salutem & animi tranquillitatem petere debuit, inde exitium sibi machinantur. Qui inflatur superbia, etiam si diuinâ legat scripturam, nullam tamen consequitur veram ac solidam sapientiam, quia est cum humilitate coniuncta. Id intelligens psalmographus ait, *Testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis.* Hoc est, lex domini neminè fallit, sed solis

*Similitudo.*

*Similitudo.*

*Exod. 19.*

*Psal. 18.*

humilibus suppeditat sapientiam. Appellatur diuina lex testimonium, quod testificetur Deus in illa, quid velit à nobis. Ea viris piis se submisit gerentibus, qui hic paruuli dicuntur, sapientiam tradit, superbi autem omnes stultisunt. Et psalmo 118. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Non superbis, sed humilibus. Vbi pro declaratione vertit Hieronymus ostium. Nō solum enim scientia prouectis, & altè penetrantibus, solet diuina scriptura lumen ferre, sed incipientibus, dummodo humilitatem amplectantur. Vnde ait Salomon in prouerbis: *Vbi*

*Hieron.*

*Prou. 11.*

*Similitudo.*

*humilitas, ibi sapientia.* Et Christus Deus noster capite vndecimo euangelij Matthæi: *Confiteor tibi pater, domine celi & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Hoc est humilitate munitis. Quod est non de ficta & simulata, sed de vera & solida humilitate intelligendum. Nam vt palæstræ corpus humiliant, non vt se, sed aduersarios deiiciant: sic nonnulli se demittunt & vituperant, non vt seipos deponant, & prosternant, sed vt alios decipientes & deiicientes ipsi effertur. Est igitur sapientia solida in diuinis literis cum vera humilitate quærenda. Sed non eam impedit Gentilium scriptorum disciplina, imò adiuuat aliquando: Nam diuus Paulus citat eorum sententias: in epistola enim ad Titum vtitur versiculo Epime-  
*Epime.*  
*Callima.*  
*1. Cor. 15.*  
*Act. 17.*  
*Aratus.*  
*1 Re. 17.*  
*Deu. 21.*  
nidis poetæ: cuius heroici hemistichium postea Callimachus vsurpauit. Capite quintodecimo prioris ad Corinthios Menandri ponit versiculum. Et Athenis, vt refert in Actis apostolorum Lucas, Aratum citat. Fuit quippe alter David, qui de manu Goliath gladium arripuit, vt illo eius caput amputaret. Le-  
*Cyrrillus.*  
*Orige.*  
*Meiho.*  
*Hieron.*  
*Quadrus.*  
*Arist.*  
*Iustin.*  
*Tatian.*  
*Hippol.*  
*Apollo.*  
*Iulius.*  
*Eusebi.*  
*Basilius.*  
*Tertull.*  
*Arnob.*  
*Lactan.*  
gerat enim in Deuteronomio *radendum caput mulieris in bello capta, pilos, & unguis amputandos:* & ita posse illam in coniugio haberi. Mulier illa est scientia secularis, ex qua sumus amputaturi noxia & superuacanea, & ex captiua Israeliticam facturi. Idem fecit Cyrillus Alexandrinus aduersus Iulianum: Origenes Adamantius aduersus Celsum, Methodius aduersus Porphyrium. Hieronymus aduersus Iouinianum. Quadratus episcopus Atheniensis & Aristides Christianus philosophus libros quos imperatori Adriano in nostræ fidei defensionem dedicarunt, infinitis Gentilium philosophorum autoritatibus repleuerunt. Idem fecit Iustinus martyr in libro contra Gentes, Tacianus in operibus suis, Hippolytus, Apollonius, Iulius Africanus, Eufabius Cæsariensis, Eustachius Antiochenus, Eusebius Emisensis, Basilus Magnus, Septimius Tertullianus, Arnobius, Augustinus, Lactantius Firmianus. Hi omnes inter diuinarum literarum scientiam, humanam eruditionem, & philosophorum gentilium sententias inseruerunt. Quare non sunt literæ humanæ damnandæ, cum constet ex hoc Danielis loco, eum & socios eius viros pietate præstantes illis operam dedisse.

*Omnium visionum & somniorum.* Intellige de veris, & à Deo immisissis, non de vanis insonis. Cernebat Daniel mētis oculis à Deo illustratis significationem visionum & somniorum, quibus per symbola & enigmata futura monstrabantur. Habebat enim scientiam non solum acquisitam, sed etiam infusam. Docemur hoc loco, Deum potius ad pietatem & religionis studium respicere, quàm ad temporis ætatem. Vides enim Danielem multis natu maioribus antepositum. Id quod Samueli, & Ioseph, & aliis multis euenisse literæ diuinæ testantur.

*Reg. 3.*  
*Gen. 37.*

**c** *Completis itaque diebus.* Exactis autem diebus post quos præceperat rex, vt ad se adducerentur pueri, adduxit eos palatij magister coram rege. Dies regis apud Oseam capite septimo est dies natalis eius: & apud Malachiam capite tertio dies sæculi idem

*Gene.*  
*Gene.*  
*1. Reg.*  
*Tob. 1.*  
*Iob. 1.*

*Exec.*

idem est quod olim. Dies domini apud Paulum capite  
 1. Cor. 3. tertio prioris ad Corinthios est dies vltimi iudicij.  
 Nomine diei intelligitur prosperitas: vt psalmo qua-  
 dragesimo primo. *In die mandauit dominus misericordiam  
 suam.* Accipitur aliquando pro vita presentis: vt apud  
 Ioannem capite nono: *Me oportet operari opera eius, qui  
 misit me, donec dies.* In dieb. illius dicunt Hebraei pro re-  
 gnante illo, vt apud Esaiam septimo: *Et factum est in  
 diebus Achaz:* & apud Matthæum secundo. *In diebus  
 Herodis regis.* Dies annorum sunt anni. Hoc schemate  
 vsus est Iacob, cum dixit capite quadragesimo septi-  
 mo Genesis: *Dies annorum peregrinationis mee, &c.* Acci-  
 pitur etiam dies pro quocunq; tempore: vt Genesis  
 secundo. *Quocunq; die comederis ex eo, morte morieris.* A-  
 liquando pro anno. In quam significationem accipitur  
 Ezech. 4. hoc Danielis loco: nã paulo antè dixerat Daniel, præ-  
 cepisse regem, vt ipsi pueri enutriti tribus annis cibis  
 regiis postea coram seipso starent. *Vel completis diebus,*  
 Augusi. hoc est completo tempore. Ait enim Augustinus li-  
 bro secundo contra Manichæos nomine diei omne  
 tempus significari.

f. *Cumque eis locutus fuisset rex.* Subaudi & ipsi regi re-  
 ponderent. Nam multis verbis citro vltroque habitis  
 fuit eorum scientia perspecta, & explorata.

g. *Non sunt inuenti tales de vniuersis.* Collata scientia  
 puërorum Hebræorum cum aliorum scientia, qui  
 ad munus illud electi sunt, fuerunt primæ delatæ He-  
 bræis inter omnes. Præclarè fecit rex, qui, vt cuiuscū-  
 que eruditionem cognosceret, omnes in seipfos com-  
 parauit. Nam quemadmodum gemmæ atque margari-  
 tæ vt agnoscantur, & earum excellentia perspiciat-  
 ur & vis, oportet eas cum aliis conferre: tunc enim  
 gradus præstantiæ vniuscuiusque planè apparent, ita  
 vt videas, quæ sint lucidiores, quæ sub obscuriores: sic  
 vt homines rectè cognoscantur, opus est eos cum aliis  
 cõparare, & opera vniuscuiusque limato iudicio per-  
 pendere: & ita qui sint illustres, qui tenebris obfusi,  
 qui doctrina exculsi, & literis perpolitati, qui indocti,  
 & disciplina destituti, quot gradus scientiæ & elegã-  
 tiæ, incitiæ & barbariæ vnusquisque habeat, facile  
 intueberis. In studio literarum quidam velut aues se  
 conferunt ad contemplationem naturæ, & philoso-  
 phiæ vtilitatem & celsitatem, quidam verò veluti  
 canes ad sophismatum rixas & iurgia, & inanes  
 controuersias. Illud est hoc loco obseruandum,  
 eos, cum quibus pueri Hebræi comparati sunt,  
 & qui illos compararunt, fuisse idolorum cultor-  
 es, aut omnes, aut plerosque. Ex quo religionis  
 firmitudinem & in virtute constantiam horum qua-  
 tuor Hebræorum poteris colligere: qui inter impro-  
 bos habitantes nunquam à fidei & honestatis gradu  
 fuerunt deiecti. Polluerant se homines, pestilentibus

Genes. 7. sceleribus, & vt verbis vtar diuinæ scripturæ, *omnis  
 Gene. 13. caro corruerat viam suam, nihilominus tamen dixit Deus  
 Gene. 39. Noe, vt in libro Genesis testatur moyses, Te vidi iustum  
 1. Reg. 4. coram me in generatione hac.* Iustus Loth habitauit in me-  
 Tob. 1. dio Sodomorum. Ioseph in Aegypto fidè seruauit &  
 Iob. 1. castitatem. Samuël inter sceleratos filios Heli in ani-  
 mi candore perseuerauit. Pius Tobias inter impios  
 Assyrios morabatur. Iob rerù tolerantia munitus in-  
 solentes, & aduersis contractos calamitates suas  
 Exec. 2. æquo animo ferebat. Ezechiel cui Deus dixit:  
*Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpia-  
 nibus habitas: nunquam à virtute discessit.* Inter Ca-  
 pharnaitas vitam degebat Centurio, cui Chri-  
 stus dixit apud Matthæum capite decimotertio.  
*Non inueni tantam fidem in Israel.* Nicodemus Iu-  
 dæorum illorum familiaritate vtens, qui Christi  
 verbis fidem nullam adhibebant, dixit Christo apud

Ioannem capite tertio: *Rabbi scimus, quod à Deo venisti  
 magister.* Itaque inter impios sceleribus contaminatos  
 possunt viri pij virtute præditi vitam agere sancti-  
 moniæ plenissimam. Non me fugit, non parum con-  
 ducere virorum sapientia & honestate præstantium  
 consuetudinem ad animo & flagitiis abducendos,  
 & ad verum decus excitandos. Nam volens Deus  
 in Abraham ingentia à conferre beneficia, eum  
 deduxit à Chaldæis. Eodem modo Loth extraxit à  
 Sodomis, Isaac separauit ab Ismaele, & Iacob ab  
 Esau. Israelitis dixit Deus, vt capite Numero-  
 rum 16. memoriæ proditum est: *Recedite à tabernacu-  
 lis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos perti-  
 nent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Edificantibus  
 Judæis templum post reditum à seruitute Ba-  
 bylonica, veniebant cultores idolorum, vt eos  
 in opere iuuarent: at illi, vt capite tertio libri  
 sui primi mandauit Esdras eos diuino consilio in-  
 structi reiecerunt. Quid plura? Quandiu Petrus  
 fuit cum apostolis, firmus permanit, cum autem  
 in atrio principis cum ministris illius se miscuit, do-  
 minum negauit. At Daniel, Ananias Misael, Aza-  
 rias, exules in Babylonica seruitute constituti  
 nec Deum reliquerunt, nec fuerunt ab eo reli-  
 cti. Sciebant, quanti ponderis sit virtus, quæ in  
 tempestate quieta est, & lucet in tenebris, pul-  
 sâque loco manet tamen, atque hæret in patria, flo-  
 rértque per sese semper, nec alienis vnquam macu-  
 lis obsolescit.

h. *Et steterunt in conspectu regis.* Hoc est, & seruiertunt  
 regi. De hoc Hebraismo supra differui.

i. *Super cunctos ariolos & magos.* Inuenit eos decies do-  
 ctiores, hoc est multo eruditiores, & præstantiores  
 aliis sapientibus, qui arioli & magi dicebantur. Pon-  
 nitur numerus certus pro incerto. Magi ac arioli Ba-  
 bylonis multa dicebant, sed superuacanea, Hebræi  
 autem pauca, sed certa. Vt insignes artifices iaculan-  
 di statim scopum: sic viri perspicaces & prudentes  
 pauca loquuntur, sed ad rem. Vt non æquè volat  
 aquila & perdix: sic non æquali animi acumine  
 valent, qui in iudicia incumbunt literarum. Arioli  
 sunt futurorum diuinatores, magi verò arte ma-  
 gica instructi: At hoc loco, & multis aliis per ario-  
 los significantur rerum naturalium & astrularum  
 indagatores, & philosophi, præsertim astrologi: per  
 magos verò sapientes, præsertim mathematici. Magus  
 vox est Persica, & vt viri aiunt docti, idem est magus  
 apud Persas, quod philosophus apud Græcos, & gym-  
 nosophista apud Indos. Et quia olim reges Orientis  
 erant philosophi vocabantur magi. Vnde magi illi qui  
 ex Oriente Hierosolymam venerunt, & puerum Iesum  
 Deum nostrum in Bethlehemitico præsepio colue-  
 runt, vt Matthæus capite secundo testatur, reges e-  
 rant: Sed eos magos vocauit, quia ad religionis Chri-  
 stianæ amplitudinem magis condecit Christum à sa-  
 pientibus, quàm à regibus quæri, reges enim inci-  
 dunt sæpenumero in errores, sapientes autem haud  
 quaquam. Fuisse autem magos illos reges, asserit  
 Athanasius in quæstione quadam, Cyprianus mar-  
 tyr in sermone de baptismo Christi, Chrysostomus  
 in prima vigintiseptem homiliarum in Matthæum,  
 Isidorus in præfatione missæ, quæ appellatur moza-  
 raris, Claudianns in quodam epigrammate, Hierony-  
 mus in psal. 71. August. sermone. 43. ad fratres solitu-  
 dinis, Tertulianus in tractatione contra Iudæos.  
 Vide quam antiquos & graues authores tibi cito,  
 & quanta sapientia & sanctitate munitos, Omnes  
 hi & alij propè infiniti hanc veritatem testantur.  
 Et hæc est Eccl. sanctæ catholicæ, traditio. Qua-  
 re nullo modo audiendi sunt hæretici nostri tem-  
 poris, qui hos sanctos Magos reges non fuisse asse-

Hieron.

Prout II.

Similitu- do.

Tit. 1. Epime. Callima. 1. Cor. 15. Act. 17. Aratus. Re. 17. Den. 21.

Cyrillus. Orige. Meiba. Hieron. Quadra. Aristi. Justin. Cyprian. Hippol. Apo llo. Iulius. Eusebi. Basilus. Tertull. Arnobi. Lactan.

Reg. 3. Gen. 37.

Gene. 11. & 15. Gene. 13. & 17.

Gene. 2. Gene. 3. Nu. 10.

1. Bdr. 5. Mat. 16. Mat. 14.

Luc. 22. Ioan. 18.

Similitu- do. Similitu- do.

Athana. Cypria. chriso. Isidorus. Claudi. Hieron. August. Tertull.

ueranter, sed falso & impudenter affirmant. Aspicias sapientes Babylonios vocari magos, quos pij pueri Hebraei sapientia superarunt. Et si Malafar intelligere poterat, pueros illos fuisse sapientiam consecutos ob admirabilem abstinentiae vim, & singularem erga diuinum numen pietatem & religionem, tamen alij id non intelligebant. Verum credibile est, eos apud regem sapientiam suam in Deum retulisse, cum nihil esset illis magis in optatis, quam Dei sui notitiam Babylonis exhibere, omnesque ingenium ac studium conferre ad ipsius Dei gloriam laudemque celebrandam.

Infra 6.  
Infra 10.

Similiter do.

Esa. 44.  
Et 45.

2. Pa. 36.  
1. Ed. 5.  
3. Esdr. 2.  
Iere. 50.  
Exe. 40.  
Psa. 136.

**k** *Vsq̄ue ad annum primum Cyri.* Subaudi, in aula minister, vt videre licet in fine sexti capitis. Nam postea vixit vsque ad annum tertium Cyri, vt infra patebit capite decimo. Hoc adiecit, vt suarum vaticinationum tempora indicaret. Vt limites ac termini non ferunt agros permisceri & conturbari: sic tempora historias distinguunt, nec sinunt eas confundi, nec lucem veritatis amitti. Hunc Cirum vaticinatus est Esaias remissurum esse Iudaeos in terram promissionis, eosque in pristinam dignitatem restitutum: eiusque nomen multo antequam nasceretur, scriptum reliquit: vt ex capite quadragesimo quinto vaticinationum eius cognoscimus. Aiuunt regem illum Cyrum cum nomen suum in antiqua illa Esaias scriptura, quae ante eius ortum facta fuerat, videret, obstupuisse: eamque ob causam Iudaeos in pristinam dignitatem reuocasse. Quomodo autem fuerint ab eo restituti, docet scriptura libro secundo Paralipomenon, & primo ac tertio Esdrae. Hanc Iudaeorum reductionem praedixerat non solum Esaias, vt paulo ante ostendimus, sed Ieremias capite quinquagesimo, Ezechiel quadragesimo, Ezechiel quadragesimo, psalmo 136. & alij diuini vates. Caeterum haec Danielis verba possunt ita verti: *Fuit autem Daniel vsque ad annum ipsius Cyri regis.* Hoc est: vsque ad tempus Cyri.

Gen. 1.

Exo. 21.

Exo. 22.

Psal. 49.

Exo. 20.

Ioan. 1.

**i** *Pueris autem his dedit Deus scientiam.* Ex Hebraeo potest haec oratio ita verti: *Et pueris his quatuor dedit Deus cognitionem.* Graeca editio habet: *Quatuor pueris: & dedit eis Deus intelligentiam.* Pro Deo est in Hebraeo **אלהים** Elohim, quod nomen Deum significat: vt Genesis primo: *In principio creauit Deus caelum & terram.* Aliquando indices: vt Exodi vigesimo primo: *Offerat eum cibus offerendo.* Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: *Applicabit eum dominus eius coram iudicibus.* Et capite vigesimo secundo: *Diis non detrahes.* Vbi paraphrasis Chaldaica pro diis indices etiam habet. Aliquando vertitur per numerum singularem, vt hoc Danielis loco: ali- quando per pluralem: vt psalmo 49. *Deus deorum dominas locutus est.* Pro quo in Hebraeo est **אלהים יהוה** El Elohim Iehouah Diber. Quae verba ex Hebraeo ita possunt rectissime verti: *Deus Deus Deus locutus est.* Voluit illis diuinus vates sanctissime iuinitatis mysterium innuere. Ad personarum distinctionem ostendendam ter Deum nominauit, ad naturae autem unitatem significandam singulari vsus est, non plurali, dicens: *locutus est: non locuti sum.* Capite vigesimo Exodi proditum est dixisse Hebraeos Mosi: *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur.* Pro Deo est in Hebraeo Elohim: pro quo ibi paraphrasis Chaldaica habet verbum. Verbum autem Christus est: de quo ait Ioannes: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Etiam hodie Iudaei nolunt Christum audire, ne moriantur: & infelices homines ob id in peccato moriuntur, quia Christum Dei filium audire nolunt. Videte hominum caecitatem: volunt Mosem audire, non Deum: Ac nec Christum in-

tellegunt, nec Mosem. Moses enim ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israelis in faciem eius. Et vt verbis utar D. Pauli in priore ad Corinth. obtusi sunt sensus eorum, vsque in hodiernam enim diem ipsum velamen in lectione veteris, testamenti manet non reuelatum. Cum legitur Mosem velamen positum est super cor eorum. Accipitur aliquando Elohim pro angelis, vt psalmo septuagesimo: *Adorate eum omnes angeli eius.* Et psalmo 137. *In conspectu angelorum Psallam tibi.* Quibus in locis pro angelis est in Hebraeo Elohim. Similiter psalmo octauo: *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Quod de Christo quatenus homo est, D. Paulus in epistola ad Hebraeos interpretatur. Nam esse angelorum naturam praestantiorē humana, nemo est, qui dubitet. Est quidem homo admirabilis: cum enim Deus caetera animalia abiicisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad caeli fastigium quasi ad domicilij conspectum excitauit. At si ad celestium illarum mentium, quas spiritus vocamus & angelos, naturam respexerimus, intelligemus eam esse excellentio rem humana, quamuis humana sit alijs caeterorum animantium illustrior & praestantior.

Exo. 20

1. Cor. 30

Psal. 70

Psa. 137

Psal. 8

Hebr. 2

**2** *Dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia.* Quidam vertunt: *In omni libro, & sapientiam.* Vi sit sensus, Deum dedisse Danieli, eiusque sociis scientiam & disciplinam & sapientiam in omni literatura. At in Graeco est: *ἡ σοφία καὶ ἡ παιδεία.* Hoc est in omni grammatica & sapientia. Pro libro est in Hebraeo **ספר** Sepher a verbo Saphar, quod significat numerare: unde siphra dicitur notula numerorum, quae cum nihil valeat, efficit, vt alie plus valeant. Significat etiam narrare, recensere, nunciare. Vnde deducitur Sepher: quod nomen librum significat, quod in eo multa narrentur. Verbo hoc Saphar pro nunciare vitur psalmographus, cum ait: *Vitam meam nunciaui tibi.* Pro quo poteris vertere: *narraui tibi.* Pro, *vitam meam*, est in Hebraeo **נודחי** Nodhi. Vox est Nodh, quae re ipsa significat fugam, a verbo Nadhad, quod significat fugere, & migrare. Pagninus habet: *Migrationes meas numerasti.* Isidorus Brixianus: *Fugas meas tu numerasti.* Flaminius: *Fugas meas dinumeratas habes.* Sed diuus Hieronymus vertit: *Secretiora mea dinumerasti.* Ac si diceret Dauid: *Tu Domine nosti numerum omnium mearum cogitationum.* Potest rectissime verti versiculus hic: *Fugam meam narraui tibi.* Vi sit sensus: *Non te latet Domine me periculis cinctum fugisse impetum Saulis.* Hoc ei dulcem ferebat oblectationem, esse calamitates suas notas Deo, quem sibi patrem esse non dubitabat. Potest hoc referri ad amorem solitudinis, quo tenebatur. Ac si diceret: *Nostri Domine Deus, quoties me ab hominum caetu separauerim, vt de te aptius cogitarem, te excelsius contempserem, & in diuinam philosophiam ardentius incumberem.* Requiescens enim rex ille a negotiis humanis otium sibi sumebat aliquando, & ab hominum familiaritate frequentiaque interdum tantquam in portum se in solitudinem recipiebat. Fortasse retulit verba haec ad fugam sui ipsius in Deum: debemus enim a nobis discedere, & in diuinum numen proficisci, ad illudque tantquam ad arcem tutissimam confugere. Homo ille euangelicus qui inuenit thesaurum absconditum, pro gaudio illius, cui vt illum possideret, Nam vt Christum in comparabilem inexhaustumque thesaurum summumque honorum omnium acerrimum consequamur, summa ope niti decet a nobis ad ipsum confugere. Vi Israelita expugnarent ciuitatem Hai, se fugam dardum, & ait diuina scriptura capite octauo Iosue, fuisse Iosue cum fugientibus: bonus namque Iesus quem ille I. sue adumbrabat, nobiscum erit, si coniecimus nos in fugam, quam demon intercludere conatur. Praeterea possunt Dauidis verba ad vitam breuitatem referri: pro quibus Septuaginta transtulerunt: *ἡ βραχυλογία καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ζωὴ.* Hoc est: *vitam meam nunciaui tibi.* Et ita fideliter vertit Latinus noster interpret. Sed

Esa. 55

Pagnin.

Brixia.

Flamin.

Hieron.

Mat. 13

Iosue. 8.

Sed

1. Cor. 34

Cicero. Seneca.

Sed dices: Si in Hebraeo est Noth, quod fugam significat, quare Septuaginta Septuaginta posuerunt vitam vitam? Recte quidem: nempe ut nobis quid illa esset significarent. Quid aliud est vita nostra, quam fuga? Nam ut ait sanctus Iob capite tertio decimo Homo fugit velut umbra. Et ut verbis Ciceronis in prima quaestione Tusculana: Volat enim aetas. Et Seneca in epistola ad Lucidium: Quicquid vides, inquit, fugit cum tempore. Si velimus vite celeritatem, in nullis premiis humanis spem ponemus rerum nostrarum: quin potius studebimus, ut si virtus nos trahat ad verum decus. A verbo hoc Saphar derivatur nomen Sophor, pro quo noster interpret vertu litterarum & doctorem cap. 33. Esai, cuius haec sunt verba. Cor tuum medietur timorem. Vbi est literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi est doctor parvulorum? Potest etiam haec oratio ita verti ex Hebraeo: Cor tuum cogitabit de timore praeterito: dices enim: Vbi est numerans, vbi ponderans? vbi censor oppidorum? Sensus est. Cum e corporis vinculis admirabili gaudio affectus in splendidissimum ac pulcherrimum beatorum caetum euolaueris, teque liberum ab omni tyrannorum oppressione conspexeris, recordaberis terroris, quo in mundo angebaris cum ad ferendum tributa & exactiones quotidie cogeres, & dies: Vbi est qui numerat ciues & habitatores? qui ponderat eorum opes? qui censet per as & libram, ut omnes ad tributa soluenda quotidie coerceat? Vbi sunt, qui nobis noua & crudelia uectigalia ponebant? Hoc ideo dices, quia beatus erit gaudium singulare praeteritarum calamitatum meminisse. Nam ut ca-

Iere. 32. ni Latinus poeta: Experti reuocate animos, moestumque timorem Mutue: forsan & hac olim meminisse iuuabit. Sopher igitur deducitur a Saphar, quemadmodum Sopher, quod librum significat, & enumerationem, & numerum, & narrationem. Vox est frequens in sacra scriptura. Ea videtur Ieremias capite trigesimo secundo: Et scripsi in libro: & signaui Capite 5. Genesis ubi nos habemus: Hic est liber generationis Adam, pro libro est in Hebraeo Sopher. Quare poteris ita orationem illam vertere: Haec est numeratio generationis hominis. Describit enim ibi Moses catalogum filiorum primi hominis. Pro eodem fortasse accipitur apud Mattheum dicentem: Liber generationis Iesu Christi. Vt sit sensus: incipit enumeratio eorum, a quibus Iesu Christi genus suum ducit secundum carnem. Et tunc incipit ab Abraham usque ad Ioseph & virginem sacratissimam. Inuenies nomen hoc Sopher capite vicesimo primo Numerorum, cuius haec sunt verba: Vnde dicitur in libro bellorum domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Quis sit liber hic bellorum domini, non est facile explicari. Quidam autem esse librum, qui non extat, a Mose conscriptum, in quo bella tantum narrabantur, a quibus Iudaei de hostibus victoriam reportauerant. Sed cum nec rationem adducant, videntur potius diuinare, quam docere. Alij existimant esse eundem librum Numerorum: in ti nomine hoc Sopher, quod librum significat, & numerum. Vt sit sensus: Vnde dicitur in Numero, hoc est, in codice hoc, qui appellatur numerus. Alij putant esse totum pentateuchum. Sed quia Sopher narrationem significat, fortasse in eam significationem hoc loco accipitur: non pro volumine aliquo, sed pro narratione rerum gestarum Hebraeorum, quae communi ore narrabatur. Vt sit sensus: Hinc efficitur, ut cum narrata fuerint bella quae dominus gessit pro Israhelitarum populo, dicatur eos mirabiliter liberaisse in torrentibus Arnon, quemadmodum fecerat in mari Rubro. Vbi Sopher pro rerum gestarum commemoratione accipitur: sed hoc Danielis loco pro libro & literatura.

Ierem. 1.

2. Reg. 3.

4. Re. 10.

Luc. 1.

Matt. 7.

Luc. 4.

Dent. 8.

3 Omne verbum sapientiae Pro verbo est in Hebraeo דבאר Dabar, quod praeter verbum significat rem, quaestionem, quidquam. Pro verbo & sermone accipitur primo capite Ieremia: Verba Ieremia filij Elchiae: Pro re secundi Regum 3. Vna rem peto a te. Et 4. Reg. 20. Non fuit verbum, quod non ostenderet ei Ezechias in domo sua. Et Luca secundo: Videamus hoc verbum, quod factum est nobis. Et Matthaei 4. Non in solo pane viuunt homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Hoc est, quacumque re Deus eum alere voluerit. Sunt verba illa ex capite octauo Deuteronomij deprompta. Exod. 18. Pro disceptatione capite Exod. 18. ubi dixit Moses: Cumque acciderit eis reliqua disceptatio, veniunt ad me. Vbi disceptatio accipitur pro quaestione & controuersia. Pro quoquam accipitur Genesis decimo octauo: Nunquid Deo quicquam est difficile? Pro quo septuaginta habent: Nunquid impossibile est apud Deum verbum? Hoc schemate & Hebraismo usus est angelus Lucae primo, dicens sacratissime virgini. Quia non est impossibile apud Deum omne verbum. Ac si diceret: non est quicquam apud Deum impossibile. Accipitur quoque pro sermone ut psalmo iii. Iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio. Ac si diceret: Iucundus & liberalis est homo, qui conferi beneficia, & dat mutuo, sermonesque suos in iudicio & prudentia moderatur. Sed quoniam Dabar & sermonem significat & rem, potest verti versiculus hic: Disponit res suas cum iudicio. Vel ut transiit Symmachus, Dispensabit res suas cum iudicio. Et ita coherent omnia huius versus verba: ut sit sensus: ille est vir munificus, dulcis & benignus, qui opibus suis egentium inopiam leuat: sed debet in distribuendo iudicium & prudentiam adhibere, multi enim sunt qui largiuntur, sed pauci, qui sciunt largiri. Cum igitur Dabar tot habeat significationes, poterat locus hic Danielis ita transferri: Omnem quaestionem qua attinet ad cognitionem sapientiae sciscitatus est ab eis rex. Vel sic: In omnire sapientia quam ab illis quesitum rex, eos inuenit multo petitione ariolis & magis, qui in regno eius commorabantur.

4 Super cunctos ariolos & magos. Graeca editio habet: praeter omnes in cantatores & magos. Pagninus Super omnes genethliacos aстролоgos. Pro super est in Hebraeo שׁוּפֵר, quod aliquando significat situm de super ut genesis primo: Tenebrae erant super faciem abyssi. Et septimo: Arca ferebatur super aquas: aliquando situm ad latus: ut psalmo. 136. Super flumina Babilonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Vbi Pagninus & Flaminus habent: Iuxta flumina Babylonis. Non enim erant tunc Hebraei super fluminibus, sed iuxta illa, ubi vim lacrymarum fundentes in salicibus in medio terra musica instrumenta suspendebant: ut constat ex eodem psalmo. In libro Neemia capite tertio ubi nos habemus: iuxta cum edificauerunt: pro iuxta est in Hebraeo hac eadem particula. Sed haec eadem particula. Sed haec in re deceptus est, ut mea fert opinio. Pro copius, Cazius vir aliquin eruditus, Existimauit enim שׁוּפֵר pro quo noster interpret vertit super multis in locis, situm de super significare: cum tamen aliquando situm ad latus, aliquando exuperantiam, aliquando alia significet. Haec opinione ductus asseruit totam terram sitam esse super mare, nullamque esse subternos quam incolant antipodes. Id constanter affirmat motus auctoritate psalmographi aenit: Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina praeparauit eum. Et alibi: Qui firmavit terram super aquas. Quid amplius queritis? inquit ille. Nonne videtis esse terram super mare fundatam & firmatam? Haec sunt duo loca, quibus probari putas propositum suum. At longe est illius opinione. Nam particula, super, pro qua in Hebraeo est שׁוּפֵר in illis duobus locis citatis idem est quod iuxta. Constat ibi Deum terram prope mare, iuxta quod iecit eius fundamenta. Vult diuinus vates indicare domini esse globum terrae, & quicquid a eo continetur: esseque sapientiam eius admirabilem, qui illum separauit a mari, iuxta quod ipsum proxima constituit quo extaret monumentum suae bonitatis & sapientiae sempiternum. Possemus etiam dicere particulam, super, duobus illis locis a Procopio citatis exuperantiam & superationem significare: ut sit sensus Deum irrasse aquas, sed multo magis terram firmioribus fundamentis terram constituisse, quam mare. Fundavit terram super aquas, hoc est magis quam illas. Accipi autem super in hanc significationem, indicat Daniel hoc nostro loco dicens: Inuenit in eis decuplum sa-

Exod. 18

Gene. 19.

Luc. 1.

Psal. 111.

Simm.

Pagnin.

Gen. 1.

Gene. 7.

Psal. 136.

Pagnin.

Flamin.

Neem. 3.

Proco.

Psal. 23.

Esai 35.

Psal. 70.

Psal. 137.

Psal. 8.

Hebr. 2.

Vergil.

Iere. 32.

Gene. 5.

Psal. 55.

Matth. 1.

Pagnin.

Flamin.

Hieron.

Mat. 134

Iosue. 8.

per cunctos ariolos & magnos. Hoc est, inuenit eos multo peritiores ariolis & magis deprehendit eos plus sapientes esse, quā omnes philosophos. Solei saepe scriptura per super, comparatione significare, ut, apud Ieremiam quinto capite: Indurauerūt facies suas supra petram, Et Threnorum quarto: Denigrata est super carbones facies eorum. Et Psalmo 118. Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Et Canicorum 4. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Aspicias igitur Propopy sententiam labefactatam atque conuulsam. Existimauit uir ille totum globum terra eminentem ē maris, xum esse super aquas in medio mundi loco, una tantum facie & regione habitabilem & cultum, torridam autem zonam penitus incultam: quod ueratur calore: eamque ob causam nullam nobis omnino posse esse uiam ad alterum hemisphaerium subter nos, nullum transitum. Cum autem omnes originem ducant ab Adam, & nullus ad oras illas peruenire potuisset ob torrida zona in accessum, aperte concludere existimauit, non esse subter nos gentes uillas, imō nec terram: esseque merum commentum asserere esse deorsum alterum hemisphaerium, & antipodum habitationem, qui ē regione nobis ē contraria parte terra aduersis uestigis stent contra uestigia nostra. Duo principia ad astruendam opinionem suam sumebat, unum ex diuina scriptura ab eo perperam intellecto, ut ostendimus, alterum ex deceptis mathematicis antiquis, asserentibus torridā zonam sub equinoctiali linea esse omnino inhabitabilem & inaccessibilem tam in terra, quam in mari: quorum errorem & nostra haec, & patrum nostrorum memoria Lusitani nostri aperissime ostenderunt. Nauigantes enim ex hac nostra Lusitania transierunt torridam zonam, ac penetrarunt usque ad Gāgem & Indum maximos fluuios, diuissimos & odoriferos Orientalium Indiarum campos alluentes, & usque ad ultimum orbis terrarum, Oceani immensitate traiecta, totumque mundum circumierunt in orbem, ubi alia sidera, alias regiones absconditas & inauditas inuenerunt, ad quas Christi Dei nostri crucem signum nostrarum uictoriarum perduxerunt, eiusque sanctum euangelium longē lateque propagarunt. Imō sub linea equinoctiali, quo ueteres putabant nullum esse accessum, est ferriissima diuina insula à nostris hominibus inuenta, & habitata: qui ad continentem se conferunt saepenumero, ubi cum incolis diuissimis, purissimo auro abundantibus, sub linea equinoctiali degentibus, commercium habent. At non est mirum, Procopium in hoc errore fuisse uersatum, cum ante eum diuus Augustinus omni eruditione & sapientia praeditus in libro sextodecimo de Ciuitate Dei dicat, nulla ratione credendum esse antipodes inueniri. Imō ante eum fuit in eadem opinione eloquentissimus Lactantius Firmianus libro tertio diuinarum institutionum. Sed excusandi sunt tanti tamque graues uiri propter principium assertionem ueterum scriptorum confirmatum, quo ni-

tebantur: nimirum inter polum arcticum & antarcticum, quē Graeci uocant actaxona, interfundū immensum & intransibilem Oceanum, & inhabitabilem impeneurabilemque zonam. Nec audiendus est Procopius in explanatione duorum locorum 1. salmographi, ubi, super non significat situm desuper, sed ad latum, cum accipiatur pro iuxta, aut exuperantiam designet & super laionem. Significat etiam secundum: ut psalmo 109. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebraeos de Christo interpretatur. Sed quoniam hac uox ̄̄ pro qua noster interpret uertit secundum, significat etiam super, ut ostendimus: potest recte conuerti uersiculus hic: Tu es sacerdos in aeternum supra ordinem Melchisedech. Ac si diceret: ille fuit figura, tu es substantia: ille purus homo, tu Deus & homo: ille creatura, tu creator: ille rex Salem, tu rex caeli & terrae: ille populum suum rerum salutarium scientia instruebat, tu cunctis nationibus uiam ad consequendam gloriam immortalē munuisti, admirabilia mysteria rerum sanctissimarum aperuisti, & scelera nostra sanguine tuo in crucis ara diffusa expiasti: ille panem & uinum obtulit, tu te ipsum sub panis & uini speciebus in admirabili ac sacrosancto eucharistia sacramento. Tu es igitur sacerdos supra ordinem Melchisedech. Septuaginta habent: ̄̄ ̄̄ ̄̄ ̄̄. Hoc est secundum ordinem, uerū enim cum accusatio significat secundum, ̄̄ ̄̄ uero ordinem, modum, officium, munus, institutum: quae omnia huic loco conueniunt. Quare recte uertit ex Graeco noster interpret Latinus. Sed si ad fontem accesseris, & Hebraicum consulueris, uidebis perspicue posse ita uertit locum hunc: Tu es sacerdos in aeternum super ordinem Melchisedech. Qui dicit, super, comprehendit secundum, & plus ultra. Si claris oculis hanc nostram interpretationem aspexeris, & candido animo perpendideris, fortasse non tibi displicebit noster labor. Sumitur aliquando super pro ac: ut Psalmo quinquagesimo, uario. Veniat mors super illos: & descendant in infernum uiuentes. Hoc est: ueniat mors ad illos. Pro ueniat est in Hebraico uerbum Naxah quod significat etiam tributum exigere, & obliuisci. Quare potest quoque uertit locus ille: Exigat tributum mors ab illis. Corruptio enim corporis & excessus e uita tributum est, quod omnes sumus persolaturi. Vel sic: Oblitio mortis super illos: & descendant in infernum uiuentes. Et ita coherent magnopere uerba haec nam mortis oblitio uia est ad simplicita aeterna. Sumitur demum uox haec, super, pro de: ut apud Esaiam cap. 22. Nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiae populi mei. Ac si dicat: Nolite dare operam, ut me mereare leuetis, quo angor super euerisione Hierosolymae patriae meae. Ubi, super, accipitur pro de, cum ablatiuus apud Vergilium: Multa super Priamo, rogans super Hectorē multa. Hoc autem Danielis loco superationem significat.

## Argumentis Capitis II.

Prodit memoria diuinae uates admirabile Nabuchodonosoris in somnium. Cum rex ille cubitum discessisset, eumque anctus somnus complexus esset, incidit in uisum somni, ex reliquis inhaerentibus earum rerum, quas uigilans cogitauerat. Sed somno solutus non potuit in memoriam reducere, quid somniauerat. Et accersitis coniecturibus quarebat ab eis somnium, eiusque interpretationem: qui responderunt se posse somnium interpretatione explicare, si ipse illud ad seipsum referret: sin autem non referret, nullam esse mentis aciem tam perspicacem, quae illud posset inueniri. Quare ira incensus rex sanxit adictō, ut omnes Babyloni, sapientes occiderentur. At Daniel diuino lumine illustratus indicat ei somnium, eiusque significationem. Explicat rerum humanarum imbecillitatem, uarietatem, & interitum, omnia mundi regna caduca esse, incerta, mobilia, & exitio subiecta: solum Christi regnum firmum esse & aeternum, quod nec uetustate consumitur, nec hominum interitu obruitur, nec ulla obliuione posteritatis extinguitur.

## CAPVT II.

**A**N anno secundo regni Nabuchodonosor, uidit Nabuchodonosor somnium, <sup>b</sup> & conerritus est spiritus eius: & somnium effugit ab eo. Praecipit ergo rex, ut conuocarentur d arioli, & magi, & Chaldaei, & malefici, ut iudicarent regi somnia sua. Qui cum uenissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex: Vidi somnium, <sup>f</sup> & mente confusus ignoro, quid uiderim. <sup>g</sup> Responderuntque Chaldaei regi Syriace. <sup>h</sup> Rex in sempiternum uiue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait. Chaldaeis: <sup>i</sup> Sermo recessit à me. Nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos & domus uestrae publi-

publicabuntur. Si autem & somnium & coniecturam eius narraueritis, præmia, et dona, et honorem multum accipietis à me.

## EXPLANATIO.

**a** In anno secundo regni Nabuchodonosor. Incipienti mihi hoc secundum caput explanare, difficilis quædam occurrit dubitatio. Qui fieri potest, vt somnium hoc acciderit anno secundo regni Nabuchodonosoris, cū constet rex capite superiore, pueros Hebræos exactis tribus annis ingressos ad regem in conspectu eius extitisse? Quando illi fuerunt à Babylonem adducti, tenebat clauum regni Nabuchodonosor, vt cap. 1. testatur est Daniel: & tribus annis dederant operam literis Chaldaicis: quibus elapsis inuēti sunt sapientissimi. Ac postea accidit somnium, quod Daniel huic secundo capiti mandauit. Si hoc factum fuit post annū tertium, præter tempus quo Nabuchodonosor regnauerat, quomodo ait Daniel factum fuisse anno secundo: Huic obiectioni respondeat poteris, hunc Nabuchodonosorem non esse eum, qui Danielem secum duxit ex Iudæa, sed filium eius, qui etiam vocatus est Nabuchodonosor. Huius Nabuchodonosoris huius nominis secūdi meminit Berofus lib. 1. historiae Chaldaeorum, Megasthenes Græcus libro quarto historiarum Iudaicarum, Metasthenes Persa libro de iudicio temporum. Iosephus libro decimo Antiquitatum Iudaicarum. Philostratus in annalibus, & Diocles in libro coloniarum. Omnes enim Babyloniorum reges præter nomen natiuum Nabuchodonosores appellabatur, vt in explanatione in primum caput explicauimus. Theodoretus tamen ait, nondum fuisse elapsos tres annos: & hunc esse primum Nabuchodonosorem, & secundum annum regni eius. Quæ autem dicta sunt capite, fuisse per recapitulationem, quæ Græcè dicitur anacephalæosis, figura in diuinis literis vsitata: Possumus dicere hūc Nabuchodonosorem fuisse huius nominis primum, de quo Daniel 1. cap. locutus est, hunc autem annum secundum numerari non à principio regni eius in Chaldaea, sed à principio dominationis, quam monarchiam vocant, postquam Ammonitas, Moabitas, & Aegyptios superauit, & in ditionem suā redegit, & rex maximus appellare decreuit. Hæc est D. Hieronymi sententia, in qua videtur fuisse Flauius Iosephus libro Antiquitatum Iudaicarum decimo, cuius hæc sunt verba: post annum secundum Aegyptiacæ vastitatis rex Nabuchodonosor vidit somnium valde admirabile. Quare hæc verba intelligenda sunt de secundo anno nimirū transacto imperij primi Nabuchodonosoris, quando ipse de Aegyptiis superbè triumphauit, eorumque veteres & illibatas diuitias in profundum cupiditatum suarum gurgitem profudit.

**b** Et conterritus est spiritus eius. Propter insolitum visum dormienti obiectum. Spiritus corporeus vehit species, quæ aspiciuntur in somnio: si verò ille terrore confunditur, formæ ille delentur, & euanescent.

**c** Et somnium eius fugit ab eo. Hoc est, & oblitus est in somnij Reminiscebatur somniasse, sed exciderat è memoria quid somniauerat. Voluit hoc Deus, vt diuina virtus ostenderetur, & Daniel, eiusque socij essent in honore constituti, nominisque amplitudinem & celebritatem consequerentur. Eodem modo in Aegypto ob interpretationem somnij Pharaonis fuit Ioseph illustrem dignitatem adeptus, & magnifi-

cis laudibus celebratus. Omnes hi in exilio detinebantur, abducti ex dulci patria, sed sapientia & honestate muniti vitæ cursū feliciter confecerunt. Vt peritus ac prudens gubernator etiam scisso velo, & fracto malo, nauigat tamen fauente procella reliquias nauigij accomodans ad cursum: sic viri sapientes & iusti amputatis vitæ comodis, eiectione in exilium, in medijs calamitatibus & procellis ita nauigium vitæ gubernant, vt ad quietis portum perueniant. Solent illi interdū in erūnis versari, sed cū ad Deum confugiant, admirabilem sentiunt oblectationem, quia Deus eos qui ad ipsum aspirant, in medio calamitatum consolatur. Apparuit Iacob fugienti, iram fratri sui declinanti, ei que perfugium & solatium præbuit. Reliquerat Moyses patriam suam propter Deum, & cū in terra Madian pasceret oues foci sui, venit ad montem Dei Oreb, vbi ei dominus apparuit, quem singulari consolatione leniuit. Consolatus est Dauidem in spelunca. Eliam in monte, tres pueros in camino ignis ardentis, Danielem in lacu leonum, Ionam in ventre ceti, Ioannem in insula Pathmos, Petrum in carcere, Paulum in profundo mari, & alios prope infinitos, quos silentio prætereo, ne oratio mea infinita esse videatur. Ad Deum in acerbitatibus versati animum tollebant, eum cogitabant, in eo spem & cogitationem locantes, & ad eius misericordiam admirabili amore inflammati confugientes. Hoc intuens pius misericordiae pater illos ærumnis leuauit, quoniam non eos destituit, qui fauore ipsius nituntur. Non fugiebat id piūm Tobiam, cū has voces emitteret: *Hoc pro certo habet omnis, qui te colit, quia vita eius si in probatione fuerit coronabitur, sin autem in tribulatione liberabitur: & si in correptione, ad misericordiam tuam venire licebit.* Non enim delectatis in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrimas & fletum exultationem infundis. Hæc ille. Quantum eum calamitates angebant, tantum diuina solatia recreabant. Dauid dicens: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue, latificauerunt animam meam.* Eodem modo apostolus capite primo epistolæ posterioris ad Cor. *Sicut abundam passionibus Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Sicut locij passionum estis, sic eritis consolationis. Et Deus apud Esaiam cap. 51. *Ego, inquit, ego ipse consolabor vos.* Et apud Ieremiam cap. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & latificabo à dolore suo.* Et diuus Paulus in epistola posteriore ad Corinthios cap. primo de Deo loquens: *Patet inquit, misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Non sat existimauit vocare eum patrem misericordiae, sed misericordiarum, nec Deum consolationis, sed totius consolationis. Verum cū videamus aliquando viros virtute præcellentes, & omni sapientia & nobilitate præstantes cruciatibus angi, indignissimis iniuriis affici, crudelissimis mœroribus torqueri, plorantes, afflictos, exules, omni humano auxilio destitutos, insultantibus in eos hominibus impijs & sceleratis, impellimur cum diuino ac regio vate has voces emittere: *Vi quid domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus, in tribulatione? Vel vt verti etiam potest: Abscondis te in tempore afflictionis.* Causa huius admirationis est summa Dei bonitas & clementia, Ac si

Similitudo.

Gene. 31.  
Exod. 1.

Exod. 1.

1. Re. 12.

2. Re. 17.

3. 19.

Dani. 3.

Dani. 6.

Ionas. 2.

Apoc. 1.

Act. 12.

2. Cor. 1.

Tob. 3.

Psal. 93.

1. Cor. 1.

Esai. 51.

Iere. 31.

1. Cor. 1.

Psal. 9.

Psal. 109.

Hebr. 7.

Gen. 14.

Gen. 14.

Mat. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

1. Co. 11.

Berofus.  
Megast.  
Metast.  
Iosephus.  
Philost.  
Diocle.  
Theod.

Esai. 22.

Hieron.  
Iosephus.

Vergili.



dicat Dauid : Cum tu domine sis summè clemens , cur me derelinquis in ærumnis meis ? Verfor in gemitu , fundo ad te pijs preces , imploro auxilium tuum , & tu domine auertis à me faciem tuam , & abscondis te , tempore mearum calamitatum . Vbi est clementia tua antiqua ? Vbi est pietas tua omnibus tein afflictione inuocantibus multis in locis perspecta & explorata ? At si altè perpendamus , si cogitationem à sensibus abducamus , & mentis aciem ad intelligentiam reuocemus , videbimus apertè magnam viris pijs ac iustis vtilitatem ex vulneribus , doloribus , contumelijs , tormentis , calamitatibus oriri . Cognoscitur eorum patientia , & in virtutibus constantia , ex quibus vera gloria efflorescit & redundat : & illustrior illis corona meritorum conficitur .

*similitud.* Quemadmodum arcula cum sit plena monilibus aureis , & splendidis margaritis , quandiu clausa est , parui penditur , tamen ab iis , qui quid intus habeat : ignorant : sic vir tolerantia rerum humanarum munitus , & virtutum firmitudine roboratus in rebus secundis & ad voluntatem fluentibus : est veluti clausus & incognitus , & ob eam causam contemptus . Et vt arcula vbi aperitur , & apparet inæstimabilis thesaurus , in magno pretio habetur : sic vir pius cum vulneratur , viceribus calamitatum agitur , & iniurijs opprimitur , & ita veluti apertus ostendit pretiosos suarum virtutum thesauros , præconijs celebratur alijs exempla præbet salutaria , sibi que nominis amplitudinem comparat , & illustrem dignitatem . Aspicias igitur Deum in calamitatibus nostris vt pietate , etiam

*Habac. 3.* cum in nos iram exercere videtur . Id intelligens Habacuch dicebat : *Cum iratus fueris misericordie recordaberis .* Vbi pro misericordia est in Hebraico , *Racham* , quod etiam significat amorem . Quare poterat verti locus ille : In ira recordaberis amoris , eius nimirum , quo eos qui tibi animum tradunt , teque vnice diligunt , prosequeris : Quanti æstimanda sit afflictio , indicat Deus

*Jerem. 6.* apud Ieremiam capite 6. iis verbis : *Erudire Ierusalem , ne forte recedat anima mea à te .* Pro quo Septuaginta habent : *Dolore & flagello erudieris Hierosolyma , ne discedat anima mea à te .* Multos ex israelitis fide & religione præcellentes voluit Deus ad Gentes vanarum superstitionum cultrices transferri captiuos , non vt eos perderet , qui solet afflictis opitulari , & innocentes suscipere defendendos : sed vt eos prostatos & abiectos subleuaret , & per varias calamitatum angustias ad gloriam duceret sempiternam : & vt illi ipsius Dei fidè & religionè inter barbaras nationes prædicarent . Id intués animo Tobias omni sapiètia & decore præstâte aiebat capite tertio decimo .

*Tob. 13.* *Constemini domino filij Israelis , quoniam ideo dispersit vos inter Gentes , que ignorant Deum , vt enarretis mirabilia eius , & faciatis scire eos , non esse alium Deum præter illum .* Id Danieli inter alias , eiusque tribus socijs euenisse ex hoc loco percipimus , qui in exilium Babylonicum coniecti omne studium ac ingenium contulerunt ad veri Dei laudem gloriamque celebrandã : quos Deus extulit ad veram dignitatem , de quibus nulla vnquam obmutescet vetustas . Ea enim reliquerunt monumenta , quæ vigeant memoria omnium seculorum , quæ posteritas celebrabit quæ ipsa perpetuas semper intuebitur .

*Hieron.* *d Arioli , & magi , & malefici , & Chaldaei .* Quod discrimen sit inter hos Babylonicos sapientes , indicat Hieronymus his verbis . Arioli sunt , qui verbis rem peragunt : magi , qui de singulis philosophantur : malefici , qui sanguine vtuntur & victimis , & corporibus mortuorum : Chaldaei , quos vulgus mathematicos vocat . Vt autem hæc radicitus intelligantur : mandabo iis literis , quæ à varijs authoribus sunt monumentis consignata , Arioli qui ab Hebræis Cartummim , à Septuaginta Epaoidi , & vulgo incantatores dicuntur ducunt

originem , vt Augustinus , Plinius , Iustinus , & alij aiunt à Zoroastre Bactrianorum rege , qui solus inter mortales vbi natus est , statim rilit . Fuit illud prognosticum futuræ eius stulticiæ , qui veterum astrologiam quæ syderum consideratione , & rationibus naturalibus nitebatur , primus ad pestilentem dæmonum communicationem , & incantationum portenta deriuauit . Magi qui ab Hebræis asaphim , à Septuaginta magi vocantur , erant illi , qui sapientiæ studio concitati de causis rerum omnium differebant . Hi , vt Origenes existimat , incoeperunt à Balaham , quem rex Moab accersuit , vt maledictis & dirarum enuntiatione filios Israelis execraretur . Diogenes Laertius horum principium refert in Zoroastrem Persam , de quo meminit Eusebius Cæsariensis lib. 1. de Præparatione euangelica . Philo in libro de specialibus legibus : Magiam ( inquit ) veram , quæ est speculatrix scientia , vt honestam expetendamque non plebeij solum , sed reges etiam Persæ sectantur . Imò regnare nemo apud illos potest , nisi sit magus , aut cū magis versatus . Malefici qui ab Hebræis mecasphim , à septuaginta pharmaci , vulgo venefici & necromantici appellantur , sunt , qui præstigijs homines seducunt , & extis ac cadaueribus futura diuinare gloriantur , & manes inuocant , atque animas mortuorum . Hi dicuntur habuisse cham præceptorum , vt ait Cicero Asculanus in commentarijs in spæram , & Serenus Abbas apud Ioannem Cassianum in octaua collatione . Petrus etiam Comestor in historia ecclesiastica ait hunc Cham filium Noë fuisse magicæ artis inuentorè . Chaldaei qui ab Hebræis Chaldim : à Septuaginta Chaldaei dicuntur , sunt Astronomi , & qui ex hora natiuitatis , vnusquisque successum prædicunt . Hi auctore Plinio initium sumpserunt à Belo Ioue primo astrorum scientiæ inuentore : cuius meminit Philo in libro de Abraham , & Hieronymus in commentarijs in epistola ad Hebræos . Hæ artes aliquid habebant boni , multa verò mala . Asserit Iustinus martyr in libro quæstionum à Gentibus obiectarum , nunquam his artibus vsus fuisse Danielem , nisi in rebus illis , quæ à fide & religione non abhorrebant , quatenus ratione nitebantur , non quatenus mali aliquid continebant .

*e Somnia sua .* Quorum oblitus fuerat , & quæ in memoriam reuocare non poterat .

*f Et mente confusus ignoro , quid viderim .* Hoc est , & memoria conturbatus dum conor reminisci somnij , quod excidit , non possum illud in memoriam reducere .

*g Responderuntque Chaldaei regi Syriacè .* Hoc est , sermone Babylonico , seu Chaldaico . Hucusque scripsit Daniel sermone Hebræo . Sed ab hoc loco , vsque ad visionem tertij anni regit Baltasaris , quam vidit Susis , lingua Chaldaica scripsit , quam Syriacam vocant , sed literis Hebraicis . Visio autem illa incipit capite octauo , quod iam scribitur Hebraicè .

*h Rex in sempiternum viue .* His blanditijs vtuntur ad beneuolentiã regis captandam & colligendã . Precabantur ei vitam longissimam in hoc seculo : quæ nunquam clauderet diem suum . Vel loquuntur de vita æterna in altero seculo . Nam multi ex iis qui falsos ac commentitios Deos colebant , & idola venerabantur , immortalitatem in altera vita viris iustis referuari putabant . Loquens Antiochus idolorum cultor de patre suo , qui ex hac vita migrauerat , vt 2. Machabæorum libro proditum est capite 11. ait , patrem suum fuisse inter deos translatum . Et Romani veteres in exequijs funeris imperatoris de republica benemeriti , in illa vltimi diei celebritate tabernaculum construebant , in quo erat aquila , cui supponebant ignem , quo illa exagitata volabat in sublime , animam defuncti , vt ipsi credebant , in cælum

Augustinus  
Plinius  
Iustinus

Origenes  
Num. 22.

Laerti  
Euseb.  
Philo.

Cicero  
Serenus  
Cassia  
Comest.

Plinius  
Philo.  
Hieron.

Iustin.

2. Mach.

lum abductura, vbi æternitatem adeptæ uo sempiterno frueretur. Author est Herodianus, quem citat Blondus lib. 2. Romæ triumphantis. Hanc funebrem magnificentiam aliqua ex parte celebrasse Troianos tradit xi. Aeneidos Vergil. Trismegistus mâ rationis participem esse immortalem. Et in Pymandri dialogo vbi se huius immortalitatis facit assertorem, loquens de separatione animæ à corpore: Tunc animus, inquit, harmoniæ motione exutus ad optatam naturam reuertitur, vim propriam habens, atque vnâ cum his, quæ illic sunt, patrem laudibus effert. Pythagoras & Thales Milesius, vt Laertius ait, fuerunt immortalitatis animæ acerrimi vindices & assertores. Euripides asseueranter affirmat cælos esse æterna domicilia animarum beatarum. Plutarchus in oratione consolatoria pulchra affert de æternis præmiis & suppliciis in altera vita, quibus animorum æternitas comprobatur. Similiter Seneca poeta in multis tragædiis: & alter Seneca philosophus in libro de morte immatura, & in libro naturalium quæstionum, & in multis epistol. Anaxarchus, vt refert Philo in libro, quod omnis probus liber est, & post cum Brusonius Contursibus in libro facetiarum & exemplorum 2. cum à Necocreon te Cypri tyrânno tunderetur, ac verberaretur, Cæde, inquit, cæde Anaxarchi corpus, nam Anaxarchum non vulneras. Sensit vir egregius animam immortalem non cædi, etiam si corpus verberibus cæderetur. Idem narrat Xiphilinus de Thrasea Petro, qui suæ ætatis Romanos fortitudine, & rerum tolerantia superabat. Nam cum ei Nero ferrum flammamque minitaretur. Nero, inquit, occidere corpus meum potest, me autem lædere non potest, Aelianus in lib. ii. varia historia scriptum reliquit, interrogatum Cercidam Megapolitanum, qui morbo laborabat, num libenter migraret à vita: respondisse Quidni? Delector separatione animæ à corpore, quoniã ad eas oras ascendam, vbi videbo ex philosophis Pythagoram, ex poetis Homerum, ex Musicis Olimpum, & alios viros in omni scientiarum genere præstantissimos, qui literarum monumentum nomen sibi immortale pepererunt. Prodidit Nicepho. Callistus memoria lib. ii. hist. Eccl. fuisse quendam Ægyptiũ, qui se ab hominũ cætu in solitudinem receperat, huius veritatis aded assertorem, vt cum ei quidam nuntiaret patris mortem, responderet: Noli delirare: desine impie loqui pater enim meus immortalis est. Manilius libro 4. animas asserit immortalitate muniri: Idem astruit Phocilides, quem ad hoc citat Dominicus Mirabellus. Zoroastres, quem refert Ioannes Picus Miradulanus, animas aiebat aligeras esse, & ad cælum solutas corpore volare. Iamblicus in vlti. cap. de mysteriis eandem sequitur sententiam: in qua etiam est Proclus Platonius in libro de anima & angelo, ita dicens: Non est naturale animis vna cum corporibus semper vitam degere, & in generatione versari: imo separata vita immaterialis & incorporea magis est animis consentanea. Et paulò post: Sicut in cælo sunt animæ iustæ, in tartaro autem impiæ sic in generatione plures quidem præuæ sunt, pauca autem probæ. Salustius in bello Catilinario has voces literis mandauit: Natura diuitiarum & formæ gloria fluxa ac fragilis est: virtus clara æternaque habetur. Et alibi: Ingenij præclara facinora vt anima immortalia sunt. Virgil. in 6. Aeneidos animas à corpore separatas viuere affirmat. Eodem modo Ouidius in 5. Metamorphoseos. Sed prius id dixit Homerus, qui animam Patrocli ad inferos iuisse asseuerat: cuius sententiam alij poeta secuti campos Elifos excogitarunt. Acam edici Philosophi, & multo certius & firmitus Stoici, vt ex eorum monumentis colligimus, aliã esse vitam aiebant, alias sedes, alias mansiones, alia domicilia, vbi vnusquisq; iuxta opera ac merita sua aut

præmio, aut pœna afficiebatur. Si in hac vita legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis à viris, qui Remp. gubernandam suscipiunt, quanto magis in altera vita à Deo iustissimo, cuius numitæ, æquitate, & prouidentia mûdus gubernatur? Ac cum hic multi viti sapientia & virtute præstantes opprimantur, & in gemitibus, angoribus, iniuriis, & variis calamitatibus versentur, contra verò multi flagitiis irretiti, omniumque scelerum maculis imbuti affluunt diuitiis, honoribus, & dignitatibus, rebûsque vtantur secundis, & ad voluntatem finentibus: non esse dubium, aiebant illi, quin esset mundus alter, vbi pietate præcellentes æternis præmiis afficerentur, & admirabili splendore immortalitatis plenissimo decorati, celesti gloria, honorumque omnium abundantia cularentur: & vbi improbi vitiis maculati suorum flagitiorum pœnas luerent, qui hic virtutum ornamentis nudati in sceleribus volutatur. Cum Philosophi intelligerent Deum esse iustissimum iudicem: rerum omnium moderatorem, cuius ditione ac numine omniageruntur, eumque qualis quisq; sit, quid agat, & cogitet, intueri, priorumque & impiorum habere rationem, absque vlla controuersia asseuerabant, eum vniciquem tributuram esse, quod meretur. Cum autem id fieri in hac vita minime aliquando viderent, alteram esse dicebant, in qua id fieret: ex quo animorum immortalitatem rectè quidem & præclare colligebant. Hac eorum ratione ductus Mahometus homo alioquin seductor & pestilens, sui sectatoribus præmia sempiterna proposuit: animarumque immortalitatis se præbuit assertorem. Id ait apertè Pius secundus pôtifex maximus, Aeneas Syluius antea vocatus in epistola, quam ad principem Turcorum misit pietatis ac eruditionis plenissimam. Empedocles authore Aristotele in libro de vegetabilibus felicissimum dixit appetitum æternæ felicitatis: cuius amore se in pyram proiecit, vt dum corpus flammis expositum redigeretur in cineres, anima volaret in cælum, vbi immortalitate potiretur. Non in fugit dixisse nonnullos, illum eam ob causam in ardētis Aetnæ specum nocte intempesta se iniectisse, vt in cælum abiisse crederent, qui illũ amplius non aspicerent. Socrates authore Cicõrone in prima quæstione Tusculana admirabilem se ostendit immortalitatis animorum vindicem & defensorem, duplices enim vias eorum è corpore migrantium asseruit esse. Nam qui se vitiis polluerunt, & iura diuina atque humana violarunt, iis deuium quoddam iter esse à concilio beatorum. Qui autem se integros castosque seruarunt, suntque, in hoc seculo vitam cœlitum imitati, his ad sedes beatissimas, ad domicilia æterna reditum patere affirmabat. Is vt Plato testatum reliquit, cum se morte mulctatum aspiceret, Magna, me, inquit, spes tenet o iudices, bene mihi euenire quod mittat ad mortem. Et rogatus ab amico Critone quemadmodum sepeliri vellet: Multam, inquit, operam o amici consumpsi, quoniam Critoni non persuasi, me hinc auolaturum. Et priusquam venenum sumeret, has voces emisit. Quãri æstimatis colloqui in altera vita cum Orpheo, Musco, Homero, Hesiodo viris omni sapientia & nobilitate præstantibus? Equidem sæpe excedere è vita, si fieri posset, vellem, vt quæ dico, possem inuenire. Quanta voluptate perfundar, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquorum damnatos conueniam? Qui multas eius de contemptione mortis, & de animi immortalitate sententias scire voluerit, legat eius apologiam, & dialogos Platonis, & librum Xenophontis de dictis & factis Socratis. Cum Theramenes vir egregia laude cumulatus coniectus in carcerem iussu tyrannorum venenũ vt sitiens obdixisset, reliquum ita è scypho proiecit, vt sonum redderet: quo effectò aridens: Propino (inquit) hoc Critia.

Herod. Blondus. Virgil. Trisme. Pythag. Thales. Laert. Euripid. Plutar. Seneca. Anaxar. Philo. Brusio. Xiphil. Petrus. Aelian. Niceph. Manil. Phocil. Mirab. Iamblic. Proclus. Salust. Virg. Ouidius. Homer.

Plato. Xenop. Thera.

Erat enim Critias ille, qui eum incredibili odio persecutus, eadem illi fuerat machinatus. Soliti enim erat Græci inter epulas eum nominare, cui erant poculum porrecturi. Non luderet vir illustris amplissimis constantiæ ornamentis decoratus, cum ad exitum vitæ vocaretur, cum iam præcordij conceptam mortem contineret, nisi esse animam immortalem intelligeret. *Plato.* Quid dicam de Platone illo non solum intelligendi, sed etiam dicendi auctore grauiissimo, cuius opera sunt & sententiarum amplitudine, & maiestate verborum plenissima? Is in dialogis suis, præsertim in eo, quod inscribitur Phædo, siue de animi immortalitate, multis eam rationibus comprobauit. Tantus fuit huius immortalitatis amor, quo multi flagrarunt, tanto studio eius assequenda exarserunt, vt irruerent in interitum voluntarium. Tanquam enim essent in cælum statim migraturi, se ipsos occidebant: vt Cleanthes, Chrysippus, & ex Romanis Caro Vticensis Socraticæ traditionis imitator. Ait enim Plutarchus in eius vita, illum priusquam sibi manus intulisset, perlegisse Platonis librum de immortalitate animi, & ad eadem sui ipsius philosophi autoritate impulsus esse. *Lactan.* Id. facillè quoque Ambraciotem ait Lactantius Firmianus magni nominis scriptor in tertio diuinarum institutionum: qui eodem libro perlecto præcipitem se dedit, vt animæ æternitate fuereur. Incidebant illi in errorem intolerabilem, & inexpiabilem culpam, quoniam verat dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Graue scelus est occidere se hominem, sed mortem æquo animo tolerare laudabile est, & appetendum. Debemus animum in custodia corporis retinere, nec iniussu eius à quo est creatus, est nobis ex hominum vita migrandum, ne manus asignatum à Deo fugisse videamur. At si opus fuerit, debemus pro fide, & religione, & honore Christi sanguinem fundere, ac magis gloriam eius, quam vitam nostram æstimare. Sed etsi illi in errore versabantur, quod irruerent in eadem voluntariam, res tamen de animi immortalitate eos non fallebat. *Xenop.* Xenophon in Pædia inducit Cyrum morti proximum ita filijs suis loquentem: Nolite existimare filij quos admirabili prosequor amore, me cum ab hac vita migrauero, nusquam aut nullum fore. Nam necdum vobiscum communicabam, animum meum intuebamini, sed corpus hoc esse eius domicilium intelligebatis. Eundem esse creditore, etiam si modo separetur à corpore. *M. Tul.* Marcus ille Tullius Latinorum decus, qui eloquentia & philosophia non solum homines sui temporis, sed etiam Romanorum omnium memoriam superauit, in sexto libro de republica Scipionem Africanum maiorem, qui iam excesserat è vita, in hunc modum loquentem facit: Sic habeto, omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruuntur. Et interrogatus viueretne ipse, & alij, qui putabantur extincti: Imò verò, inquit, hi viuunt, qui ex corporum vinculis tanquam è carcere euolauerunt. Vestra verò que dicitur vita, mors est. Idem in oratione pro Sestio: Corpus, inquit, hoc est mortale, animi verò motus sempiterni. Et in libro de Vniuersitate: Qui rectè & honestè curriculum viuenti à natura datū confecerit, ad alstra facillè reuertetur, non qui aut immoderatè, aut intemperanter vixerit. Et in libro de legibus secundo: Omnium animi sunt immortales, sed bonorum fortiumque diuini. In hac fuerunt sententia omnes magni philosophi: qui autem ab ea discreparunt, semper apud viros sapientes in silentio iacuerunt. Credebant viri illi virtutem esse immortalem: cum autem virtus sit habitus in anima, aiebant fieri non posse, quin anima esset immortalis. Deinde. Omne quod est incorruptibile, vt eorum vtat ratiocinationibus, est

immortale: atqui anima est incorruptibilis, est ergo immortalis. Huius argumentationis propositionem notam per se esse aiunt, assumptionem autem ita probant, Omne quod est corruptibile, aut est corpus aut accidens, quæ possunt propter contrarietatem corrupti: cum autem animi nec corpus sit, nec accidens, sed natura incorporea nulli contrarie tati subiecta, aperte concludunt, eam esse incorruptibilem, & ex consequente immortalem. Huc accedat locus seu centrum, in quo omnia quiescunt: cum autem anima nostra non quiescat in hac vita, fatendum est, esse alteram, vbi illa quiescat, alioquin esset alijs creaturis infelicio. Præterea anima cū corpore copulata ab eo vehementer cœlestiū cōtemplatione quasi separatur & superans corporis statum diuina spectat, ad quæ rapitur & aspiris statum diuina spectat, ad quæ rapitur & aspirat: & mysteria altissima intuetur, & gaudium contēplatur æternum, cuius desiderio exardescit. Quid potest cogitare immortalia, nisi ipsum sit immortale? Et quid potest ea concupiscere, nisi ea possit cum diuino fauore adipisci? Hjs & alijs multis rationibus motus Pythagoras, Pherecides, & infiniti alij philosophi, qui ad veritatis lucem mens oculos reuocarunt, affirmarunt animam esse immortalem & hanc doctrinam, longè latèque propagauerunt. Hac causa inducti veteres Romani in sepulchris literas sculpebant deorū honori dedicatas, quibus animorum immortalitatem significabant. Vidi ego hoc multis in locis, præsertim Romæ, vbi cum essem ordinis nostri aduocatus, epigraphia antiquitates, inscriptiones vetustatis, & veterum monumenta conquirebam & inuestigabam. Quid illa sepulchrorum extructiones? Quid testamentorum diligentia? Quid propagatio nominis? Quid mortis despicientia? Quid elogia hominum significabant, nisi eos futura cogitare, & in immortalitate animorum commoueri? Hæc concitauit Marcum Curtium, vt pro salute patris ad mortem curretet certissimam: & duos Decios, vt se hostium telis obicerent: & non solum duces, sed ipsos etiam exercitus, vt illustrem mortem ignominiosa vitæ antepone non dubitarent. Hæc mihi occurrerunt, quæ de animarum ratione participum immortalitate dicerent, ad eos conuincendos, qui Gentium philosophorum auctoritate ducuntur. Sed ne aliquis dicat me relictis literis diuinis confugere ad humanas, probabo id paucis quibusdam locis: dies enim me deficeret, si omnia vellem citare, quibus hæc animi immortalitas comprobatur. Capite tertio Exodi, se vocat dominus Deum Abraham, Isaac, & Iacob. Atqui non est Deus mortuorum, sed viuentium: ergo illi post mortem viuunt. Hoc argumento vltus est Christus domus apud Matthæum cap. vigesimo secundo. Tertio libro Regum cap. 27. scriptum legimus dixisse Eliam, cum suscitare vellet filium hospitiæ suæ: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima huius pueri viscera eius. Ergo anima illa à corpore separata viuebat. *Tob. 2.* Iustus Tobias verba hæc emisit, quæ sunt in secundo eius capite literis mandata: *Fily sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus datus est ijs, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Et Salomō capite vltimo Ecclesiasticis: *Reuertatur puluis in terram suam, unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* In libro sapientiæ ostenditur aperte tam iustos quam impios in altera vita esse, ex longa illa oratione, cap. 5. mandata, qua ibi damnati vtuntur. Christus Iesus discipulis suis dicebat capite decimo euangelij auctore Matthæo: *Nolite timere illos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timere eum, qui postquam occidit, habet potestatem mittendi in gehennam.* Et apud Lucam capite 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aterna tabernacula.* Diuus Paulus in epistola posteriore ad Corinthios: *Scimus, inquit, quoniam*

niam si terrestris domus dissoluatur, quod adificationem habemus ex Deo domum non manufactam, sed aeternam in caelis,

Phil. 1. Et in epistola ad Philipenses: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Sanctorum doctorum auctoritates non cito ob earum infinitatem: pleni eorum sunt libri, plena est recentium memoria, & antiquorum vetustas. Omnes enim id asseruerunt, qui nomen suum a ternitati commendarunt. Sed quid mirum id Christianos non solum fateri, sed profiteri, cum etiam Gentes a fide alienata id senserint, quemadmodum ex hoc Danielis loco colligitur.

i Sermo recessit a me. Hoc est, res ipsa mihi excidit ex memoria. Accipi sermonem & verbum pro re ostendimus capite superiore in annotationibus ex

Hebraeo, verba illa explanantes: Omne verbum sapientiae. Eudoxus ita explanat: Memoriam visionis non habeo: nec narrare possum.

Et Somnium & coniecturam eius. Hoc est, visum in somniis eiusque interpretationem, & explanationem.

I Peribitis, & domus vestre publicabitur. Interficiemini, & bona vestra proscribentur. Dura profecto aduersus coniectores, & iniusta lex, atque inhumana comminatio, deducta non a ratione, qua rex erat alienatus, sed ab ira, qua erat incensus. Qui fieri poterat, vt scientia humana possent illi consequi, quid ille somniauerat? Et tamen non solum interpretationem somnij, sed ipsum somnium ab ipsis perquirebat.

ANNOTATIONES  
ex Hebraeo in Cap. II.

1 Et conterritus est spiritus eius. In Hebraeo est: **וַיִּתְרַחַם** *Vatilipahem Rucho.* Verbum est **רָחַם** *Paham,* quod significat conterrere conundere, palpare, agitare, turbare, confundere. Pagninus vertit: Contritus est spiritus eius. Alij: Agitatus est spiritus eius. Eodem modo habet littera Hebraea Genesis quadragessimoprimum, ubi loquens de Pharaone somnium turbato ait: Facto mane pauore perterritus. Quae verba possunt ita verti: Facto mane conterritus est spiritus eius. Reuchlinus in vocabulario vertit: Palpitauit spiritus eius. Alij: Palpitauit cor eius. Paraphrasis Chaldaica habet: Conturbatum est cor eius. *Vatablus:* Conternatum est cor eius. Quibus modis hic Danielis locus transferri potest. Ita etiam verba illa quae paulo post protulit Nabuchodonosor. Et mente confusus, possunt verti: Et conturbatus est, vel conterritus est, vel confusus est spiritus meus. Eodem verbo vitur psalmographus psalmo 76. cum ait: Turbatus sum, & non sum locutus. Ac si dicat: Tanto pauore conterritus sum, vt loqui non potuerim. Ab hoc verbo deriuatur *Paham*, quod significat pedem, quod conterat terram. Significat etiam malleum, quo aliquid conunditur, & teritur: & manum, qua terit & contundit. Hoc vocabulum numero multitudinis effert David psalmo 73. pro quo septuaginta translulerunt *χίπας*: quos secutus noster interpretes vertit manus, dicens: Leua manus tuas in superbias eorum. *Vi sit sensus: Castiga Domine asperie impiorum superbiā. Qui enim vult aliquem duriter verberare, manus extollit, vt vehementius inferat flagellum.* Potest locus ille ita verti: Leua pedes tuos in superbias eorum in finem. Hoc est conculca, & contunde sceleratorum insolentiam & arrogantiam vsque ad extremum. Vel: extolle malleos tuos: vel terrores tuos in dissipationem eorum in perpetuum. Significat quoque *Paham* vicem, & *Pahamim* in numero duali bis: vt Numerorum vigesimo. Percutiens virga bis silicem egressa sunt aquae largissima: ita vt populus biberet, & iumenta. Dixitque dominus ad Mosem & Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israelis, non introducetis hos populos in terram, quam dedi eis. Haec ibi. Ex quibus colliges Mosem & Aaronem illic in crimen incidisse, propter quod Deus eos puniuit. Sed quoniam in hunc incidit locum, non puto incommodum esse explicare, in quo viri illi peccauerunt. Chrysostomus homilia sexta de penitentia ait peccatum illud fuisse ingrati animi crimen. Sed nescio qua in re obliuio illa beneficii consistebat: nec ipse illud explicat. Augustinus contra Faustum Manicheum ait peccatum illud fuisse fidei turbationem. Ac vt Moyses petram percutiens virga de Dei virtute dubitauit: ita populus Iudaicus Christum ligno cruosis affigens, eum virtutem Dei esse non credidit. Sed sicut percussa petra fluxit sumentibus aqua: sic plaga dominice passionis effecta est vita credentibus. Nam vt ait priore ad Corinthios Apostolus: Petra autem erat Christus. Explicans idem Augustinus locum illum psalms. 105. Irritauerunt eum

ad aquam contradictionis: vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius: & distinxit in labijs suis. Quid est, inquit, distinxit? Dubitanter petram virga percussit: ideo hoc miraculum distinxit a ceteris miraculis, in quibus non dubitauerat. In tractatione vna de utilitate penitentiae, & homilia vigesima septima tomo decimo attribuit idem Augustinus M. si dubitationem in fide. Lyranus etiam explicans locum illum Numerorum ait. Mosem dubitasse non de Dei potentia, sed de effectu ob scelera Iudaorum. Ideo aquas primo ictu non exiisse propter Moysis dubitationem, exiisse autem secundo, vt verbum Dei impleteretur. Ait enim scriptura Mosem bis petram virga percussisse. Aspiciunt doctores hos in ea esse sententia, vt existiment, Moysi & Aaronis peccatum in fidei dubitatione exiisse. Id videntur indicare verba, quibus Deus eos reprehendit dicens: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel. At durum aliquantulum videtur dicere, hos duos viros Mosem & Aaronem tanta sapientia & fide praecellentes, & tanta sanctitate & nobilitate praestantes in fide illius Dei cuius perspicua miracula, & admiranda prodigia viderant, dubitasse. Ego existimo eorum peccatum in fractione obedientiae fuisse, non in fidei dubitatione. Peccauerunt enim, quod non allocuti sunt petram, sicut eis praeceperat Deus, qui dixerat illis: Loquimini ad petram coram eis, & ipsa dabit aquas. At ipsi non allocuti fuerunt illam, sed bis eam percusserunt. Iam petra virga percussa dederat aquas coram populo, vt capite decimo septimo Exodi diuina littera memoria prodiderunt. Et fuisse nouum miraculum, quo Deo nomen sanctificaretur, si coram populo ad praesentiam virgae Moyses & Aaron praeceperent petre in Dei nomine, & illa sine virga percussione, sed Dei verbo obediens vim aquarum profunderet. Poterant enim tunc Hebraeos reprehende, quod praeceptis Dei non obtemperarent rationis participes, cum lapsu sensu carens sine vlla percussione verbo Dei obediens copiam emitteret aquarum. Nec obstat, quod sequitur: Quia non credidisti mihi: accipiunt enim verbum credere pro obedire: vt psal. 118. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam, doce me: quia mandatis tuis credidi. Paremus enim praeceptis, & praeipienti credimus. Aut accipiunt credere pro perseverare, seu permanere, aut stabiliri. Verbum enim *Amam* quod est in Hebraeo, non solum credere significat, sed firmum, stabilem, & permanentem esse, Xantes Pagninus in Thesaurio testatur. Vnde quod nos habemus psal. 77. Nec fideles habitati sunt in testamento eius: potest verti: Nec firmi, aut stabiles, aut constantes fuerunt in pacto eius. Illud etiam secundi Reg. 7. Fideles erit domus tua, & regum tuorum vsque in aeternum: potest verti: Permanebit, vel stabilietur, vel firmabitur domus tua, seu familia tua, &c. Quare verba illa: Quia non credidistis mihi: poterunt etiam ita verti: Quia non fuistis firmi: quia promissis mihi esse omnibus praeceptis meis obtemperaturos, quod nunc minime fecistis. Peccauerunt igitur, vt mea fert opinio,

quia petram non fuerunt allocuti. At si diui Augustini sententiam sequi malueris, non errabis: est enim probabilis, & a viro sapientissimo ad omnia summa nato multis in locis affecta. Ego autem quò me coniectura auerret, exposui: quòd cum omnibus alijs, quò dixero, sancta matris ecclesie Romana, & catholicorum doctorem correctionem subuicio.

2 Spiritus eius. Pro spiritu est in Hebræo רוח Ruach, quò vox spiritum significat mentem, animam, iram, ventum, angelum, superbiam, partem, seu plagam: Pro anima accipitur ab Ecclesiaste capite duodecimo. Reuertatur puluis in terram suam, unde erat: & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Et Psal. 103. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Et Psal. 75. Terribili, & ei qui auferit spiritum principum. Pro quo potes vertere: Terribili, & vindemiant spiritum principum. Pro auferre est in Hebræo verbu רבב Batbat, quòd vindemiare etiam significat. Domus ac familia regia est vinea quadam, quam dominus vindemiat, cum vult eripiens principibus vitam. Sed quoniam spiritus significat ventum, & accipitur pro vanitate, & insolentia, & elatione, vt apud Iob capite quindecimo: Quid tunc contra Deum spiritus tuus? Et capite Prouerbiorum sextodecimo: Contritionem præcedit super, & ante ruinam exaltatur spiritus: poteris versiculum illum psalmographi ita transferre: Terribili, & frangenti superbiam principum. Solet enim Deus aliquando superbiorum conatus infringere, qui vanis opinionibus inflati alios contemnunt: & omnia excelsa sibi sumentes & arrogantes in magnis erroribus versantur. Sumitur aliquando spiritus pro spiritu sancto: Iudicum tertio: Fuit in eo spiritus domini. Et primi Regum sextodecimo: Spiritus autem domini recessit à Saul. Et Esaiæ quadragesimo Gene. octauo: Nunc dominus meus misit me & spiritus eius. Et Genesis primo: Spiritus domini ferebatur super aquas. Existimant nonnulli per spiritum hoc loco intelligi ventum: ideoq; appellari spiritum domini, quòd fuerit a domino missus: & quòd ea quò magna sunt, appellantur Dei. Vt Exod. 3. mentes Dei, cædi Dei, ciuitas Dei. Sed cum ventus sit aer motus proter terra exhalationes, vt aunt philosophi, & prima aie creationis mundi, quando spiritus domini ferebatur super aquas, adhuc non esset aer, nec exhalatio, imò nec terra, perspicuum est, nec ventum fuisse. Quare debet intelligi locus ille de spiritu sancto. Et præferebatur est in Hebræo Merachepheih, verbo Rachaph, quòd significat etiam incubare, & confouere. Incubabat enim spiritus sanctus super molem illam nomine aquarum significatam, eamq; confouebat instar volucris ouis calore vitam largientis. Ipse enim est, qui vitam dat. Si autem viuificator est, vt ita loquar, consequenter conditor & creator. Quòd si conditor & creator, ergo Deus: tertia sanctissima trinitatis persona: qua solet mitti a patre. Vnde eum alloquens diuinus vates Psalmo 103. aiebat: Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Cum enim missio in sui ratione importet processionem ab alio, & in diuinis secundum originem, vt verbis vtar diui Thome articulo quarto questionis quadragesima tertia prima partis, pater autem non sit ab alio: nullo modo conuenit ei mitti: sed solum filio, & spiritui sancto, quibus conuenit esse ab alio. Et spiritui sancto tribuitur viuificatio. Quare de eo locus ille Genesis intelligitur. Magnus Basilius primam rangi opinionem: sed statim ait in hunc modum: Sive quòd verus est, à maioribus nostris probatum, spiritus sanctus spiritus Dei sit auctus: propterea quòd obseruatum est talem de illo peculiari modo scripturam præcipueque facere mentionem: & nihil aliud spiritum Dei appellare, quam ipsum spiritum sanctum, qui diuine beatæ trinitatis numerum complet. Hæc locus ille. Et affert statim in medium sententiam cuiusdam Syri in scientia rerum diuinarum instructissimi, afferentis verbum Rachaph, pro quo nos habemus ferebatur, fouere etiam significare: vt intelligeremus spiritum sanctum vitalem fecunditatem aquis illis seu materia illi aquarum nomine significata præbuisse ad effigiem auis vitalem vim ouis imprimentem. In eadem sententia est Hieronymus in questionibus Hebraicis in Genesis, Gregorius

Nissenus in libro, qui inscribitur, Selecta testimonia ex veteri testamento contra Iudaos, Augustinus, Diodorus, Iunius, Rubertus, Eucherus, Cyrillus & Ambrosius: qui non solum ait intelligi locum illum de spiritu sancto, tertia sanctissima trinitatis persona, sed etiam hanc esse sanctorum & sangelum sententiam. Id videtur ecclesia significare in missali in prosa quadam solennitatis spiritus sancti, ubi eum ita alloquitur. Quò machinam per verbum suum fecit Deus cæli, terra, marium, tu super aquas futurus eas lumen tuum expandisti spiritus. Id quòd Moses appellat aquas, appellat Hesiodus Chaos, & quòd ille vocat spiritum domini, vocat hic amorem, vt constat ex eius carmine ab Augustino Eugubino in Cefino poeta citato. Per amorem autem spiritus sanctus intelligitur. Etiam nonnulli ex gentibus dicebant esse in diuinis spiritum sanctum. Id existimo voluisse Platonem significare libro decimo de legibus, cum dixit, esse quadam mentem optimam omnia regentem, & vt ita dicam, viuificantem, quam animam mundi vocant, fore quia legerat eam in principio mundi latam super aquas, munus sui potentiam in rerum conditarum creatione ostendisse. Ex illis enim aquis à Deo primo die creatis ex mole illa & machina facta sunt visibiles creatura, in qua id capuis undecimi libri Sapientie: Nò enim impossibilis erat omnipotens manus tua, qua creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Vel vt poest rectissime ex Græco verti: ex materia informi. Ideo ex aquis creata sunt visibiles creatura, vt earum instabilitatem, vicissitudinem, & inconstantiam cognosceremus. Id voluit significare Homerus, cum dixit, omnia fuisse ab aquis Oceani creata, quò vitro citrog, fluunt, ac resurgunt, & nunquam subsistunt. Vnde Xenophanes: Nos omnes, inquit, aqua sumus: hoc est instabiles & inconstantes, conditi ex aquis. Hoc referebant ad aquas illas, super quas in mundi principio spiritus domini ferebatur. Pro quo Thargus Hierosolymitanus habet: Spiritus misericordiarum & graua scabat super facies aquarum. Vbi vides spiritum domini loco illo esse spiritum sanctum. Vetere Hebræi aunt spiritum illum, qui ferebatur super aquas esse spiritum Messie, vt refert Eugubinus in psalmo 103. Theodoretus tamen, & nostra hac memoria Hieronymus ab Oleastro per spiritum domini intelligunt ventum. Caietanus Oleastro intelligit angelicum spiritum ministrum Dei, qui machinam illam velocissime mouebat. Omnes hæc opinioniones sunt probabiles: sed quò per spiritum domini interpretatur spiritum sanctum, est meo quidem iudicio multo illustrior & præstantior. Insuper spiritus sanctus appellatur etiam spiritus principalis: vt psalmo quinquagesimo. Spiritu principali confirma me. Vbi pro principali est Græca versio ἀρχιπρωτοῦ, hoc est regius, principalis, munificus, quòd sit liberalis, & munera in largitor. In Hebræo est נדב נדב Nedhibah, quò vox præter alias significat voluntarium. Petebat à Deo Dauid, vt sibi spiritum confirmaret, quò sponte & alacriter ei seruiret, & libenter cupiditatibus perturbationibus imperaret. Accipitur enim spiritus pro angelo, vt psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Hæc est, qui mentes illas beatas quas celestes spiritus vocamus fidei nuntias, & ministros tuos voluntaris. Angelus enim idem est quòd nuntius. Vnde apostolus Hebræorum primo: Nonne, inquit omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæc hereditatem capiunt salutis? Huius spiritus vocat psalmographus angelos & ignem vrentem, ad celeritatem & vim eorum significandam. Ita locum illum Theodoretus & Euthymius ex Ianaui. Accipitur etiam pro demona! vt 1. Reg. cap. 16. Exagitabat eum spiritus nequam. Et 3. Reg. vigesimo secundo appellatur spiritus: & paulo post spiritus mendax. Fortasse de illo intelligitur id, quò dominus Iesus dicebat discipulis suis Matthæi vigesimo sexto: Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ac si diceret: Vigilias agentes attendite, & preces fundite, ne vos tentator expugnet: ille enim demon est, & spiritus promptus ad tentandum: vos autem infirmi. Quare oportet vt vigiliis obsecrationibus armemini aduersus illum. Sumitur etiam spiritus pro

1. Cor. Psal. Eccle. Eugubi. Plato. Homer. Xenop. Theod. Caieta. 3. Reg. Psal. 50. Psal. 103. eb. 1. Gene. 2. Re. 1. Ose. Rom. Mat. 26. 2. Cor.

1. Cor. Psal. Eccle. Eugubi. Plato. Homer. Xenop. Theod. Caieta. 3. Reg. Psal. 50. Psal. 103. eb. 1. Gene. 2. Re. 1. Ose. Rom. Mat. 26. 2. Cor.

2. Cor. 3. pro lege noua: ut in epistola posteriore ad Cor. cap. 3. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Litera est lex uetus cum suis ceremoniis, & iudiciis, & sacrificiis: spiritus autem euangelium. Accipitur quoque spiritus pro uera & spiritali intelligentia, ut psal. 118. Os meum aperui, & attraxi spiritum. Quibus uerbis aiunt uates animarum mysteriorum diuinorum cupidum, & pro desiderio celestis scientia anhelantem, & uoti compotem ostendit. Et caput Ecclesiastici 39. Spiritu intelligentia replebit illum. Præterea accipitur pro inspiratione, ut Ezechielis tertio: ingressus est in me spiritus. Postremo accipitur pro apparitione, ut aiunt nonnulli, in quam significationem accipiendum putant spiritum hoc Danielis loco: Et conterritus est spiritus eius. Hoc est, & hæc eius apparitio in somniis dissoluta est quasi uentus, instar uisionis que statim euanescit. Plerique tamen spiritum pro animo accipiunt, qui uiget, qui intelligit, qui meminit, qui corpus moderatur: qui si excelsus est & erectus & firmus, non discedit à uirtute. Si autem abiectus est, imbecillus, inconstans, à gradu honestatis facile deiecitur: modo timet, modo frangitur: & turbulentis perturbationibus concitatus nec cohibere se potest, nec quo loco uult, insistere. Huiusmodi fuit spiritus Nabuchodonosoris, qui fuit somni oblitus, & stupore turbatus instar aque qua cum imaginem rei oppositè representaret, turbata fuit: & exagitata imaginem non reddidit, & tranquillitatem amisit. Ex quo effectum est, ut ea quæreret à sapientibus, qua illi nulla humana ratione consequi ualebant.

3 Et somnium eius ab eo. In Hebræo est **בְּחֵלְמָיו** Xenatho Niheithab Halau. Prima uox significat somnium, & somnium, secunda est uerbum substantiuum, & significat esse, fieri, frangi, teri, fugere, reputare. Septuaginta habent: Somnium eius fuit ab eo. Hoc est ortum est ab eo, quod cogitauerat. Vel fuit ab eo, nimirum separatim. Pagninus uertit. Et somnus eius fractus est ei. *Vi sit sensus: Interpretus est somnus eius, ita ut amplius dormire non posset. Illud*

Prou. 13. cap. 13. Prou. Desiderium si compleatur, delet animam, potest uerti: Desiderium si frangatur, uel si fugiat aut euanescat, oblectat animam. Cum rerum inutilium desiderio tenemur affigimur: at si illud relinquimus, oblectantur. Magno enim gaudio afficitur animus, cum ab eo noxia discedunt desideria. cap. 1. libri Re. 3. in oratione quam habuit Berhsabea apud Dauidem, petens ab eo, ut Salomon eius acciperet clauem regni, non autem Adonias, ita eum fuit allocuta. Cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego, & filius meus Salomon peccatores. Vbi pro erimus est hoc idem uerbum **חָיָה** Haiab, quod ut diximus, esse significat, & reputare. Quare potest uerti locus ille: reputabimur ego & filius meus Salomon peccatores. Dicit enim populus eum non potuisse regnum obtinere propter flagitia nostra. Sed quoniam uocabulum significans peccatorem, significat etiam errantem: poteris reddere. Erimus aberrantes scilicet à scopo: hoc est, omni se frustrati. Ac quanto maiore spe regni tenebamur, tanto maiorem dolorem nobis afferret frustratio. Fortasse per peccatores intelligi peccata. Et tunc erit sensus, Si filius meus non regnauerit, ut mihi promissisti ambo occidemur: ego & ille morte plestemur. Erimus peccata, hoc est poena & sacrificium pro peccato. Sumitur enim aliquando peccatum pro poena peccati, ut Genes. quarto.

Gene. 4. Si male egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit. Hoc est, si peccaueris, confestim punieris: erit poena tua in foribus, id est præsto aderit. Et secundi Regum duodecimo: Dominus transiit peccatum tuum: hoc est poenam, quam pro peccato merebaris. Et capite quarto Osee: Peccata populi mei comedent sacerdotes: hoc est uictimas, & sacrificia oblata pro peccato. Unde diuus Paulus appellat Christum Iesum peccatum: hoc est hostiam & sacrificium pro peccato. Ita illud Rom. 8. intelligitur Romanorum 8. Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum. Ac si dicat: Et per Iesum Christum factum sacrificium pro peccato ipsum peccatum damnauit. Et in posteriore 2. Cor. 5. ad Cor. cap. 5. Eum, inquit, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Ac si dicat: Deus pater constituuit uictimam &

hostiam pro peccato nostro filium suum, qui nullum fecerat peccatum, ut nos iustificaremur ab eo per ipsum Christum filium eius. Id quidem est, quod ait in priore canonica diuus Petrus capite 2. de Christo loquens: Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Tuli enim poenam nostram scelerum pendens in cruce. Id prædixerat cap. 53. his uerbis Esaias: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Aspicias igitur peccatum accipi aliquando pro sacrificio, & punitione, & uerbum Haiab, quod significat esse, significare etiam frangere, & fugere, in quas significationes hoc Danielis loco accipitur à Latinis interpretibus.

4 Rex in sempiternum uiue. Pro in sempiternum est in Chaldaeo **לְעוֹלָם לְעוֹלָם** Lehalmin. Pro quo Hebræi dicunt **לְעוֹלָם** Holam, & **לְעוֹלָם** Leholam. Holam significat saculum, perpetuum, sempiternum: Leholam significat in saculum, in perpetuum in sempiternum. Itaque significat duratione iuxta subiectam materiam, de ætate ad quam accommodatur. Illud Exod. 21. Erit ei seruus in seculum: Et illud Deuteronom. 15. Seruus uiuet tibi usque in æternum intelliguntur usque ad ubi-bileum. Illud autem Genes. 13. Omnem terram quam conspicias, tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum: Et illud Gen. 17. Dabo tibi, & semini tuo post te omnem terram Chanaan in possessionem æternam: non intelligebantur, nisi usque ad euangelij promulgationem, & legem nouam latam per Christum mundo nuntiata. Quemadmodum illud de circuncisione eodem capite: Erit pactum meum in carne uestra in fœdus perpetuum. Pro uiue est in Chaldaeo **חַיָּה** Chey. Pro quo toto Septuaginta translulerunt: Rex in secula uiue. Uerbum est **חַיָּה** Chaiach, quod significat uiuere, & uiuificare: ut ita dicam, ut apud Haba. 3. Domine opus tuum in medio annorum uiuifica illud. Ac si dicat Homini genus ò Deus sancte opus tuum est: ideo ob immensam bonitatem tuam in medio annorum, hoc est priusquam mundus finatur, mitte ad illud filium tuum unigenam, qui uita est, ut illi uita largiatur. A uerbo hoc deriuatur Caiab, quod significat uiuens: ut psal. 54. Descendant in infernum uiuentes. Pro quo noster interpret uertit aliquando feram, aliquando bestiam: ut Gen. 37. Fera pessima comedit eum. Et psal. 73. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Sed quoniam idem uocabulum feram & bestiam significans significat etiam congregationem, & uocabulum pro quo Septuaginta uertuntur conuidentes, significat turturam: & legem: transiit beatus Hieronymus: Ne tradas bestiis animam eruditam in lege tua. Et Pagninus: Ne tradas congregationi inimicorum animam turturis tue. Ac si dicat: Ne tradas domine uitam gentis Hebræe exercitui hostium suorum. Genem illam appellat turturam imbecillitate & mæstitiam, qua opprimebatur, quod se cinctam ab inimicis intueretur. Et quia populus ille Dei laudibus efferebat, appellauit illum Septuaginta consuetam Deo, idem est confiteri, quod laudare, & Hieronymus: eruditum in lege Dei. Potest uerti: Ne tradas cœtui hominum animam turturis tue. *Vi sit sensus, Cupio domine ab hominum cœtu ac frequentia discedere, meque in solitudinem recipere instar turturis loca solitaria querentis, ut aptius possim in diuinam philosophiam incumbere, & celestia mysteria contemplari. Quapropter te obsecro & obtestor, ne me turturi similem tradas turbulentis negotiis, & hominum cogregationi ac frequentia. Ab hoc uerbo Chaiach deriuatur hoc nomen Chaiym, quod uitam significat: ut psal. vigesimono. Ita in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Potest uerti: Momentum in indignatione eius, & uita in beneuolentia eius. Pro quo Hieronymus uertit: Ad monumentum est ira eius, & uita in repropitiatione eius. Pro uita est in Hebræo **חַיָּה** Regach, quod momentum etiam significat: ut Threnorum quarto: Quæ subuersa est in monumento. Pagninus habet: Momentum est in furore eius, uita in uoluntate eius. Paraphrasis Chaldaica habet: Vna hora indignatio eius, uita æterna bona uoluntas eius. Uult diuinus uates significare, parum durare iram Dei aduersus homines, uitam autem quam eis largiri desiderat, æternam esse. Si à sceleribus nostris ad ipsum conuertimur, facile placatur. Quocumque enim die ingemuerit uera contritione peccator,*

peccator, amplius eius flagitiorum, *ut ipse Deus ait apud Ezechielem*, non recordabitur.

B<sup>2</sup> Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. Responderunt: secundò, atque dixerunt. Rex somnium dicat seruis & interpretationem illius indicabimus. Responditque rex, & ait: b Certè noui, quòd tempus redimitis, scientes quòd recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretacionem quoque fallacem, & deceptione plenam composueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam, quòd interpretacionem quoque eius loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: c Non est homo super terram, qui sermonem tuum ò rex possit implere. Sed nec regnum quisquam magnus & potens verbum huiuscemodi scitatur ab omni ariolo: & mago, & Chaldæo. Sermo enim, quem tu quæris rex, grauis est, nec reperietur quisquam, qui indicet illù in conspectu regis, d exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. Quo audito e rex in furore, & in ira magna f præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. g Et egressa sententia sapientes interficiebantur: h quærebanturque Daniel & socij eius, & vt perirent. i Tunc Daniel requisitum de lege ac sententia ab Arioch, principe militiæ regis, qui ingressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et interrogauit eum, qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli. l Daniel ingressus rogauit regem, vt tempus daret sibi m ad solutionem indicandâ regi. n Et ingressus est domum suam, Ananiæque, & Misaeli, & Azariæ socijs suis indicauit negotium, o vt quærent misericordiam p à facie Dei cæli q super sacramento isto: r & non perirent Daniel & socij eius s cum cæteris sapientibus Babylonis. t Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatû est. v Et benedixit Daniel Deum cæli: & locutus ait: x Sic nomen domini benedictum à sæculo, & vsque in sæculum, y quia sapientia & fortitudo eius sunt. z Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna, atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. aa Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta: & bb lux cum eo Tibi Deus patrum nostrorum confiteor, téque laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi. Et nunc ostendisti mihi, cc quæ rogauimus te, dd quia sermonem regis apperuisti nobis.

a Somnium igitur. Urgebat eos acriter rex tyrannum potius agens quam regem. A iustitia recedebat, nulla æquitate utebatur, nulla lenitate, nulla misericordia, nulla ratione. Quare rex dici nullo modo merebatur. Saul cum regnasse multis annis, vt primo libro Regû constat & ex cap. 13. Actorum apostolicorû, duobus tamen solum dicitur regnasse capite 13. primi Regum. Nã illis tantum iustis legibus & sanctis institutionibus rempublicam administravit: non solum hostes, sed seipsum vicit, & in pristina virtute permansit. At cum se amplissimis officiorum ornamentis spoliaret, & flagitijs irretiret, atque innocentem Dauidem ad ferrum flammamque vocaret, nomẽ regis meritò amisit. Fuerant hi sapientes regi gratissimi, & vide, quam exigua causa eos ad perniciem vocet. Obtinuerant diuitias, honores, authoritatem, nominis amplitudinem: & hæc diu, & multo labore quærita vna eripiebat hora. Amã qui summa gratia apud regem Assuerunt valebat, eodem die quo fuit ab Esther ad splendidum conuiuium cum eodem rege vocatus, fuit ab eo occisus, & ligno suspensus. Egyptius qui emerat Ioseph, quem magno fauore prosequeretur, eum ob coniugis dolum in carcerem coniecit. Serenitas hyemis, aura æstiuæ quies maris, lunæ status, fauor principum, omnia hæc paria sunt. Alexander Magnus Parmenionem, Philotam, Clitum, & Callisthenem, quos ardentem amabat, in quos bene meritos quidem incredibilia beneficia cõtulerat, ita ab amicitia sua disiungit, vt nunquam postea potuerint cum eo in gratiam reduci: imò fuerunt ab eo vita priuati. Lege Quintum Curtium, Plutarchum, Paulum Orisium, qui hæc literis mandarunt, Nihil est voluntate principum mutabilius, nihil inconstantius. Nulla molendinaria, nulla figuli aut curus rota est mobilior. Non plures habet colorum varietates manis Martius, quam mutationum principum voluntas. Quare non in illis qui sunt instabiles, Malac. 3 sed in Deo, qui ait apud Malachiam: Ego dominus, &

non mutor, est fiducia nostra collocanda.

b Certè noui, quòd tempus redimitis. Hoc est, verè scio vos tempus extendere, & deducere verborum anfractibus, vt à manib⁹ meis eripiamini. Vel sic: Planè intelligo vos emere oportunitatem euadendi mortis periculum. Redimere tempus apud Paulum capite quinto epistolæ ad Ephesios est quærere & sumere occasionem euadendi à periculis: ita enim ait: Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Quibus docet esse nobis cautè ambulandum instar sapientium viatorum, quibus periculosis vel propter æris perturbationem, vel propter hominum insidias iter facientes quærunt & veluti emunt oportunitatem euitandi pericula. Non expectant, vt sibi occasio occurrat, sed ipsi eam emunt: vt in via proficiant. Itaque & apud apostolum, & hoc loco redimere tempus est occasionem quærere declinandi pericula.

c Non est homo super terram. Ac si dicant: Humana à nobis require, non diuina: quæ naturaliter dici possunt, non quæ sunt super naturam, quæ humanam superant sapientiam. Non est in hac vita, qui quod postulas, valeat implere.

d Exceptis dijs. Fatentur sapientes Babylonij solius Dei esse præscientiam futurorum. Etsi in multitudinẽ deorum errabant, Deam tamen esse credebant omnia præterita, præsentia, futura cognoscentem. Nemo est tam immanis & incultus, cuius animum non imbuerit alicuius Dei opinio.

e Rex in furore & ira magna præcepit. Hoc est, cū impetu, & vehemente indignatione. Accipitur in pro cū, vt cap. sexto epist. Pauli ad Romanos: Stipendium enim peccati mors: gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Ac si dicat: Præmium peccati est mors æterna: præmium autem gratiæ est vita æterna cum Christo Deo nostro: Vel licet: Stipendium peccati

1. Reg. Act. 13. 1. Re. 13.

Esther. 6. & 7.

Gen. 39.

Cur. Plutarc. Orosius.

Malac. 3.

Galat. 1. 10.

Gen.

Simili. do.

Mat. Zachar.

Simili. do.

Proph.

Eccle. Simili. do.

Ephes. 5.

Psal.

Rom. 6.

3. Reg.

Mat.

cati est exitium æternum: sed vita æterna datur nobis ex gratia per Christum Iesum: nostra enim opera sine gratia vitam æternam non merentur. Vbi particula,

*Galat. 1.* in, accipitur pro per: vt capite primo ad Galatas: *In hebr. 1* me clarificabant Deum. Et capite primo ad Hebræos: *Multifariam multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.* Hoc est, antiquis locutus est per prophetas, nobis autem per filium. Ita intelligunt nonnulli illud, *Gene. cap. 1.* *In principio creauit Deus cælum & terrã.* Hoc est per principium, quod est Christus. Ipse enim apud Ioan. cap. 8. interrogatus quis esset: *Principium,* inquit, *qui loquor vobis.* Poterit igitur hoc Danielis loco particula in accipi pro cum, & pro per.

*f* *Præcepit, vt perirem.* Intolerabilis ira profectò: cum regem nihil minus deceat. Vt grandines & procellæ sunt in parte aeris terræ proxima accitima: in suprema autem non inueniuntur: ibi enim summa viget serenitas & placabilitas: sic furor & ira & cæteræ huiusmodi tempestates etsi perturbant aliquando subditos, in dignitate tamen regia non debent inueniri, sed securitas & tranquillitas. Cum Christus ingredi vellet Hierosolymam mansuetudine septus, ait Matthæus

*cap. 21.* impletam fuisse hanc Zachariæ vaticinatione: *Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Castitas, abstinentia, cæteræque huiusmodi virtutes regi quatenus homo est, quemadmodum aliis congruunt hominibus: at mansuetudo cum iustitia coniuncta cõuenit illi, quatenus rex est. Ideo non ait: *Ecce rex tuus venit tibi castus,* & abstinens, sed mansuetus. Quemadmodum Saturnus qui ex stellis errantibus summum tenet locum, motu naturali tardissime agitur in orbem: sic qui est in excelsa dignitate constitutus, nulla deber esse insana iracundia concitatus, sed leni animo ac remisso ad seueritatem moueri, ne in re graui immanitate ducatur, & temere præcipitetur. Nam vt ait in Prouerbis Salomon: *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.* Et in Ecclesiaste: *Ne sis velox ad irascendum.* Vt musicus citharæ chordas dissonantes non statim resecat, & abiicit, sed sensim intendens aut remittens ad concentus temperantiam adducit: sic qui rempublicam gubernandam suscepit, leniter debet eos corrigere, qui in crimen inciderunt, non intemperanter punire, & protinus de medio tollere: nisi aliter exigat iustitia, cuius habenda est ratio, vt respublica conferuetur. Aliquando enim seueritate opus est. Sed debet princeps reos audire, & eum implorantibus aures præbere. Id quod nos habemus in Psalmo. 19. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die: qua inuocauerimus te: potest rectè verti ex Hebræo: Domine saluum fac regem, qui exaudiat nos, quacunque die inuocauerimus eum. Petebat populus à Deo regem, qui eos placatè exaudiret.

*g* *Egressa sententia sapientes interficiebantur.* Pro sententia est in Chaldæo lex. Voluit impius tyrannus, vt eius sententia pro lege haberetur. Sed videte, qualis fuerit sententia: crudelissima, & ex intolerabili superbia & iracundia deprompta. Solet principatus secum ferre aliquando superbiam, insolentiam, immanitatem, & alias huiusmodi pestes, ijs præsertim, qui se existimant esse ad omnia summa natos. His morbis obcæcati nonnulli principes nõ solum ipsi in tenebris versantur, sed aliis ipsas tenebras offundunt: iacent omnia apud illos crassa ac terra caligine circumfusa. Promittens Deus fore regem Hierosolymæ ex progenie Dauidis, hæc protulit verba cap. vndecimo libri tertij Regum madata. *Vt maneat lucerna David seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem.* Lucernam appellat reges, quod & ipsi illuminati esse debeant, & alios sapientia, iustitia, virtute & exemplo illuminare. Ad eos illud potest accomodari, quod Deus ecclesiasticis dixit

pontificibus: *Vos estis lux mundi.* At illi non lux, sed caligo dici merentur, qui effrænati sibi que præfidetes peruertunt iura diuina atque humana, propter enim quem sibi ipsi opinionis errore finxerunt principatum. Hinc efficitur, vt eorum decreta non leges aliquando, sed monstra & portenta dici mereantur. *Lex domini* (vt ait diuinus Psaltes) *est immaculata, cõuertens animas.* Vt potest ex Hebræo transferri: *Lex Dei est omnibus numeris absoluta tranquillitas reddens animas.* Et ab ea omnes aliæ iustæ leges deriuantur, vt ait diuus Augustinus libro primo de libero arbitrio. Illud Psalm. 118. *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi: potest rectissime verti ex Hebræo: Ramos odio habui, & legem tuam dilexi.* Nomen hoc scaphim quo ibi vitur psalmographus, iniquos significat, & ramos. Leges humanas ramos appellat, quod à diuina lege tanquam rami ab arbore præcidantur. Sed quia Gentes idolorum cultrices solebant legibus suis muta miscere execranda, ab omni ratione abhorrentia, aiebat diuinus vates se eas odisse, legem autem Dei amore profecutum esse. Non oderat legem humanam iustam, quæ est rationis dispositio, & præceptio in bonũ cõmune à republica lata, vel ab eo, qui eã gerendã curauit: sed eas, quæ sunt à ratione discrepantes, & à lege diuina abhorrentes. Ac quoniã à Dei lege debent deduci, oportet esse legislatores sapientes. Lex enim iusta quæ in sapietia nititur, est origo, à qua ciuitatis salus dimanat, iuxta id quod ait cap. Prouer. 13. Salomon: *Lex sapietis fons vitæ.* Huiusmodi leges sunt reipublicæ fundamenta. Id volens psalmographus significare, inducit amicos suos ita loquentes: *Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt.* Pro quo poteris vertere: *Quoniam fundamenta destruxerunt.* Id intuens animo Symmachus transtulit: quoniam leges destructæ sunt: quæ translatione refert Hesichius, & post eum Flaminius. Et eodẽ modo transtulit Hieronymus. Vocabulum Hebræum significat fundameta: sed quoniã per ea significantur leges, potius ad sensum quã ad verbum respicientes, leges posuerunt. Vt edificia stabiliuntur firmis fundamentis: ita respublica iustis legibus. Non erunt autem iustæ, nisi ab illa sapientia deriuentur, quæ dicit, capite Prouerborũ 8. *Per me reges regum, & legum conditores iusta decernunt.* Ac quia lex Dei omnes alias leges facile superat, narrat diuina scriptura cap. vndecimo libri quarti Regum, fuisse principẽ Ioas productum in medium populi à sacerdote, qui posuit super eum diadema & testimoniũ, & fuit illic in regia dignitate constitutus. Diadema erat cõtra regia, & testimoniũ liber diuinæ legis. Quo die filius regis gubernaculum regni accepit, fuit corona regia redimitus, super quã erat liber legis diuinæ. Intuere obsecro admirabilem illam religionis ceremoniam: cum princeps in solio collocabatur regio, ponebat ei sacerdos in capite diadema, quod erat insigne regni, & super illud librum diuinæ legis, vt intelligeret, quanti eam deberet estimare, quæ super diadema collocabatur in capite, vbi est sedes memoriæ, ex qua illa nunquam ei excideret, qui potius ille iuxta eam gubernaret. Et vt clementiam amplecteretur, oleo vngebatur, quo tranquillitas & misericordia significatur: vt literæ diuinæ multis in locis prodiderunt. Volentes veteres Aegyptij innuere esse clementiam à rege mirum in modum colendam, & immanitatem reiiciendam, & ab ea superandam, sceptrum regium habebant insignitum in summitate capite ciconiæ, per quam intelligebant pietatem, & in imo pede hippotami, per quem acerbiter & crudelitatem significabant. Quoddam huiusmodi sceptrum fuisse Romæ sculptum in tabula ænea antiqua, asserit in Hieroglyphicis Pierius Valerianus. Sed quorsum quærimus symbola & obscura Hieroglyphica, cum apertè dicat in Prouerbis diuina scriptura capite 20. *Misericordia & veritas custodiunt*

*Cc 4 diunt*



*Prov. 11. diunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Et capite undecimo: *Clementia praparat vitam?* De iusto rege ait *Esaïas* capite decimo sexto. *Preparabitur in misericordia solium, & se debu super eo.* Vbi misericordia refertur ad regem: etiam si possit ad Deum referri, vt sit sensus. Ob Dei misericordiam præparabitur & stabilietur regnum Dauidis. Iusti qui misericordiam sibi ante oculos ponunt cum iustitia coniunctam, non ferunt iniusta decreta: sed impij, quibus *Esaïas* cap. decimo his verbis perpetuam perniciem minatur: *Va illis, qui condunt leges iniquas. Infelices illi sunt, qui iracundia inflammati promulgant leges asperas, sanguine humano scriptas, & sententias ferunt crudelitate plenas, cuiusmodi fuit hæc Nabuchodonosoris, vt ait hoc loco Daniel.*

*h Querebaturq, Daniel, & socij eius, vt perirent.* Nimirum Ananias, Azarias, & Misael: Omnes enim hi in numero sapientium habebantur. Tanta erat perturbatio in aula regia, tam sæua in ciuitate, & tam repentina tempestas, vt omnes qui sapientes habebantur, ad cædem sine culpa vlla quærerentur. Vt accidit aliquando, vt cælo maximè tranquillo sæua subito & inexpectata oriatur procella: sic in rebus mirum in modum secundis, & ad voluntatem fluentibus grauissima interdum & inopinata incidit rerum perturbatio.

*i Tunc Daniel requisit de lege ac sententia.* Hoc est de decreto interficiendi omnes sapientes. Cùm enim nõ adesset cum aliis sapientibus, quando rex de eorum cæde tulit sententiam, voluit totam causam intelligere. Quare interrogauit Arioch principem carnificum, qui à rege iussus ingressus fuerat ad occidendos sapientes: qua in re eam ob causam fortasse non multam adhibebat diligentiam & festinationem, quia inuitus exequebatur regis præceptum, cuius insanam aspiciebat immanitatem. Sed quæres: quare Daniel & socij eius non fuerint ingressi ad regem cum aliis sapientibus, & lata sententia iubebatur cum cæteris ad exitium vocati. Existimo fuisse totum hoc Chaldæorum inuidia conflatum. Audientes enim omnes sapientes à rege vocari, eisq; præmia proponi, si somnium interpretarentur, timuerunt, ne Daniel, cuius sapientiam videbant, eos superaret, essetque ei palma in interpretatione somnij referuata. Et postea ob inuidiam fuit in foueam leonum coniectus. Aspice illorum hominum malevolentiam, & inuidiæ vim. Ac illum, quem ad præmium non vacarunt, ad mortem iniustam vocari volebant. Est inter mortales labe hæc & macula virtuti, sapientiæ, prosperitati inuidere, & benefactorum florè infringere. Est enim inuidia egritudo & dolor ex aliorum rebus secundis animum crucians & transfigens. Quemadmodum lignum intra se gignit tineam, quæ illud lædit & corrumpit: sic maleuolus in animo suo inuidiam alit, quæ illum conficit, & exedit. Dum vir clarus multis laudibus admirandus ob egregias virtutes & rerum gestarum gloriam, & insignia eruditionis monumenta in hominum cætu celebratur, improbus inuidia motus ardet, & tabescit, & ad scelera nefaria incitatur. Nihil est, quod vehementius concitet ad impia facinora committenda, quàm inuidia. Ea exagitatus diabolus vt capite tertio

*Genesis* memorie proditum est, aggressus est Heuam in horto amœnissimo, ei que persuasit, vt prohibitum fructum comederet, funestum illum quidem, atque ærumnarum nostrarum principium & fontem, ad què illa Adamum primum nostrum parentem inuitauit. Excitata tentationis tempestate obtemperauit statim eorum voluntas appetentiæ, corrui gratia, orta est mors, & admirabilia virtutum ornamenta ceciderunt. Id voluit diuina scriptura capite secundo libro Sap.

*Sap. 2.*

*Sap. 2.*

significare dicens: *Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum.* Inuidia exagitatus Cain fratri suo Abel innocentia insigni exitium crudelissimum parauit. Eum appellat iustum Christus apud Matthæum capite 23. *Mat. 23.* & diuus Ioanes capite tertio primæ suæ epistolæ opera eius appellat iusta. Et Judas Thadæus in canonica *1. Ioan. 3. Iud. 1.* sua: *Va illis, inquit, qui in viam Cain abierunt.* Filij Iacob fratrem suum Ioseph virtute præditum, atque diuinis muneribus cumulatum, inuidia ducti vendiderunt: qui ob honestatem qua erat munitus, fuit in Aegypto in carcerem coniectus. In his calamitatibus versatus, cū esset munitus magnitudine animi, contèptione voluptatum, tolerantia rerū humanarum, virtutibus denique omnibus vt mœnibus septus, nõquam fuit expugnatus, nec à gradu firmitudinis deiectus. De illo ait Psalmo 104. diuinus citharæcedus: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius ferrum pertransit animam eius.* Acti dicat: *Fuerunt pedes eius vincti catenis ferreis, quorum dolor vsque ad animum eius penetrauit.* Vel ferrum hoc est carena ferrea pertransit animam eius, hoc est ipsum Ioseph: solet enim lingua Hebræa animam accipere pro animante. Et in libro sapientiæ de illo scriptum legimus: *Hæc nimirum sapientia venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum.* Cùm Dauid diuino auxilio fretus superbum Goliath in singulari certamine occidisset, & de eo honorificè triumpharet, tanta inuidia incensus est rex Saul, vt de eius cæde, qui pro ipsius vita se morti obieciisset, cogitaret: præsertim cùm mulieres Hierosolymitanas vidisset ob eius triumphum lætitia exultantes, eumque in gloria militari sibi ipsi præferentes. Videntes Scribæ & Pharisei & princeps sacerdotū magnificum Christi introitum in ciuitatem sanctam, audientēque pueros eius gloriam concinentes, clamantes: *Osana filio Dauidis, non potuerunt eius gloriam æquo animo tolerare.* Aspicientes illustria eius miracula diuinitatem ipsius testificantia, tanto ardebant odio, tanta inflamabantur inuidia, vt eum eam ob causam decerneret interficere, ob quam summa obseruatiua eum colere deberent. Et colligentes concilium dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? ided Euāgelista hæc verba literis mandauit: Sciebat Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum.* Quanto virtus alicuius est illustrior, tanto in illum vehemētiore flamma ardet inuidia. Vt fulmē altiora petit fastigia, quæ feriat: sic inuidia sublimiorem gloriam insectatur, vt eam deiiciat. Hac cōcitati improbi homines sanctos Christi Apostolos & martyres fide, religione, omniq; virtutum genere excellentes variis suppliciiis affecerunt. Hæc Apostolorum imitatores Athanasium, Chrysostomū, Hilarium, & multos alios omni sapientia & nobilitate præstātes eiecit in exilium. Magnorum virorum virtutem imitatione dignam, nõ inuidia, inuidi homines odio prosequantur. Nec solum post Euangelium, sed etiam vigente veteri lege. Vnde Apostolus capite undecimo epistolæ ad Hebræos: *Alij, inquit, ludibria, & verba ex-* *Heb 11.* *periti, insuper & vincula & carceres lapidati sunt facti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Hæc ille. At viri illi calamitatibus illis affecti nec ærumnosi erant, nec infelices. Nam non magnitudo animi eorum torquebatur, non fides, non religio, non constantia: non denique animi ipsi cruciabantur, qui benefactorum rerūque præclare gestarum præsidio muniti, cū corpora expugnarentur, expugnari profecto ipsi nunquam potuerunt. Iactas ab impiis nefarias in seipos iniurias intelligebant, peruenisse ad seipos nunquam putarunt. Si vluerimus ad monumenta vetustatis

Similitudo.

Infra. 6.

Similitudo.

Gen. 3.

Sap. 2.

III

Pluta  
L. u.  
Sueton  
Diono  
Cassio  
Spart  
Capit  
Trebet  
Flamin  
Polyb  
App

Pirein  
Auson

Similitudo.

Fulgen  
Apoll  
Similitudo.

Plin

Hieron

Basili  
Similitudo.

Chryso  
Similitudo.

vetustatis respicere, & humanarum historiarum repetere memoriam, videbimus eieetos fuisse in exilium ex Romanis Scipionem Africanum, Marcum Tullium, Aeneum Senecam Cordubensem, quorum primus fuit decus rei militaris, alter eloquentiae, tertius philosophiae. Athenienses expulerunt patria Themistoclen & Aristidem duo lumina Graeciae. Lacedaemones Demarathum & Lyncurgum, alterum strenuum ducem, alterum insignem legislatorē. Ex Sicilia fuerunt relegati Philistius historicus, & Diō Siracusanus philosophus, magni nominis authores. Lege Plutarchum, Citum Litium, Suetonium Tranquillum, Dionem Cassium, Aelium Spartianum, Iulium Capitolinum, Trebellium Pollionem, Flauium Syracusanum, Polybium, Appianum Alexandrinum, & alios historicos, & inuenies infinitos viros de republica benemeritos, honestate, eruditione, & rerum gestarum gloria praestantes, fuisse à suis ciuibus contumeliis incredibilibus affectos, & patria pulsos. Dies ne deficeret, si eos omnes vellem numerare, qui ob recte facta fuerunt per improborum inuidiam intolerandis calamitatibus oppressi. Legimus hoc in libris, & aspiciamus illud oculis nostris mœrorem arguentibus, qui quæ alij audiunt, ipsi intueri coguntur. Et sine dubitatione vitæ praestantis status multis inuidiæ telis expositus, & innumeris aliquando ærumnis afflictus. Hoc intelligebant veteres Romani, qui victores in triumphis gestabant monile quoddam, cordis habens effigiem, in quo remedia includebant, quæ aduersus inuidiam valere putabant: vt ait in Hieroglyphicis Pierius Valerianus. Appellabatur nulla monile illud inuentum à Pythagora, vt asserit Aufonius. Magna profectò pestis est inuidia, quæ dum alijs damnum inferre conatur, possessorem suum interficit, cum illum rebus aliorum secundis tabescere facit. Vt qui lippitudine & oculorum morbo laborant, lucem repuunt, tenebris autem oblectentur: sic inuidi prosperitatem aliorum nolunt intueri, eorū verò calamitatibus exultant. O insaniam intolerandam! Quid potest insipientium excogitari homine inuido? A lit amens in corde rabidos inuidiæ motus, qui eum dilaniant, similis Actæoni, qui à canibus quos alebat, fuit dilaceratus, vt viri docti fictis fabulis memoriæ prodiderunt. Quæ de re poteris videre Fulgentium in Mythologijs, & Apollonium libro quarto. Dum Crocodilus in Nili lictore somno sopitus dormit: habet os opertum: cum autem sit animal vastum, ingreditur bestiola quædam per os eius, vt Plinius testatur, quæ ipsius viscera consumit, & transigit. Ita dum homo odio torpescit, ingreditur in cor eius inuidia, quæ illum lacerat, & corrodit. Ex quo eum maiore pœna dignum poteris iudicare, quam Crocodilum: nam hic damnum suum admittit dormiens, ille vero vigilans. Nisi dicas, Crocodilum esse somno corporis captum, inuidum verò somno ignorantiae sopitum. Sed non recte potest dici dormiens, qui ad aliorum vigilat perniciem & seipsum cruciat. Alia vitia possunt aliquam voluptatem secum ferre, inuidia nullam. Quare nullam habent excusationem. In epistola ad Demetriadem ait ita diuus Hieronymus: Oro te, quid inuido delectationis praestet inuidia, quem secretis quibusdam conscientiae vngulis liuor ipse discerpit, & alienam felicitatē, tormentum facit? Magnus Basilius inuidum cum vipera comparauit, vt enim illa concepit prolem, quæ vt aiunt sibi ventrem abrumpit, vt exeant: sic inuidus inuidiam gignit, quem cor sibi corrodit, & exulcerat. Chrysostomus virum beneuolum confert cum columna recta, inuidum verò cum obliqua ruinam minante. Nam quemadmodum columna recta pondere confirmatur, obliqua verò eo vadit ad latus, & concidit: sic benignus & pius homo aliorum benefactis ro-

Plutarc.  
L. uis.  
Sueton.  
Dionem.  
Cassi.  
Spartia.  
Capit.  
Trebel.  
Flauius.  
Polyb.  
Appia.  
  
Pierius.  
Aufon.  
  
Similitudo.  
  
Fulgen.  
Apoll.  
Similitudo.  
  
Plinius.  
  
Hieron.  
  
Basilius.  
Similitudo.  
  
Chrysost.  
Similitudo.

boratur, quibus inuidus tabescit, & ruinam parat in seipsum. Alanus in libro de planctu naturæ his verbis inuidiam definit: Ea est erroneæ cæcitatibus abyssus, humanæ mentis infernus, contentionis stimulus, corruptionis aculeus. Menander inuidum hostem sui ipsius Menand. vocat. Socrates inuidiam animi ferram appellat: alij Socrat. venenum pestiferum multis nascens in locis. Nam vt Plutarchus, etsi possumus inuenire regionem, vbi non nascantur venena, non tamen regionem, quæ non altat inuidiam. At nos detestemur illam: nam vt capite 17. Prouerbiorum ait Salomon, qui ruina letatur alienus, non erit impunitus. Et capite vigesimotertio: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius. Et diuus Paulus capite 5. episto. ad Gal. Non efficiamini, inquit, inanis gloriae cupidus, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et diuus Petrus secundo capite prioris suæ canonicæ: Deponite omnem malitiam & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes. Exercemur igitur hanc pestem, hanc hydram multorum capitum, hanc Lernam malorum. Et charitatem amplexantes nulla vi labefactandam, demus operam, ne animum, in quo est veræ nobilitatis sedes & domicilium, inuidia & malevolentia deformemus.

k. Tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Hoc est, à præsentia eius. Accipi faciem pro præsentia indicat psalmographus cum ait: Non est sanitas in carne mea à facie ire tue. Hoc est, propter præsentiam iræ tuæ. Et statim: Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et paulò post: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Cicatrices appellat pestilentes affectiones, quas cum sanatas esse putamus, ita sæpe corruptas inuenimus propter insipientiam nostram, vt peior e loco videamus esse nostram salutem, quàm antea. Vel accipitur hoc Danielis loco facies pro ira. Interrogauit enim Daniel principem carnificum, Cur tam immane decretum ab ira regis egressum esset. Accipi autem faciem pro ira indicat scriptura multis in locis. Cum Agar affligeretur à Sarai, coniecit se in fugam: & interrogata ab angelo unde veniret: A facie, inquit, Sarai dominæ meæ ego fugio. Hoc est, ab ira eius declino. Eodem modo Leuitici vigesimo: Ego ponam faciem meam contra illum, ait dominus. Et capite vigesimoprimum libri primi Regum: Fugit in die illa David à facie Saulis. Et Psalmo. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et Ionæ secundo: Surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie domini. Vbi facies accipitur pro ira. Aut fortassè pro præsentia, & dominus pro propitiatorio in arca Dei: vt sit sensus: Surrexit Ionas, vt fugeret à terra sancta, vbi cõspiciebatur propitiatorium in arca Dei. Vel à facie regis: hoc est eius animo: pro eo enim accipitur aliquando facies: vt apud Iacob capite vigesimotertio. Nec faciem meam operuit caligo: Hoc est, nec tenebræ cooperuerunt animum meum. Et psalmo nono: Auferunt iudicia tua à facie eius. Et paulò post: Auertit faciem suam, ne videat in finem. Impij enim tenebris circumfusi animum auertunt à luce propter mundi potentiam & voluptatem, quibus elati perpetuam sibi felicitatem pollicentur. Et Ieremias cap. 5. Indurauerunt (inquit) facies suas supra petram. Hoc est corda sua saxi duriora reddiderunt. Potest hoc Danielis loco sumi facies pro ore, vt sit sensus: Quare tam aspera & in humana sententia exit ab ore regis? Ita accipitur primo capite Esther, vbi Mamucham dixit regi Assuero: Si tibi placet, egredietur edictum à facie tua.

l. Daniel ingressus. Subaudi ad regem Nabuchodonosorem, à quo petiit, vt daret sibi tempus ad solutionem somnij aperiendum. Ficus diuinæ misericordiae tempus postulauit: non quòd crederet, se ingenij acuminem, mentisque perspicacitate somnium regis, eiusque interpre-

Alanus.  
Menand.  
Socrat.  
Plutar.  
Disim.  
Pron. 17.  
Pron. 23.  
Galat. 5.  
1. Petr. 2.  
Psal. 37.  
Gen. 16.  
Leu. 10.  
1 Reg. 21.  
Psal. 50.  
Ioan. 2.  
Iob. 23.  
Psal. 9.  
Ierem. 5.  
Esther. 1.

Mat. 23.  
1. Ioan. 3.  
Iud. 1.  
Gen. 37.  
Gen. 39.  
Psal. 104.  
1. Reg. 17.  
2. Reg. 18.  
Matt. 21.  
Luc. 19.  
Ioan. 11.  
Mar. 13.  
Simile.  
Heb. 11.

interpretationem inuenturum, sed vt pias ac arden-  
tes preces funderet ad Deū, cuius pietate nitebatur.  
Omnem namque spem, mentem & cogitationem in  
Deo figebat ac locabat.  
m *Ad solutionem indicandam.* Ad somnium, eiusque in-  
terpretationem exponendam.  
n *Ingressus est domum suam.* Vt scilicet totum negotiū  
sociis suis indicaret, eosque ad preces ad dominum  
emittendas hortaretur, & vt ipse aptius Deum ora-  
ret, ardentiores preces in cœlum profunderet, altissi-  
mæ cōtemplationi quietius se dederet, & inanis glo-  
riæ rumusculos effugeret. Ait enim dominus Iesus  
Christus in euangelio: *Cum oraueris, intra in cubiculum  
tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Cum nos  
viderimus periculis cinctos, & in ærumnis versatos,  
statim est nobis ad obsecrationes confugiendum, qui-  
bus diuinum numen sceleribus nostris violatum pla-  
care conemur. Magna est præcationum vis: ait enim  
dominus apud Ioan. 16. *Si quid petieritis patrem in nomine  
meo, dabit vobis.* Et apud Mattheum. 7. *Petite, & dabitur vo-  
bis, omnis enim qui petit, accipit, & qui querit, inuenit, & pul-  
santi aperietur.* Et capite vigesimoprimum. *Omnia quæcum-  
que petieritis in oratione credentes, accipietis.* Et in Psalmo  
quadragesimonono. *Inuoca me die tribulationis, eruam te.*  
Et Psalmo 80. *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.*  
Et pauld post: *Dilata eos tuum, & implebo illud.* Hoc est,  
pete, & dabo tibi. Cum Iacob ad exitum vitæ vocaretur,  
in hunc modum filium suum Iacob allocutus est,  
vt capite Genesis quadragesimooctauo memoriæ pro-  
ditum est: *Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli  
de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Nusquam legi-  
mus nisi hoc loco hunc sanctum Patriarcham bellum  
gessisse: fortasse quia arma quibus partem illam nimi-  
rum Sichimam abstulit de manu Amorrhæorum, fue-  
runt obsecrationes & præces. Nam paraphrasis Chal-  
daica difficultum explanatrix locorum habet: *Quam  
tuli de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatione  
mea.* Arma fortissima quibus hostes & animæ & cor-  
poris superamus, sunt piæ & ardentis præcationes.  
Quod ferrū, qui gladij, quæ rela, quæ machinæ bel-  
licæ possunt cum his armis comparari? Hæc non solū  
res creatas, sed ipsum creatorem quodammodo vin-  
cere videtur. Vtebatur Moses armis, obsecrās Deū, vt  
populo Israelitico delicta cōdonaret: cui Deus dixit:  
Exod. 32. *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.* Nōne vi-  
des esse Deum quasi deuinctum precibus Moysi: Ex-  
planans verba hæc Hieronymus in epistola ad Gaudē-  
tium: *Quando, inquit, Deus dicit: Dimitte me, ostendit  
se teneri posse, ne faciat, quod minatus est.* Dei poten-  
tiam serui preces impediabant. Hactenus ille. Eodem  
modo angelus qui iam cum Iacob luctabatur, de quo  
ait scriptura Genesis capite trigesimo secundo. *Ecce  
vir luctabatur cum eo vsque mane, dixit ei: Dimitte me, iam  
enim ascendit aurora.* Cui Iacob: *Non dimittam, inquit, te,  
nisi benedixeris mihi.* Qui benedixit ei. Et dixit Iacob: *Vbi  
Deum facie ad faciem.* Quæ lucta est hæc, quæ palæstra  
cum Deo, nisi continua & vehemens deprecatio? Hæc  
ita Deum tenet, vt dicat ipse: *Dimitte me, quia ascen-  
dit aurora.* Illud velim tibi persuadeas, vim hanc ob-  
secrationis de illa esse intelligendam. quam humiles  
& supplices homines emittunt. Loquens Iudith cum  
Deo aiebat: *Humilium & mansuetorum semper tibi placuit  
deprecatio.* Et diuinus psalter: *Respexit Deus in orationem  
humilium, & non spreuit preces eorum.* Et Ecclesiasticus:  
*Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet,  
non quiescet, & non discedet, donec altissimus aspiciat.* Illud  
psalmographi: *Non spreuit, nec despexit deprecationem pau-  
peris: potest verti.* Non contempsit, nec aspernatus est  
preces humilis. Vocabulum enim Hebræum & pau-  
perem significat, & humilem. Sed huiusmodi preces

debent esse non solum ore prolata, sed ex intimo  
cordis deprompta. Id intelligens diuinus ac regius  
vates aiebat: *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.* Psal. 118.  
Et iterum: *Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine.*  
Illorum preces qui se sceleribus contaminant, qui  
effrænati sibi que præidentes nolunt in gyrum duci  
rationis, sed permanent in flagitiis obstinati, non  
vult dominus exaudire. Ipse enim ait apud Esaiam  
Esai. 1.  
primo capite: *Cum extenderitis manus vestras, auertam  
oculos meos à vobis.* Hoc est cum preces fuderitis: solent  
enim Deum obsecrantes manus extollere ad cœlum.  
Et statim veluti seipsum explicans: *Et cum multiplica-  
ueritis, inquit, orationem, non exaudiam: manus enim vestre  
sanguine plena sunt.* Hoc est, quia opera vestra sunt sce-  
lere inquinata. Et Ieremias in populi flagitiis conta-  
Thre. 3.  
minati persona cum Deo loquens: *Oppressisti, inquit,  
nubem, ne transeat oratio.* Peccatum nostrum nubes est  
impediens obsecrationis effectum, cohibens ingres-  
sum eius in cœlum. Aliquando etiam ideo non exau-  
dimur, quia quæ nobis minime conueniunt, postula-  
mus, iuxta illud seruatoris nostri apud Mattheum 20. *Mat. 20.*  
*Nescitis, quid petatis.* Et illud Iacobi apostolo: *Petitis, &  
Iacob. 4.  
non accipitis, eo quod male petatis.* De iustis verò qui iu-  
sta, honesta, & vtilia petunt, ait Dauid Psalmo trige-  
simotertio. *Clamauerunt iusti, & dominus exaudivit eos, &  
Esai. 33.  
ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.* Sed dices:  
Quid? Nōne ipse Dauid iustus erat? Nōne petebat  
à Deo, vt eum à calamitatibus eriperet? Quis dubi-  
tat? Et tamen multis annis in illis versatus has la-  
mentabiles voces ex magnitudine cruciatuum de-  
promptas Psalmo 87. exprimebat. *Super me confirma-  
Psal. 87.  
tus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.*  
Vbi per fluctus acerbas intelligit calamitates. Et vi-  
dens se vndis & procellis rerum aduersarum penè  
obrutum, & à propriis amicis derelictum, aiebat:  
Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abo-  
minationem sibi. Cernebat se in gemitu, luctu, & piis  
quærelis versatum, nullūque suarum præcum opta-  
tum effectum consecutum: quam ob causam nulla in-  
terposita consolatione dicebat: *Vt quid domine repellis  
orationem meam? Auertis faciem tuam a me.* Pauper sum  
ego, & in laboribus à iuuentute mea exaltatus autem, humi-  
liatus, & conturbatus. In me transierunt ira tua, & irrores  
tui conturbauerunt me. His verbis exaggerabat pius ac  
mœstus vir suarum calamitatum magnitudinem,  
quarum leuamen non intuebatur. Ad id peruenit  
ærumnarum, vt qui mala sibi vellent præcari, dice-  
rent: Si hoc fecero, incidam in calamitates Davidis.  
Intuere animo insignem pietate & magnitudine ani-  
mi virum, qui ob incredibiles afflictiones & aduer-  
sarum rerum angustias traducebatur in fabulam. Id  
voluit ipse significare Psalmo 101. cum dixit: *Tota die  
Psal. 101.  
exprobabant mihi inimici mei, & insistentes mihi per me in-  
rabant.* Pro quo nostra editio vulgata, & rectè etiam  
habet: *Et qui me laudabant, aduersum me iurabant.* Vt  
coniuratio in ipsum significetur. Iob singulari virtu-  
Iob. 13.  
te præditus in tot incidit miseras, tot, tantisque  
fuit tormentorū ictibus vulneratus, vt plenus lamen-  
tis & quærimoniis has flebiles voces ad dominum  
profunderet: *Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me  
inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis  
potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Multos  
alios præclaros viros vita ad certam rationis normam  
dirigentes, & momenta officiorum ponderantes vi-  
demus calamitatibus pressos ad Deum pios & vehe-  
mentes clamores tollere, & ab eo haudquaquam  
audiri, quò ad suarum obsecrationum desideratum  
effectum obtinendum. Eos quorum continētiam, for-  
titudinem, ieiunia, suspiria, ardentis charitatis of-  
ficia, studium diuinarum literarum, pias lachry-  
mas, admi-

mas, admirabilem virtutem, & singularem constantiam admiramur, aspiciamus abiectos aliquando, tenebris calamitatum circumfusos, & procellarum vndis exagitatos: qui, cum tempus in assiduis precibus pro sua aliorumque liberatione die ac nocte consumant: earum affectum nequaquam intuentur. Nonne hoc verum est? Verum quidem. At altè spectare si voles, intueberis, Deum illis aut largiri, quod petunt, aut aliud melius, illisque ad animi tranquillitatem vtilius, & ad gloriam sempiternam consequendam accommodatius. Si eis non aufert calamitates, impertit illis gratiam, firmitudinem, patientiam, rerum humanarum tolerantiam: quod est nullo illustrius & præstantius.

**Exod. 2.** Quid significabat rubus ille, quem vidit Moyses, qui ardebat, & non comburebatur, quia Deus erat in illo, nisi virum pietate & religione præstantem, qui flammis & spinis afflictionum expositus non comburitur, nec læditur, quia Deum habet adiutorem? Imò ipsis erunarum flammis, redditur multo clarior, illustrior, & constantior. Filij Israelis, vt capite primo Exodi scriptum legimus, quanto *magis oppressi erant, tanto magis propagabantur*: quia quò duriores sunt acerbitates virorum iustorum, eò eorū virtutes & plures & ampliores redduntur. Eam ob causam non debet cadere animo, quamuis in afflictionibus constituti non videant liberationem. Expectent, Deum inuocent: eum vt gere precibus non intermittant, nec in summa desperatione desperent: sed diuina oblectentur consolatione: nam Deus eos eripiet, quemadmodum Ioseph, Dauidem & Iob eripuit, & ad veram dignitatem adducet.

**Psal. 36.** Id docebat idem Dauid psalmo trigesimo sexto iis verbis: *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Sin autem id statim non videris: ne tibi adhibeas desperationem. Vide quid statim dicat idē diuinus Psalter: *Reuela domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Ac si diceret: Commēda & te, & omnia tua Deo, implora misericordiam eius, confer in illum spem, cogitationemque tuam, pende totus ex illo, & ipse cum opus fuerit, tibi subueniet & opitulabitur, & non solum tibi gratiam tribuet, sed etiam apud homines claram illustrēque reddet vitam tuam. Vnū sic habet, obsecrationem iusti nūquam inanem esse, nam aut confestim impetrat, quod vult, aut postea tempore conuenientiore, aut assequitur aliud melius & præstabilius. Differt aliquando Deus, quod petimus, quoniam scit ita nobis conducere. Sed qui differt, nō aufert. Et si aufert, ideo est, quia quid ægro vtilius sit, melius nouit medicus, quàm æger. Nos aliquando nō audit Deus ad voluntatem, vt audiat ad salutem. Et vt verbis vtatur diuini Augustini: *Oratio si casta est, cælos penetrans vacua non redibit.* Itaque piæ obsecrationis nunquam fructum amittimus: etiam si quod querimus, non inueniamus. Id voluit psalmo 34. significare diuinus ac regius vates iis verbis: *Oratio mea in sinum meum conuertetur.* Quemadmodum quod perit, in ventum dicitur abire, ita quod fructus affert, dicitur in sinum conuerti.

**o** *Vt quærent misericordiam.* Vt piæ preces ad Deum funderent, cuius misericordiam & fauorem implorarent. Daniel socios suos in obsecratione sibi coniūxit, ne solus suo merito fidere videretur: & quia id quod vnus non consequitur, multi aliquando consequuntur.

**p** *A facie Dei celi.* Hoc est, à fauore Dei, qui habitat in cælo. Querere misericordiam à facie Dei est eius inquirere & postulare fauorem, & gratiam & beneuolentiam. Nam faciem placidam ostendere alicui est illum prosequi fauore. Vnde Psalmographus: *Illustra, inquit, faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua.* Ac si dicat: *Ostende domine lucidam*

faciem tuam seruo tuo, respice in illum placido ac beneuolo vultu: serua me propter misericordiam tuam. Et alibi: *Faciem tuam illumina super seruum tuum.* Hoc est, *Psal. 138.* intueri seruum tuum oculis lætis ac fulgentibus, te illi exhibe propitium & beneuolum. Ita intelligendū puto versiculum illum: *Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti latitiam in corde meo.* Vt sit sensus: *Vultu tuo domine splendido nos aspexisti, facie tua placida atque hilari nobis fauorem ac gratiam ostendisti, & animum meum gaudio cumulasti.* Lumē vultus appellat vultum lucidum & alacrem, quo fauor significatur. Vnde Dei facies seu vultus pro diuina sumitur misericordia: vt capite decimotertio libri Regum tertij: *Deprecare faciem domini Dei tui.* Et paulò post: *Orauitq; vir Dei faciem domini.* Et primo Paralipomenon capite sextodecimo: *Querite faciem eius semper.* Et Psalmo sexagesimo octauo: *Non auertas faciem tuam a puero tuo.* Et Zachariæ octauo: *Eamus, & deprecemur faciem domini.*

**q** *Super sacramento hoc.* Hoc est super hoc arcano: vt scilicet nobis aperiat regis somnium, & eius interpretationem.

**r** *Et non perirent Daniel & socij eius.* Nam ex eorum vita cæterorum Hebræorum captiuorum vita pendebat.

**s** *Cum cæteris sapientibus.* Id est, vt non occiderentur, quemadmodum cæteri sapientes peribant. Vel vt Daniel & socij eius, ac Babylonis sapientes non perirēt. Hoc secundo modo interpretatur hunc locum Hieronymus. Ex quo Danielis charitatem poteris perspicere, qui pro illis orabat, qui in eum inuidiam & calumniam exercebant. Illud euangelij iam implebat: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.*

**t** *Tunc Daniels mysterium per visionem nocte reuelatum est.* Per mysterium intellige arcanum illud à sapientibus absconditum, quod Danieli per angelum fuit patefactū. Ait enim Dionysius Areopagita diuinus theologus, huiusmodi reuelationes solitas fuisse fieri per angelos. Qualis autem fuerit hæc ostensio, non liquidet ex contextu. Diuus Hieronymus ait fuisse in somnibus: quem sequitur Lyranus. At Albertus Magnus ait id fuisse in vigilia per apertam rei demonstrationem. Nobis satis est scire, fuisse ei arcanum illud indicatum, quod hic appellatur mysterium. Quæstiones inutiles quantum valeo, euito. Ea quæ sunt obscura, abstracta, explicatu difficilia, appellantur mysteria. Vnde quæ attinent ad generis humani liberationem per Christum Deum nostrum, cuiusmodi sunt eius cæli fastigio descensus, humanæ naturæ assumptio, virtus crucis, & alia huiusmodi appellamus mysteria redemptionis humanæ. Imò corporum reditus ad vitā, euangelica prædicatio, & Christi doctrina mysteria dicuntur. Discipulis suis dixit Christus in euangelio: *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum: illis non est.* Et apostolus capite secundo epistolæ prioris ad Corinthios Christum appellat *absconditum in mysterio*, quia erat ius diuinitas in eius humanitate ascondita dicens: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.* Dei sapientia est filius eius ob mysterium incarnationis absconditus in natura humana: de quo dixit Esaias capite quadragesimo quinto. *Verè tu es Deus absconditus.* Seruianus tamen in illo apostoli loco per mysterium intelligit prædicationem secundum Christum. In eadem epistola: *Ecce, inquit apostolus, mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Et capite sexto ad Ephesios vocat *mysterium euangelij* id, quod prædicabat. Hæc mysteria seculi sapientibus, qui opinionibus inflati in vanitatibus & erroribus versabantur, in-

*Psal. 138.**Psal. 4.**3. Reg. 17**2. Par. 16**Psalm. 68**Zach. 8.**Hieron.**Diony.**Hieron.**Lyran.**Albert.**Matt. 13.**Mar. 4.**Luc. 8.**1. Cor. 2.**Esai. 45.**Seneca.**2. Cor. 13**Ephes. 6*

tur, incognita, indicauit Deus uiris piis & humilibus, iuxta id quod ait Christus dominus capite vndecimo Matthæi: *Conspice tibi pater, domine cæli & terre, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* His ostenduntur cælestia mysteria, qui in Christo cogitationem suam figunt, ex eo pendent, & in eo conquiescunt. Id uoluit diuina scriptura significare capite vigesimo octauo Genesi, ubi ait tunc Iacob *vidisse scalam ab uno terræ ad cæli fastigium productam, cum dormiens haberet eam super petram. Qui per caput nisi mens? & quid per petram nisi Christus significatur?*

**Gen. 28.** De eo ait capite decimo prioris ad Corinthios apostolus: *Petra autem erat Christus.* Constituamus mente super Christum, conferamus in eum omnes nostras cogitationes, quiescamus in illo, humiliter de nobis sentiamus, & ita nobis arcana cælestia pandentur. Sed opus est, ut ad preces fundendas cum Daniele nostro confugiamus.

**v** *Et benedixit Daniel Deum cæli.* Hoc est, laudauit Deum verum, cuique gratias egit pro accepto beneficio. Deum cæli eum vocat ad differentiam idolorum, qui non in cælo, sed in terra coluntur. Vel Deum cæli, ut subaudias creatorem. Vel Deum habitatorum cæli. Quamquam Deus ubique sit in cælo tamen singulari quodammodo esse dicitur, iuxta id quod ipsæ ait apud **Esai. 66.** *Cælum sedes mea est.* Loquens Moyses cum Deo aiebat capite 26. **Deut.** *Respice de sanctuario tuo, & de excelsis cælorum habitaculo.* Et Dauid Psalmo secundo: *Qui habitabit in cælis, iridebit eos.* Hunc Deum qui habitabat in cælis, benedixit Daniel. Benedicere si referatur ad Deum, ut ipse homines benedicat, idem est quod amplificare, & diuitias, fecunditatem, ac bona largiri: Vt Genes primo: *Masculum & feminam creauit eos, benedixitq; illis, & ait: crecite & multiplicamini.* Et Genes duodecimo dixit Deus Abraham: *Faciam te in gentem magnam, & bene dicam tibi, & magnificabo nomen tuum.* Et Gene. 26. *Benedixit ei dominus, & locupletatus est.* Et apostolus primo ad Ephesios: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali.* Cum apud Deum idem sit dicere quod facere: *ij se enim dixit, & facta sunt:* consequens est, ut idem sit apud illum benedicere & benefacere. Si autem benedicere referatur ad homines erga homines, idem est quod bene precari, bene optare, & implorare, ut res illis fauente felicitateque eueniant. Capite vigesimo quarto Genes nos habemus: *Dimiserunt Rebecam, & nutricem eius Deborah seruamq; Abraham, & comites eius, imprecantes prospera sorori sua.* Pro imprecantes prospero est in Hebræo benedicentes. Eodem modo accipitur capite 27. ubi Isaac dixit Esau: *Affer, ut comedam, & benedicat tibi anima mea.* Et benedixit Iacob, & postea Esau. Sed benedictio Iacob Deo ita disponente incipit à prosperitate cæli & terræ: benedictio autem Esau è contrario à prosperitate terræ & cæli. Electi enim præferunt cælum terræ, improbi uero terram cælo. *Mulier illa sancta amicta sole quam vidit Ioannes* capite 12. Apocalypsis, in capite habebat stellas, quibus cælestia intelliguntur, *sub pedibus autem lunam ob eius mutationes, inconstantem, qua terrena significatur.* Contra uero qui se sceleribus contaminant, stellas sub pedibus, lunam super caput imponunt. At benedictiones illæ fuerunt rerum secundarum præcationes. Eodem modo **Iosue 22.** *Benedixit eis Iosue, & dimisit eos.* Et Paulus Romanorum duodecimo: *Benedicite, inquit, persequentibus eos.* Si uero benedicere referatur ad homines erga Deum, idem est quod laudare, gratias agere, hymnis & laudibus nomen eius celebrare: ut hymno trium puerorum capiti tertio Danielis mandato: *Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in seculo.* Et psalmo 33. *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Et psalmo 102.

*Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.* Schemate linguæ Hebrææ retributiones appellabat Dauid beneficia, quæ Deus in illum contulerat, pro quibus ei gratias agebat, celebrans hoc hymno suauissimo immensam eius erga ipsum clemenciam. In hunc modum accipitur hoc Danielis loco, ubi uoluit diuinus noster vates gratum animum erga Deum ostendere, memorumque se accepti beneficij præbere. Quoniam Aegyptij fuerant in Ioseph ingrati, qui in eos immortalia contulerat beneficia, uoluit Deus, ut in mari Rubro perirent: & tumulus ille frigidus & inquietus qui eorum corpora contegebat, eorum etiã gloriam obrueret. Quemadmodum luna accipit lumẽ à sole, & ipsa eum obscurat, & eclipstat: sic ingratus eum, à quo beneficiis cumulatus fuit, odio prosequitur, eius nomini splendorem eripiens, & tenebras obfundens. Pestilentes sine dubitatione sunt homines ingrati: qui in eos, quos deberent laudibus celebrare, & relatis gratiis ingenti obseruantia colere, ventos excitant, inuidiamque conflant, eos maledictis vulnerantes, & odio prosequentes. Et quamuis eis nulla inferant detrimenta, nonne scelus est nefarium esse beneficiorum acceptorum penitus immemores: Vt sturni cateruatim volantes tendunt in oliueta, ubi eorum fructu aluntur: sed finitis & consumptis oleis ipsi statim discedunt, & oliueta relinquunt, eorum obliuati quorum pabulo fuerant sustentati: sic ingrati homines dum ope fauoreque aliquorum egent, eos uisunt, & obseruant: & acceptis optatis muneribus, quorum memoria illis statim excidit ex animo, recedunt, eosque quos perpetua obseruantia deberent venerari, contemnunt, & aspernantur. Volens apostolus capite tertio posterioris ad Timothæum ostendere, fore, ut homines essent perditissimi, ait: *Erunt ingrati, scelesti, sine affectione.* Malum medicum, quod à nonnullis appellatur aurantia, à Lusitanis larantia, defertur honorificè ad mensam magnatis, ut eius succo nonnulli cibi condiantur: at extracto succo proiicitur in solum. Similimè multi cum succum habent, cum prosperè vitam degunt, magnè estimantur: at ubi carent succo, postquam in calamitates incidunt, etiam ab his in quos beneficia contulerant, deiiciuntur, & pro nihilo putantur. Vide ingratorum hominum impietatem. Si erga homines sumus gratum animum ostensuri, quãto magis erga Deum? Qui Dei beneficiorum obliuiscitur, non solum ingratus, quod ipsum graue est, sed etiam impius appellatur. Id intuens animo apostolus capit. 5. ad Ephesios: *Gratias inquit, agentes semper pro omnibus.* Et tertio ad Colossenses: *Grati estote.* Et quinto prioris ad Thessalonicenses. *In omnibus gratias agite.* Id quod Daniele fecisse hoc eius loco videmus.

**x** *Sit nomen domini benedictum.* Hoc est honorificè prædicetur. Verba sunt ex psalmo 110. desumpta.

**y** *Quia sapientia & fortitudo eius sunt.* Id est, quia ipse est sapientiæ & fortitudinis largitor: iuxta illud Prouerborum secundo: *Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.* Vnde Ecclesiasticus primo: *Omnis, inquit, sapientia à domino Deo est.* Et iterum: *Fons sapientia verbum Dei in excelsis.* Et Esdras capite quarto libri tertij: *Abs te est domine sapientia & claritas.* Et Iacobus Apostolus primo capite canonice suæ: *Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter: & non improperat: & dabitur ei.* Sed parum ualet sapientia, nisi fuerit cum fortitudine coniuncta. Quid tibi proderit sapientia, si quãuis intelligas, quid facturus sis, quidque te agere oporteat, non habeas tamen fortitudinẽ ad illud faciendum? Ac quemadmodum sapientiã à Deo est, ita fortitudinẽ. Ideo ait Iob capite duodecimo: *Apud ipsum est sapientia & fortitudo.* Hoc est, ipse est, qui sapientiam tribuit, & fortitudinem.

*z Ipse mutat tempora & aetates.* Diuersa diuersis temporibus fiunt iuxta Dei dispositionem. Qui hodie est abiectus & infamia notatus, cras consequetur admirabilem nominis amplitudinem & celebritatē. Contra verò qui hodie est in honore constitutus, in quem sunt omnium oculi coniecti cras conticietur in carcere, & in dedecore & ignominia versabitur ex alto illustri gloria gradu præcipitatus. Qui heri aduebant diuitiis hodie laborat egestate. Qui hodie seruus erat, cras regnum obtinebit. Qui modo etūnis opprimitur, postea gaudio perfundetur. Qui nunc rident, postea plorabūt: qui modò plorant, postea ridebunt. Qui laudibus celebrātur, in silētio iacebūt: qui iacet in silentio laudibus celebrātur. Sūt æstus maris, modò pleni, modò vacui: sūt lunę quę nūc crescūt, nūc minuūt. Quemadmodū ostrea conchilia cū luna crescunt, pariter & decrescunt: sic homines cum tēporum mutatione modò augētur modò extenuātur. Sed non miremur, si quādo alpexerimus, & reges regib. & regna regnis succedere, quoniam mutabilia sunt hæc, & diuino numine & prouidentia gubernantur. Scala enim Iacob, quæ terram ac cælum tangebatur, est, vt Theodoretus ait, diuina prouidentia cælum & terram coniungens: omnia enim in cælo & in terra Dei prouidentia regūtur. Ille qui omnia nouit, in cuius potestate, sunt omnia, qui temperat rerū vices, scit, quid cuique temporari conueniat. Et vt ait Ecclesiastes: *Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt omnia sub cælo.* Et Ecclesiasticus cap. 18. *A mane usque ad vesp̄ram immutabitur tēpus: Et liber sapiētia capite secūdo: Umbra transiit est tēpus nostrum.* Illud est aduertēdū voluisse iis verbis Danielē ostēdere, sōniū Nabuchodonosoris fuisse de regnō mutatione & successione, alludit enim ad statūā ex variis metallis cōflatā, quę subito ruit & perit. *aa Ipse reuelat profunda & abscondita.* Ipse docet & aperit excelsa, & difficilia, humanū intellectum superantia. Vnde Iacob cap. 12. *Reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.* Et Apostolus capite secundo prioris ad Corinthios: *Nobis autē reuelauit Deus per spiritum suum.* Potest quidem abscondita indicare, quia ea cognoscit. Ideò sequitur: *Et nouit in tenebris constituta.* Hoc est, nihil eum latet etiam difficilimum intellectu, & hominibus omnino occultum. Per occultum intellige tenebras in scientiā, vel locum caliginosum tenebris offusum. Tanta ingenij hebetudine laborabunt nonnulli, va exitimarent Deum non videre ea, quæ tenebris occultabantur. His veluti respondens Psalmographus ait: *Forſitan tenebra concubabunt me: subaudi, ita vt non videat à Deo? Profectò fallar, si hoc cogitauero: nam nox illuminatio mea, hoc est, quia nox verteretur in diem: & quæ noctæ fiunt, apud Deum ita aperta sunt, ac si fierent meridie.*  
*bb Et lux cum eo est.* Hoc est, ipse est fons lucis, omnia cognoscens, & quæ vult iudicans, cui nihil est absconditū. Omnia videt tā occulta, quā perspicua, tam præterita, quā præsentia, quā futura. Vbi est, lux est, nā vt verbis vtat Apostoli cap. 6. in priore ad Timotheum. *Luxem in habitat inaccessibil. m.* Ideò eam inaccessibile appellat, quia Deum nemo potest comprehendere. Lux accipitur aliquando pro læticia, vt cap. 17. Iob: *Post tenebras spero lucem.* Hoc est, post lætū expecto gaudium. Aliquando pro splendore & exemplo rectè factorum: vt capit. 5. euangelij auctore Matthæo: *Sic luceat lux vestra coram hominib. vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in calis est.* Aliquando pro aurora: vt Psal. 126. *Vanum est vobis ante lucem surgere.* Hoc est, Admoneo vos, qui victum summa cum solitudine comparatis, frustra surgere diluculo ad labores abeundos, nisi vobis Deus tulerit opem, nisi vos dominus adiuuerit. Aliquando accipitur pro Christo: vt apud Ioannem octauo: *Ego sum lux mundi.* De quo ait capite 1. ad Hebræos diuus Paulus. *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius.* Hoc est, qui cum sit splendor patris, & eiusdem cum eo naturæ, eique æqualis. Voluit apostolus significare esse Christum lucem sempiternam à patre procedentem, vt Photius inquit. Vt enim splendor procedit à sole, ita filius à patre. Et vt nunquam fuit sol sine luce, ita nunquam pater sine filio. Vnde Cyrillus cōternitatem cum patre hoc loco per splendorem significari ait. Et quia splendor iuxta humanam rationem nō dicit substantiam, ne illum paternæ naturæ expertem putares, adiecit: *Et figura substantia: vbi figura, vt Gregorius ait Nyssenus, significat æqualitatem substantiæ, quam substantiam idē Apostolus formam Dei cap. 2. ad Philippenses vocauit.* Est igitur Christus splendor paternæ gloriæ, & lux vera, quæ, vt ait Ioannes capite primo, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Aliquando accipitur pro iustis, vt apud Matthæum quinto: *Vos estis lux mundi.* Aliquando pro vera doctrina: vt apud Ecclesiasticum 24. *Qui mittit disciplinam sicut lucem.* Aliquando pro vita: vt apud Ioannem 12. *Ambulate dum lucem habetis: Hoc est, date operam virtuti, dum viuitis.* Metaphora est à viatoribus sumpta, quibus opus est ambulare, dum dies est, priusquam veniat noctis caligo. Aliquando pro prosperitate: vt Prouerbiorum 12. *Lux iustorum latificat, lucerna impiorum extinguetur.* Ac si dicat: Prosperitas virorum virtutē præditorum secū affert oblectationem, prosperitas autē sceleratorum mœrorem. Vel accipitur loco illo lux pro sapientia, extinctio autem lucernæ pro stultitia. Vbi Salomon sapientes appellat iustos, stultos autem impios: omnes enim viri virtutibus sepi sunt sapiētes, omnes vero maleficiis polluti ignorātes. Aliquādo accipitur lux pro beatitudine: vt apud Esaiam 60. *Erit tibi dominus in lucem sempiternam.* Aliquando pro claritate & manifestatione: vt apud Iob tertio: *Abscondita produxit in lucem.* Et apud Ioannem tertio: *Omnis qui malè agit, odit lucem.* Et in hac vltimam significationem accipitur hoc Danielis loco: vt sit sēsus: In Deo, qui omnia scit, est lux, & arcanorum apertio & reueratio. Sed dices: Si Deus est lux, si lux est cum illo, si inhabitat lucem, quare eum diuinus ac regius vates describit caligine circumfusum? Ita enim ait psalmo decimo septimo: *Posuit tenebras latibulū suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.* At si diligenter perspexeris, nullā in his locis inuenies discrepantiam. Per tabernaculum Dei hoc loco intelligitur lux, in qua Deus habitat, ita Theodoretus & Theodorus Antiochenus illud interpretantur. Sed huic tabernaculo, huic luci ideò Deus dicitur tenebras circumfundere, quia vult significare, nullam mentis aciem esse tam perspicacem, tanto acumine perpolitā, quæ possit ipsum Deum penitus intueri, & comprehendere. Hinc effectū est, vt cum se rmones cōferret cum Moſe legē laturus populo suo, totus mons *Orebis esset nube densissima obductus.* Et cum Salomon templum suum celebraret, fuit illud nebula impletū, vt literæ diuinæ libro tertio Regum memoriæ prodiderunt. Ipse tamen Deus lux est: imò, vt pulchrè obseruauit Basilius, prima vox Dei lucis naturam creauit. *In mundi principio dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem, quod esset bona.* Lege totam sacram scripturam, nullam Dei vocem inuenias priorem hac. Et præclare quidē. Vnde enim vox Dei qui est ipsa lux, debuit in scripturis incipere, nisi à luce? Vnde debuit mūdi ornatu exordium sumere nisi à claritate? *Que madmodum si pulchra ac nitida tabula admirabili artificio picta in spelūca quadam sit collocata, vbi nulla*

*ioann. 8. Hebr. 1. Photius. Cyril. Nyssen. Philip 2. ioann. 1. Mat. 5. Ioan. 12. Prou. 12. Esai 60. Iob 3. Ioann. 3. Psal. 17. Theod. Theod. Exo 16. Reg. 3. Genes. 1. Similitudo.*

la vnquã sit lux, imò summa tenebrarũ obductio, nihil vtilitatis afferet, nihil iucunditatis: ita si mudi machina tanta creaturarũ varietate depicta, tot pulcherrimarũ rerũ ornamentis decorata esset omni lumine penitus destituta, ac terris tenebris operata, quid commodi secũ haberet? quid fructus? quid oblectationis? Philosophi nonnulli nimis subtiles hanc inter lucem & lumen differentiam constituerunt, vt lucem dicerent luminis matrem ac procreatricem, lumẽ vero id, quod ab ea dimanat: vt ait Albertus magnus, & post eũ Augustinus Eugubinus in recognitione veteris testamẽti. At graues theologi, antiqui patres indifferẽter his duabus vocibus vtuntur. Aliquãdo aiunt dixisse Deum: *Fiat lux*, aliquãdo: *Fiat lumẽ*. Et quoniã mundus ille incepit à luce, æquũ erat, vt alter mundus statim in principio luce decoraretur. Est enim ecclesia mundus nouus, de quo ait Christus apud Esaiam quadragesimo tertio. *Ecce ego facio noua*. Et diuus Paulus in posteriore ad Corinthios. *Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua*. Fuit autẽ lux noui mundi apostolorum cœtus: quibus dixit Christus apud Matthæũ quinto: Vos estis lux mudi. Vt lux se maximẽ communicat, se ab Oriente in occasum subito diffundens: sic apostoli communicationẽ suã vnũuerso orbi terrarum breuiter præbuerunt iuxta id, quod prædixerat diuinus vates psalmo decimo octauo: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarũ verba eorum: quod diuus Paulus in epistola ad Romanos de apostolis interpretatur. Quod fuit tãta celeritate factum, tãta firmitudine, vt nulla ferẽ sit natio, ad quã eorũ nõ accederet notitia. Et vt lux profundũ penetrat terrẽ, in qua æra & lapides preciosos gignit: sic illi in intima hominũ corda penetrabãt, vbi diuino fauore adiuti admirabiles virtuti imprimebãt. Et vt illa elementa inter se repugnãtia in vna mistione cõciliat: ita illi varios hominũ ritus, varias sectas & factiones inter se discrepãtes abstulerũt, ad vnã fidẽ redegerunt, ad vnã rectẽ viuendi rationẽ reuocarunt. Nam qui erãt diuersis locis dispersi, fuerũt in vna ecclesia cõgregati. Sũt quidem illi lux, sed per participationẽ. Deus verò est lux per se, sempiterna lux lucis largitrix, lux quã homines illustrat lumine gratiã & sapientiã, lux arcanorum ac mysteriorum indicatrix, quã Danieli abstrusum Dei consilium in regis somnio aperuit, & demonstrauit.

bb *Tibi Deus patrum nostrorum confiteor*. In diuinis literis confiteri idem est sæpe quod gratias agere & laudibus efferre: vt capite vndecimo Matthæi: *Confiteor tibi pater domine celi & terrarũ*. Et psalmo 7. *Confitebor domino secundum iustitiam eius*. Vbi secundum accipitur pro propter: vt sit sensus: *Ego periculis liberatus immortalis Deo gratias agam propter ipsius iustitiam & bonitatem*. Et capite 38. Esaiã: *Viuens viuens ipse confitebitur tibi*. Solent viri pij pro acceptis beneficiis gratias agere Deo, eumquẽ elogiis & monumentis celebrare. Quam ob causam Deus in eos alia maiora confert beneficia.

Vt ignis quanto aptiorem inuenit materiam, tanto altius flammam immittit, & illustriorem splendorem efficit: sic Deus de quo scriptum est Deuteronomij quarto: *Deus noster ignis consumens est*: quanto animum inuenit gratiorem, in cuius memoria tenacius insedit accepti muneris repetita recordatio, tanto ardentior flammam in eo accendit diuini amoris, & tanto clariorem efficit radio diuinã gratiã: atque tanto ampliora & illustriora in eo collocat beneficia. Meminit Daniel in hac gratiarum actione partum suorum, nimirum Abraham, Isaac, Iacob, & aliorum virorum illustrium, à quibus originem ducebat, ne videretur sibi soli tribuere, quod à Deo impetrauerat: sed potius illorum insignium virorum meritis & iustitiã: ac Dei veritati, qui eorum posterorum in illa Babylonica seruitute etiam miserebatur.

Genes.

Similitudo.

Rom. 10.

Similitudo.

Similitudo.

Hebr. 11.

cc *Qua rogauimus te*. Ego scilicet, & socij mei. Sociorum precibus quoque tribuit apertionem somnij, vt arrogantiam fugeret, quam penitus vitare cupiebat.

dd *Quia sermonem regis aperuisti nobis*. Hoc est, negotium somnij regis. Vocabulum Chaldaicum Milath quo hic vtitur Daniel, sermonem significat & negotium, & rem. Nec mirum si Deus hæc Danieli reuerauerit, cum dicat Amos capite tertio: *Non faciet dominus verbum, nisi secretum suum reuelauerit ad seruos suos prophetas*.

1 Non est homo super terram, qui sermonem tuum rex possit implere. In Chaldaeo non est pronomen tuum. Potest verti. Non est homo super terram, qui negotium regis possit indicare. Sed idem est sensus. Septuaginta habent: Non est homo in arida, qui possit verbum regis notum facere. Pro homine est in Chaldaeo **ܐܢܟܐ** Anax, qui Hebraice dicitur **אנוך** Enox. Vnde Anox significat dolorem afflictionem, & calamitatem: quod homo his plenus sit. Ideo ait Psalmographus 9. psal. *Sciãt gentes, quoniam homines sunt*. Id intelligens Menander: *Hac duo: inquit, inseparabilia sunt, viuere & dolore*. Anox significat violentum, & plenum dolore: vt Iob 34. *Violenta sagitta mea absque villo peccato*. Ac si dicat: *Vulnus meum plenum est doloribus, quod Deus mihi inflixit absque villo scelere meo*.

2 Sermo enim quem tu quaeris rex, grauis est. Septuaginta habent: Sermo quem rex interrogat grauis est. Potest verti: rarus est: aut inuentu difficilis. Nam in Chaldaeo est **ܐܘܪܝܢܐ** Iaccirah. Verbum Hebraicum est: **אור** Iacar, quod significat rarum esse, pretiosum esse, honorabile esse, estimare, & pretium ponere vt Esaiã 43. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis. Quod potest verti: Ex quo pretiosus factus es. Pro estimare, quod alij dicunt appretiare, accipitur capite Zachariae 11. *Decorum pretium, quo appretiatum sum à vobis*. Verba sunt Christi decorum pretium ironice vocantis triginta illos numos argenteos, quib. Iudai illum emerunt. Verba Zachariae hæc sunt: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos*. Et dixit dominus ad me: *proiice illud ad statuariũ, decorũ pretium, quo appretiatum sum ab eis*. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domũ domini ad statuariũ. Quorũ verborũ hic est sensus: *Emerũ me, ait Christus, triginta argenteis*. Et ait Zacharias: *Dixit dominus ad me: fac in visione prophetica, quod facturus est Iudas proditor: proiice mercedem illã, hoc est triginta illos argenteos ad figulũ seu statuariũ, qui ex argilla statuas facit, & alia opera*. Id est, vt ex illis ematur ager figuli. Proiice, inquit, magnificum & decorum pretium illud, quo me appenderunt. Tunc ego, ait diuinus vates, in visione illa imaginaria tuli triginta illos argenteos, & proieci illos in templum emendũ agrum figuli. Hæc est huius orationis explanatio. Diuus Mat. ubi literis mandauit Iuda desperationem, & argenteorum quib. dominum vendiderat, projectionem in templum, quib. emptus est ager figuli in peregrinarum sepulturam ad eci: Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam prophetã dicentẽ: *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiatum, quẽ appretiauerunt à filiis Israël: & dederunt eos in agrum figuli: sicut cõstituit mihi dominus*. Hæc verba aliquam habent similitudinẽ cũ verbis Zachariae. Sed mirum est videre diuise ea citauerit euangelista. Sũt, qui existimant, nõ esse Zachariae testimonium illud citatum: nã euangelista ait: *Quod dictum est per Ieremiam: Zachariae verò nõ meminũ*. Et aiunt locum citatũ ab euangelista esse apud Ieremiam cap. 32. vbi ita ait: *Intellexi autẽ, quod verbũ domini esset: & emi agrum ab Hãameel filio patru mei, qui est in Anathoth. Et appendi argentum septẽ stateres, & decem argenteos*. Hæc Ieremias. *Per septem stateres & decem argenteos intelligunt pretium triginta illorũ numorum argenti, quib. venditus fuit saluator noster*. Diuus Augustinus libro 3. de cõsensu euangelistarum ex: *firmat euangelista sumpsisse vaticinationem illã, quam asseri partim à Ieremia, partim à Zacharia: sed nominasse solum Ieremiam*

ob ma-

ob maiorem eius nominis celebritatem. Et nonnullis in codicibus non esse Ieremiam, sed solum prophetam, hoc modo: Tunc impletum est, quod dictum est per prophetam dicentem: Et acceperunt, &c. Origenes in commentariis in Mattheum suspicatur fuisse librarij seu scriptoris alicuius erratum, qui pro Zacharia posuit Ieremiam: aut desumptam esse auctoritatem hanc ex aliquo Ieremia libro, qui modo non extat. Perspicuum est enim multos huiusmodi libros desiderari, ut liber bellorum domini, cuius fit mentio Numerorum 5. & liber iustorum cuius meminit scriptura 10. Iosue: & 2. Regum 1. Quem librum Theodoretus Cyrensis episcopus in questionibus in Iesum Naue existimat fuisse vetustissimum commentarium, ex quo historiam libri Iosue collecta fuerit. Et libri alij non extant, quos scriptura refert, ut ex libris Regum & Paralipomenon constare videmus. Esse autem locum illum ex aliquo Ieremie libro, quem modo non habemus, desumptum, est satis probabile. Nec solum Origenes in ea est sententia, sed etiam Euthymius in Mattheum, Eusebius Casariensis lib. 10. de demonstratione euangelica, Nicolaus Zegerus in scholiis in locos difficiles, Isidorus Brixianus in Mattheum, Firmus Hadrianus lib. 7. flagelli Iudeorum, & alij. Sed quod me mirum in modum mouet, ut in hanc sententiam adducar, est diuus Hieronymus in commentariis in illum Matthei locum, cuius ad litteram hec sunt verba: legi nuper in quo-

dam Hebraico volumine, quod Nazarena secula mihi Hebreos obtulit, Ieremia apocryphum: in quo hec que citat Matt. ad verbum scripta reperi. Hac ille Quamquam librum illum vocat apocryphum, tamen verus erat. Et fuit euangelista diuinitus instructus sanctum vatem Ieremiam verba idalueris mandasse, qua in libro illo scripta erant. Nam locus Ieremie quem habemus, a verbis a Mattheo citatis longe distare videtur. Scripsisse autem Ieremiam libros alios, preter eos quos habemus, asserit Sixtus Senensis libro 2. Bibliothecę sanctę, in qua admirabilem suam ostendit eruditionem.

z Requisiuit de lege atque sententia ab arioch principe militię regis. Pro militia est in Chaldaeo אריאח Tabbachaia. Verbum Hebraicum est אריאח Tabach quod significat occidere, & immolare. Vnde Tabach significat carnificem, lanium, quoque quod animalia occidat. Septuaginta vertunt: principem coquorum. Pagninus: principem occidentium. Alij prefectum rerum capitalium. Eodem modo Genesis 37. capite ubi communis adiutor habet: Vendiderunt Ioseph in Aegypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum. Pro magistro militum habent Septuaginta magistro coquorum. Alij: magistro lanionum: Alij: prefecto carnificum. Paraphrasis Chaldaica Oncheli habet: magistro in litum: cum editione vulgata.

a Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, ut perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est. c Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conspectum regis, & solutionem regi narrabo. d Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, e & dixit ei. Inveni hominem f de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annunciet. g Respondit rex, & dixit Danieli cuius nomen erat Baltasar? putas ne verè, potes mihi indicare somnium, quod vidi, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege ait: Mysteriũ quod rex interrogat, h sapientes, magi, & arioli, & aruspices i nequeunt indicare regi. k Sed l est Deus in cœlo reuelans mysteria, qui indicabit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt, in nouissimis temporibus. Somnium m & visiones tuæ in cubili tuo huiusmodi sunt. n Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post te: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quæ ventura sunt. Mihi quoque o non in sapientia, quæ est in me plusquam in cunctis viuentibus, p sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret & cogitationes mentis tuę scires. q Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna, & statua sublimis stabat contra te: & intuitus eius erat terribilis. Huius statuę caput ex auro optimo erat: pedes autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita: donec abscissus est lapis de monte: sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillã æstiuę, arcę quæ rapta sunt vëto: nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem qui percussit statuam, factus est mons magnus: & impleuit vniuersam terram. s Hoc est somnium. Interpretationem quoque eius dicemus coram te rex. t Tu rex regum es: & u Dens cæli regnum & fortitudinem & imperium, & gloriam dedit tibi & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestię agri: volucres quoque cæli dedit in manu tua: & subditiōe tua omnia cōstituit. y Tu es ergo caput aureũ z Et post te consurget regnum aliud minus te argenteum. aa Et regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersã terrã bb Et regnum quartum erit velut ferreum: quo modo ferrum comminuit & domat omnia: sic comminuet & conteret omnia hæc. cc Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit: quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistrum testæ ex luto: Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. dd Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto: commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum miscer non potest testæ. ee In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, ff quod in æternum non dissipabitur gg & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc hh & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti: quod ii de monte abscissus est lapis sine manibus, & k cōminuit testam, ferrum, & æs & argentum, & aurum, ll Deus magnus ostendit regi, quæ ventura sunt postea. Et verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. mm Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, nn & Danielem adorauit: & hostias & incensum præcepit, ut sacrificarent ei. Loquens ergo rex ait Danieli: Vere Deus vester Deus decorum est, & dominus regum, oo & reuelas mysteria: quoniã tu potuisti aperire hoc sacramentum. pp Tunc rex Danielem in sublime extulit: & munera, multa & magna dedit ei: & constituit eum q principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum & magistratum su-



per cunctos sapientes Babilonis. <sup>99</sup> Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouincie Babilonis, Sidrach, Misach, & abdenago. <sup>11</sup> Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

a *Post hac.* Postquam Deus ei aperuit arcanum: ille que ei gratias egit, Tertullianus Septimus in libr. contra Pſichicos ait Danielelem postulasſe triduum à rege, ſeque ſpatio illo cum ſuis ſociis dediſſe ieiuniis, & precibus donec Deus illi myſterium oſtendit. Vnde effectum eſt, vt Deus laudibus efferretur, & ipſe cum aliis in vita ſeruarentur.

b *Ingreſſus ad Arioch.* Cum poſſet ingredi ad regem, obſecrauit tamẽ Arioch, vt ipſum introduceret. Volebat omnem arrogantiam, inſolentiam, & oſtẽtationẽ vitare. Erat hic Arioch princeps militia regis, cui commiſſa fuerat cura interficiendorum ſapientium.

c *Sapientes Babilonis ne perdas.* Non ſe tantum & ſocios ſuos voluit eripere à morte, ſed etiam Babilonis ſapientes. Erga omnes vtebatur omni efficio ac potius pietate: vt illo ingente & inopinato beneficio Babilonios ſibi deuinciret, & ad Deum verum mundi creatorem & conſeruatoreẽ cõuerteret. Quid illis poterat eſſe vtilius: quid præſtantius, quàm contẽptis idolis ſummum illu cœli moderatoreẽ nutu omnia gubernantem colere, illam ſempiternam pulchritudinem animo intueri, eaque in cœleſti patria fruendi deſiderio inflammari? Alſpice eximiam Danielis charitatem, pro illorũ vita precatur, quorũ cauſa ille ſuam erat amiſſurus. Eius doctrinam iam ſequebatur, qui venturus erat, & venit, vt homines qui in errorum tenebris verſabantur, illuſtraret, eiſque viam muniret ad gloriam immortalẽ conſequentiam. Ille enim dixit capite 5. euangelij authore Matthæo: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt: orate pro perſequentibus: & calumniantibus vos.* De eo vaticinatus fuerat Eſaias cap. 53. Pro perſecutoribus exorauit. Ee patibulo ſuſpenſus, vulneribus fauciatus, acerbis ſſimis doloribus affectus has voces ad patrem pietate pleniffimas emiſit: *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Quas Lucas capiti 23. euangelij ſui mandauit.

d *Tunc Arioch feſtinus introduxit.* Exiſtimabat hoc lætonuntio ſe eſſe regis gratiam aucupaturum. Credidit autem ſtatim Danieli, quia eius honeſtatem, abſtinentiam, moderationem & ſapientiam fortasſe expertus erat. Sed præcipua cauſa fuit Dei voluntas, qui negotium illud ordinabat.

e *Et dixit ei inueni hominem.* Arioch militiae princeps dixit regi ſe inueniſſe virũ inter captiuos Iudæos, qui ei interpretationẽ ſomnij exponeret. Hacin re fallebat regem, & orationis vanitatem adhibebat, quod diceret, ſe inueniſſe Danielelem. Non enim ipſe eum inuenerat, imò Daniel ſe illi obtulerat. Querebat quidem eum ad illum occidendum, non autem ad ſomniũ indicandum. Sed hæc eſt aulicorum conſuetudo, ſibi ea tribuere, quibus vident principes delectari.

f *De filiis tranſmigrationis Iudæ.* Id eſt, de Hebræis, qui fuerunt in ſeruitutem Babilonicam coniecti. Fortasſe ideo meminit Iudæ, quod audiſſet de tribu illa fuiſſe multos diuinos vates, qui in Iudæa floruerant, cum quibus Deus magna & abſtruſa myſteria communicauit.

g *Reſpondit rex, & dixit Danieli.* Hoc eſt, alloquens rex Danielẽ dixit ei. Reſpondere hoc loco, & multis aliis apud Hebræos idem eſt quod loqui nemine interrogante. Capite tertio Iob vbi nos habemus: *Maledixit Iob diei ſuo, & locutus eſt: Pereat dies, in qua natus ſum: habet litera Hebræa: Maledixit Iob diei ſuo, & reſpondens dixit: Pereat dies, &c.* Hoc Hebraiſimo vtũtur sæpe euangelisæ. Matthæus capite vndecimo: In illo, inquit, tempore reſpõdẽs Ieſus dixit: *Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Nemo enim in interrogabat: imò alij ſilebant: & ta-*

men ait euangelisæ, eum reſpondentem gratias Deo patri egiſſe. Aſpicias loco illo idem eſſe reſpondere quod incipere loqui. Eodẽ modo Marcus cap. 14. *Ecce, inquit, homo quidam hydropicus erat ante illum: Et reſpondens Ieſus dixit ad legis peritos & phariſeos dicens. Si licet ſabbato curare? Tu autem obiter aduerte. Nabuchodonofor videns non poſſe veritatem ſomnij in Babiloniis ſapientibus inuenire, ſe ad Danielelem diuinũ vatem conuerti id quod Pharaoni accidiſſe diuinæ literæ capite Geneſis 41. memoriae prodiderũt. Aegyptiis ſapientibus repudiatis acceſſit Ioseph, qui ei ſomnia explanauit. Nos cum videamus, quàm inutilis & infrugifera nobis ſit ad gloriam immortalẽ adipiſcendam huiusmodi ſcientia, quàm diuus Paulus in priore ad Corinthios, capite tertio voluit ſultitiam apud Deum reiecta illa profana eos fugiamus ad diuinam: à puro fonte potius hauriamus, quàm turbidos riuos conſectemur.*

h *Sapientes, magi, arioli, & aruſpices.* Aruſpices ſunt augures & cõiectores. De aliis nominibus poteris videre, quæ in principio huius capituli obſeruauimus. Huiusmodi ſapientes illi erant, qui a Pharaone acceſſiti prodigia ad reſiſtendum Moſi faciebant: vt ipſe Moſes capite ſeptimo Exodi monumentis conſignauit. Quorum duo præcipui Iannes, & Iambres vocabantur. De quibus in hunc modũ ait capite tertio poſterioris ad Tim. apoſtolus: *Quemadmodum autem Iannes & Iambres reſiſterunt Moſi ita, & hi reſiſtunt.* Pro Iambres habent nonnulli codices Mambres. Hæc duo nomina non inueniuntur in libro Exodi. Imò vt ait Origenes tractatione trigefima ſecunda, in Mathæum, nec in publicis ſcripturis: ſed in quodam ſecreto libro, qui inſcribitur Iannes & Mambres: Diuus Ambroſius in explanatione illius epistolæ ad Timotheum exiſtimat fuiſſe ſe testimoniũ illud à libro quodã apocrypho depromptum: quem Galasius ſummus pontifex vt habetur in decretis diſtinctione quinta decima inter apocryphos numerauit. Numenius Apamaeus Gentilis tertio libro de Bono: Iannes, inquit, & Iebres Moſæo Iudeorum duci viro Deo coniunctiſſimo ſoli reſiſtere poſſe à cõctis Aegyptiis iudicati ſunt. Hæc Numenij Pythagorici verba ſunt ab Eufebio Caſariẽſi in nouum euangelicæ præparationis librum relata. Chriſoſtomus ait eos fuiſſe Aegyptiorum magos, qui certarunt cũ Moſe, quorũ nomina Paulus nouit vel ex traditione, vel reuelatione Spiritus ſancti. Exiſtimo equidem eſſe nomina hæc in libro aliquo ſcripta, qui fortasſe erat apocryphus: ſed fuiſſe à Deo diuo Paulo indicata. Fieri enim poteſt, vt historia aliqua veriſſima ſit in librum aliquem apocryphum relata.

i *Nequeunt indicare regi.* Non poſſunt tibi explanare. Hoc ait ad Dei potentiam, ſapientiam, & bonitatem extollendam. Vbi deest remedium humanum, ſolet accurrere diuinum.

k *Sed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria.* Reuocare contendit regem à cultu multorum deorum ad vnum ſolum Deum, qui omnia ſcit: qui aperit, quæ vult. Ad illum diuinus ac regius vates has voces effudit: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Vt ſolem abſque eius lumine intueri non poſſumus: ſic nec cognitionem rerum diuinarum habere ſine Dei luce. Ad cœleſtia myſteria inrelligenda opus eſt reuelatione. *Nemo ſcit, inquit Chriſtus apud Luc. 10. quis ſit pater, niſi filius & cuiſ filius voluerit reuelare.* Loquens diuus Paulus cap. 2. prioris ad Cor. de arcanis noſtræ redemptionis: *Nobis, inquit, reuelauit Deus.* Et capite 1. ad Galatas: *Nec enim ego ab homine accepi Euangeliũ, nec didici:*

dici: sed per reuelationem Iesu Christi. Iacob amouit lapidem, quo puteus claudebatur, & aperuit puteum, vt liberent greges & Christus redemptor noster quem ille adumbrabat, aperuit scripturam, vt aqua doctrinæ homines recrearentur. Accipi autem aquam pro sapientia docet Ecclesiasticus capite. 15. cum ait: *Aqua sapientia salutaris potabit illum.* Et Esaias duodecimo: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Eodem modo Ioseph in Aegypto aperuit horrea, vt homines patererent & nutrire: & Christus cuius ille imaginem gerebat, aperuit diuinas literas, vt nos pane doctrinæ sustentaret. Accipi autem panem pro diuina doctrina, indicat iis verbis Ecclesiasticus: *Cibauit eum pane vita & intellectus.* Et Ieremias capite vndecimo, cum inducit pharisæos & scribas ita aduersum Christum loquentes: *Mittamus lignum in panem eius.* Hoc est, mittamus venenum in eius doctrinam. Dabant enim operam Iudæi illi, vt Christi doctrinam labefactarent & corrumperent, dicentes eam cum lege Dei non coherere: imò ab illa discrepare: quo redemptoris nostro conflarent odium, eique necem machinarentur. Ideo eam deprauabant, quantum in ipsis erat: & cum esset salutaris atque diuina, eam pestilentem prophanamque prædicabant. Miscebant cum illa falsitates, quò ab illa homines auerterent. Lignum quod mittere conabantur in illam, erat taxus, cui inest lethale venenum. Hanc arborem ait Sestinus appellari Græcè simlacem esseque in Arcadia tam præsentis veneni, vt si quis sub ea dormiat, statim moriatur. ex taxo sit taxicum quod alij toxicum vocant pestiferum venenum: eiusque lignum est venenatù: vnde per lignum hoc loco venenum significatur. At nihil profecerunt inuidia & malevolentia sua. Christus enim in Iacob & Ioseph figuratus aperuit puteum & horrea, vt nos cœlesti pabulo reficeret. Id quidem est, quod ait Lucas capite vigesimo quarto eum aperuisse discipulis scripturas: qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret vobis scripturas?* Et paulo post ait *stetisse eum in medio discipulorum, & aperuisse illis sensum, vt intelligerent scripturas.* Ipse est de quo ait Ioannes capite tertio Apocalypsis: *Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Hanc clauem dedit pater filio, quatenus ille homo, est: dedit pater filio, quatenus ille homo est: de qua dixerat apud Esaiam vigesimo secundo. *Dabo clauem Dauid super humerum eius aperiet, & non erit, qui claudit: claudit, & non erit, qui aperiat.* Clavis illa est potestas & auctoritas aperiendi scripturas. Qua de re vide Ireneum libro quarto hæresum capite trigesimo septimo. Hac clauem aperiebat Christus librum, & signacula eius soluebat: hoc est difficultates diuinarum literarum enodabat. Sed non omnibus aperit scripturas, sed se ad id præparantibus & disponentibus. Impij Iudæi in pertinacia manentes vident Mosem volo coopertum, hoc est legem tectam, quam nullatenus intelligunt. Nam vt verbis vtar diui pauli capite tertio posterioris ad Corinthios: Ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum. Habent legem in membranis, sed inuolutam, nam verus interlectus recessit ab illis. Id ait iis verbis Ioannes capite sexto Apocalypsis: *Et cœlum recessit sicut liber inuolutus.* Per cœlum diuina scriptura intelligitur, quæ clausa vt liber inuolutus abiit à Iudæis ad veram intelligentiam: vident enim quod foris apparet, mysteria autem intus inclusa minimè percipiunt. Nollunt enim se ad ea intelligenda præparare. Ita diuus Ambro. locum illum explanat. Vt conchilia marina se aperiant ad suscipiendum rorem cœlestem, ex quo fulgentes gemmas conficiunt, vt ait Aristo. & post illum Isidor. aquam vero amaram euitant: sic nos debe-

mus ad diuinam sapientiã, veramque doctrinam adiscendam animos aperire, ex qua clarissimas eruditionis margaritas concipiamus: mundi verò scientiam quam apostolus in priore ad Corinthios stultitiam vocat, quæ cum turbida ac amara aqua comparatur, contempnamus, & ad diuinum numen, ad cœlestem sapientiam tota mente aspiremus.

In nouissimis diebus. Hoc est, in vltima mundi ætate, quæ ab aduentu Christi vsque ad mundi finem continetur. Tempus Messia in diuinis literis nouissimum appellatur. Cum Iacob ad exitum vitæ vocaretur, accersit filios suos, quos ita allocutus est. *Congregamini, vt annunciem que ventura sunt vobis in diebus nouissimis.* Dies nouissimos vocauit tempus Messia, de quo ibi multa prædixit. Eodem modo Esaias vaticinans de primo Christi aduentu capite secundo: *Erit, inquit, in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium.* Et Mich. quarto: *Erit in nouissimo dierum, &c.* Hanc vltimam ætatem appellat Zacharias decimo tempus serotinum. Et Ioannes in prima canonica capite 2. *Filioli nouissima hora est.* Et Paulus 4. ad Galatas: *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Et cap. 10. prioris ad Cor. *Nos sumus, in quos fines seculorum deueniunt.* Et primo ad Hebræos: *Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem fecit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula.* Fortasse intellexit Daniel hoc loco per tempora nouissima posteritatem, & tempora, quæ post Nabuchodonosorem ventura erant.

Visiones capitis tui in cubili tuo. Hoc est visa mentis tuæ in lecto tuo. Caput accipitur pro magistratu: vt Hoseæ primo: *Congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum.* Hoc est omnes Iudæi qui fuerint ad fidem conuersi tam ex tribu Iudæ & Beniamin, quàm ex decem tribubus, recipient Christum in principem. Pro quo Septuaginta habent, principatum vnum capite 15. libri 1. Regum dixit Samuel Sauli: *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?* Vbi caput pro rege accipitur. Sumitur aliquando pro acie, nam capite primo Iob vbi nos habemus: *Chaldæi fecerunt tres turmas, in Hebraico est: Chaldæi fecerunt tria capita.* Aliquando pro principio: vt psalmo trigesimo nono. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam.* Hoc est in principio libri. Verba sunt filij Dei cum patre loquentis, vt ait capite decimo epistolæ ad Hebræos diuus Paulus. Iudicis regius ac diuinus vates Dei filium se Deo patri offerentem ad naturam humanam sumendam, vt pro nobis in crucis ara hostium deuoueret ac constitueret. Et quoniam hoc erat in literis diuinis prædictum, ait: *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam:* Erat enim Dei patris voluntas, vt legis veteris sacrificia cessarent, & esset Christus nostrum sacrificium. At quis nam sithic liber, in cuius capite & principio hoc est scriptum de Christo, versatur in controuersia: Hieronymus in libro questionum Hebraicarum per caput huius libri intelligit primum caput Genesis, vbi statim Moses loquitur de Dei filio. Augustinus libro 1. de Genesi contra manichæos, & libro primo de Genesi ad literam, & libro contra aduersarij legis & prophetarum, & in commentariis in psalmum trigessimum nonum hinc locum de primo etiam capite Genesis interpretatur. In eadem sententia fuerunt Origenes in Genesim, Tertullianus contra Praxeam, Hilarius in expositione in psalmos. Hi patres in sententiam suam adduxerunt Hamerum Nouesianum, & alios, qui idem asseueranter affirmant. Cum enim dicat scriptura: *In principio creauit Deus cœlum & terram:* per principium filium intelligunt, qui capite octauo apud Ioannem ait: *Principium, qui loquor vobis.* Ac si dicat:

Ego qui vobiscum sermones confero, sum rerum omnium principium, capite octavo Prouerb. loquitur in hunc modum De: filius, qui ibi Dei sapientia vocatur: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Pro quo recte poteris vertere: Dominus possedit me initium viarum suarum. Quibus verbis Dei filius se principium illud vocat, de quo dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram. Vbi particula in accipitur pro per, aut cum, quemadmodum aliis locis diuinarum litterarum, vt ostendi verba illa paulo antea explanans: Rex in furore & ira magna. Alij per caput libri intelligunt principium libri psalmodum, hoc est primū psalmum ita incipientem: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* In te ligi psalmum hunc de Christo saluatore nostro asserunt Augustinus, Hieronymus, Arnobius, Remigius. Sequitur enim: *Et erit tanquam lignum: pro quo paraphrasis Chaldaica habet arborem vitæ.* Quem locum Hieronymus & Chrysostomus de Christo interpretantur. Ille enim est arbor vitæ: de quo ait in Prouerbis Salomon capite tertio: *Lignum vitæ est iis, qui apprehenderint eum.* Et Deus capite 2. Apocalypsis: *Vincem dabo edere de ligno vitæ.* Esse autem Christum hoc lignum vitæ, asserit Gregorius Nyssenus in libro de creatione hominis. Alij per hunc librum intelligunt prædestinationē: vt sic sensus. *In capite libri æternæ prædestinationis de me tanquam de primogenito in multis fratribus, tanquam de præcipuo omnium electorum in primo ac nobilissimo loco scriptum est.* De libro hoc ait capite duodecimo Daniel: *Omnis qui fuerit inuentus scriptus in libro vitæ.* Et apostolus capite 4. epistolæ ad Philipenses: *Quorum nomina sunt in libro vitæ.* Et Ioannes capite vigesimo primo Apocalypsis: *Non intrabunt in ciuitatem æternam, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.* Et Christus Deus noster apud Lucam decimo: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in celis.* At hæc nōdum cōplent aures meas, Nam principium Genesis loquitur de mundi creatione: primus psalmus de hominis felicitate: liber vitæ est prædestinatio: In hoc autem psalmo trigesimo nono loquitur Christus de sacrificio, & de seipso immolando. Quare congruentius videtur, vt per hūc librum intelligatur Leuiticus, qui est liber sacrificiorum, & per caput eius principium. Cum enim Dei filius vni-gena loqueretur in psalmo illo cū patre de se ipso in sacrificiū offerendo, & liber Leuiticus agat de illo videtur illud intelligi: In capite libri scriptum est me, vt fecere volūtatē tuā. Nam primo capite Leuitici agitur de vitulo pro mundi peccato immolando, per quem Christus significabatur. Vitulus ille, vt ex eodem libro constat capite sextodecimo, cremabatur extra castra: & Christus occisus est extra ciuitatē. Ad id alludit Apostolus capite 13. epistolæ ad Hebræos, cū ait: *Propter quod Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra castra passus est: exeamus nos ad eum improprium eius portantes.* Hoc voluit Christus significare, cū id quod futuram erat, de se ipso prædixit in Euangelio: *Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt.* Vbi nomine vineæ intelligitur Hierosolyma, extra quam eiectus fuit, & in monte Caluariæ occisus & immolatus. Alij per hunc librum intelligunt totā sacrā scripturā, & per caput eius intelligunt eius epitomē & cōpendium, in quo capita & summæ rerū omnium præcipuarū continentur. Ita hūc locū explanat Theodorus, & post eū Antonius Flaminius. Et est admirabilis explanatio, ac omnium meo quidē iudicio præstatiſſima. Tota enim lex & diuinorum vatum oracula, tota denique sancta scriptura testatū reliquit in veteri testamēto, fore vt vni-gena Dei filius de cœlo in terrā descēderet, ac hominum genus morte sua à morte liberaret. Hūc explanationi fauent versiones Aquilæ, & Symmachi, quæ habent: In

inuolucro libri: vt sit sensus. Assumatur totum vetus testamentum, & redigatur in summam, iungantur omnia præcipua, quæ in eo scripta sunt, & in volumine seu inuolucro summam scribantur: rotum hoc de Christo venturo & immolando loquitur. Diuus Hieronymus verti ex Hebræo: *In volumine libri scriptum est de me.* Pagninus: *In libro libri. Paraphrasis Chaldaica: In volumine libri legis.* Quæ omnia in idem recidunt. Septuaginta habent: *ὡς νηφαλίδι βιβλίον* Hoc est, in capite libri: vbi per caput volumen intelligunt summam. Id Hebræo est: *מגילת ספר* Megilath. Sepher. Nomen Megilah deriuatur a verbo Galat, quod significat inuoluere, quod in eo multa, quæ aliis in locis dispersa erant, sunt summam inuoluta. Aspicias igitur totum verus instrumentum de Christo loqui. Id significauit idem Christus apud Ioannem capite quinto, cū dixit: *Scrutamini scripturas, quia vbi sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Et apparet duobus discipulis euntibus in castellum Emmaus, vt Lucas ait capite vigesimo quarto, dixit illis: *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt propheta. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Id indicat Petrus apostolorum princeps capite tertio Actuum apostolorum, ita dicens: *Deus autem qui prænuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum suum, sic impleuit, capite decimo: Huius omnes propheta testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.* Hoc voluit Deus significare in transfiguratione, cū esset inter Moſem & Eliam de exitu eius loquentes, quem complecturus erat. Hierosolymæ. Hoc est de morte, quam erat passurus. Nam lex & propheta de Christo loquuntur: scopus enim totius scripturæ Christus est. Per Moſem intelligitur lex, per Eliam verò propheta hæc autē duo Christum habent in medio ad illum respicientia. Idem esse Christum inter Moſem & Eliam, ac esse propitiatorium inter duos cherubinos, vt capite 25. Exodi scriptum legimus. Per propitiatorium intelligitur Christus, quem vt ait diuus Paulus Romanorum tertio, *proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius.* Et vt ait in prima epistola sua diuus Ioannes, *ipse est propitiatio nostra.* Per duos cherubinos lex & propheta, quæ Christum intuentur, de quo loquuntur. Aspicias igitur librum illum, de quo loquitur Christus psalmo trigesimo nono, esse totum vetus testamentum, vbi ipsius Christi Dei nostri mysteria sunt æternis consignata monumentis. Vbi per caput intelligitur summa & compendium: & iuxta aliorum sententiam per caput principium significatur. Hoc autem Danielis loco accipitur caput pro mente, cogitatione, & imaginatione: quemadmodum Psal. vigesimo secundo. *Impinguasti in oleo caput meum.* Vbi Didymus ait caput pro mente appellatum esse, oleum pro afflatu Spiritus sancti. Vt enim oleum lucem nutrit, laborem leuat, faciem exhilarat: sic ille animi lumen fouet mentem recreat, cor afficit voluptate: quam ob causam oleum lætitiæ vocatur: dicente diuino psalme Psal. 44. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ pro confortibus tuis.*

n Tu rex cogitare cepisti. Non solum somnium, sed quid ante illud cogitauerat, indicat, vt maiorem rei adhibeat certitudinem, ordinem seruet, & regi maiorem faciat admirabilitatem.

o Non in sapientia qua est in me, plusquam in cunctis viuentibus. Id est, non quod sim aliis hominibus

Gen. 1.

Psal. 1.

Gen. 1.

Leuit. 1.

Psal. 39.

Leuit. 16.

Hebr. 13.

Matt. 21.

Marc. 13.

Luc. 11.

Mat. 17.

Luc. 9.

Gen. 28.

1. Io. 2.

1. Esdr. 1.

bus sapientior. Legendum erat: *non in sapientia, que non est in me plusquam in cunctis uiuentibus.* Sed prima negatio cadit Super totam hanc orationem habens vim duarum negationum. Quod est apud Hebraeos frequens. Capite decimo nono Leuitici: ubi nos habemus: *Non periuurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui:* litera Hebraica non habet nisi vnam negationem, quæ tamen duarum habet vim: ita enim habet: *Non iurabis in nomine meo mendaciter, & pollues nomen Dei tui.* Eodem modo illud explanandum existimo quod est ca. 33. Deuteronomij mandatum. *Vuat Ruben, & non moriatur, & sic paruus in numero.* Pro quo legendum erat: *nec sit paruus in numero,* nisi prima negatio totam comprehenderet orationem. Est enim horum verborum sensus: *Vuat Ruben in hoc seculo,* & non moriatur morte immatura, nec sit paruus in numero posterorum, sed propaget progeniam, & posteritatem suam.

p *Sacramentum hoc.* Id est arcaneum hoc. Quasi dicat: Non humana scientia apertum est mysterium hoc, sed fuit mihi à Deo prolatum & ostensum, vt tu scires quæ ventura sunt. Euitat arrogantiam & ostentationem: & regem afficit honore propter quem facta fuit illa somnij apertio & reuelatio.

q *Tu rex videbas.* Nimirum visione imaginaria in somnio. Erat statua illa magna, quia regna quæ magna hominibus videntur, significabat. Erat intuitus eius terribilis propter regnorum bella & controuersas successiones, quæ non sine infinita hominum cæde & periculo efficiuntur.

r *Sine manibus.* Hoc est, sine industria humana. et lapis hic ita omnia contriuit, vt redigerentur in fauillam, quæ rapitur à vento, cum repurgatur triticum in area.

s *Hoc est somnium.* Hoc est, quod somniaftri. Rex prudenter omnia audi Veritatem recognoscens.

t *Tu rex regum.* Vocat eum quemadmodum illum alij vocabant. Vocabatur autem rex Regum, quia multos reges debellauerat, & vicerat. Ita etiam appellatur apud ezechielem cap. 36.

v *Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium & gloriam dedit tibi.* Vult significare omnia Dei esse, & ab eo

Gen. 28. bona cuncta procedere, cuius numine & prouidentia omnia gubernantur. Ac illum esse, qui dat regna, & alia tam corporis quam animum bona. Id significabat scala quam vidit Iacob à cælo ad terram venientem, per cuius gradus à deo bona omnia descendunt. Vnde Iacobus Apostolus capite. 1. canonicæ suæ: *Omne datum optimum, inquit, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* Id aliquo modo intelligebat Cyrus, qui vt Esdras cap. 1. mandauit: *Omnia inquit, regna terra dedit mihi Deus cæli.*

x *Et omnia.* Subaudi loca, in quibus habitant homines, & fera: & volucres, dedit tibi Deus: omnia sunt potestati ac ditioni tuæ subiecta. Nihil est, quod tibi non poterat, quod tibi peruium non sit. Vtitur Daniel ea rationis exornatione, quam thetores Græci hyperbolèn, Latini superlationem vocant. Vult significare esse Nabuchodonosorem ad modum potentem: Ideo hac vtitur figura ad eius potentiam exprimendam, & verbis amplificandam. Sed nec Nabuchodonosoris principatus, nec vllus alius ita vniuerso orbi præfuit, vt nullam prouinciam relinqueret indomitam. Testantur hoc atæ Alexandri Magni, columnæ Herculis Ctesiphon Romani imperij ad Orientem limes. Vtitur David hoc hyperbolico sermone, cum ait Psalmo decimoseptimo *terribiles extitisse motus,* & desidente terra intimas ac profundas aquarum venas apparuisse, & resecta fuisse fundamenta orbis terrarum. eodem fere modo Deus apud Esaiam capite tertio decimo: *Calum, inquit, turbabo, & con-*

quassabitur terra propter indignationem Domini exercituum. In quorum verborum explanatione diuus Hieronimus: *Hæc est, inquit, superlatio, qua vehementissimam iram Dei vates sanctus exaggerat.* In eodem modum Ioel ad amplificandam oratione hostiū multitudinem & feritatem: *Gens inquit, ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis & molates eius vt catuli leonis.* Ita id existimo intelligi, quod cap. 6. apud Matthæum Christus ait: *To autem facite elemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Tu es ergo caput aureum.* Hoc est, caput aureum statuæ te designat, regnumque tuum significat. Vt aurum aliis metallis illustrius est: ita regnū Nabuchodonosoris fuit aliis præstantius. Fortasse idèd cum auro comparatur, quia victis inimicis magna pace & misericordia erga indigentes vtebatur. Nam oleum misericordiam significat, aurum autem sumitur pro oleo, vel ob colorem, vel puritatem. Vnde verba illa Zachariæ capite quarto: *Quid sunt dua spica oliuarum, que sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? possunt ita verti: Quid sunt rami oliuarum, qui sunt iuxta duo rostra aurea, quæ effundunt ex se aurum.* Hoc est, quid sibi uolunt hi duo ramuli oliuarum, qui sunt inter duas ampullas aureas, quæ effundunt ex se oleum in candelabrum? Hoc candelabrum aureum omnia illuminans Christus est: duo rami oliuarum sunt Zorobabel & Iosue filius Iosedech, de quibus illic Zacharias loquebatur: per quos intelligebatur sacerdotium & regnū: nā sacerdos & rex oleo vgebantur. Christus autem eos illustrat, quia regum & sacerdotum lumen à Christo est. Aspicias illo in loco effundere aurum in candelabrum idem esse quod oleum effundere. Accipitur etiā aurum pro ætis nitore & tranquillitate: vt capite 37. Iob: *Ab aquilone aurum venit.* Pro quo quidam vertunt: Venit à Septentrione serenitas auro similis. Ventus enim aquilo dissipat nubes, & affert serenitate & splendore instar coloris auri: igitur propter misericordiā & placabilitatem in pace forsitan regnum Chaldæorum per aurum significabatur. Vel propter diuitias, quibus affluebat. Dicitur autem caput, quia aliis regnis dignitate excellebat & principatu: & quia inter quatuor regna hic designata ipsum primum erat. Immo omnium regnorum primum fuit Babylonicum, cuius clauum tenuit Nemroth, vt constat cap. 10. Geneseos.

z *Et post te consurgat regnum aliud minus te argenteum.* Hoc est regnum Medorum & Persarum, quod idèd designatur per duo brachia, quia duo quondam regna fuerunt: quæ postea copulata in vnum redacta sunt, cuius rex fuit Cyrus, qui materno genere à Medis, paterno à Persis ducebatur. Et vt ait Theodoretus, per dexteram paternum genus, per sinistram maternum significatur.

aa *Regnum aliud tertium æreum.* Sive æneum. Hoc fuit regnum Græcorum, præsertim tempore Alexandri Magni, quando non solum in re militari, sed etiam in eloquentia & Philosophia magni nominis viri flourerunt. Signatum est autem ære propter Græcorum eloquentiam, quod latius ac longius sonuerit, quam Babylonicorum & Persarum.

bb *Regnum quartum erit velut ferreum.* Sive ferrum. Hoc fuit Romanorum imperium, quod instar ferri alia conterentis, cætera regna domuit, atque contriuit. Est autem signatum duabus tibiis propter imperij partitionem in Constantinopolitanum & Germanicum, siue Orientale & Occidentale. Vnde insigne imperiale est aquila duorum capitum. Quid enim auium regina bicipite significatur, nisi duorum imperiorum diuisio? Itaque per quatuor partes præcipuas statuæ, quatuor mundi regna siue imperia intelliguntur, nempe Babylonicum, Persicum, Græcum, Romanum. Ita

Hieronymus, Theodoretus, & alij hunc locum explanant. Tametsi Paulus Orosius per hæc quatuor regna intelligit Babylonicum ad Orientem, macedonicum ad septentrionem, Punicum ad meridiem, Romanum ad Occidentem.

*cc* Porro quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli. Per digitos intellige digitos pedum: qui pedes partem habebat luteam, partem verò ferream: quædã pars erat ex ferro, quædam ex terra. Quo significabatur Romani imperii diuersitas: nam in principio fuit ferreum, hoc est fortissimum, postea verò luteum, hoc est fragile & debile. Hæc autem fragilitas orta est ex diuisione propter bella ciuilia, & intimas Romanorum discordias, & acerbis diuturnasque contentiones atque crudelia exitiosaque dissidia. Cùm enim ambitione ducti honores quærerent, alij alijs nefaria bella gerebant: & ita vim imperii labefactabant. Et quoniam diuisio hæc ex imperii dimanabat fortitudine, ait Daniel: Quod tamende plantario ferri oriebatur: hoc est de planta pedis statuæ, quæ ferrea erat. Sensus est: Quæ diuisio Romanorum originem habebat à ferro plantæ pedis, per quod fortitudo & diuitiarum abundantia significabantur. Accipitur itaque plantarium pro planta pedis. Sed quia plantarium est locus, vbi arbores sunt insitæ teste Plinio libro decimoseptimo, possunt hæc verba hanc habere sensum: Quæ diuisio oriebatur in loco, vbi plantata fuerat fortitudo: vt per hunc locum intelligatur Roma, quæ erat veluti pomarium quoddã insitum arboribus non pomorum, sed vitiorum. Vel accipitur plantarium pro firmitate, vt significaret imperium diuidendum, quod tamen aliquid de firmitate ferri haberet, Regnum Romæ cœpit à fratricidio, deinde plerunque seditionibus laborauit, & diuisionibus: quæ hoc loco significantur. Sed meo quidem iudicio præcipue hic loquitur Daniel de discordia inter Iulium Cæsarem, & magnum Pompeiũ. *dd* Quod autem vidisti ferrum mistum teste ex luto, commiscbuntur. Hæc mistio fuit per contactum, ideo non fuit propria. Non enim ferrum & lutum ita miscentur, vt ex illis duobus vnum formaliter fiat. Vult generaliter vna comprehensione significare Romanorum connubia, quibus genus suum propagabant, & amicitia cõiungebantur. Sed non adhærebant sibi per sincerum amorem & veram charitatem propter intestinas & domesticas discordias: quemadmodum ferrũ non potest cum testa nisi superficialiter, vt ita dicam, commisceri. Præcipue tamen significat matrimonium inter Pompeiũ & Iuliam filiam Iulij Cæsaris, quod conflatum fuit, vt inter hos duos principes amicitiam cõciliaret, quam conciliare nõ potuit. Lege Suetoniũ Tranquillũ, Plutarchum, Lucium Florũ, & alios historicos, vbi hæc poteris videre. Insuper intueberis Romanorum in omni ferè ætate dissidia. Ex quo effectũ est, vt vrbs illa Roma à Romulo, vt aiunt, appellata, illustrissimum orbis terrarum monumentũ, arx totius mundi domus fortitudinis, imperij, & dignitatis, terror vniuersis, triumphorũ gloria, quæ alias vrbes expugnabat, ab illis expugnaretur. Sed modò nobilior est quam olim propter fidẽ, & summi pontificis, Christi, vicarij assistentiã & principatũ. At si ad antiqua & magnifica ædificia respicias, videbis nõnulla deserta alia partim diruta, partim penitus euerfa. Nec mirum, nam omnia hæc regna terrarũ habet pedes in statuâ, & lutea fundameta. Hic est seculi status, hæc est mudi conditio, nulla est in eo firmitas, nulla perpetuitas, nulla cõstantia. Intuere apimo hæc statuã tã amplã & eximiã ex auro, argento, ære, & ferro conflata, qua mudi regna, nominis celebritas diuitiæ & dignitates significatae sũt, videbis eã sicilicet in pedibus, fragilem & adducã, quæ ruit, fluxit, & euauit, & fuit in minutissimas fauillas redacta, quæ raptã à vento amplius non appa-

ruerũt. Id mentis oculis perspiciebat Salomõ, cum diceret: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Huiusmodi sunt ea, ad quæ insipientes mortales desiderio flagrantes rapiuntur. Cùm se tibi ante oculos obtulerint mudi opes & honores, & magnũ quippiã ac gloriosum tibi visum fuerit harũ rerũ decus, caue ne decipiaris. Quæ in summo à pretiosa incipiunt materia, detrimẽtis cursum cõficiunt, & tandẽ in vilissimã materiã finiuntur. Si huiusmodi res tibi ante oculos principium proposuerint, respice ad earum finẽ, videbis eas in luto finiri & terminari, incertãque esse, instabiles, & in casu sitas. Earũ fundamẽtum lutum est caducum, & finis interitus. Quanquam in læritia auri exordiri videantur, in mœrorem tamen terræ desinunt, & in nihilum rediguntur. Sed id nolunt perpendere, qui eas cõcupiscunt, summis infinitæ cupiditatis stimulis concitati. Fluctus maris se in altum extollentes, sonitum horribilem edentes, longe latẽque spumãtes, cùm attingunt terrã littoris, statim extenuantur & cõsumuntur. Eodem modo sublimes mundi status ac splendidi tituli, qui in mari huius mundi multos rauco vanitatis sonitu terrebant, cùm attingunt terrã sepulchri, cõfestim desinunt esse, & finem faciunt: & eorum principum & magnatum potentia eodem sepulchro obruitur, quo corpus: eorũque nomen sensim obscuratur, & euanescit. Hæc enim vana potius simulachra sunt, quam solidæ res. Non vidit Babyloniũ princeps mudi regna & diuitias nisi in imagine: quia hæc non tam res, quam imagines possunt rectẽ appellari. Statua erat id, quod vidit, non res solida: figura erat, nõ natura. Eam ob causam ait apostolus capite septimo prioris ad Corinthios: *Præterit figura huius mudi.* Non naturam ait præterire, quã philosophi substantiam vocant, sed figuram. Vt figura in pariete picta qualibet mutatione amittitur. Ea ratione ductus diuinus vates eam psalmo septuagesimo secũdo imaginem vocat, cùm ait: *In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Acli dicat: Tu Deus qui in cœlesti ciuitate tua habitas, vanorum hominũ imagines, vt pote opes & dignitates, & nominis claritatem amplitudinẽ euertes & cõsumes. Ostẽdes ludibria esse, & nihil ea, quibus ipsi insistant cõ nihil aliud sint, quã vanitas & ymbra. Vt ædificiũ in imo solo extructũ nec fulmine cõcutitur, nec hitu asorbetur: sic abiectus vitæ status non est maximis ærumnis expositus. At res secundæ in fastigio dignitatis seculi collocatæ multis sunt obnoxie ruinis & calamitatibus. Imagines sunt fallaces quolibet periculo deletæ. Nec mireris si hæc audias imagines vocati, cum homo ipse imago quædam sit. De eo ait idem psalmographus psalmo trigesimo octauo. *In imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Acli dicat: Cum homo vitam pertransseat tanquam imago adumbrata, nihil habens expressi, tanta tamem ducitur vanitate & amẽtia, vt nesciat pusillum illud quod habet vitæ, in tranquillitate & quiete traducere: sed turbulẽtis ac effrenatis animi perturbationibus concitatur, ad illa aspirans, quæ mobilia sunt, fugacia, caduca, sine securitate, quæ nunquam perennia fuerunt: sed aut statim decidunt, aut obruuntur hominum interitu, aut obliuione posteritatis extinguuntur. Nihilominus ea ardentè optamus, non attendentes nobis ipsis perniciem machinati. Papiliones vermiculi aligeri quia lucernæ delectantur splendore, ad illam proximè accedunt in medio flammæ volitantes: ex quo efficitur, vt mortẽ sibi cõsciscant. Nõ ira moreretur, nisi ad lucẽ intus accederet, nõ accederet, nisi illa oblectaretur. Itã plerique mortales inani mudi gloria delectari eã ambiciosè quærũt, & amplectuntur: ex quo eorũ conflatur exitium: nam falsi honoris specie decepti vnde eum consequi putant, inde eorum dedecus dimanat, & pro breui gloria in perpetua ignominia

Eccle. 1.

Psal. 3.

Similitudo.

Similitudo.

1. Cor. 7.

Similitudo.

Similitudo.

Psal. 72.

Hieron.

Psal. 75.

Similitudo.

Iato.

Homer.

minia voluntantur. Vidi, inquit diuicias citharædus  
 P<sup>sal.</sup> 36. *impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiit, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Viderat eos, qui scelere & maleficio pascebantur, rerum secundarum potitos. At refrante vento aspexit eos ex illustri & florente rerum statu in acerbas calamitates, illasque perpetuas præcipitatos eorumque nomen æterna obliuione deletum. mundi status est veluti lingua stateræ aurificis, quæ quolibet pondere mouetur. Quid mobilius, quid incertius, quid inconstantius? Vt sidera errantia quæ deprimuntur in signo vno, extolluntur in altero, & è contrario: ita qui hodie sunt abiecti nulla illustri laude celebrati, cras erunt magnis affecti honoribus, & in præclara dignitate constituti. Contrà verò qui modò in ore hominũ cum gloria & celebritate versantur, paulo post omnibus honorum ornamentis spoliabuntur. Conspiciamus rerum humanarum varietatem, imbecillitatem, & inconstantiam: eorumque casus & ærumnas, qui cù opibus affluerent, & læticia gestirent, in medio cursu ceciderunt, in memoriam reuocemus. O falsam spem, ô variam volucrẽmque mundi commutationem: O cæcam nostram cupiditatem! O amentiam deplorandam! quàm cito nostra gaudia in lachrymas conuertuntur! Illud est hoc loco aduertendum, non solũ diuinum nostrum vatem vocasse mundi regna statuam aut imaginem, sed etiam affirmasse eam in somniis visam fuisse. Qui vident vitæ labores & ærumnas, vigilant: qui autem eius gloriam & potentiam, dormiunt. Somnium est sæculi huius gloria, & opum affluentia: & qui ad res illas ardentem aspirat, vt somnium euanescit. Ita enim capite 20. Job scriptum regimus: Velut somnium aduolans non inuenietur: transibit sicut visio nocturna. Ac si dicat: Euanescit omnis homo, qui diuitiis affluit, & rerum secundarum potitur: transibit eius felicitas tanquam somnium inane, atque instar visi nocturni fugiet, & peribit. Et diuinus psalter mortalium vanitatem, humanæ prosperitatis incertitudinem, & lamentabilem casuum miseriam animo perspicies has ad dominum voces effudit, *Deiecisti eos, dum allenarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? Subito defecerunt: perierant propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium domine, &c.* Et psalmo 89. Id quod nos habemus. Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt: potest verti ex Hebræo: *Quæ pro nihilo habentur, ea somnium sunt.* Pro quo diuus Hieronymus transtulit: *vt somnium erunt. Alii vertunt: Inundas eos, somnium sunt. Vt sit sensus: Immissa inundatione rapis eos domine subito de vita, & veluti somnium perpetuæ traduntur obliuioni: Nô parcis hac in re Deus plebeis, nec principibus. Idem psalmographus Deum vocat terribilem, qui auferit spiritum principum. Vel vt potest verti ex Hebræo: Qui vindemiât vitam principum.* Et Ecclesiasticus capite 34. *Somnia, inquit, extollunt imprudentes. Mundi gaudia & fallaces diuitias quibus homines inflantur, somnia vocauit. Et statim addidit: Qui apprehendit umbram, & persequitur ventos: sic qui attentat ad visam mendaciam. Pestilentem voluptatem & inanes diuitias appellauit visam mendaciam, non fat esse exultauit vocare illa mendacia, sed visa, aperta, & manifesta mendacia. Et confestim adiecit. Hoc secundum, hoc visio somniorum. Quorum verborum hic est sensus. Hoc quod non est vera felicitas, etiam si id videatur esse quod non est hoc, quod non est solida res, sed secundum hoc, hoc est, sed inane simulachrum: profectò est somnium transiens. Plæto inanem spem fugacis prosperitatis somnium appellabat vigilantis. Ipsa vita nostra somnium est. Quid fragilius illa, quid fugacius, quid inanius? Homerus libro sexto Iliadis homines comparat cum arborum folijs, quæ modò**

virescunt, modò arescunt: nunc pulchritudine decorantur, nunc à vêtò rapiuntur. Qua sententia oblectabatur Pyrrò Academicus auctore Laertio. Menåd, Pyrrho. apud Plutar. in libello consolatorio ad Appollonium? *Nullum inquit animal est quod crebrius ac velocius modò surgat, modò cadat, qui homo: nullum debilius & inconstans. Euripides huius sæculi felicitatẽ vnu tantum diem durare dixit. Qua in re fuit à Demetrio Phaler omniũ illius ætatis philosophorum politissimo nõ immeritò reprehensus, quod non integrũ diẽ, sed temporis punctũ dicere debuisset, Pindar hominẽ vocauit umbræ somniũ. Aduerte, obsecro. Nõ solũ somniũ, sed somniũ umbræ illum vocauit. Æschilus apud Stobæ. vitã humanã eũ umbrã furni comparabat. Sophoc. in Aiace nihil aliud ait esse hominẽ, quã umbrã & ventum. Hinc ortum est tritum illud vetustate prouerbiũ. Homo bulla. Est autẽ bulla tumor ille inanis apprensus in aquis, qui eodem ferè instanti quo nascitur, euanescit. Sed quorsũ cito philosophos, cùm habeamus perspicua diuinarum literarum loca id ipsum asseretia? Homo, inquit cap. 14. Job. *natus de muliere, bro. ui viuens tempore, repletur multis miseris: qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit veluti umbrã, & nunquam in eodem statu permanet.* Dauid P<sup>sal.</sup> 28. *Vniuerla, inquit, vanitas omnis homo viuens.* Et P<sup>sal.</sup> 101. *Defecerunt, sicut sumus dies mei.* Et paulo post: *Dies mei sicut umbrã declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.* Et Iacobus apostolus capite quarto epistolæ suæ: *Quæ est vitã vestra? Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Est igitur vitã nostra somnium, & mundi prosperitas somnium, & statua visa in somniis, quæ in fragili luto finitur, per quã opes, diuitiæ, magistratus, & imperia significantur. De quibus diuina litera capite quinto Sapientiæ hæc verba monumentis consignarunt. *Omnia illa transierunt sicut umbrã, & tanquam nuntius præcurrrens: & tanquam nauis, quæ per transitu fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, non potest vestigium inueniri, nec se mita carinẽ illius in fluctibus.* Cor igitur tã ardentem quærimus, quod tam parum durat? Præsertim cùm nemo possit duobus dominis seruire, Deo & diuitiis, vt ipse Deus capite sexto apud Matthæum testatur, Ioseph in Ægypto elegit Deo æterno potius seruire, quã impudicæ Ægypte, & reliquit pallium, vt honestatem cõseruaret. Elifẽs reliquit boues & aratrã vt sequeretur Eliam. Ipse Elias reliquit amictum vt ascenderet in cœlum. Nos relinquamus mundi opes nobiles & fluxas: ac illas quæramus, quæ animũ amplificent, quibus illi qui Deum amore amplectuntur, sine dubitatione cumulantur. eos imitemur, qui diuitias mudi pro nihilo putarunt, qui animas è corporũ cõtatione seuoauerunt, & de Christi imitatione cõtulerunt. eos fugiamus qui ad eas toto animo aspirant. Vt in argento viuo omnia natat præter aurũ quod in illud ingreditur: sic in corde auari nihil incideret nisi aurũ & lucrũ, nã virtutes, bonæ diciplinæ, & cætera huiusmodi fluitant in summo. Animum autem haud quaquã ingrediuntur. Alij amore diuitiarũ flagrant, vt illis intemperanter abutantur. Filius prodigus apud Luc. cap. 15. dũ affluet diuitiis, recessit à patre, & à seipso: dũ autem inopia laboraret, rediit ad illum, & ad se. Ita enim ait Lucas: *In se reuersus dixit: Quanti mercenarij, &c.* Qui ad se reuertitur, extra se vagabatur. misit Deus mosem ad Ægyptum, nec ei diuitias dedit, nec corporis voluptates: sed virgam, qua munitus ederet mirabilia. Amplectamur virgã illam, per quam crux Christi erat adumbrata: portemus crucem domini, & diuitias, delicias, voluptates, magistratus, potentiam honores, & alia huiusmodi quæ eximia plerisque & præclara videntur. parua ducamus, eaque rationi stabili firmæque cõtëntamur, & lutum, inanem imaginem, & Babylonica statuam*

Eccl. 1.  
 nodi  
 fla-  
 rine  
 sam  
 aris.  
 m-  
 a fi-  
 um  
 lu-  
 & in  
 & fi-  
 i vi-  
 a ni-  
 eas  
 con-  
 tum  
 a at-  
 m-  
 didi  
 ita-  
 i, cõ-  
 inci  
 ruu-  
 tur,  
 unt,  
 m-  
 tam  
 a e-  
 ura.  
 oris  
 ram  
 sed  
 one  
 sal-  
 do  
 In  
 li-  
 ano-  
 , &  
 nes.  
 tur  
 ficiũ  
 Statu  
 is æ-  
 ita-  
 c ca-  
 culo  
 tati,  
 dem  
 gine  
 si di-  
 ago  
 uci-  
 quod  
 sed  
 on-  
 aca,  
 fue-  
 omi-  
 un-  
 den-  
 ver-  
 e, ad  
 tan-  
 a mo  
 nisi  
 glo  
 : ex  
 ecie  
 a de-  
 no-  
 inia

Laerti.  
 Menand.  
 Plutar.  
 Euripi.  
 Pindar.  
 Achil.  
 Stoba.  
 Sopho.  
 Job. 14.  
 P<sup>sal.</sup> 28.  
 P<sup>sa.</sup> 101.  
 Iacob.  
 Sap. 5.  
 Math. 6.  
 Gen. 39.  
 3. Re. 19.  
 4 Reg. 2.  
 Similitudo.

ee *In diebus autem regnorum illorum.* Hoc est, decursis temporibus regnorum, de quibus facta fuit mentio, durante regno seu imperio Romano. Vel multo rectius per regna illa in plurali non quatuor illa, quorum meminit, sed solum Romanum intelligit imperium, quod omnia regna illa contineret. Tunc natus est Christus Deus noster, imperij gubernaculum tenente Augusto Cesare Octauiano. Tunc enim ut ait capite secundo euangelij diuus Lucas, exiit edictum Cesare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Hanc existimo esse germanam huius loci explanationem. Ex qua habes validum aduersus Iudaeos argumentum ad ostendendum venisse Christum. Quoniam venturus erat, ut constat ex hoc loco, quando regnum Babylonicum, & Persicum, & Graecum esset imperio Romano subiecta. quemadmodum fuerunt tempore Augusti Octauiani. Nunc autem nullum horum regnorum imperio patet Romano. Nam medi & Persae subiecti sunt regi Sophio, Babylonij & Graeci Turcarum principi: qui duo principes sunt imperij Romani hostes, & accerrimi aduersarij.

ff *Regnum quod in aeternum non dissipabitur.* Hoc est regnum aeternum. Intelligi hoc de regno Christi, non solum Christiani, sed etiam Iudaei fatentur. Hac in re solum differimus, quod nos Christum venisse profiteamur, illi non venisse, sed venturum esse existimant, adhibentes huic existimationi pestilentem contumaciam non a magnitudine animi inductam, qua carent, sed a perfidia & amentia, quibus abundant. Imitantur stulti homines hac in re Britannos, quos vulgus appellat Inglesios, qui regem suum Arturum ridicule expectant, qui eos diuites, potentes, ac felices faciat. Qui rex iam venit, & multis abhinc annis excessit a vita: & tamen ab illis expectatur. De hoc Christi regno ait Psalmo 96, diuinus citharcedus: *Dominus regnauit exultet terra: latentur insulae multae.* Tamen loco illo regnare potest accipi pro vincere & praeualere.

gg *Et regnum eius alteri populo non tradetur.* Hoc est, nunquam ab hostibus penitus extinguetur. Id quidem est Christi regnum in ecclesia catholica, quod semper durabit vsque ad finem seculi, deinde in caelis perficietur. In ecclesia militate inchoatur: in triumphante vero quo sempiterno permanebit. Duplex est gubernatio regni Christi: altera spiritualis altera secularis. Christus per suos vicarios, per principes ac pontifices regnat in Christianis seculariter, ut ita dicam: in quorum animis regnat spiritualiter, in virtutibus per gratiam in via, & per gloriam in patria. Ac quoniam ecclesia catholica semper est duratura iuxta id quod ait apud Matthaeum capite sextodecimo seruatur noster *Porte inferi non praeualebunt aduersus eam:* Daniel eam non esse altero populo tradendam ait Oppugnabitur: sed non expugnabitur, nec unquam euertetur. Si in vna regione defecerint Christiani, in altera propagabuntur. Semper erunt veri Christiani: quibus Christus Deus noster ait apud Matthaeum capite vltimo: *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Alij referunt haec Danielis verba ad Ecclesiam triumphantem, vbi ciues sunt immortales. Prior expositio placet doctioribus.

hh *Et ipsa stabit in aeternum.* Alia regna habebunt finem, Christi vero regnum erit aeternum. Id praedixit diuinus ac regius vates his verbis psalmo 144. *Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.* Et psalmo 88. *Inducit Deum patrem ita loquentem: Aedificabo in generatione & generationem sedem tuam.* Et quia haec erant admiranda alloquitur statim ipso Dauid Christum venturum, cuius regnum aeternum fore praeuidebat: *Consuebuntur caeli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.* Veritatem Dei appellat eius promissa. Et paulo post inducit patrem has voces mittentem: *In aeternum seruabo illi misericordiam meam;*

& testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum saeculi semen eius, & thronum eius sicut dies caeli. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in caelo fidelis. Vocat Christum semen Dauidis, quia ab eo quatenus homo originem ducebat, iuxta id quod ait matthaeus: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham: Qui Christus regnat in aeternum in ecclesia, quae in omne tempus vigeat, atque a quo sempiterno Deo in caelo fruatur.* Dixit autem thronum Christi daturum sicut dies caeli, hoc est quandiu durauerit caelum: & sicut sol & luna durauerint, quae astra sunt testes perpetuitatis regni Christi, ut ipsum aeternum esse significaret. Non posse autem haec Dauidi conuenire, indicat id, quod dicitur in eodem Psalmo: *Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.* Est enim nobis satis perspectum & exploratum, Dauidem in scelera incidisse, quando populum inflato animo numerauit: & quando adulterium commisit, & eadem viae machinatus est. Quibus in flagitijs inimicus profecit, in eo, & filius iniquitatis apposuit, ut laederet illum. Praeterea qui fieri potest, ut regni perpetuitatem Deus polliceretur Dauidi super Hierosolimam terrenam, cum in ea nullum sit regnum Iudaeorum, sed subiecta sit impijs Turcis Iudaeorum & Christianorum accerrimis inimicis? Nullo modo haec vera esse possunt, nisi referantur ad Christum, qui natus in familia Dauidis perpetuo regnat. Nec in aliam sententiam explanari debet illa Esaiæ vaticinatio capiti nono mandata: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret a modo, & vsque in sempiternum. Et illud michae capite quarto. *Regnabit super eos hoc nunc & vsque in seculum.* Id intuebatur mentis oculis spiritu prophético illustratis noster Daniel, cum diceret capite septimo: *Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Et hoc loco: *Suscipiet Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet vniuersa regna haec, & ipsa stabit in aeternum.* Haec omnia oracula explanauit de Christo Gabriel angelus, Dei interpretis & nuntius, cum capite primo apud Luc. his verbis virginem mariam sanctissimam affatus est: *Ecce concipie in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis.* Esse Christum regem, asserit ipse dicens secundo psalmo: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praecipuum eius.* Non conuenire autem haec Dauidi auctori psalmi, indicant quae statim sequuntur: *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quem locum diuus Paulus capite primo epistolae ad Hebraeos de Christo interpretatur, probans esse eum angelis praestantiorum, a patre caelesti genitum, de ipsius essentia. Ita Ambrosius, Chrysostomus, Theophilactus, Primasius, & alij locum illum explanant. Dicens Deus pater: *Ego hodie genui te:* significat eum esse filium suum natura. Quemadmodum eius, siue qui est, nomen Dei est, quia in eo nihil praeteritum aut futurum, sed omnia praesentia: ita hoc loco: *Ego hodie genui te:* haec vox hodie non tempus significat, sed aeternitatem: ut sit sensus: *Ego ab aeterno genui te.* Athanasius tamen ait, verba haec: *Filius meus es tu, ad diuinitatem refertur: illa autem: Ego hodie genui te, ad humanitatem.* Theodorus autem & Hilarius asserunt Dauidem hoc versiculo praedixisse Christi reditum ad vitam. Immo ipse Paulus, qui in epistola ad Hebraeos hoc de Christi generatione interpretari

Psal. 96.

Matt. 26.

Mat. 28.

Psal. 88.

Hebr. 11.

Act. 17.

Psal. 11.

Matt. 11.

Psal. 88.

2 Re. 24.

1 Re. 11.

Esai. 33.

Iere. 23.

Esai. 9.

Mich. 4.

Dani. 7.

Luc. 1.

Psal. 11.

Hebr. 1.

Matt. 21.

Matt. 2.

Luc. 19.

Act. 11.

Act. 17.

Zach. 3.

Matt. 1.

Zach. 9.

Ioan. 19.

pretari videtur, in oratione quam habuit, à Luca in actis apostolorum literis mandata, ostendit vocabulum, hodie, tempus illud significare, quo  
 Hebr. 11. Christus ab inferis resurrexit. Ita enim ait de patre lo-  
 Act. 13. quens: Resuscitans Iesum, sicut in psalmo secundo scriptum est: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sed non est mirandum, cum certissimum sit, vnum atque eundem locum diuinæ scripturæ multos posse habere sensus etiam literales. Sed vt vnde digressa est, reuertatur oratio: Christus Deus noster rex verus est. De illo enim ait psalmographus Psalmo 73. *Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Vbi per medium terræ Basilius intelligit Hierosolymam.* Poteris tamen interpretari: in medio terræ, hoc est palam, & coram mortalibus tanquam id in theatro spectantibus. Et Psalmo 149. *Læteat Israel in eo, qui fecit eum, & filia Sion exultent in rege suo.* Et Esaias capite 32. *Ecce, inquit, regnabit rex in iustitia, & principes eius in iudicio præerunt.* Et capite. 33. *Dominus index noster, dominus legiser noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos.* Audi Ieremiã Deũ patrẽ id prædixisse asseret: *Ecce dies venient, dicit dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabitur cõfidetier, & hoc est nomẽ, quod vocabit eũ. Dominus iustus noster.* Hũc locũ non solũ catholici, sed etiã Hebræi intelligũt de messia, quẽ Deus appellat germẽ, siue semẽ, siue fructũ Dauidis quia ex eo secundũ carnẽ duxit genus suũ. Vocabulũ Dauid est in datiuo tã in Hebræo quã in Græco. Et vocabulũ Hebræũ significãs germẽ significat etiã Orientẽ. Qua ratione ducti septuaginta interpretes verterũt: Et suscitabo Dauidi Orientẽ iustũ. Oriẽs enim Christus appellatur: vt apud Zachariã capite tertio. *Adducã seruu meũ Orientẽ.* Et capite sexto. *Ecce vir Oriẽs nomẽ eius.* Et vbi nos habemus. Hoc est nomen, quod vocabũt eũ: *Dominus iustus noster:* pro domino est in Hebræo Iehouah, quod nomẽ Deũ significat, & nemini nisi Deo tribuitur. Cõstat igitur ex hoc Ieremię loco Christũ esse ex familia Dauidis, & esse regẽ, & virum Deũ. Et Sophonias capite tertio, *Lætata (inquit) & exulta in omni corde filia Ierusalẽ: abstulit dominus iudiciũ tuũ, auertit inimicos tuos: rex Israel dominus in medio tui.* Vbi pro domino est in Hebræo Iehouah nomẽ Dei ineffabile. A spicis apertẽ hũc diuinũ vatẽ asserere Messia regẽ esse atque Deũ. Idẽd vocatur Iesus Christus, hoc est saluator & vnctus: solus Deus, est verus saluator, & ipse est verus rex: olim enim rex vngebatur. Vnde volẽs matthæus significare eum esse Deũ & regẽ, dixit: Liber generationis Iesu Christi. Id quod diuini vates prædixerãt. At tãta est Iudæorũ cecitas, tã tenebris operiũtur, vt expectet Messia purũ hominẽ magnas illis ac multas diuitias terræ allaturũ. Nihil se extollũt e terra. Eorũ caliginẽ ostendit ipsorũ vates Zacharias, cũ ait capite nono: *Exulta satis filia Sion, inbiba filia Ierusalẽ: ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper ascedẽs super asinã, & super pullũ filii asinæ.* Quẽ locũ matthæus capite 21. de Christo Deo nostro in ingressu Hierosolymæ interpretatur. *Hic est rex ille, quem magi Orientales quærebãt dicẽtes, vt refert matthæus capite secundo: Vbi est, qui natus est rex Iudæorũ? Vidimus enim stellã eius in Oriente, & venimus eũ muneribus adorare eũ.* Nul-  
 Matt. 2. lus rex natus est rex præter Christũ. Idẽd diuino spiritu afflati nõ dicũt: Vbi est puer qui natus est: Sed vbi est rex, qui natus est? Hũc alloquẽs Nathanael verus Israelita dicit, vt ait primo capite sui Euangelii Ioãnes: Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel. Et ingrediente illo Hierosolymam honorificẽ dicebat turbæ, vt ait Lucas capite decimonono: *Benedictus qui venit rex in nomine Domini.* Et Pilatus super crucẽ Hebraicis, Græcis ac Latinis literis hunc titulum inscribi in tabula præcepit: *Iesus Nazarenus rex Iudæorum,* vt Ioannes ait capite decimonono: quem titulũ vetustate  
 Ioan. 19. referẽ consumptum vidi ego Romæ, & manibus te-

nui. Aspicias igitur Christum esse regẽ, eiusque regnũ eternum esse, quod nulla vetustate delebitur, nulla vnquã obliuione labefactabitur. Sed quia hæc legentibus illa poterit occurrere dubitatio, quale fuerit illud Christi regnum, completar breui, quid sentiam. Sunt, qui dicat, fuisse Christum temporalem Iudæorum regẽ, regnũque illud ad eũ deuenisse iure hereditario, quoniã erat ex familia Dauidis, à quo linea recta per regiam profopiam genus suũ ducebat: quod ex primo Matthæi capite probare cõtẽdũt. At si verba euangelista perpẽdant, qui Iosephi genealogiam describit, qui pater Christi non fuit nisi putatiuus, videbunt Christũ dñm descendit se quidẽ est Dauidẽ, sed non liquidò constare id esse per lineam rectã. Fateor D. Matthæum Christi seruatoris progeniẽ per patres naturales descripsisse, diuum vero Lucã per legales, vt ait africanus fidelis in tractatione Harmoniẽ euangelicã, quẽ refert eusebius Cæsariensis lib. 1. historiẽ ecclesiasticã. In hac sentẽtia sunt Hieronymus in primũ Matthæi caput, Chrysostomus homilia 2. in Matthæum Augustinus libro. 2. de consensu euangelistarum Damalcenus libro quarto fidei orthodoxæ: & alij patres sapiẽtia & sanctimonia admirãdi. Sed etsi Matthæus recẽset patres naturales Iosephi, nõ statim sequitur, Christum qui Mariæ virginis filius est non Iosephi, ex Dauidẽ per rectã lineam descendisse. Erant quidem ex eadem familia Ioseph & Maria, sed Matthæus nõ Mariæ, sed Iosephi patres iuxta scripturarũ morẽ recẽset. Sed esto illis descensum hunc per lineam rectã extitisse. Vnde sequitur eũ iure hereditario regnum Iudæorum habuisse? Multi enim filij regis: & nepotes regis, & posterũ regum per rectũ ductũ, reges non sunt, quia solum maior natu iure hereditario regnum adeptus est interueniente populi consensu, qui illum principem in regem iurauit. Vnde cõtstabat esse Christum vltimo Hierosolymæ regi omnibus alijs ex genere Dauidis sanguine propinquiorem? Vbi factus est conuentus, vbi eum Iudæa pro rege suo acceperit, & iurauerit? Imò Iudæi dicebant: *non habemus regem, nisi Cæsarem.* Qui fieri poterat, vt iure hereditario succederet in regnum, q̃ multo antẽ nimirum in transmigratione Babilonis extinctum fuerat? Nam inter captiuitatem Sedechiæ vltimi Iudæorum regis & Christi aduentũ sexcẽti & 15 anni interfluxerũt. Quare longẽ quidẽ meo iudicio fallitur opinione. Vltimus Iudæorum rex ex familia Dauidis fuit Sedechias, cuius filij fuerũt corã eo interfecti: & ipse oculis priuatus, vt talis esset eius vultus, qualis erat animus. Ergo ab eo Christus non descendit. Sed antea fuerat Iechonias in regis dignitate cõstitutus, qui abductus in Chaldæã fuit in carcerẽ cõiectus. Ac post mortẽ Sedechiæ etiã superstes, sed regno spoliatus vitam degebat. Hic filios habuit, & ab eo Christus Dominus duxit genus suũ. At Ieremias capite 23. de illo hæc verba literis madauit. Nec erit de temine eius vir, qui sedeat super soliu Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda. Qua vaticinatione prædixit fore, vt nullus ex eorũ posteris in Iudæa temporaliter regnaret. Ex quo concludo, Christũ Iesum qui ex eo secundũ carnẽ progeniẽ ducebat, non regnasse tẽporaliter Hierosolymæ. Fuit quidẽ in Babilonica seruitute sceptrũ & dominiũ quoddã in tribu Iudæ, sed nõ regnũ. Imo postea in libertatẽ pristinã reducti Iudæi nõ reges, sed gubernatores habuerunt vsque ad Herodem Ascalonitã, qui cũ Iudæus non esset, regnũ obtinuit, cuius clauũ impiẽ tyrannicẽ tenuit. Quare perspicuũ Christũ Deũ nostrũ nõ adeptũ esse iure hereditario Iudæorũ regnũ. Quin potius, vt ego mihi statuo, nunquam fuit rex temporalis Iudæorum eo modo quo sunt reges terræ: non quod non posset, siquidem Deus erat: sed nec voluit, nec eum decebat, nec cum eius conueniebat instituto. Descendit enim e cæli fastigio in terram, vt diuinam legem



gem doceret, animos hominum qui in tenebris versabantur, diuino lumine illustraret, & à peccatis eriperet. Induit humanam naturam, vt fuso pro nobis sanguine suo mentes nostras expiaret, eis que viam munit ad immortalē beatitudinem consequendam. Nō igitur venit, vt regnum temporale obtineret, sed vt nos morte sua redimeret, & in animi humilitate rectaque viuendi ratione non solum verbis, sed factis etiam instrueret. Ipse sciens venturam esse turbam, vt eum regem constitueret propter miracula, quæ edebat omnem naturæ vim superantia, se in fugam coniecit, vt diuus Ioannes capite sexto sui Euangelij testatur, reliquit. Et vt ait diuus Matthæus capite 22. discipulis suis dixit: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.* Sed dices: Erat rex temporalis, sed non utebatur potestate, nec munera regis exercebat. Quorsum tale regnū? Quid conferebat in illum? Si rex huiusmodi erat, quare regni munera non obibat? Si non obiturus erat, quorsum rex erat? Qui fieri potuit, vt ille regnum obtineret, qui paupertatem dilexit, qui inopiam elegit, qui mundi opes & honores contempsit, qui nos docuit res illas spernere, quæ illustres & præclaræ mortalibus videntur, ad quas plerique stimulis concitati rapiuntur? Deinde cum ipse Christus sit splendor gloriæ, & figura substantia eius, vt verbis vtar diui Pauli capite 1. ad Hebræos: cum sit verbum apud Deum Deus sit verbum, vt diuus ait Ioannes in Euangelij sui principio: cum sit verus Deus, & vt verbis vtar Apocalypsis capite 19. *cum sit rex regum & dominus dominantium, cum sit dominus ac rex celi & terre, eiusque regnum atque dominium sit æternum, vt ostendimus apertissime, quæ illi gloria cumulabatur, si esset temporalis Iudæorum rex in angulo mudi, in parte quadam Palæstinæ: Nul- lum regnum temporale terminatum est æternum: atqui Christi regnum est æternum: ergo Christi regnum non est temporale terminatum. Tum sic. Regnum Iudæorum fuit temporale terminatum: atqui regnum Christi non fuit temporale terminatum: ergo regnum Christi non est regnum Iudæorum: & ex consequente Christus non fuit rex temporalis Iudæorum. Fuit quidem, & est semper rex, sed spiritualis & æternus, nūc in ecclesia militante, & postea in cælum translata triumphante. Vt tamen huius assertionis veritas maneat perspecta ac perspicua, nonnulla afferam loca ex diuinis literis hoc ipsum indicantia. Christus 2. Psalmo ita loquens inducitur: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sanctam eius, prædicans præceptum eius.* Vbi per montem Sion ecclesia intelligitur, vt ibi asserit Augustinus. Hilarius etiam eundem explanans locum aperte asserit, montem illum sanctum Sionem non esse terrenæ ciuitatis homicidæ, quam Dominus plorauit, Rufinus Aquileiensis, Raynerius, Titelmannus, Glossa interlinearis, & Antonius Marinarius in sua consonantia de Ecclesia Catholica locum illum interpretantur. Vt autem Christus officium suum ostenderet, adiecit: *prædicans præceptum eius.* Ad hoc enim venit in mundum, vt ait diuus Ioannes capite 18. *vt testimonium perhiberet veritati.* Nonne vides, quàm diuersum opus à munere regū temporalium? Non ait: exercens arma, oppugnans ciuitates: sed Dei legem prædicans, & veram ac salutarem cœlestemque doctrinam annuntiās. Audi Zachariam diuinum vatem dicentem capite 9. *Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super filium asinae.* Vbi est pompa regis temporalis? Vbi militum & equitum comparatus exercitus? Vbi armatorū copias? Vbi principis huius seculi ornamenta? Vbi equi phaleris pulchris ornati propter crebras præliorum contentiones ferocitate exultantes? Vbi currus triumphales? Vbi arma bellica? Vbi vestes sericæ gemmis distincte cla-*

rissimis? Vbi magnificentia regij apparatus? Vbi aureū diadema splendidis ac fulgentibus margaritis decoratum? Si diuinus vates mentis oculis aspexisset fore Christum temporalem regem, qui Hebræos esset opibus amplificaturus, & à dispersione corporali, ac Romana seruitute erepturus, dixisset: *Ecce rex tuus veniet tibi diuitijs affluens, potentia roboratus, militibus sptus, equo pulcherrimo vectus, fortibus armis munitus.* At nihil horum dicit, sed descripsit regem spiritualem omnemque eius apparatus spiritualem regi congruentem. Illud velim considerare, consuetudinem esse ciuitatum, recipere regem sub pretioso quodam operimento serico eleuato, quod pallium vocant. Cum sint reges terre, non autem cœli, detegunt illis terram, & cooperiunt cælum. Contra verò Christo Deo nostro in illo ingressu Hierosolymæ operuerunt terram ramis ac vestibus, cælum autem omni operimento nudatum reliquerunt: quoniā rex erat cœli sempiternus, rex autem terræ temporalis non erat, voluit hæc fieri, vt intelligeremus, regiam ipsius dignitatem non esse terrenam, & redemptionem nostram per illum animarum esse, quas à contagione impuritatis abstractas ad æternam beatitudinē perduceret. Ita illum expectabant antiqui patres: ita de eius aduentu vaticinati sunt diuini vates, nimirum spiritualem regem, & animarum redemptionem, cuius sanguine erant mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ. Diuinus citharedus eius redemptionis vim & rationem ijs verbis explicauit. *Isse redimet Israhel ex omnibus iniquitatibus eius.* Dicens ex omnibus iniquitatibus aperte indicauit, Christum fore animarum redemptorem. Hoc testificatur idem Messias apud Esaiam cap. 24. cum ait: *Deleni vt nubem peccata tua, & quasi nebulas iniquitates tuas: reuertere ad me, quoniam redemi te.* Eā ob causam idem vates gladium huius regis spiritualem fore ijs verbis capitis quadragesimi noni significauit: *Posui os meum vt gladium acutum.* De quo ait Dauid Psal. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* De quo proxime dixerat: *Speciosus forma i ræ plijs hominū, &c.* Pro quo paraphrastes Chaldaus habet: *Pulchritudo tua rex Messias.* Deinde si Christus fuisset rex temporalis, fuisset oleo vnctus temporali instar aliorum regum Iudææ. Solebant enim qui regis honore afficiebantur, oleo quodam vngi corporeo, vt multis in locis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt. Cum autem non temporalis sed spirituali oleo vnctus fuerit, perspicuū est, eum non temporalem, sed spiritualem regem extritisse. Fuisse autem vnctum oleo illo spirituali, copiose probat Eusebius Cæsariensis libro. 4. de demonstracione euangelica. Sed quid dico: Ipse Christus hoc asserit, cum ait apud Esaiam cap. 16. *Spiritus domini super me, eo quod vnxit me: ad annuntiandum mansuetis me misit, vt mederer contritis corde.* Et diuinus psalter eum alloquens: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consoribus tuis.* Vocabulum Deus priore loco in vocatiuo est, posteriore vero in nominatiuo, vt Aquilæ versio apertissime ostendit. Ac si dicat: *Te o Deus immense, o Christe sancte vnxit Deus tuus pretioso oleo spirituali longe vberius, quàm cæteros, qui sunt tui confortes.* Oleum lætitiæ interpretatur diuus Petrus cap. 10. Actorū apostolorum esse Spiritum sanctum, cum ait de Christo loquens: *Quem vnxit Deus Spiritu sancto.* Quod additur: *præ consoribus tuis:* explicatur à diuo Ioanne capite 3. euangelij, vbi Christus describitur accepisse spiritum non ad mensuram, quem credimus fuisse ad mensuram datum viris sanctis, qui hic confortes eius dicuntur. Nec possumus dicere non intelligi hunc locum de Christo, siquidem de illo diuus Paulus cap. 1. epistolæ ad Hebræos illud interpretatur. Hoc spirituale & diuinum Christi regnum eluxit mirabiliter die palchatis, quo ipse ad vitam rediit, sanctosque patres, qui in Limbo

Ioan. 6.  
Mat. 22.

Heb. 1.

Ioan. 1.  
Apo. 19.

Ioan. 18.

Zach. 9.

Psal. 109

Psal. 102.  
Ioan. 1.

Ioan. 8.

Mat. 21.

Psal. 119

Rom. 9.

1. Reg. 11  
& 16.

2. Reg.

Psal. 114

Aquila

Gene. 49

in Limbo detinebantur, ad vitam claritate micantes reuocauit. Id intuens animo Dauid illum alloquens concinebat: *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum.* Pro principio habent Septuaginta, archi quod & principium significat & principatum, siue regnum Vnde potest ita verti locus ille: *Tecum principatus in die resurrectionis tuae inter splendores sanctorum:* eorum scilicet qui cum Christo ad vitam reuertebantur.

Psal. 109

Psal. 102

Ioan. 1.

Ioan. 8.

De die illo cecinit idem vates: *Dominus regnauit, decorum indutus est.* Hic est dies, de quo dixit Christus cap. 8.

euangelij Ioannis: *Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gauisus est.* Præterea interrogatus Christus à Pilato an rex esset, interrogauit eum vicissim, vtrum illud à seipso diceret, an alij dixissent de illo. Ac si quæreret, de quo regno id intelligeret, de seculari & terreno, an de spiritali & cœlesti. Et vrgenti illum Pilato respondit, *se esse regem, sed regnum suum non esse de hoc mundo,* hoc est non esse illius generis, cuius sunt regna temporalia & caduca. Quid apertius dici poterat? Quid clarius? Ob eam causam titulus regni eius non ad ipsius pedes, sed ad caput fuit positus, quia regnum eius non temporale est, & cœlestum, nec terrenum, sed spirituale, altum, & cœlestum. Nonne aspicias hoc eius responsum conuenire? Nonne intueris Christum asseruisse se esse regem, sed non temporalem? Nec obstat Iudæorum obiectio dicentium, diuinos vates firmis consignasse monimentis Christum regnaturum Hierosolymæ, & in monte sancto Sion. Nā nō de vrbe illa vaticinationes intelliguntur, quæ erat diuinorum vatum interfectrix, quæ scimus esse euersam, & in cineres redacta: sed de ecclesia sancta catholica. Hæc est ciuitas Dei viuus ex lapidibus constructa *qui sunt veri Israelitæ secundum spiritum.* Vt ait cap. 9. epistolæ ad Romanos Apostolus. Instant nihilominus tamen multi asserentes fuisse temporale Iudæorum regnum ablatum, & per Christum restitutum. Ad cuius probationem locum illum citant patriarchæ Iacob cap. 49. Genesis: *Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium.* Nam pro, qui mittendus est, habet paraphrasis Chaldaica: Messias. Cùm autem Messias idē sit quod Christus, & Christus idē quod vnctus & per vnctū rex intelligatur, existimēt cōcludere, dixisse Iacob, tūc esse regnū Iudæis restituendū & confirmandum, cū venturus esset eorum rex, nimirum Messias expectatus. At vbi facit mentionem locus ille de rege temporalis? Nusquam quidem. Intelligi locum illum de Christo fateor: nam præter paraphrasis Chaldaicæ auctoritatem eum de Christo interpretantur Chrysostomus, Theodoretus, Diodorus, Eucherius, Albinus, & alij magni nominis authores. Sed nullus ex his talem ex eo infert consecutionem. Imò ego ex eodem loco contrarium probari contendo. Nam si Christus futurus fuisset rex temporalis, dixisset vtique sanctus ille vates & patriarcha, restituendum & confirmandum esse sceptrum in Iuda, quādo Messias veniret. At ille tantum abest, vt dicat esse confirmandū, vt potius asserat esse tunc auferendum. Insuper si in Iudæa regnaturus erat temporaliter, quorūm diceret Iacob: *Et ipse erit expectatio Gentium?* Dicitur enim erat: Et ipse erit expectatio Iudæorum. Cū autem dixerit, fore eum Gentium expectationem, apertè voluit significare eum futurum esse regem spiritualem in ecclesia non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gantibus, congregata: eiusque sanctum euangelium longè inter Gentes lateque propagandum. Nec mireris, eum cū sit rex credentium, vocari Iudæorum regem: id enim eam ob causam effectum est, quia natus fuit in Iudæa ex Iudæorum familia, ad quos præsentia corporali in persona propria missus fuit. Idē eorum peculiariter rex dicebatur. Dicitur etiam rex Iudæorum: quia, Iudæi idem sunt quod confitentur & laudantes: omnes enim veri Christiani Christum confitentur, & laudibus efferunt. Ablato à Iudæis dominio temporali venit spirituale: cessante sceptro caduco venit æternum: dempto regno terræ venit regnum cœli, de quo Christus dixit capite Matthæi 11. Peruenit in vos regnum Dei. Postremò confirmatur hæc veritas patrum testimonio sapientia & auctoritate præstantium: hi Christi regnum spirituale esse in ecclesia asseranter affirmant. Hi sunt Origenes homilia 30. in Lucam: Hieronymus in commētariis in primum caput Ecclesiasticis, & in caput vigesimum primū Ezechielis, & in caput vigesimū septimū Matthæi, & in caput primū Prouerbiorū: Augustinus tractatione quinquagesima prima in Ioannē & tractatione 117. & in lib. octoginta triū quæstionū: Gregorius Nyssenus in lib. de oratione: Epiphanius lib. 1. contra hæreses: Finus Hadrianus capite 10. lib. 5. flagelli Iudæorum: & multi alij authores illustribus laudibus celebrati. Aspicias igitur, Christum regem esse, sed non temporalem instar aliorum regum, esse quæ regnum eius æternum: iuxta id quod hoc loco Daniel perpetuis monumentis consignauit, *De monte abscissus est lapis sine manibus.* Mons hic est virgo sanctissima Maria. Ita hunc locum interpretantur Hieronymus, Theodoretus, Lyranus, Dionysius, Carthusianus, & glossa interlinearis, tamen aliter etiam ponat interpretationem. Dicitur autem Christus abscissus de monte sine manibus, quia de altissima virgine, quæ ob excelsam virtutum eminentiam & firmitatem mons appellatur, natus est sine operatione humana, sine viri complexu, sed Spiritus sancti gratia & virtute. Aspicias locū, vbi virginitas Mariæ, Dei genetricis prædicta fuit. Hunc admirabilem Christi ortum ex virgine purissima, prædixerat his verbis Esaias capite septimo: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod sonat nobiscum Deus.* De ea vaticinatus est Ezechiel capite 44. sub figura portæ Orientalis clausæ in æternum, per quam Deus egressus est: quia de sanctissima Maria perpetuæ virginitati consecrata natus est mundi saluator. Hanc perpetuam dei genetricis virginitatem adumbravit pura illa & veluti virginea terra, ex qua primus Adā typus futuri fuit mirabiliter formatus. Fuit etiam adumbrata, vt ait diuus Bernardus, in tubo qui ardebat, & non comburebatur. Et in virga Aaronis quæ absque naturali virtute fructum produxit. Capite quadragesimo Genesis vbi nos habemus: *Donec veniat, qui mittendus est.* habet litera Hebræa: *Donec veniat Siloh:* quod vocabulū potest deriuari à Silach, quod est mittere, & à Sil, quod est filius. Primam deriuationem secutus est noster interpres: secundā sequuntur alij veteres: *Donec veniat filius suus, vel filius sui.* Quis est hic, qui est filius sui, nisi Christus, qui est filius Dei? Cū autem in terra patrem non habuerit, sed matrem, est necesse dicendum, esse illam virginitate præditam. Ipse Deus ædificauit sibi humanitatem iuxta illud capitis non. Prouerbiorum: *Sapientia ædificauit sibi domum.* Deinde capite trigesimo eorundem Prouerbiorum ait ita Salomon: *Tria sunt difficilia mihi, & quarum penitus ignora: via aquilæ in caelo, via colubri super petram, & via nauis in medio maris, & via viri in adolescentia.* Pro quo in codicibus minimè correctis est *via viri in adolescentia.* Sed in codicibus emendatis & puris non est adolescentia, sed adolescentula: pro qua in Hebræo est Halmā, quæ vox virginem adolescentulam significat. Pro quo noster interpres: apud Esaiam capite septimo vertit virginem dicens: *Ecce virgo concipiet.* Vbi etiam Septuaginta virginem transfulerunt. Hæc via viri in virgine est conceptio Christi in vtero virginali, quam Salomon admirabatur. Et quoniam sacratissima Dei genitrix Maria fuit semper virgo, appellatur in Cantibus

Rom. 9.

1. Reg. 16.

2. Reg.

Psal. 44.

Gene. 49.

E e  
hortus Cant. 4.

hortus conclusus, & fons signatus. Quatuor sunt ortus: primus fuit hominis absque viro & femina, nimirum procreatio Adæ ex limo terræ: secundus ex viro absque femina, nempe procreatio Heuæ ex Adam, tertius ex viro & femina qui est communis hominum: quartus ex femina absque viro, qui est Christi ex virgine gloriosa. Maria Hæc est quarta illa generatio de qua illud potest intelligi, quod Deus dixit Abraham fore, vt generatione quarta reuerterentur eius filij ad terram promissionis, hoc est ad cælestem patriam, ad gloriam sempiternam, ad quam nemo ingredi debatur ante aduentum Christi. At postquam ille natus ex virgine, ingressuri erant illuc filij Abraham secundum spiritum qui sunt veri Christiani. Diuus enim Paulus capite quarto epistolæ ad Romanos vocat *Abraham patrem omnium credentium*. Et capite tertio ad Galatas. *Abraham autem pre promissionem donauit Deus. Et paulo post: Vt promissio, inquit, ex fide Iesu Christi daretur credentibus*. Omnes enim qui in Christi fide charitate formata decedunt è vita, ad cælestem patriam veram promissionis terram aut confestim si nihil habent, quod purgent, aut si habent, per purgati ingrediuntur. Aspicias igitur montem hunc ex quo excisus est lapis sine manibus, esse sanctissimam dei genetricem Mariam semper virginem, Diuus August. tractatione nona in Ioannem hunc locum explanans. De quo, inquit, monte præciditur hic lapis, nisi de regno Iudæorum, vnde dominus Iesus Christus secundum carnem natus est: Idem etiam ait tractatione prima in epistolam primam diui Ioannis. Diuus Ambro. sermone 70. Mons inquit, de monte sine manibus concidentium est filius de patre absque vilius creationis accessu. Hippol. hoc ad secundum Iesu Christi aduentum referendum putat. Et per illud, sine manibus intelligit repente, & inopinato. Ac si dicat: Non uehetur Christus per manus paulatim, sed in ictu oculi veniet mundum iudicaturus. Alij verba hæc, sine manibus, interpretantur, sine nostris operibus & meritis, sed misericordia sua iuxta illud Apost. ad Tit. cap. 5. *Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit*. Omnes has expositiones admittit hic locus, sed prima meo iudicio inter omnes vna eminet, alijs communior, & præstantior: & ad literam institutum accommodatior. Ea est Hesych. Hierosolymitani & multorum aliorum insignium authorum.

*Lapis sine manibus*. Hic lapis est Christus, de quo ait diuinus psaltes: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*. Nam ille quem scribæ & pharisæi tanquam lapidem inutilem, nullique loco aptum abiecerant, collocatus fuit in potiore & digniore ecclesiæ loco: est enim eius caput & rex. Hic locum interpretatur de se ipso Christus Iesus apud Matthæum cap. 21. Et de eodem Christo diuus Petrus 2. prioris suæ canonicæ. Et diuus Paulus capite secundo ad Ephesios. Eundem appellat etiam Esaias lapidẽ capite 8. dicens. *Erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel*. Et 18. *Eccẽ ego mitto in fundamentum Sion lapidem, lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento posuim. Qui in eum crediderit, non confundetur*. Appellatur fundamentum Sionis, quia super illum fundata est ecclesia nomine Sionis significata: & angularis, quia totum continet ædificium ecclesiæ, & duos parietes in vno angulo coniunxit, Hebræos scilicet & Gentiles, religione antea ac moribus discrepantes, quos in corpus vnu coagmentauit. De eo ait ca. 3. Zacharias: *Eccẽ lapis, quẽ dedi vobis: & super lapidem vnum septem oculi sunt*, Hoc est, septem dona Spiritus Sancti. Vel vt ait venerabilis Beda, super Christum vniuersitas scientiæ spiritualis inhabitat. Poteris per septem intelligere multos, & per oculos fontes: solemus enim fontes oculos

aquæ appellare. Est enim Christus plenus fontibus misericordiæ. Fuit etiam Christus adumbratus in lapide, qui virga percussus vim aquarum profudit, de quo ait apostolus cap. 10. epist. 1. ad Cor. *Petra autem erat Christus*. Et in lapide, super quo Iacob posuit caput, quem vnxit, & erexit in titulum. Ita locum illum interpretatur Cyrillus Alexandrinus dicens: *Lapis à patriarcha vnctus Christus est: erectus est autem, quia à mortuis resurgens super cælos ascendit*. Et gregorius 1. Regum. Hic est lapis, quem Paulus in laudem fidelium prædicat, dicens: *Ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu*. Similiter Isidorus, & Rupertus interpretantur.

*Et comminuit testam & ferrum*. Hoc est, euertit totam statuum, per quem quatuor regna significabantur. Ratio autem quare Daniel de his tantum quatuor regnis seu imperiis mentionem facit, est propter eorum potentiam & præstantiam: & quia ab illis erat Iudæis diuersis temporibus affligendi.

*Il Deus magnus*. Hic est, quem montem magnum paulo antea vocauit. Christus enim Deus noster est rex regum, vt verbis vtat Apocalypsis Ioannis, & dominus dominantium. De eo ait capite secundo Esaias: *Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi*. Ad Christum enim alij eunt paulatim diuitijs onusti: alij vehementer & festinanter vacui curis seculi & opibus: qui instar fluuiorum rapidorum ad Christum fluunt. Illud psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini*: potest verti ex Hebræo: *Accedite ad illum, & fuit*. De hoc monte magno qui terram impleuit, & ingentia edidit miracula, ait Dauid psal. 71. *Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: & benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat*. Et ipse apud Malachiam capite primo: *A solis, inquit, ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*. Appellatur Deus magnus ad falorum deorum differentiam, qui parui sunt: eius autem magnitudinis non est finis

*Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam*. Tanta admiratione obstupefactus est ob diuinam maiestatem, quam in admirabili Danielis sapientia perpendebat, vt se abiecerit coram Deo, ruens in faciem suam.

*Et Danielem adorauit*. Non vt Deum, sed vt Dei seruum. Ac non tam Danielem, quam in Daniele Deum coluit, qui ei arcana somnij aperuerat. Vidi, quanta sit Dei potentia, qui effecit, vt ille qui reges domuerat, & magnam orbis terrarum partem suo imperio subiecerat, qui superbia inflatus omnia contemnebat, eum supplex animo humili veneraretur, & coleret, quem captiuum ex Iudæa secum duxerat. Porphyrius homo pestilens & audax, & acerrimus nostræ religionis hostis inuehitur in Danielem, quem vocat in crimen, eius splendorem maculare contendens, quod à rege potentissimo se coli pateretur. Imò asserit esse totum hoc commentitium, nunquamque euenisse. Non intelligebat impius homo cultum hunc non Danieli, sed Deo in illo exhibitum ac tributum fuisse. Ipse enim Daniel ei dixerat, Deum cæli sibi mysterium illud indicasse. Quare statim rex: Verè, inquit, Deus vester Deus deorum est. Ac eum coluit in diuino illo vate. Id quod Alexandrum Magnum fecisse in pontifice Ioiada Iosephus libro antiquitatum vndecimo testatur. Appellat autem Nabuchodonosor Deum cæli Deum deorum, quia ei ea patefecit, quæ dij Babyloniorum patefacere non potuerunt. Aut accipit deos pro regibus, optimatibus, & indicibus. Quemadmodum

Psal. 50.

Ester. 8.

Similia.

Prou. 13.  
Prou. 14.Gen. 24.  
Gen. 13.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

modum psalmographus, cum ait psal. 49. *Deus deorum dominus locutus est.* Dionysius tamen Areopagita in lib. de diuin. nom. deos aliquo modo vocare ait mentes illas cœlestes à materiæ concreatione separatas, quas Latini theologi Græco vocabulo angelos appellant. Et Plato asseruit inter Deum ac hominem medias quasdam esse potestates interstitas quæ ab aliquibus mentes, ab aliis genij: ab aliis spiritus, à nostris angelis vocantur.

*Reuelans mysteria.* Id est patefaciens occulta iis, quos diligit. Volens Dauid ostendere fuisse Deo charum, eum alloquens aiebat: *Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.*

*Psal. 50.* *Tunc rex Daniele in sublime extulit.* Hoc est tunc Nabuchodonosor magnis Daniele affectis honoribus, & è tenebris in lucem reuocauit. Suscepit Daniel amplissimos dignitatis gradus, vt illis Deo seruiret, & exules Hebræos mœrore leuaret. Quod in Mardocheo apud Assuerum factum esse diuinæ literæ in libro

*Ester. 8.* Ester memoria prodiderunt.

*qq Daniel autem postulauit à rege.* Noluit solus splendorem dignitatis obtinere: sed pro sociis orauit, cuius precibus fuerunt in honore ac decore constituti. Non obliuiscitur eorum, cum quibus ad Deum pias fuderat preces, & qui secum fuerant in discrimen capitis vocati. Eos voluit suæ prosperitatis efficere confortes, qui suæ calamitatis fuerant participes. Cum eorum virtutem haberet multis in locis perspectam & exploratam, ex nixus confidebat, nullum illis detrimentum honores illos allaturos esse. Vt tignis vehemens ligna in se conuertit: sic flamma diuini amoris opes & dignitates in suos vsus transfer. Et vt ille sarmentis augetur, & ascendit in sublime: sic illa diuitiis & honoribus accrescit, & propagatur. Intuens hoc Salomon: *Redemptio, inquit, anima viri diuitie sunt:* Et iterum *Corona sapientium diuitie eorum.* Ideo Deus Abrahamum, & alios quos charos habebat, multarum rerum affluentibus copiis ditauit. At plerunque diuitiæ dânum inferunt possidentibus: & viri iusti qui animum à contagione corporis segregarunt, semper in diuitiis graue pondus senserunt. Vbi de ipso Abrahamo ait

*Scriptura cap. 13. Gen. Erat autem diues valde in possessione auri & argenti:* habet alia versio: *Erat autem grauis vehementer. Diuitiarum pondere grauabatur.* Cum enim opes seculi sint, viro pio diuinæ philosophiæ dedito graues sunt. Et Eccl. cap. 8. ait: *Multos perdidit aurum & argentum, cordaq; regnum peruerit.* Et diuus Paulus ca. 1. prioris ad Tim. *Qui volum diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum diaboli.* Vt rota cum mouetur, quanto sublimius eleuatur à parte posteriore, tanto magis deprimitur ab anteriore: sic qui ad mundi honores, diuitias, & dignitates ascendit, quanto altius effertur à parte rerum prosperarum, tanto plerunque velocius cadit à parte virtutum. Itaque prosperitate alij meliores efficiuntur, alij peiores. Quemadmodum sole liquefcit cera, durefcit lutum: ita rerum humanarum splendore & felicitate vir pius benignior efficitur, impius autem insolentior redditur. Illud velim perpendas, & iterum ac iterum memoria repetas, tantam esse in rebus humanis varietatem, tantam inconstantiam, vt nemo sit, qui debeat in illis spem ac fiduciam collocare. Sapientes Babylonis illustri laude celebrati in puncto temporis iubentur occidi: & in summum capitis periculum accersiti intercessione Danielis liberantur. Daniel eiusque socij qui in silentio iacebant, captiui, afflicti, neglecti, subito eriguntur, & in excelsis dignitatis gradu collocantur. Vide Dei potentiam, de quo ait diuinus citharædus psalm. 112. *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.* Vt ligna in pro-

fundum gurgitis proiecta non diu ita latent, quin ad summum ascendant, & appareant in sublimi: sic viri humiles & pij virtutibus sepi non possunt diu abscondi: nam. Deus eos operiri non finit: quin potius eorum merita ita Deo ordinante eos extollunt, vt in omni hominum cœtu celebrentur. Sed intueri, quot bona ex impia regis crudelitate dimanarunt. Erat aduersus sapientes inflammatus furor, spumabat ex ore scelus, anhelans immanitatem, ardebant oculi, toto ex vultu crudelitas emicabat: ac ex hac ira intolerabili deduxit Deus admirabilia commoda. Daniel orauit pro inimicis, fudit ad Deum pias preces, sui ei patefactum somniū regis, ipse rex immanitatem deposuit, cognouit Dei sapientiam & bonitatem, coluit illum, intellexit mundi varietatem, & Daniele, eiusque socios debitis diuitiis ac honoribus amplificauit.

*rr. Ipse autem Daniel erat in foribus regis.* Hoc est, custodiebat aulam. Vel sedebat in porta regis, vt scilicet redderet ius. Acti dicat: Erat iudex. Solebant enim iudices in portis vrbium sedere, & iudicia agitare. Vnde cap. Deut. 17. ait Deus: *Si iudicium inter portas tuas videris verba variari, &c.* Et cap. 21. loquens de filio contumace, patri suo non obtemperante: *Apprehendent, inquit, eum, & ducens ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij Dauid psal. 125. loquens de viro iusto, qui nulla afficitur ignominia, cum in iudicio disceptat: Non confundetur, inquit, cum loquetur inimicis suis in porta.* Eodem modo accipitur cap. 5. Amos, cum diuinus ille vates iudices eos reprehendit, qui aduersus pauperes sententiam iniuste ferebant, dicens: *Pauperes deprimentes in porta.* Et cap. 8. Zach. dicentis: *Veritate & iudicium facis iudicate in portis vestris.* Et quia portæ vrbis erant loca publica, accipitur aliquando porta pro illis, vt apud psalmographum psalmo 68. *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta.* Hoc est in locis publicis. Et apud Amos quinto: *Odio habuerunt corripientem in porta.* Hoc est concionatorem vitia publicè reprehendentem. Et quia in portis ciuitatum erant arma & munitiones, accipiuntur portæ pro omnibus machinis & instrumentis bellicis, & copiis militum armatorum. Ad id alludere videtur Christus Dominus apud Matthæum cap. 16. cum ait: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Cum infernus sit veluti vrbs, cuius princeps est Lucifer, per portas eius intelliguntur arma dæmonum, cōsilia, artes & munitiones, quibus tyranni, & hæretici, & tetri homines scelerum maculis notati armati bella inferunt Ecclesiæ Catholice, quæ semper oppugnant, sed nunquam expugnabunt. Fortasse portas inferorū appellat homines impios, à quibus alij pendere videntur, qui non solum obsunt, quod ipsi corrumuntur, sed etiam quod alios corrumunt, plus interdum exemplo, quam peccato nocentes. Eâ ob causam portæ tartari appellantur, quia per eos multi illuc ingrediuntur. Apostolos portas cæli appellamus, quod eorū doctrina, vita, miraculis, exemplo, & intercessione multi intrent in cœlum, vbi Deo fruuntur. Ita enim ait cap. 21. Apocalypsis beatus Ioannes: *Habebat ciuitas, nimirum cœlestis, portas duodecim & in portis angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filium Israel.* Cognitum est enim & perspectum per duodecim tribus duodecim Apostolos significari. Præterea porta mortis idem est quod periculum capitis. Tunc aliquis dicitur in porta interitus esse, cum discriminibus expositus in periculo mortis versatur. Ita intelligitur versus ille Psalmi noni. *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie Sion.* Acti dicat: Tu Deus sancte me eripis ab imminentibus periculis, à Saulis insidiis, à cæde, quæ mihi minitatur,

ut te laudibus celebrem in locis publicis Hierosoly-  
ma. Vocatur etiam porta mortis & exitij vita conta-  
minata, & flagitiis irretita: contra vero porta vitæ di-  
citur vita seiuncta ab impuritate scelerum, & in vir-  
tute, & constantia, & recta viuendi ratione constituta.  
Ad id respexit Dominus Iesus, cum dixit cap. Matt. 7.  
*Intrate per angustam portam: quia lata porta & spatio-  
sa via est, que ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam.  
Quoniam angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam:  
& pauci sunt, qui inueniunt eam.* De hac porta scriptum  
est psalmo 117. *Hac porta Domini, iusti intrabunt per eam.*  
Et psal. 86. *Diligit Dominus portas Sion super omnia taber-  
nacula Iacob.* Vbi iuxta Hieronymi sententiam non lo-  
quitur Dauid de Sione terrena, nec de portis illius  
vrbis in monte illo sitæ, quas scimus esse in puluerem  
conuersas: sed de vita bene acta, de fide, spe, & chari-  
tate, cæterisq; virtutibus, quibus patet aditus ad cæ-  
lestem Sionem, ad æternam Hierosolymam vbi sancti  
admirabili splendore fulgentes requiescunt.

*Pagninus* 1. Est Deus in cælo reuelans mysteria. *Pagninus* ver-  
tit: Est Deus in cælo, qui reuelat secreta. *Alij*: Existit in cælo,  
Deus aperiens arcana. *Quæ in idem recidunt.* Hoc capite ar-  
canum, secretum, mysterium pro eodem accipiuntur. Verbum  
*חָלַב* Galah pro quo Latinus noster interpretis vertit reuelare,  
significat indicare, illustrare, aperire, migrare, excedere, captiuum  
ducere, transferre. Quarto capite primi Regum ubi nos habemus:  
2. *Re. 4.* Translata est gloria domini de Israel, eò quod cap-  
ta est arca Dei: pro translata est, verbum est Galah. Ideo poterat  
verti: Captiua ducta est gloria domini ex Israel. Hoc verbo vitur  
Amos cap. 3. pro indicare & reuelare: Non facit dominus Deus  
verbum, nisi reuelaueris secretum suum seruis suis. Et pro capi  
Ezech. cap. 39. In iniquitate sua capta est domus Israel. Potest  
verti iniquitate sua capta est domus Israel. Metaphora sum-  
pta à domo, que si aperta est, præda patet, & direptioni committitur.  
Vt sit sensus: Populus Iudæicus amplissimus olim virtutum  
ornamentis locupletus aperuit ostia undique hostibus animo-  
rum, in qui eum irruentes illum spoliarunt, & cuncta que in  
bonis poterant numerari, illis abstulerunt. Et quoniam verbum  
hoc Galah significat indicare, dicuntur specula Gelonim, quod  
in illis oppositorum imagines aperte ac perspicue appareant, at-  
que proferantur, vultusq; inuentum sibi sibi indicentur. Et  
quoniam in Deo anima sancta multa vident, appellatur Deus  
cap. 7. Sapientia, speculum sine macula. Melius enim mentes  
separatæ diuina visione in cælo fruentes vident solem, &  
lunam, & reliqua sidera, monimenta manuum diuinarum  
semper eterna, in diuina essentia, quam cum in corporibus versa-  
*Psal.* 8. bantur. Id voluit diuinus ac regius vates significare, cum dixit  
psalmo octauo: Quoniam videbo cælos tuos opera digi-  
torum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti. Ac si  
diceret: Cum animus meus è corporis vinouis euolauerit, & in-  
genti gaudio affectus in sedes illas cælestes ac pulcherrimas, &  
splendidissimas oras tuas peruenierit, admirabilem tui numinis,  
caterarumque scientiam obtinebit. Tunc enim Deus sancte in-  
tuebor cælos tuos, altissimum illud domicilium, præclarumque  
opus manuum tuarum, atque luna, & stellarum candorem, quæ  
globosæ & rotundæ circulos suos orbisque conficunt celeritate  
mirabili. Quandiu enim animus in terra corpore circumfunditur,  
à perfecta cogitatione non tantum numinis tui, sed aliarum  
etiam rerum longe abest, quod eius acies tenebris impedita hæc  
in terris non valeat perfecte intueri. In hunc mundum locum  
hunc interpretatur Gregorius Nazianzenus, qui ob admira-  
bilem Theologia eruditionem fuit ab antiquis Theologus nuncu-  
patus. Sed dices: Quare in hoc psalmo faciens Dauid men-  
tionem cæli, luna, & stellarum, non meministi solis? Nescio equi-  
dem: sed suspicor Dauidem hoc poema nocte condidisse, ac ceo-  
nisse, cum esset in solitudine, & rura peragrans in medio campi  
constitisset, unde calum pulcherrimum ac serenissimum, luna  
& stellis summo decoratum intuebatur: quod clarius sperabat  
in Deo speculo purissimo visurum esse.

2. Et cogitationes mentis tuæ scires. Septuaginta ha-

bent: *Et cogitationes cordis tui scias.* Pro cogitationibus est in  
Chaldeo: *חָבַב* Rabeione, a verbo *חָבַב* Kabah, quod signi-  
ficat cogitare, pascere, conterere, affligere, velle, amare, coniu-  
gere. Hinc *חָבַב* Reab significat amicum, voluntatem, cogitatio-  
nem: ut Psalmo 138. Intellexisti cogitationem meam de  
longe. Quod poterat verti: Intellexisti voluntatem meam  
à longè. Hoc est, cum adhuc ob opere longè abesset. Illud Car-  
ticorum 5. Talis est dilectus meus: & ipse est amicus  
meus. potest verti: Et ipse cogitatio mea: vel voluntas  
mea: vel amor meus: vel pascus meus. Id enim quod vni-  
cè diligimus, solet esse pascus animi nostri. Potest etiam verti: Et  
ipse est afflictio mea: nam dilectio animo se penumerò an-  
xietatem affert, & dolorem. Illud etiam Ecclesiasticus cap. 1. Ecce  
omnia vanitas & afflictio spiritus: potest Latine reddi:  
Ecce omnia vanitas, & cogitatio venti. Nam pro spiri-  
tu in Hebraico est Ruach, quod spiritum significat & ventum.  
Potest quoque transferri: Ecce omnia vanitas, & pascus  
venti. Hoc est, & cibus inanis, & pascus vanitatis, qui nec sa-  
tiat, nec sustentat: sed admittitur, & euanescit. Ille animus vèro  
pascitur, qui vanitate delectatur, ille autè pascit ventum, qui per-  
dit oleum & operam, quires aggreditur & molitur vanas, nul-  
liusq; utilitatis. Ita intelligitur illud Osee cap. 12. Ephraim  
pasci ventum. Pro quo alij vertunt: Ephraim pascit vètus:  
iuxta id quod ait cap. 22. Ieremias, Omnes pastores tuos  
pascet ventus. Quod ita etià transferri potest: Pastores tuos  
affliget ventus. Vel gubernacores tuos consumet vè-  
tus, seu vanitas. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Oes  
rectores tui dispergentur in omnem ventum. Potest  
etiam verti: Omnes pontifices tui cogitabunt ventum. Vel om-  
nium præsulum tuorum cogitationes sunt vanitas. Vnde hic lo-  
cus Danielis poterat verti: Et pascus cordis tui cogno-  
sceres.

3. Et cogitationes mentis tuæ. Pro mente est in versione  
Græca Theodotionis *καρδία*, quod proprie significat cor. In  
Chaldeo est Libbac. Hebraicum est *לֵב* Lebab, quod etiam cor  
significat. Sed plerumque mens & cor pro eodem accipiuntur.  
Hoc nomine vitur Ecclesiastes cap. 10. cum ait: Cor sapien-  
tis in dextera eius. Vbi cor accipitur pro sapientia, quæ est in  
corde iuxta illud cap. 1. 4. Proverbiorum: In corde prudentis  
requiescit sapientia. Vt sit sensus: Sapientia iusto est cum bo-  
nis operibus coniuncta: opera enim per manus intelliguntur: &  
opera bona per dexteram. Vel sic, Cor sapientis est ei prepara-  
tum ad intelligendum & diligendum, ut dextera ad operan-  
dum, quæ semper est apta ad efficiendum opus. Et quoniam cor  
est in medio corporis: accipitur pro medio cuiuslibet rei, ut psal.  
45. Transferentur montes in cor maris. Et cap. 27. Eze-  
chielis: In corde maris sita. Hoc est, in medio maris: vel intra  
mare. Et Matth. 12. In corde terræ. Hoc est, intra terram. Mat. 1.  
Illud psal. 85. Letetur cor meum, ut timent nomen tuum: potest  
verti ex Hebræo: Vni suæ congrega cor meum, ut timeat  
nomen tuum. Vel ut Hieronymus transtulit: Vnicum fac cor  
meum. In Hebræo est *לָחַב*, quod significat vire, & in vni  
conducentur. Septuaginta autem posuerunt: *ἐὸν ἄρῳ*, hoc est  
latetur. Sed dices: Si in Hebræo est, vitur cor meum: quare  
Septuaginta verierunt, Letetur cor meum? Rectè quidem:  
intellexerunt enim pacem & concordiam, & spiritus vniatem  
esse veram lætitiã, & admirabilem cordis oblectationem. Hoc  
eodem vocabulo Lebab vitur sponsus Cant. 4. dicens: Vulne-  
rasti cor meum foror mea sponsa: vulnerasti cor meum  
in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Vel  
ut potest verti: & in vno torque colli tui. Pro crine enim  
Septuaginta, & post eos Pagninus, & alij torque transtulerunt.  
Loquitur Deus cum anima py hominis, qui pius lachrymis &  
virtutum ornamentis Deum ipsum mouet, & more humano si-  
gnificat se his rebus sauciari. Sed quoniam verbum significans  
vulnerare, significat etiam rapere, potest verti locus hic: Rapui-  
sti, vel abstulisti cor meum. Qui enim vult significare alicui ar-  
dentem amorem, quo illum prosequitur, huiusmodi vitur ver-  
bis, ut perspectam erga illum, sed tamen dulcem & anxiam  
eharitatem præ se ferat. Fortasse alludit his verbis Dominus  
Iesus ad vulnus lateris, quo confectus ac saucius, quanto nos  
amore

2. Par. 9.  
2. Par. 26  
2. Par. 33

2. Par. 33

Iere. 21

Ecl. 11

Mat. 1  
Psal. 8

Cant. 4

amore prosequeretur, ostendit. Eam ob causam dicit: Vulnerrasti cor meum, ut lateris vulnus significaret. Et quia nomen hoc significat cor, poterat verti locus hic Danielis: Et cogitationes cordis tui.

3 Tu rex videbas. Pro videre est in Chaldoeo **רָאָה** Chaze, quod significat videre. Vnde Chazon significat visionem, & vaticinationem: ut Esaiæ. 1. Tisio Esaiæ filij Amos. Et Nahum. 1. Liber visionis Nahum. Vnde videns idem est quod diuinus vates: ut 1. Reg. 9. Num hic est videns? Et eodem capite, Qui propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.

Et 2. Paralipomenon 9. In visione quoque; Ad do vidētis. Et 26. In diebus Zachariæ videntis. Et 33. Verba quoque videntium qui loquebantur, videns dicitur Hebraicè Chozai, vel Hozai. Vnde id quod est cap. trigessimotertio secundi Paralipomenon: Scripta sunt in sermonibus Hozai: potest verti: Scripta sunt in sermonibus videntis. Vel scripta sunt in commentariis diuinorum vatum: ut sit singulare pro plurali more Hebræorum. Fortasse erat Hozai nomen propriam alicuius historici, cuius liber non extat: in quo res gesta regis Manassis erant monumentis consignata.

4 De monte abscissus est lapis sine manibus. Potest verti: sine operationibus nimirum humanis. Manus enim que Hebraicè dicitur **יָד** Iadh, operationem significat, ut primo capite ostendimus. Pro lapide est in Chaldoeo **אֶבֶן** Eben, quod vocabulum præter alia significat perpendiculari, quo utuntur architecti & adificatores. Pro quo noster interpres apud Zachariam capite 4. lapidem stanneum vertit. Et prouerbiorum 20. pondus dicens: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud Deum. De testatur enim duo pondera inaequalia, quando affectu ducti duobus idem merentibus diuersa largimur præmia, aequalitatem in qua iustitia consistit, non obseruantes. Metaphora, est à dolosis mercatoribus sumpta, qui duo habent pondera, vtraque falsa, alterum, quo emunt, alterum, quo vendunt. Hoc eodem vocabulo, Eben, vitur Iacob Genesis 49. cum benedicens filium suum Ioseph: Dissoluta, inquit, sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel. Hieronymus ab oleastro in suis eruditus in Genesim commentariis hunc locum interpretatur de tribu & familia Iosephi, in qua fuerunt excellentes sagittarij, qui arcui dediti sagittis hostes consugebam, & roborantes ac extendentes brachia manuum suarum tendebat arcum de manu

Dei, qui est fortitudo Iacob: ex qua tribu est Ioseph, qui fuit pastor Iacob cibando eum, & lapis, id est fortitudo Israel defendendo ipsam. Pulchra quidem expositio, & satis literalis. D. Hieronymus explicans, verba illa: Inde pastor egressus est lapis Israel. Ex semine inquit, Ioseph tribus nascetur Epitram fortis & stabilis instar lapidis durioris inuicta, imperans quoque decem tribubus Israel. Hoc ideo ait, quia Ieroboam rex Israelis fuit ex tribu Ephraim, qui à Ioseph genus ducebat. Idē fere ait Rupertus abbas. Vera profecto sententia, nullog modo improbanda. Ego existimo loqui Iacobum de vinculis, in qua Ioseph fuit coërcens, quando eum libidiosa illius domina turbulenti flagitiorum stimulis concitata apud Putipharem ad periculum capitis vocauit. Vincula illa, & ea quibus eum fratres ligauerant fuerunt Gene 39. à Deo mirabiliter soluta. Id quidem est, quod ait: Per manus potentis Iacob: hoc est operatione Dei, qui dedū fortitudinem Iacobo. Id autem quod sequitur: Inde pastor egressus est lapis Israel hanc meo quidem iudicio habet intelligentiam. A quo forti Deo Iacobi, à quo Deo qui est fortitudo Iacobi, egressus est Christus, qui est pastor, & firmissimus lapis ac fundamentū ecclesie. Duplex est filij Dei egressus, alter ab aeterno: de quo ait Mich. 5. Egressus eius ab initio, à diebus aternitatis: alter in tempore: de quo ait psalmo 18. David: A summo caelo egressio eius: & occurfus eiusque vsque ad summū eius. Id est, quod ait libro 3. Damascenus: Confitemur duas Christi natiuitates, vnam aeternam, qua est ex patre, & alteram, qua est in ultimis temporibus propter nos. Ipse enim ait Ioānis decimo: Exiui à patre, & veni in mundum. Igitur per particulam, inde, intelligi à patre, qui est Deus Iacobi fortitudo. Vel inde, id est, à quo Iacobo egressus est Christus secundum carnem, qui est pastor, & fundamentū ecclesie. Ipse enim ait Ioānis decimo: Ego sum pastor bonus. Et de se apud Matthæum 21. locum illum psalmi 116. explanat: Lapidē quidem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Sed quia eben non solum lapidem significat: sed totum, potest etiam verti locus ille: Inde egressus est pastor totius Israelis. Aspicias locū, ubi Christus pastor & lapis appellatur. Ipse est lapis angularis, & diuinus pastor, qui vltro oblatus est morti, ut nos incursibus & rapinis diaboli tueretur. Ipse nos non solum cibo corporeo, sed etiā spiritali sustentat: qui eis quos diligit, tantum roboris largitur, ut nec verum aduersarium fulminibus terreantur, nec impiorū hominū oppugnationibus debilitentur. Itaque lapis ille, de quo loquitur capite 39. Genesis Iacob, est ille, de quo hic loquitur Daniel, nimirum Christus Deus noster.

## Argumentum capitis. III.

Nabuchodonosor rex Babylonis tetrus ac crassus tenebris circumfusus, caeca temerariaque amentia commotus statuam auream in loco celebri collocavit, præcipiens ut omnes ei cultum Deo debitum exhiberent. Cumque alij eam summa colerent religione, tres Hebraei Anania, Azarias, Misael diuini numinis fide & amore incitati eam colere recusarunt. & aluerunt enim vitam in discrimen adducere, quam religionem labefactare. Quam ob causam fuerunt in summum capitis periculum vocati, & ab impio rege superbia inflato, ac ira inimica concilio camino incenso damnati, & camini ardentis coniecti. At siammis expositi nullū ab illis acceperunt detrimentum: quin potius in acti in medio earū ambulabant, Deū summis laudibus asserentes, hymnisque suauissimis celebrantes. Id intuens Nabuchodonosor eos inber educi è fornace, & miraculo vim naturæ superante explorato, ac planè perspecto, veri Dei potentia confiteatur, cuius numine & providentia omnia gubernantur. Illud est aduertendum, huius capitis historia aliquid habere vaticinationis, cum in ea scriptum sit apparuisse filium Dei, ut tres pueros eriperet à flammis: Venturus enim erat Christus hominum genus liberaturus.

## CAPVT. III.

**N**a Abuchodonosor rex fecit <sup>b</sup> statuam auream <sup>c</sup> altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex: <sup>a</sup> & statuit eam <sup>e</sup> in campo Duran prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex <sup>f</sup> misit ad congregandos <sup>g</sup> satrapas magistratus, & iudices duces, & <sup>h</sup> tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, ut conuenirent <sup>i</sup> ad dedicationem statuae, <sup>k</sup> quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti: & vniuersi principes regionum, & ut conuenirent ad dedicationem statuae, quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuae, quam posuerat Nabuchodonosor rex: & præco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus & linguis: in hora qua audieritis <sup>l</sup> sonum tubæ, & fistulæ, & citharæ sambucæ, & psalterij, & symponiæ, & vniuersi generis musicarum, <sup>m</sup> cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim <sup>n</sup> ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sanibuce, & psalterij, symphonie, & omnis generis musicorum, cadentes

tes omnes populi, tribus, & linguæ ° adorauerunt statuam auream, quam constituerat. Nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldaei, accusauerunt Iudæos. Dixeruntque Nabuchodonosor regi Rex in æternum uiue. Tu rex posuisti decretum, vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphonix, & vniuersi generis musicorum, posternat se, & adoret statuam auream: si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi, r quos constituisti super opera regionis Babylonæ Sidrach, Misach, & Abdenago, viri isti contempserunt rex decretum tuum, Deo tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant.

## EXPLANATIO.

**a Nabuchodonosor.** Magna est hominum mutabilitas, incredibilis varietas, longè latèque patens animorum in constantia. Rex ille Babylonius qui supplex ad Danielem accesserat, in quo verum Deum coluerat, vt in fine capituli superioris explanauimus: nunc vanitatem colit & superbiam veræ gloriæ expultricem: cui nullus auditus referatur ad æternas sedes mentium beatarum. Ait enim Dauid psalmo vigesimotertio: *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam. Quæ vltima verba possunt verti ex Hebræo: Qui non exiit in vanitatem animam suam.* Hic autem vanitate elatus statuam auream sibi statuit, vt in ea coleretur, & cultum diuino numini tribuendum arroganter vsurparet. Detestabilis quidem & execrabilis veritatis obliuio. Paulò antè propriam fragilitatem & imbecillitatem cognoscens se coram Daniele prostrauerat, verique Dei potentiam prædicauerat: modò harum rerum oblitus diuinitatè sibi arrogat, & vsurpat. Cùm exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscribat, magna sibi & immortalia, sed vanat atque inania spe falsa inductus pollicetur. Perpende principum cæcitatem, & eorum quos ipse singulari amore prosequitur adulationem. Holophernes princeps militiæ Nabuchodonosoris, non huius, sed alterius, qui multo post regnavit, ægrè ferens Achioris verba, quibus veri Dei potentiam prædicabat, non esse alium Deum dixit, præter regem Nabuchodonosorem, vt capite sexto Iudith scriptura commemorat. Describens Ezechiel capite 28. regis Tyri superbiam: *Elevatum est, inquit, cor tuum, & dixisti: Deus ego sum.* Ille aperte dixit se esse Deum hic autem statua sibi ponens colendâ, diuinitatem sibi tribui desiderabat. Huic similis fuit Caius Caligula Romanorû imperator, qui simulachrum sibi fecit statui, præcipens, vt ab omnibus coleretur: vt ait libro decimo octauo antiquitatum Flauii Iosephus.

**b Statuam auream.** Ex auro eam confari iussit superbissimus rex ad maiorem diuitiarum suarum ostentationem, inanem gloriam, & insolentem vanitatè. Fortasse ideo ita instituit, vt qui eum colere recusatè, saltè colerèt aurum ipsum. Aurum quo rex famulos suos alere deberet, pauperes reficere, tēpla vero Deo cōstruere, & regnum suum in pace, & iustitia continere & sustentare, in fabricanda vastas statua suæ vanitatis demonstratice consumebat. Quærebat gloriam, sed falsam & inanem. Vera ac solida gloria est virtutis splendor, consentiens laus honorum, incorrupta vox benè iudicantium de eccellente honestate. Huius gloriæ studio plerique trahuntur mortales: nam etiam philosophi in libris quos de contēnenda gloria scripserunt, nomen suum literis consignarunt. In eo ipso in quo laudem nobilitatēque despiciabant, se laudari desiderabāt. At vera & grauis gloria in falsæ, & leuis gloriæ contempatione ac despicentia consistit. Id non intelligens Nabuchodonosor statuam sibi auream statuit, quæ ab omnibus summopere coleretur.

**c Altiudine cubitorum sexaginta.** Ingens profectò simulachri aure magnitudo. Cubitus est curuatura brachij, & accipitur pro genere quodam mensuræ, quod

pro diuersitate regionum variam habet longitudinē. Vitruuius lib. 3. ait cubitum cōstare ex sex palmis, hoc est digitis viginti quatuor: palmus enim de quo loquitur, quatuor habet digitos. Idē asserit Petrus Apianus, & post eum Gēma Phrysius in lib. cosmographico. Sunt etiam alij cubiti maiores, auctore Herodoto, de quibus fortasse intelligitur hic Danielis locus. *Et statuit eam.* Posuit eam in campo magno, vbi ab omnibus videretur, & coleretur. Sed quid mirum hominum idolorum cultorem id fecisse cū Hebræi in lege diuina instructi aurum suum in statuis idolorum conflandis profunderent? Hoc obiiciebat illis Deus iis verbis apud Oleam capite secundo: *Argentum multiplicauit eis, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Acli diceret: Cōtuli in eos multas opes: at illi multiplicatum argentum & aurum quos eos amplificaueram, in conflandis ac ornandis idolis Baal consumpserūt. Et capite octauo: *Aurum suum & argentum suum fecerunt idola sibi.* Et apud Ezechielem septimo: *Ornamentum monilium suorum in superbia in pesserunt, & imagines abominationum suarum: & simulachrorum fecerunt ex eo.* Quid quæris? Egressi ab Aegypto per mare Rubram, vbi eos Deus insignibus prodigiis eius vim numenque sanctissimum declarationibus liberauerat, ipso Deo repudiato fecerunt vitulum ex auro, quem pro Deo coluerūt. Vide quam citò oblitus fuerunt immortalium illorum beneficiorum, quæ paulo antè Deus in eos contulerat. Hi sunt fructus auri & argenti cæterarumque diuitiarum, quando possessores maculis scelerum notati eius muneris obliuiscuntur, cuius efficiendi causa eis Deus naturam compotem rationis & cognitionis impertiuit. Si homines ex auro non constant statuas, certè multi ex illis ipsum aurum colunt, & vnice diligunt. Id intelligens Ecclesiasticus capite octauo: *Multos, inquit, perdit aurum & argentum, & vsque ad corregum extendit, atque conuertit.* Vel vt alij vertunt: *Et corda rogam peruertit.* Et capite trigesimo primo: *Qui aurum diligit, non iustitiam habuit: & qui insequitur consumptionem, replebitur ea. Multi datus sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio eorum. Lignum offensionis est aurum sacrificantium: & illis, qui sequuntur illud: & omnis imprudens peribit in illo.* Hæc tibi. Aurum sacrificantium vocat, quia illud tanquam idolū illi colunt, qui cæcæ cupiditatis animorū dominatricis stimulis concitantur. Huiusmodi hominibus dicebat Ieremias cap. sextodecimo: *Seruietis diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Acli diceret: Dabit opera diuitiis, illis ministrabitis, quibus veluti diis cultū exhibebitis. Ideo diuus Paulus cap. 3. epist. ad Colossenses: *Mortificate, inquit, auaritia, quæ est simulachrorum seruitus.* Et in epistola ad Ephesios quinto eandem repetit sententiam. Infima est profectò, & nunc irridenda, nunc miseranda auarorū conditio, qui ex auro, & diuitiis non habent nisi laborem, dolorē curas, anxietates, & ærumnas. *Perierunt,* ait Sophe. 1. *phonaïs, omnes inuoluti argento.* Vbi pro, inuoluti, est in Hebræo netile, quod vocabulum baiulos significat. Vt sit sensus. Peribunt ignibus æternis, descendunt ad cruciatus nullum finem habituros ij, qui diuitias cupidè & auarè cumulant, & retinent: qui velut baiuli alienorum ponderum premium

tur

tur labore, & sudant, nullum inde, aut exiguum lucrum reportantes. Paraphrasis Chaldaica pro inuoluti argento, vertit diuites & recte quidem: diuites enim auaritia laborantes non diuitiarum domini, sed baiulorum tantum sunt. Nescio, cur homines tot tantisque conflitentur in commodis propter pecuniam cupiditatem, quae nunquam expletur: nunquam enim satiatur diuitiarum sitis. Nam cupidi non solum auiditate augendi, quae habent, cruciantur, sed etiam amittendi metu. Nihil est tam abiecti animi, tamque demissi, quam diuitiarum stimulis agitari, & vinci: nihil illustrius praestantiusque, quam diuitias contemnere, si non habeas, si habeas ad beneficentiam, & virtutis opera conferre. Fateor equidem, diuitias per se malas non esse: nam ut recte obseruauit beatus Ambrosius, non in facultatibus crimen est, sed in abusu. Ut enim diuitiae impedimenta sunt flagitiosis: ita uis iustis sunt virtutis adiumentum. At considerata imbecillitate & deprauatione nostra periculosa sunt, & metuenda. Ut amigdalae auctore Plinio lib. 23. homines nutriunt, eorumque variis morbis medentur, vulpes autem interficiunt: sic diuitiae quae aliis vtilis sunt, & fructuosa, aliis detrimentum ferunt. Aliis medicamentum sunt, aliis venenum. Sed plerumque noxiae quidem sunt. Sed id perspicere nolunt diuites, quanto plus habent, tanto amplius desiderant. Et ut ait Iuuenalis: Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit. Ut enim ille quem momorderit situla animal venenatum, statim sitit, & quanto magis bibit, tanto ardentiore appetitione bibendi flagrat, ut aiunt: sic ille quem cupiditas vulnerauerit, sicut diuitiarum incenditur: & quanto ampliores comparat opes, tanto ardentius earum auiditiam accrescit. Quare diues appellari non debet: nam ut diuus ait Chrysostomus, si vis fieri diues, non augeas diuitias, sed tolle cupiditatem. Et Seneca: Diues est, non qui plus habet, sed qui minus cupit. Idem sentiebat Democritus, qui interrogatus quomodo quis diues fieri posset: Si, inquit, cupiditatem pauper fuerit: Ita hoc refert in sermonibus Maximus. Id quod etiam Cleanti attribuit Stobaeus. Ex quo efficitur, ut diues paupertate laboret: est enim simul & diues & pauper. Eam ob causam aiebat in Apocalypsi diuus Ioannes: *Dicis: diues sum, & locupletatus, & nullius ego. Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus.* Cur igitur diuitias concupiscimus, quarum affluentia est plena inopia, quarum desiderium est insatiabile, quarum possessio affert secum paupertatem? Sunt quidem illae contemnendae, quod anxiae sint, vanae, fluxae, incertae, & in casu sitae. De eo qui in illis spem fixit ac locauit, ait ita diuinus psalter: *Sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & praeualuit in vanitate sua.* Vel ut potest ex Hebraeo traduci: & nixus est in vanitate. Qui in vano nititur, decedit, & corruit. Non in diuitiis, sed in virtute, & fiducia in Deum nitendum nobis est ad spem beate viuendi. Haec permanent aetis defixa radicibus: at in mundi opibus nulla est constantia, nulla firmitudo, nihil solidi, & certi. Vnde apostolus capite sexto epistolae prioris ad Tim. *Diuitibus, inquit, huius seculi praecipue non sperare in incerto diuitiarum. Quid incertius diuitiis: quid fallacius: quid vanius?* Apud Matthaeum capite terdecimo ait Christus dominus: *Fallacia diuitiarum suffocat verbum.* Et Ecclesiastes capite secundo: *Coacernatis mihi argentum & aurum. Et paulo post: Cum me conuertissem ad uanissima opera, quae feceram manus meae, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem, & nihil permanere sub sole.* Et haec diuitiarum vanitas seculo solet afferre insolentiam & superbiam. Id intelligens Ezech. aiebat capite vigesimo nono: *Acquisuisti aurum & argentum in thesauris tuis.* Et paucis adiectis. *Elevatum*

est cor tuum in robore tuo. Hic est diuitiarum fructus, funestus ille quidem & venenatus. Beatus Gregorius ait, abundantiam rerum temporalium esse superbiae vicinam. Et diuus Augustinus: Morbus, inquit, diuitiarum est superbia. Quam ob causam mundi opes non sunt in bonis numerandae: sed potius despiciendae: praesertim quia ingressum impediunt caelestis patriae, & ostium ad aeternam beatitudinem intercludunt. *Achan quod auream regulam Iericho acceperit, fuit morte multatus: & quiete terrae promissionis minime potitus.* Iericho est mundus hic, regula aurea est eius potentia, & diuitiarum copia: propter quam nobis aditus ad gloriam sempiternam, quae est vera terra promissionis quietis plenissima, interdicatur. Id quod est capite decimo Prouerbiorum mandatum: *Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet:* ait Pagninus in Thesauro posse verti: *Et propter diuitias impios subuertet.* Ex quo colliges, esse plerumque diuitias causam exitij multorum, & aeternarum sedium impedimentum. Eam ob causam seruator noster: *Beati inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Et iterum: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Et rursus: *Non potestis Deo seruire, & mammona.* Et rursus: *Nolite possidere aurum, & argentum, nec pecuniam in Zonis vestris.* Et tandem: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare regnum caelorum.* Vbi diues cupidus cum camelo comparatur pondere sarcinae oppressio, qui opibus onustus non intrat per foramen acus, hoc est per viam arctam ad caelestia domicilia. Ut camelus non facile caput sursum efferat: ita diues difficile mentem extollit ad caelum. Et ut camelus auctore Plinio priusquam bibat, perturbat aquam, aliter potu non gaudet: ita cupidus nulla animi tranquillitate oblectatur, sed turbulentis perturbationibus, & vitae sordibus ducitur, & gaudet. Theophylactus per camelum intelligit funem, seu rudentem nauticum: cuius opinio fuit iucunda & plausibilis, & a iunioribus approbata. Eam sequuntur Ioannes Gagnarius, Franciscus Titelmanus, Ioannes Ferus, Ioannes Soarius, & alij: Non enim videtur tam apta similitudo ingressus animalis per foramen acus instrumenti sutorij, quam funis, seu rudentis. In Graeco est *νεκυν*, quod vocabulum & animal significat, & funem nauticum, cui anchora solet alligari a similitudine, ut mea fert opinio, cameli animalis tortuosi. Funis ille ex se integer & contortus fieri non potest, ut per foramen acus introeat: at si illum diffinueris, & in fila dissolueris, ingreditur filum unum, & postea alterum, & singula usque ad vltimum: & ingressis illis omnibus totus funis ingreditur. Eodem modo diues dum fuerit cum diuitiis colligatus & coniunctus, earumque caeca cupiditate irretitus & implicatus, in caelum haud quaquam penetrabit: at si eas diuiserit, si fila quaedam inter pauperes distribuerit, quaedam inter peregrinos, quaedam inter viduas, quaedam in captiuorum redemptionem erogauerit, quaedam in templorum sacrorum, & diuini cultus ornamenta, & alia huiusmodi munera pietatis, ac charitatis plenissima contulerit, poterit in aeternas caelorum sedes introire. Sed veteres auctores camelum pro animali tortuoso sarcinis apto in illo euangelij loco intelligendum ducunt. Hi sunt Hieronymus in caput sexagesimum Esaiæ, Augustinus in libro quaestionum euangelicarum. Chrysostomus & Euthymius in Matthaeum: & ante eos Origenes Adamantius Fortasse erat in muris Hierosolymae arcta quaedam porta vocata foramen acus: qua etiam si animalia ingredi possent, camelus tamen onustus ob magnitudinem & flexuosum dorsum ingredi non poterat, nisi onus deposuisset. Sed hac in re coniectura tantum ducor ad suspicandum.



candum. Sed siue loco illo euangelico accipiatur camelus pro animali, siue pro fune, utroque modo ostendit, diuites in cœlestem beatitudinem difficulter introire, nisi onus depouerint, aut in fila elemosynæ diuitias distribuerint. Eleemosyna enim munit viam ad gloriam sempiternam. Quemadmodum aquæ descendunt ad loca ima eorum plantas nutrientes, humorisque vitali educantes: sic diuitiæ debent ad pauperes abiectosque homines delabi, quos leuent inopia, & calamitate, atque beneficiis recreent & reficiant. Hi enim in causa sunt, ut diuites benigni, elemosynis dediti recipiantur in cœlum. Ideo ait illis dominus? Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Nec solum elemosyna obtinetur cœlum in vita altera, sed etiam in hac ipsa opes augentur. Ait enim Salomon capite Prouerbiorum decimonono: *Fœneratur Deo qui pauperis miseretur.* Et capite vigesimo-octauo. *Qui dat pauperibus, non indigebit.* Et Christus dominus Matthæi decimonono: *Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Liberalis & benignus erga pauperes domum sibi præparat in cœlo, & in hac vita amplificatur: & diues avarus hic eget, & postea in inferis sepelitur. Vt enim vermiculus sericus gignit ex se fila quædam, ex quibus conficit folliculum, in quo reconditus moritur: ita diues cupiditate & avaritia ductus ex suis opibus sepulchrum sibi in inferno construit & parat. Et impletur id, quod est apud Lucam capite sextodecimo: *Mortuus est autem diues, & sepultus in inferno.* Magna ex diuitiarum cupiditate damna oriuntur. Ea Giezius famulum Elisæi lepra percussit: Ananiam & Sapphiram perdidit: Iudam ad nefariam prodicionem duxit: & Iudæos ad crudelissimam Christi necem excitauit. Id intuens ait apostolus capite sexto epistolæ prioris ad Timothæum: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Et ut infelicitatû prima est diuitiarum cupiditas: ita beatitudinum prima est paupertas. Enarrans enim illas seruator noster incipit à paupertate dicens. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Si vis excellentem paupertatem videre, omnibus numeris absolutam, intueri Christi Dei nostri ortum, vitæ cursum, & interitum. Natus est in alieno & abiecto domicilio, ubi virgo Dei genitrix Maria, ut ait diuus Lucas 2. cap. *eum reclinauit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.* Ille cuius est cœlum & terrâ, nō habuit in diuersorio locum: quam ob causam in vili iacuit præsepio. Quis vnquam hoc cogitauerat? O pretiosum præsepium: ô felix domiciliû: ô ciuitas Bethlehemitica admiranda: *quàm gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei!* In illa paupertate nasci voluit totius vniuersi Imperator, qui totum mundum continet, & coerces, ut nos doceret, esse Christianam diuinamque philosophiam in paupertate, & diuitiarum ac vanitatum contempione constitutam. Perpende, ac memoria repete eius vitam, inuenias eam ortui respondere. Ipse enim ait cap. 9. euangelij authore Luc. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* Quid dicam de eius morte? Nudus, vestibibus spoliatus, in summa inopia constitutus excessit è vita. Qui terram herbarum viriditate, florûmque pulchritudine, variarumque plantarum ornamentis vestit, ac tegit, qui cœlos fulgentissimis stellis, splendidissima luna, & clarissimo sole reliquorum aëtherum principè, omniaque sua luce cōplente induit, & ornat, nudus animam efflauit. Quæ res vnquam fuit mirabilior? quæ gloriosior? quæ commendatior hominum memoriæ sempiternæ? *Cum esset diues, propter nos egenus factus est,* ut ait apostolus in posteriore ad Corinth. *ut illius inopia nos diuites essemus.* Qui

erunt homines tam inculti, & agrestes, qui non videant hunc tam admirabilem diuini amoris effectum? Quæ erit tam immemor posteritas, quæ tam ingrata litera reperientur, quæ hanc paupertatem pro nobis susceptam immortalitatis memoria prosequantur? Eâ imitati eius apostoli dicebant apud Matth. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Eam nos imitemur: & veram dignitatem in huiusmodi imitatione collocantes omnem nostrâ curam & cogitationem ad cōparandas animi diuitias cōferamus. Quid profuit Nabucho donofori Babyloniorum regi aurum suum, ex quo statuam sibi fecit superbiæ & vanitatis significatricem, quibus ipse ducebatur: Vtilius ei fuisset diuitiis carere, quâ illis tam intemperanter abuti. Motus avaritia cōgregabat diuitias, & motus impia vanitate eas in rebus impiis & vanis consumebat. Perpende eius superbiam. Ostenderit ei Deus in somniis statuam ex auro, argento, ære, ferro, & luto: ipse autem tanquam Deo se opponens statuam sibi facit non iis materiis, sed ex auro tantummodo totam conflata, ut sibi soli per caput aureum in alia statua significato diuitias, & altitudinem, & supremam dignitatem tribueret, & diuinitatem arrogaret.

f *In campo duran.* Ita vocabatur locus planus, in quo simulachrum illud collocatum fuit. Fortasse eam ob causam illud non in valle statuit, sed in campo plano, ne ab aliquo in monte constituto superari posset, sed ipsa omnes superaret.

g *Misit ad congregandos.* Nimirum ut statuam colerēt cultu patriæ, hoc est veneratione diuino numini debita. Non contentus plebeiorum hominum cultu conuocauit omnes principes, & optimates, & in dignitate constitutos, ut statuam sibi dedicatam supplices venererēt: & per eos seduceretur populus, qui solet principum facta imitari. Nam ut ait Ecclesiasticus cap. 10. *Qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Id intelligens diuus Matthæus cap. 2. *Turbatus est inquit, Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo.* Regis turbatio secum populum duxit. Sunt hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem grauiter scripta: *Quales in republica sunt principes, tales reliquos solere esse ciues.* Sanctus Ezechiel idem capite primo, & decimo dixit esse rotas, *quæ veluti animalium pedibus voluerentur:* quia per animalia illa possunt intelligi principes & pōtiffices, qui pede vno, ut aiunt, solent rotas, hoc est subditos mouere. Fateor esse nonnullos subditos tot sceleribus imbutos, tanta contumacia effrenatos, ut quanto nobiliores, iustiores, doctiores, & præstatiores vident esse præsules, tanto maiorem illis inuidiam conflant, & tanto crudeliore odio aduersus eos concitantur. Sed ego de illis loquor, qui solent imitari principes, & pontifices, & speculorum instar quicquid obicitur, imitantur. Ait Antonius Panormit. libro secundo de rebus gestis Alphonfi Aragonum regis dixisse eundem regem, principibus non modò sua causa à sceleribus abstinendum esse, sed etiam ne vitia sua in ciues suos infundatur. Et veluti ad solis motum heliotropium: sic populû in principis mores verti ac formari assererat.

g *Satrapas.* Vocabulum est Persicum significans præfectum prouinciæ, & virum inclytum, ac potentem.

h *Tyrannos.* Tyranni dicebantur quondam Reges: postea solum illi ita appellabantur, qui dominatum occupabant, & oppressam seruitute tenebant prouinciam, & vi ac imperio subiectos coercebant. At tyrannorum nomine hoc loco ij significantur, qui tributa regis vectigalia exigebat, aut qui ærarij & publicæ pecuniæ erant præfecti, qui quondam prouinciâs

Similitudo.

Luc. 16.

Prou. 19.

Prou. 28.

Matth. 19.

Similitudo.

4. Reg. 5.

Act. 5.

Mat. 26.

et 27.

Ioan. 11.

Mat. 5.

Luc. 6.

Luc. 2.

Psal. 86.

Matth. 27.

Mar. 15.

Luc. 23.

Ioan. 19.

1. Cor. 8.

Simile.

Similitudo.

Similitudo.

Luc. 4.

Simile.

provincias fortiebantur. Hi fortasse sunt, quos Romani appellabant quæstores, & modo Lusitani almoxarifex vocant.

**i** *Ad dedicationem statua.* Hoc est, ad erectionem & consecrationem simulachri. Voluit rex, vt quo die erigeretur statua, adessent principes & magnates, eamque cum solennitate venerarentur.

Simile.

**k** *Quam erexerat rex.* Nempè sibi ipsi. Vt quidam qui epulis oblectari solebant, eas postea ob morbum & sensus stuporem respuunt: sic Nabuchodonosor qui Dei potentiam, & Danielis virtutem & sapientiam in somnij interpretatione admiratus est postea amentia & superbia agritudine confectus, & diuinum remedium, & Danielis doctrinam parui pendit. Quare statua admirandæ magnitudinis sibi posuit, ad cuius cultum magnates & principes accersiuit. Et quemadmodum statua illa quanto maior erat, tanto maiori periculo erat subiecta, ita homines quanto altius ascendant, tanto citius corrumpunt. Fulminibus durius percipiuntur, & procellis vehementius exagitantur.

Similitudo.

**l** *Sonitum tubæ, & fistula, & cithara.* Tuba est musicum instrumentum incuruum, ex ære conflatum, cuius sonitu non solum milites in bello, sed etiam equi ad prælium excitantur. Vnde mori in sonitu & clangore tubæ est in prælio perire: vt Amos capite secundo: *Morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ.* Hoc est, rex Moabitarum, vocatus Moab prælio dimicans in certamine ipso interficietur. Quondam quemadmodum nunc nonnullis in locis solebant magistratus vti tubis ad populum congregandum, vt ex capite decimo libri numerorum constare videmus. Ait Iosephus Flavius libro tertio Antiquitatū fecisse Mosem duas tubas, quarum altera plebs congregabatur ad concionem, altera optimates ad consultandum de republica conuocabantur. Fistula est instrumentum ligneum multis foraminibus distinctum, flatu ac digitis dulcem sonum ædens. Cithara est parua lyra: est etiam aliud genus citharæ, quæ vulgo dicitur harpa: quæ est lignea, plena chordis, quæ ex vtraque parte conspecta manibus pulsantur. Sambuca olim vocabatur instrumentū quoddam ferreum aut æreum triangulare, quod virgula ferrea pulsabatur leuiori carminum generi adhiberi. Psalterium est quadratum, decem plerumque habens chordas crassitudine inæquales. Symphonia est ex ligno conflata, tota foris tabulis elaboratis cooperata, quæ ferro quodam in orbem manu traducto agitur, & sonum suum efficit. Vfus est Nabuchodonosor musicis instrumentis in erectione statua: vt homines ad eius honorem & venerationem excitaret. Idem fecisse Dauidem sed multo diuerso proposito, nimirum ad veri Dei gloriam, cum arcæ fœderis de domo Aminadab transferret, literæ diuinæ libro secundo Regum memoriæ prodiderunt.

Luc. 4.

**m** *Cadentes adorate statuam.* Hoc erat signum apud gentes diuini cultus, quem Theologi vocant latrām, seu adorationem latræ: quæ soli Deo debetur, vt Augustinus ait libro decimo de ciuitate Dei. Ided dicebat Dæmon Christo Domino nostro apud Matthæum 4. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Qui diabolum colunt, cadere dicuntur. Magna profectò ruina est, infelix casus, pestilens calamitans dæmoniis obsequium præbere, & idolis cultum soli Deo debitum tribuere. Idola autem sunt non solum falsorum deorum simulachra, sed omnia illa, quæ cōtempo vero Deo summè diligimus, in quibus summam felicitatem collocamus. Viri fide muniti, & charitate præditi Deum colentes in faciem suam cadebant, vt summam erga illum reuerentiam demonstrarent. Abrahâ enim, vt capite Genesis decimosextimo scriptum legimus, *visò Deo cecidit pronus in faciem suam.* In eo enim diuinum quoddam fidei lumen præcis illis tem-

poribus mirabiliter eluxit. Et Ezechiel sapientiæ ac virtutum ornamentis excultus, qui omne studium ad Dei gloriam celebrandam conferebat, cum Deum in animalium visione intueretur, cecidit in faciem suâ, vt ipse secundo capite testificatur. Eodem modo visa gloria domini capite 44. Et magi Orientales inuenientes *puerum Iesum cum Maria matre eius procedentes adorauerunt eum.* Inuenierunt illum, quia eum piè & ex toto animo quæsierunt, Reliquerunt enim terram suâ ab Oriente venientes. Nos quærimus eum, sed non inuenimus, quia non relinquimus terram nostram, hoc est deprauatam nostram voluntatem. De hac terra intelligi potest id, quod dixit Dominus Abrahæ: *Egredere de terra tua, & de cognitione tua.* Et Ecclesiasticus: *A voluntate tua auertere.* Itaque ided Deum non inuenimus, quia illum non ad eius modum, sed ad nostrum quærimus. Quærimus illum per superbiam, ille autem inuenitur humilitate: quærimus eum per cupiditatem diuitiarum, cum ille paupertate inueniatur. Eam ob causam non inuenimus eum, nec procedentes toto corde veneramus.

**n** *Vt audierunt omnes populi sonitum tubæ.* Hoc est, omnes qui aderant ex populis, diuersarum regionum: non enim adesse simul poterant omnes nationes. Forsitan per principes & magistratus veluti per populorū capita omnes populos intelligit. Nabuchodonosor erexit in regione Babylonica statuam, quam omnes colerent, & diabolus erigit in mundo vanitatem, quam omnes venerentur.

**o** *Adorauerunt statuam.* Qua in re grauiter errarunt: non est enim in rebus pestilentibus regi parendum. Sed non habuit rex ille hominem, qui illum à tam insana voluntate, & detestabili furore reuocaret. Non veros habebat amicos, sed adulescentes, qui etiam si libertatem monendi habere ostendat, nihil tamen minus faciunt. In Menandri comœdia inducitur commeditus Hercules clauam portans non robustam & grauem, sed inanem ac leuem. Sic adulescentes libertatem præ se ferunt, non solidam quidem & rectam, sed blandam & flexibilem: cum enim objurgare, aut hortari videntur, tum maximè blandiuntur: Fortasse aliquis ei veritatem dixit, & de insolentia illa monuit eum, sed obsurdesebat, & veritatē audire recusabat. Nullis itaque monitis eius aures patebant. Existimo non adesse tunc Daniele, aut fuisse morbo aliquo impeditum. Omnes igitur qui aderant, statuam coluerunt, quæ vocabatur Nabuchodonosor: ait enim Augustinus lib. 2. de mirabilibus sacra scripturæ, præcepisse impium regem, vt simulachrum illud proprio nomine diuino cultu consecraretur. Ipse rex statua erat & idolum sui ipsius, quoniam oculos habens non videbat, caput habens non intelligebat, nec de pernicie sua cogitabat. *Similes illis sunt qui faciunt ea,* vt verbis vtar *Psalmographi,* & omnes, qui confidunt in eis. Impius princeps seu præsul nisi refrænet libidinem, contemnat voluptates, coerceat auaritiam, cæterasque animæ labes repellat, statua potest rectè appellari. Eam ob causam Zacharias diuinus vates cum huiusmodi rectore loquens capite vndecimo, O pastor, inquit, ô idolum. Es enim foris aureus, intus vanus. Oportet bonum magistratum ne respublica labefacteretur, ferre opem patriæ, propriam salutem posteriorem salutis communi ducere, intercludere omnes seditio-num vias, castigare improbos, tueri bonos, hortari omnes ad decus, reuocare à flagitiis, seruare iustitiam & clementiam, amplecti humanitatem & temperantiam muniri labore in negotiis, fortitudine in periculis, industria in agendo, celeritate in conficiendo, sapientia in consultando. Sed ô infelices conditiones administrandarum prouinciarum, in quibus seueritas est apud homines periculosa, liberalitas ingrata: in quibus à multis

multis iustitia appellatur crudelitas, religionis obseruantia asperitas, sapientia stultitia: in quibus denique boni præfulis virtutes à nefariis subditis crimini tribuuntur. Poteris per musicæ dulcedinē proprias laudes intelligere, & adulationes te ipsum decipientes. Hæ sunt dulces sed pestilentes syrenarum cantiones: de quibus capite primo Prouerbiorum ait Salomon: *Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Et Esaias capite tertio: *Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Nulla est musica dulcior adulatione: qui eam audiunt, eique aures libenter præbent cadentes colunt propriæ vanitatis simulachrum. Poteris per Nabuchodonosorē hæresiarum aliquem intelligere, veluti Lutherum, aut Calvinum, homines detestabiles, Babylonicos, Nabuchodonosore pestilentiores. Hi statuam inanem conlarūt, perniciosam & funestam, nimirum libertatem carnis, & Mahumeticam licentiam, quam decepti homines venerantur. Et audientes sonum hæreseon humana eloquentia, delinitarum cadentes colunt simulachrum falsitatis.

p *Accusauerunt Iudæos.* Nempè Ananiam, Azariam, Misaelem. Chaldæi inuidia commoti, quod rex viros illos Hebræos pietate, & sapientia præstātes operibus prouinciæ præfecisset, eis odium inuidiamque conflare decreuerunt. Illos apud regem crimine defectionis, & contemptæ religionis deferre non dubitarunt. Verbebant illis crimini, quod obedientiam abiicerent, & statuam colere recusarent. At in iis quæ diuinis præceptis repugnant, non debemus principibus obedire. Primum præceptum Decalogi est: *Non habebis Deos alienos, non facies tibi sculptile, non adorabis ea, nec coles.* Quod est capite 20. Exodi mandatum. Et capite sexto Deuteronomij ait Deus: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs.* Quæ verba Christus attulit apud Luc. 4. Matthæum cap. 4. ad diaboli tentationem refutādā. Vbi adorare & seruire intelliguntur de obsequio & seruitute, quam theologi Latriam vocāt. Et quoniam quæ Nabuchodonosor præcipiebat, cum Dei præcepto non cohærebant, imò ab eo maximè discrepabant, maluerunt tres illi Hebræi mori: quā impio regi obedire. Illis terribilis est mors, quorum cum vita extinguuntur gaudia: non his, quorum laus emori non potest: quibus etsi exiguum vitæ curriculum natura circumscripsit, tribuit tamen Deus gloria pro rectè factis immortalē. Sed improbi Chaldæi inuidia ducti virtutum nomina vitiis tribuebant. Tres pueros illustribus præconiis dignos eam ob causam vituperabant, propter quam illos summis laudibus efferre debuissent.

q *Rex in æternum viue.* De hoc schemate differuimus capite superiore.

r *Quos constituisti.* Reuocant ei in memoriam honorem, ad quem eos euexerat, vt illum prouocent ad irā. Acti dicant: Vide qua te afficiant contumelia hi, quos tu in dignitate constituisti.

s *Sidrach, Misach, & Abdenago.* Hæc nomina posita sunt eis in Chaldæa ablati ac deleti propriis nominibus Hebræis, vt i. cap. ostensum fuit: inter se tamen propria nomina retinebant.

t *Deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti, nō adorant.* Quidam per statuam Deos intelligunt, idem esse existimantes non colere statuam, quod non colere Deos. At non idem est, vt mea opinio. Præter statuam enim illam habebat rex ille Deos, quos instar aliarum gentium colebat. Ad id dementia deueniunt gētes, vt infinitos Deos haberent, quibus dissidia, odia, homicidia, fraudes, iniusta bella, adulteria, infames ortus, & interitus, absurdas quærelas & lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, & alia detestanda flagitia tribuebant. Quæ tetrior cæcitas esse

poterat, quàm pro diis colere homines pestilētes, qui in ea crimina incidebant, quæ iustis legibus prohibētur, pro quibus homines grauitè puniuntur? Si de cōmentitiarum deorum factis, quæ historici, & poetæ literis mandarunt, cogitaueris, itupesces: & videbis statim, Deos illos quos immortales vocabant, non Deos, sed mortales fuisse, mortalium omnium teterrimos, scelerūque maculis notatissimos. Omissis aliis de Ioue solum quem præcipuè colebant, memoriam faciam: Hic patrem suum per insidias & summum scelus in vincula coniecit, & euirauit: & cum Iunone sorore sua turpem habuit cōgressum: & libidinis stimulis concitatus rapuit Ganymedē, & violauit Danaem, & nefariis aliis criminibus & inexpiabilibus labibus se contaminauit. Qui hæc de eo quem summū Deum appellabāt, fatentur, quid de aliis, quos inferiores putabant, fatebuntur? Sed non solum homines, verum etiam animalia rationis expertia pro diis colebāt. Ait Eusebius Cæsariensis de præparatione euangelica, & post illum Blondus de Roma triumphāte, solitos fuisse Aegyptios duces in bello ferre in galeis sculptas bestiarum imagines, quas parta victoria in numina referebant, ac Deos vocabant. Nec solum animantibus, sed lapidibus, & lignis, & aliis huiusmodi rebus sensus expertibus cultum diuinum tribuebant. Hesiodus asserit gentes triginta millia deorum coluisse. Idem testatur Enomaus in libro, quem ædidi de falsitate oraculorum gentium: & Blondus libro primo de Roma triumphāte, vbi citat Hesiodum idem testificantem: & Cælius Rhodiginus libro duodecimo lectionum antiquarum. Tertullianus Septimius in Apologético ait gentes habuisse triginta Deos Ioues appellatos: ad cuius probationem adducit Marcū Varronē id ipsum asserentem. Quæmadmodū qui solem nolūt videre, sed eius lumē refugiūt, & auerfantur, per multa inuia circumferūtur, & cadūt: sic qui verum Deum despiciūt, eiusque claritatem respuūt, in foueas ignorantis præcipites ruunt, & in erroribus intolerabilibus volutantur. Erat illis in profundo veritas demersa: ducti falsis opinionibus in caligine iacebant, quia erant illis omnia tenebris circumfusa. Sunt quædā specula ita ex partibus cōpacta & coniuncta, vt multas imagines vnus solius rei repræsentēt. Cū corpus speculo oppositum vnū sit, ipsū tamen speculū multa corporis spectra & simulachra ostēdit. Huiusmodi speculo similis erat vna gētium religio, quæ illis multos Deos esse asserbat, cū sit solus vnus, & hic sempiternus. Fides nostra verum est speculū vnum Deum verè repræsentans, & docens. De deorum vanitate & varietate multa literis mandarūt obseruatu dignissima Iustinus martyr in sermone exhortatorio ad gentes: & in libro de vnus principatu, & in apologiis pro Christianis: Athanasius in oratione aduersus idola: Eusebius Cæsariensis in libro de præparatione euangelica: Lactantius Firmianus in libris de diuinis institutionibus: Blondus in libris de Roma triumphāte: Alexander ab Alexādō in vltimo capite dierū genialium: Fulgētius in Mythologiis: Palæphatus in libro de nō credēdis fabulis: Albricus de deorum imaginibus: Phornutus de natura deorū: Nigidius Figulus: Soranus: Diodorus Siculus: Macrobius, & alij: ex quorū scriptis impiam gentium superstitionem & deplorandam cecitatem cognoscimus. Sed quamuis illi infinitam deorum colerent multitudinem: qui tamen inter illos sapientia & acumine ingenij præstabat vnum solum Deum esse constanter asserbāt. Id fatetur Trismegistus, cuius in libro de cognitione rerum diuinarum hæc sunt verba: Deus vnus est: vnus autem nomine non eget: est enim qui est sine nomine. Et in quarto dialogo Pymandri: Vniuersum, inquit, mundum verbo non manibus fabricatus est opifex: tu verò cogita illum præsentem semper

semper agentem omnia, Deum vnicum, volūtate sua cuncta continentem. Et iterum: Deus est monas, id est vnitas, omnium principium, radix, & origo. Et paulo post: Vnitas ergo Deus est omnem numerum continens, à nullo contenta. Antiqui gentium poetae quāuis deos carminibus celebrauerint, saepe tamen veritatis coacti fatentur omnia vnus Dei nutu gubernari & contineri. Tanta est enim veritatis vis, vt nemo sit tam stupidus, tam cæcus, qui non intueatur aliquo modo ingerentem se oculis diuinam claritatem. Orpheus poetarum vetustissimus verum Deum appellat protogonon, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint omnia creata. Natura & ratione ductus modo quodam intellexit esse Deum spiritum, aut mentem quandam, cœli ac terræ conditricem. Iustinus martyr citat hæc eius verba: Vnus est per se genitus: ab eo cuncta prognata sunt. Et in eis ipse superat, nec eū quisquam mortalium videt, at ipse omnes videt. Et paulo post: Vnus Deus in omnibus, quid tibi singula hæc eloquor? Citat etiam hæc sibyllæ carmina: Vnus Deus solus est, per magnus, ingenitus, omnipotens, inuisibilis, videns ipse omni. Lactantius in primo diuinarum institutionum ait veteres Romanos misisse legatos Erythras, qui carmina sibyllæ conquesta Romam deportarent: qua de re scripsisse Fenestellam ait. Et in his versibus quos legati attulerunt, ait esse sententiam hanc: Vnus est Deus, qui solus principatur, isque amplissimus, increatus. Et rursum: Solus Deus vnus eminentissimus, qui fecit cœlum solémque, & stellas, fructiferamque terram. Et Virgilius Latinorū poetarum princeps: Deum vocat spiritum & mentem, & creatorem, Aeneidos sexto, cum ait.

*Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes.*

*Lucentemq; globum lunæ, titaniaque astra,*

*Spiritus intus alit, totamque infusa per artus*

*Mens agit at molem, & magno se corpore miscet.*

Sophocles philosophus & poeta vnum Deum canit mundi creatorem dicens: Vnus verè, vnus Deus est, qui cœlum condidit, amplamque terram. Thales Milesius inter septem Græciæ sapientes numeratus asseruit Deum esse mentem, quæ ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras Deum dixit esse spiritum, qui per vniuersas mundi partes omnemque naturam cōmeans ac diffusus omnia creat. Chrysippus Deum dixit esse vim naturalem ac diuinam. Socrates quem Cicero ait philosophiam deuocasse è cœlo, & in urbibus collocasse, vnum esse verum Deum affirmabat. Quapropter ab Anyto & Melito delatus coniectus fuit in carcerem, & mortem subiit. Hæc fuit eius cædis causa, vt Iustinus philosophus, & Apuleius, & Aulus Gellius testantur. Veritate fretus, & patiētia munitus nec patronum quaesivit, nec supplex ad iudices accessit: quin potius adhibuit liberam constantiam à magnitudine animi inductam, non à superbia. Eius discipulus Plato vir eloquentia clarus, & philosophia admiratus in Timæo vnum esse Deum ait, mundi opificem, quæ admodum mundus vnus est, Et clarius in epistola quadam ad Dionysium. Aristoteles longè omnibus aliis philosophis (Platonem semper excipio) præstans ingenio, diligentia, & rerum naturalium cognitione, quāuis secum aliquando dissideat, vnum tamen spiritum mundo præesse asseueranter affirmat. Ac sententiam illam Homeri, non esse bonam principum multitudinem, præstare vnum esse, qui totius reipublicæ teneat clauum, videtur amplecti: nam libro metaphysicorum duodecimo ab humano ad diuinum principatum ascendens conficit & colligit vnitatem principis diuini, sicut & humani, qui diuini imaginè gerit. Vbi Alexander Aphrodisæus verba Aristotelis interpretas ita ait: Nec enim multorum principatus bonus est: sed princeps vnus, vnumque principium, quod quidem Deus

est. Nam vagantium sphaerarum causæ sunt illæ quidē mētes, sed participatione & voluntate à primo eodēq; beatissimo intellectu pendentes. Hæc ille. *Quemadmodum* in alueario inter apes vna obtinet principatū: & græues vnu sequitur ordine literario formam trianguli efficientes: & in bello vnus est summus Imperator: in naui vnus gubernator: in ciuitate vnus prætor: in corpore vnum caput: in regno vnus rex: in ecclesia vnus pōtifex maximus: ita in mundi fabrica & gubernatione vnus est opifex, vnus moderator, vnus rector, vnus denique Deus, à quo rerum omnium principia ducuntur: qui omnia creauit, omnibus consulit, non solum vniuersis, verū etiam singulis, qui qualisquisque sit, quid agat, quid ve cogitet, intruetur: qui piorū impiorūque habet rationem: cuius numine & prouidentia omnia gubernantur. Ideo Proclus & Nicomachus, & cæteri magni nominis philosophi eū primam causam appellarunt. Ac sunt, qui dicant, Aristotelem cum vocaretur ad exitum vitæ, has voces emisisse: Causa causarum miserere mei. Iamblicus in libro de anima, & angelo hæc verba scripta reliquit. *Quæ admodum* per intellectum nostrum diuinum attingimus intellectum: sic & primū vnum, à quo omnibus inest vnio per vnum, & tanquam essentia nostræ florem attingere licet: per quod sanè nostrum vnum diuino maximè iungimur. His aut aliis huiusmodi authoritatibus motus Plinius dixit: fœcordiam esse multos existimare Deos. Et rectè quidem: nam cum Deus sit infinitus & immēsus, fieri nō potest, vt sit alius Deus: infinitum enim aliud infinitum secum non patitur: similiter & immensum. Vna est per se summa bonitas, vna summa veritas, vnus Deus infinitus. Id intuentes antiqui illa Aegyptij, qui cæteros sapientia & solertia antebant, Deum totius vniuersitatis creatorem pulcherrimo hieroglyphico ostendebant. Aiebant eū esse veste cœrulea indutum, & manu vna tenere Zonam, altera sceptrum, & in capite pennam: vt testatur Eusebius libro tertio de præparatione euāgelica, & Cælius Augustinus in hieroglyphicis. Per vestem cœruleam cuius coloris cœlum esse videtur, significabant Deum esse cœli habitatorem, eiusdemque naturam à nostra vt cœlum à terra distare. Sceptrum significare volebant summam eius potentiam, & regiam dignitatē: Zona vero siue cingulo admirabilem eius prouidentiam, qua cœlum colligat & terram: & cuncta continet, & regit, Penna in capite significat Dei celsitatem, nō solum sensuum, sed etiam intelligentiæ nostræ capacitatem superantem. In ore huius Dei ouum pingebant ab eo productum, vt significarent mundum oualem figuram habentem fuisse ore eius creatum: iuxta id quod Psalmo trigesimo secundo ait diuinus vates: *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.* Hunc solum Deum colendum esse asserunt: nō plebeij & insipientes, sed qui inter eos ingenio eminebant, & sapientia præstabant. Hunc dicebant esse spiritū liberum, solutum, sempiternum, & segregatum ab omni concretionem mortis, qui omnia mouet, cum ipse non moueatur. Eius vitam esse astruebant, qua nihil beatius, nihil omnino bonis affluentius cogitari potest. Itaque eum vnum, & perfectum, & infinitum, & omnibus numeris absolutum prædicabant. Ex hac fortasse sapientium illorum doctrina accepit Pythagoras cerimoniam illam, quam postea tradidit, nempe esse Deum circumactu corporis colendum: quod fuit etiam Numæ Pompilij institutum, authore in hieroglyphicis Pierio Valeriano. Præcipiebant enim, vt priusquam aliquis Deum coleret, verteret se in orbē, & factō circulo cultum Deo exhiberet: quia illum venerabatur, qui per circulum figuram perfectam, nec principium habentem, nec finem, erat significatus. Trismegistus enim & Empedocles Deum asseruerunt

uerunt esse sphaeram sempiternam, cuius centrum est vbiq̄ue, & circumferentia nusquam. Ideo homines illi Deum colentes sphaeram quandam motu corporis efficiebāt. Quemadmodum à riuus ducimur ad fontem. ita gentiles illi à creaturarum contemplatione ad Dei vnus cognitionem, qui solus creator est, duci quidem poterant. Cùm in homine coherentem membrorum coagmentationem, & compositionem videmus, & tam congruentem concordiam & structuram, vt non solum membra ipsa inter se non pugnent, quim potius maximè cohæreant, & sibi vtrò citròque tribuant adiumentum, statim intelligimus esse animam in corpore, quæ omnia hæc moderatur & regit, etiam si illa oculis non pateat. Similimè viso admirabili totius huius vniuersitatis ordine, perspecta cœli & terræ apta dispositione & eccellente pulchritudine, si aduerterimus, confestim intelligemus esse vnum Deum, qui totam hanc mundi machinam regit, continet, sustentat, & coercet. *Inuisibilia enim Dei, auctore Paulo in epistola ad Romanos, à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur.* Vt per occultam lunæ influentiam mare mouetur, & regitur: ita per Dei prouidentiam mundus disponitur, & gubernatur. Sed hanc Dei vanitatem ex diuinis literis ostendamus. In libro Exodi capite tertio scriptum legimus dixisse Deum Mosi: *Ego sum, qui sum.* Pro quo Septuaginta habent *ἐγώ εἰμι ὁ θεός*. Hoc est, *ego sum illud ens.* Et Paulò pòst vbi nos habemus: *Qui est, me misit ad vos: habent illi: illud ens me misit ad vos.* Deus est ens per se, & independens, vt ita dicam: omnia autem alia quæ entis nomine gaudent, sunt entia dependentia, & participatione. Cùm autem iuxta veram philosophorum sententiam ens & vnum conuertantur, quod est per se ens, erit per se vnum. Cùm autem Deus sit ens per se, & ex sua natura, perspicuum est, eum esse vnum per se. Hoc est vnum illud, de quo ipse dicebat apud Lucam. *Porro vnum est necessarium.* Est autem Deus vnus, non solum quia vna est eius natura, sed etiam quia eos vnit, & secum coniungit, quos diligit, & à quibus summè diligitur. Nam ipse est amor increatus & sempiternus: amoris autem natura est coniungere, & ex multis vnum efficere. De eo ait diuus Ioannes capite quarto suæ canonicæ: *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Vnitas enim est Symbolum amoris & mutua charitatis imago. Sed vt vnitas potest esse sine numeris, numeri autem sine illa esse non possunt: sic Deus potest esse sine creaturis, illæ autem sine eo nullo modo. Id quod facer Dionysius Areopagita in libro de diuinis nominibus obseruauit. Et vt ait Cassiodorus in primum Psalmum: ab vnitate ita numeri egrediuntur, vt in eam reuocentur: Capite sexto Deuteronomij sunt hæc verba: *Audi Israel: dominus Deus noster Deus vnus est.* Et paulò pòst: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues.* Et capite trigesimo secundo. *Videte, quod ego sum solus: & non est alius Deus prater me.* Et Dauid Psalmo decimosextimo. *Quis Deus, inquit, prater dominum? aut quis Deus prater Deum nostrum?* Et Psalmo 85. *Magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.* Esaias cap. quadragesimo quinto ita Deum loquentem inducit. *Ego dominus, & non est alius amplius: extra me non est Deus.* Et quadragesimo quarto. *Ego primus, & ego nouissimus: & absque me non est Deus.* Paulus cap. tertio epistolæ ad Galatas: *Deus autem, inquit, vnus est.* Et ad Ephesios quarto: *Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma.* Et Christus Deus

Similitudo.

Rom. I.  
Simile.

Luce. 10.

simile.

noster apud Ioannem 10. *Ego & pater vnus sumus.* Dicens vnum significauit vnitatem naturæ, dicens, sumus, distinctionem personarum. Et in literis diuinis dij nominantur, tamen illud est, quod per deos viri significantur illustri quadam laude aut dignitate celebrati. Ita intelligitur locus ille Psalmographi: *Ego dixi: Psal. 81. xi: dij estis, & filij excelsi omnes.* Deos vocat illos, qui ob muneris & dignitatis excellentiam digni erant honore: & filios Dei adoptione quadam, quoniam ad eos verbum Dei factum erat. Hunc locum adducit Christus dominus ad impios Iudæos conuincendos, qui ipsum lapidibus obruere volebant, quia se Deum faciebat, dicens apud Ioannem decimo: *Nonne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi: Dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphematis, quia dixi: filius Dei sum? Ac si diceret: Si illi appellantur dij, ad quos factum est Dei verbum, quanto magis ego, qui sum Dei verbum, per quod omnia facta sunt: & quem pater sanctum genuit, & misit in mundum, vt eum saluum efficiam? Ita hunc locum Cyrillus interpretatur. Aspicias igitur Deos sumi pro magnatibus, & iudicibus, & magistratibus. Eodem modo Exodi vigesimo secundo: *Dominus domus applicabitur ad Deos.* Hoc est ad iudices. Ac si dicat: *Vocabitur in ius.* Et paulò pòst: *Ad Deos vtriusque causa perueniet.* Et rursus eodem capite: *Diis non detrahes.* Quibus in locis per Deos iudices significantur. Ita intelligunt nonnulli illud Psalmi quadragesimiseptimi: *Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Potest tamen verti ex Hebræo: *Quoniam Deo fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Vel sic: *Quoniam Deo sancta terra adhaeserunt, vehementer eleuatus est.* Vt sit sensus: *Quoniam reges & principes qui clypei terræ dicuntur, propterea quod debeant populum protegere & sustentare: Dei fidem receperunt: eleuatus est & propagatus diuinus cultus.* Illud etiam Psalmi quadragesimonomi: *Deus deorum dominus locutus est:* potest intelligi de iudicibus & principatum tenentibus, vel de angelis: ait enim beatus Dionysius in libro de diuinis nominibus, spiritus illos cœlestes quos angelos vocamus, Deos etiã suo modo vocari. Nominat etiam sacra scriptura Deos commentitios, vt eos detestemur: vt capite vigesimo Exodi: *Non habebis Deos alienos coram me.* De quibus ait diuinus vates: *Omnes dij gentium demonia.* Cùm igitur Deus accipitur pro vero Deo, & pro principe & iudice, & pro dæmone & idolo, non debet coli nisi verus Deus adoratione latræ. Id docuit Christus Deus noster, cùm dixit Matthæi quarto, & Lucæ etiam quarto: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Ac summa eius doctrinæ huc tendit, vt verum Deum colamus, qui ad significandam immensam bonitatem suam, cœlum & terram, & cætera omnia, quæ amplissimo cœli complexu continentur, condidit: ei seruiamus, eum cõtemplemur, & summo amore prosequamur. Et ita perpetua in recta viuendi ratione constantia muniti cœlestem obtinebimus beatitudinem, vbi Deo æuo sempiterno fruemur. At Nabuchodonosor vera fide destitutus Deos multos colebat, quibus vt hoc loco ait Daniel, tres pueri Hebræi diuinum cultum noluerunt tribuere, vnum solum Deum esse credentes, eumque*

summo amore vene-

rantes.

\* \* \*

ANNOTATIONES  
ex Chaldaeo in Cap. III.

1 Fecit statuam, Profecit est in Chaldaeo **ܘܚܘܢܗܒܐܕܗ** Habadh. pro quo Theodotus habet **ܘܚܘܢܗܒܐܕܗ** Verbum hoc Habadh significat facere, & constare, & operari, ut apud Esaiam decimonono: Confundentur, qui operabuntur linum. Significat etiam obseruare, colere, obedire, seruire, sacrificare. Illud Iob trigessimosexto: Si audierint, & obseruauerint, complebunt dies suos in bono: potest etiam verti: Si audierint, subaudi Deum, & obedierint: vel & fecerint. Non enim satis est verbum Dei audire, sed oportet illud exequi: iuxta illud seruatoris nostri capite undecimo Luca: Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: Et capite septimo Matthaei: Omnis qui audit verba mea haec, & facit ea assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram. Vnde apostolus in epistola ad Romanos capite secundo: Non auditores legis, inquit, iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Et Iacobus apostolus capite primo: Estote factores verbi, & non auditores tantum. Nam ut qui in speculo conspicit vultum suum, & labe, ac maculas non abluu, nec abstergere curat, sed ubi se intuetur, statim speculum relinquit, & recedit: rebus alijs studens, & ita mox obliuiscitur, qualis sit: sic qui Christi doctrinam audit, in illa cernit anima sua sordes, & quot naui & maculis sit eius spiritualis facies contaminata & iniusta: at si ea non curat delere, quibus se videt respersum & inquinatum, sed relicta doctrina euangelica in mundi negotia sollicitus incumbit, confessum ei ex animo excidit, qualem se videri, suarumque macularum eum capit obliuio. Id voluit idem apostolus significare, cum dixit: Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo: considerauit se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Illud etiam secundi Regum capite 21. Seruiuit immundicijs, quibus seruierat pater eius: est ab hoc verbo: quod potest etiam verti: Coluit idola, quae pater eius coluerat. Et illud Iudicum 10. Dimiserunt dominum, & non coluerunt eum: Potest transferri: Et non seruierunt ei. Vel, & non sacrificauerunt ei. Et quia verbum hoc significat sacrificare & facere, inde effectum est, ut in literis diuinis saepe idem sit facere, quod sacrificium offerre. Exodi capite 10. ubi editio vulgata habet: Sacrificate Deo vestro: p. sacrificare est in Hebraeo hoc idem verbum. Pro quo alij auium posse transferri: Facite Deo vestro. Sed tunc facere idem est quod immolare. Leuitici quintodecimo loquens diuina scriptura de columbis bis immolatis a sacerdote ait: Qui faciet vnum pro peccato, alterum pro holocausto. Hoc est, qui sacerdos sacrificabit Deo duos columbos, vnum in hostiam pro peccato, qui non cremabitur totus, alterum in holocaustum, qui totus comburetur. Et capite 23. Facietis hircum pro peccato. Et libro 3. Regum capite 18. dicebat Elias: Ego faciam bouem alterum. Et paulo post: Eligite vobis bouem vnum, & facite. Et apud Ezechielem 43. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie. Et apud Ieremiam 7. Ut faciant placentas reginae caeli. Hoc est, ut offerant & sacrificent placentas Lunae, quam gentes idolorum cultrices reginam caeli vocabant. In omnibus his locis videtur sancta scriptura hoc verbo facere pro sacrificare. Hoc schemate & modo loquendi vsus est dominus Iesus in coena, ubi apostolis, & per eos sacerdotibus nouae legis dixit in euangelio auctore Luca capite 22. Hoc facite in meam commemorationem: quae verba curat diuus Paulus in epistola priore ad Corinthios capite 11. Nam admirabile eucharistiae sacramentum est sacrificium: & res illa diuina quae missa vocatur, sacrificium quidem est. Ac vocabulum hoc, missa, non Latinum est, nec Graecum, sed Hebraicum, quo semper vsa est ecclesia Latina a tempore apostolorum, qui Hebraei erant: & sacrificium significat atque oblatione Deo facta, ut in verbo mas in libro radicum Reuchlinus recte obseruauit. Ex quo, eorum hereticorum colliges caecitatem, qui rem diuinam auium esse missam, sed non sacrificium: cum missa idem sit quod sacrificium. Nec solum in literis diuinis, sed etiam in humanis facere accipitur pro sacri-

ficare. Nam Vergilius Latinorum poetarum princeps in tertia ecloga ita ait: Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venio. Ac si dicat: cum pro frugibus vitulam sacrificauero. Ita locum illum Macrobius Aurelius libro tertio Saturnalium interpretatur. Et nostra hac memoria Georgius Vucelius in tractatione idiomatum linguae sanctae, Reuchlinus in libro radicum, Laurentius Villauincenius in libro de phrasibus sacrae scripturae. Hi omnes facere pro sacrificare in loco illo Vergilij explanarunt. Sed Marcus Tullius cui fuit sine ulla controuersia palma eloquentiae reseruata, in oratione pro Murena accipit facere pro sacrificare, cum ait: Nolite a sacris patris Iunonis sospite, cui, omnes consules facere necesse est, domesticum & suum consulem potissimum auellere. Est quidam liber Hebraicus, quem in Arabicum sermonem vertit Aben Vahasia, qui inscribitur de factione Aegyptiorum. Et quoniam verbum Hauadh quod significat facere, & sacrificare, significat etiam colere, ut ostendimus, appellatur liber ille a nonnullis, De agricultura Aegyptiorum: cum sine dubitatione liber ille tractet de Aegyptiorum sacrificio. Quare recte a quibusdam: De factione Aegyptiorum inscribitur: hoc est, de sacrificio: si quidem facere idem est interdum quod sacrificare. Ex quo colliges non solum facere accipi aliquando pro sacrificare, sed factionem pro sacrificio. Cuius autem verbum Hauadh tot habeat significationes, in hoc tamen loco accipitur tantum pro facere quod est constare & fabricare. Rex enim Nabuchodonosor per opifices arte fingendi praestantes statuam auream sibi similem fecit, quam in capto Dura sibi collocauit. Potest nihilominus verti locus hic: Nabuchodonosor rex coluit statuam. Vel sacrificauit statuam, Statuam. Sed communis versio quae appellatur editio vulgata, est omnibus praestantior lectionis in more sententiarum veritate, grauiusque amplitudine: quod facile perspicies, si versiones omnes ad fontem reuocaueris, & veritatem claris oculis inspicere volueris.

2 Statuam auream. Prostatua est in Chaldaeo **ܘܚܘܢܗܒܐܕܗ** Tselem. Pro quo Hebraei scribunt **ܘܚܘܢܗܒܐܕܗ** Tselem. Vnde sacra scriptura vocabulo hoc capite. Genesis pro quo moser Latinus interpres vertit imaginem, cum ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et paulo post: Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Ad imaginem Dei creauit illum. Sed in quibus consistat imago, est explanatum difficillimum. Diuus Ambrosius in libro de dignitate humanae conditionis haec verba scripta reliquit. Sicut Deus vnus est semper, ubique totus, omnia viuificans, mouens, & gubernans: sic omnia in suo corpore ubique tota viget viuificans, illud mouens, & gubernans: tota in minimis membris, & tota in maximis. Et sicut Deus est vnus in essentia, & trinus in personis: ita anima est vna in substantia, & trina in potentia. Et sicut ex patre generatur filius, ex patre & filio procedit: Spiritus Sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex iis ambobus procedit memoria. D. Augustinus tertio de Genesi ad literam. In eo inquit, factus est homo ad imaginem Dei in quo irrationalibus animantibus antecellit. Id enim est ipsa ratio, vel mens, vel intelligentia. Diuus Cyrillus autem ideo hominem dici factum ad imaginem Dei, est capax bonitatis, iustitiae, & sanctitatis: quarum virtutum apertionem Deus indidit illi. Idem fere inquit Eusebius Caesariensis Gemadius hanc Dei imaginem asserit in prouidentia consistere. Christostomus, Theodoretus, Seueranus, & post eos Iacobus Vitodurensis in tractatione de tropis utriusque testamenti auium hanc Dei imaginem positam esse in domino, & potestate, & principatu. Nam volens Deus hoc significare ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, omnique reptili, quod mouetur in terra. Aspicis igitur esse hominem principem omnium, quae sunt super terram: & hac in re Deo similem, cui omnia subiecta sunt. Ac quamuis mulier sit hac in re ad Dei imaginem creata, quia tamen viro subiecta est, non autem vir ei, ideo diuus Paulus non illam, sed virum vocat Dei imaginem, cum in priore ad Corinthios capitis. ait: Vir non debet velare caput, quia

Psal. 81.

Esai. 95.

Reuchl.

ff quia

quia imago & gloria Dei est. Vbi per capitis velamen quod mulieres debet habere, non autem vir subiectionem significauit. Fortasse ideo homo dicitur ad imaginem Dei creatus, quia sicut Deus in seipso colligit & unit totam perfectionem substantie rerum, ut omnium principium, ita homo quaquam aliter, ad integritatem sua substantia omnes mundi continet naturas, ut omnium medium. Proclus enim in Timaeum Platonis: In homine, inquit, sunt omnia particulariter, quae vniuersaliter in mundo sunt. Hac ratione ductus Trismegistus: magnum, inquit, & Aesclepi miraculum est homo. Sunt qui dicant Deum in principio creationis mundi sumpsisse figuram erat, ut cum venisset plenitudo temporis, nostram assumeret humanitatem. Ideo dicitur:

**Gene. 4.** xisse: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non quod Deus sit corporeus, sed quod tunc **Gene. 2.** acceperit humanam figuram, in qua apparuit Ade. Itaque hi ponunt hanc imaginem in corpore, plerique vero alij in anima: Epiphanius libro tertio contra haereses ait esse in homine imaginem Dei, sed ubi sit, seipsum nescire, atque soli Deo cognitum esse. Haec sunt magnorum virorum opiniones, quas tibi refero: quarum eam poteris eligere, quae tibi visa fuerit praestantior. **Gene. 1.** Illud est certum, vocabulum Iselem pro quo noster interpret in Genesi transtulit imaginem, esse hoc, pro quo hoc Danielis loco vertit statuam. Pro quo Theod. habet: *εἰκόνα*: hoc est imaginem siue statuam. Accipitur etiam imago pro re fluxa & caduca, nihil solidi expressit, habente: ut psalmo 38. In imagine pertransit homo: Hoc est, vitam degit in perpetuam mutatione, non tanquam firma natura: sed ut signa picta, aut umbrata. Vel sic: Semper homo transit, & mutat statum, aut vitam, etiam, etiam si imaginem non mutat: instar fluminis, quod cum sit in perpetuo fluxu, non amittit tamen imaginem suam. R. Ionah. & R. Ioseph aut vocabulum hoc, pro quo noster interpret vertit imaginem, tenebras etiam significare, & caliginem. Quam ob causam vertunt: In tenebris pertransit homo. Multa enim nescit, & longe saepe fallitur opinione: Significat praeterea statuam & simulachrum ut cap. 11. libr. 4. Regum: Imagines Baal contriuerunt. Et hoc Danielis loco.

**3** Ad congregandos Strapas, magistratus, & iudices. Pro strapas habet Theodotio consules, Pag. magnos principes. Pro magistratibus vertit Pagninus pontifices summos, Theodotio nobiscum magistratus. In Chaldaeo est *נְדָבָוּ* Signaia. Vocabulum Hebraicum est *סָגָן* Sagan, quod significat, eos qui rempublicam gubernandam susceperunt, siue in rebus ad corpus, siue ad animam pertinentibus. Eo vitur Esaias cap. 41.

vbi de Christo loquens ait: Adducet magistratus quasi lutum: & velut plastes conculcans humum. Ac si dicat: Conculcabit impios principes, sicut iugulus, qui lutum siue argillam pedibus conculcat. Vbi per magistratus intelliguntur etiam sacerdotes, qui cupiditate, auaritia, caterisq; vitis contaminati Christum calumniabantur. Significari autem nomine hoc magnum sacerdotem indicat Pagninus in Thesuro. Inde Berofus libro de florationum Chaldaicarum secundo haec verba literis mandauit: Primum dixerunt Ogygisam Sagan, id est, illustrem sacrorum pontificem Noam Dyr.

**4** Et praeco clamabat. Pro clamare in Chaldaeo est *קָרַע*. Care. Verbu est *קָרַע*, quod significat vocare, invocare, clamare, accidere, legere, euacuare, predicare, occidere. Illud Esai. 31. Cum occurrerit ei multitudo pastorum, a voce eorum non formidabit, potest etiam verbi: Cum acclamauerit ei multitudo pastorum. Sequitur enim. A voce eorum non formidabit. Illud, etiam Prouerbiorum 27. Qui retinet eam, quasi qui ventum, & oleum dexterae suae euacuat: potest transferri: Qui cohibet eam, quasi qui cohibet ventum: & olea dexterae suae occurrunt: Ut sit sensus: difficile est mulierem iracundam rixis ac iurgijs deditam refrenare: nam, qui continere, cum est furore concita, perinde frustra laborat, ac ille, qui dat operam, ut ventum retineat, ne effluat, & pretioso unguento occurrat, ne suauem odorem emittat. Per oleum dexterae unguentum intellige amabile. Nulla enim pars corporis est nobis amabilior dextera. Eam ob causam Iacob ultimium filium suum quem unice dilexit, Benjamin, hoc est, filium dexterae vocauit. Potest nihilominus versibus ille huc habere sensum. Difficile est mulierem impetu iracundiae commotam domare: non secus quam si quis vellet ventum cohibere: sed qui eam moderari voluerit, euacuet a dextera sua oleum lenitatis, & eaq; duriter castiget. Vel ita. Qui eam nititur ducere in gyrum rationis perdit operam, & oleum: est enim eius lingua vel oleum in mana, quod tamen si restringatur, exit tamen: sic illa quanquam retineatur, euacuat tamen, & erumpit. Pro euacuat existimant quidam posse verti clamare. Diximus enim verbum hoc significare clamare. Et tunc est sensus: Qui retinet mulierem effrenatam, similis est volenti retinere ventum, ne efflet, & unguentum odoriferum, ne oleat: clamat enim oleum pretiosum vi odoris sui, quo se prodit, & perspicuum reddit. Perstat in metaphora mulieris iracundae, quae solet clamare: tribuit unguento, quod errat tribuendum mulieri.

**a** Tunc Nabuchodonosor in furore & ira praecipit, ut adducerentur Sidrach, Misach & Abdenago: **b** qui confestim adducti sunt in conspectum regis. Pronuntiansque Nabuchodonosor rex ait eis: **c** Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui, non adoratis? **d** Nunc ergo si estis parati, quacunque hora au dieritis sonum tubae, fistulae, citharae, sambuca, & psalterij, & syphoniae, omnisque generis musicorum, posternite vos, & adorate statuam, quam feci. **e** Quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. **f** Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re splendere tibi. Ecce enim Deus noster quem colimus, & potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis o rex liberare. **h** Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago. Et praecipit, ut succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach & Misach & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. **m** Nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserunt Sidrach Misach & Abdenago, **n** interfecit flamma ignis. **o** Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach & Abdenago **p** ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati.

**a** Tunc Nabuchodonosor in furore & ira. Furibundus, & appetitione vltionis inflammatus Hebraeos iussit accersiri. Noluit eos ex solo auditu damnare, sed dedit eis locum respondendi. Iudex enim priusquam ferat

sententiam, debet partes audire. Id intelligens Festus dicebat, ut ait capite Actorum vigesimo quinto diuus Lucas: Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur, praesentes habeat accusatores,

res, locumq; defendendi accipiat, ad abluenda crimina, qua ei obycuntur. Pro damnare legunt nonnulli donare: sed idem est in sensu. Qui enim morti damnabatur, solebat accusatoribus dari, vt ipsi eum vita priuarent. Si gētiles neminē damnabant nisi auditum, quanto magis Christiani id agere tenentur? Ita euangelicus pater familiae villico apud se accusato ait: *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae. Luca. 16.*

b *Qui confestim adducti sunt.* Nimirum à ministris iustitiæ, vel ab aliquo regis famulo, vel ab ipsi accusatoribus quod est probabilius: Perpende accusatorum diligentiam.

c *Verēne.* Interrogat eos rex, vt veritatem cognoscant.

d *Nunc ergo si estis parati.* Etsi furore concitatus præceperit adduci hos tres viros Hebræos, tamen spatium illis tribuit pœnitendi. Vt si prostrati statuam colant, condonetur illis præteritum crimen: & prior culpa veniam consequatur. Sin autem colere neglexerint, in fornacem ignis mittantur.

e *Quod si non adoraueris.* His tres adolescentes erant regi grati propter Danielem, quem singulari beneuolentia comprehendebat, & ob ipsorum sapientiam & venustatem. Ideo eis primum delictum condonabat: quod nullum erat: imò virtutis actio. At tanti ponderis erat iracundia, qua concitabatur, vt eis mortem terribilem minitaretur, nisi eius colerent statuam.

f *Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea.* Magna profectò cæcitas & amentia detestanda à superbia & furore inducta: nam capite præcedente ostensum est, eum veri Deipotentiā cognouisse, eumque regum dominum ac deorum Deum vocasse. Vide subitam obliuionem & intolerabilem insaniam. Eadem raptus Rapsaces Babylonius dux pio Ezechia: Iudæorum regi dicebat: *Non te decipiat Deus tuus, in quo confidis: non enim te poterit liberare.* Vide Esaiam capite trigesimo septimo, & quartum librum Regum decimo octauo.

Sap. 2. *Potest eripere nos.* Sensus est. Tu rex interrogas, quis Deus nos poterit à te eripere: quasi dicas: nullus. At longè falleris opinione. Nos constanter respondemus, Deum nostrum posse nos liberare, si voluerit. Vnde tyrannus existimabat esse viris illis timorem illaturū, inde eis materiā fortitudinis nasci videbat. Eum enim Deum nominauit illis, quem illi colebant, qui solet eis opitulari, qui ad ipsum tanquam ad arcem tutissimam confugiunt. Ad illum viri pietate, animique altitudine præstantes supplices accedunt, eiusque clementiam implorant. Et rebus afflictis ad capitis periculum acceriti, ab acerrimis hostibus vndique oppugnati nulli calamitatum oneri succumbentes, sed fiducia cælestis præsidij seipso excitantes, audacter exclamant cum diuino vate: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus portector vite mee, à quo trepidabo?* Quemadmodum in literis diuinis calamitates & afflictiones dicuntur tenebræ: ita Deus earum depulsor dicitur illuminatio: quo implorato viri iusti adducti in maximum periculum & extremum discrimen placida tranquillaque mente consistunt. Habent enim Deum, qui si eis expediat, eripiet eos à periculis, hostes à ceruicibus repellet, eosq; in libertatem vindicabit. Ipse iustum Noe omni sapientia & nobilitate præstantem ab immensa vi aquarum, totiusque terræ eluione liberauit. Abraham illustribus laudibus celebratum, quem nulla potuerunt pericula à virtute abducere, nec ab incepto honestatis cursu retardare, à Chaldæis, Aegyptiis, & Chananæis mirabiliter eripuit. Ac vt multa strictim attingam, & breui complectar: ipse Deus liberauit ab immolatione Isaac, quem eius pater hostiam ad sacrificandum præbuerat: Iacob de manu Esau: Ioseph à mortis faucibus, & à vinculis

Gene. 7.

in quæ eum domina stimulis libidinis concitata coniecerat: Mosem, & Aaronem, & populum Israeliticum ex ore abstulit Pharaonis: ac extorquens ex Aegyptiaca seruitute per medium maris admirabilibus prodigiis traduxit. Dauidem liberauit de manu Goliæ: & postea Saulis, qui ei perniciem sæpè fuit machinatus: Iudith de manu Holofernis: Danielem à lacu leonem: Susannam à falso crimine in purissimam & castissimam vitam collato. Ipse liberauit Ezechiam à Sennacheribo. Ionam à ventre ceti. Hebræos à Babylonica seruitute. Ipse eripuit Petrum à carcere vindice nefariorum scelerum, in quem vir omni sanctitate præditus, amplissimis virtutum ornamentis decoratus fuerat iniustissime coniectus: & Paulum à naufragio, & infinitis periculis vindicauit, qui mentem abducebat à sensibus aliquando, & cogitationem à rebus caducis separabat, & ad cælestium rerum contemplationem vir virtibus omnibus septus rapiebat. Huius præpotentis Dei fiducia roborati viri iusti periculis expositi non cadunt animo, nec vlllos inimicorum impetus ita extimescunt, vt à constantia gradu deiciantur. Ea quæ præclara mortalibus & egregia videntur, parua ducunt: sitimque ratione despiciunt: ea verò quæ acerba videntur periculis & calamitatibus plenâ, quæ multa & varia in hominum vita versantur, ita tolerant, vt nihil à summa ratione insita in natura discedant, nihil à sapientium dignitate. Ac mortem potius subibunt, quàm veram Dei fidem relinquunt. Hac fortitudine muniti tres iuuenes Hebræi magno & erecto animo regi responderunt.

h *Quod si noluerit.* Non dicunt: quod si non potuerit: sed si noluerit. Quasi dicat: Si nos non liberauerit, non erit, quod non possit: sed quia ita nobis expedire videbit: iusta enim sunt, sed nobis aliquando occulta iudicia eius.

i *Deos tuos non colimus.* O singularem fidem, ô egregiam animi fortitudinem, & admirabilem constantiam! Non timuerunt tyrannum, nec maximum illum regnum minacibus verbis ad terrorem constructum. Sed pro fide, pro veritate, pro honore Dei sui se morti obtulerunt. Tenemur enim potius mortem eligere, quàm fidem repudiare, & animam scelere poluere. Quemadmodum armenius mus animal paruum albi coloris, appellatum à Lusitanis arminno aded munditiam diligit, vt velit potius mori, quàm scædari, ita vt illito sordibus ostio foueæ aut caueæ capi potius à venatoribus, quàm pollui patiatur: sic vir verè Christianus tanti estimare debet animi candorem, vt velit potius pro Christo mortem oppetere, quàm fidem relinquere, aut animum flagitij scæditate maculare. Inuenies huius animalis naturam apud Pierium Valerianum lib. tertio decimo hieroglyphicorum: & apud Franciscum Petrarcham, qui illud carminibus celebrat. D. Cyprian. incidens in hunc Danielis locum libro 4. epistolarum ita ait: Cum se crederent, & pro fide sua scient, posse etiam de præsentis supplicio liberari, iactare hoc tamen, & vendicare sibi noluerunt: docentes, quod eis minor esset confessionis virtus sine testimonio passionis. Addiderunt posse omnia Deum facere, se tamen non in hoc fidere, vt liberari in præsentis vellent, si illam libertatis & securitatis eternæ gloriam cogitarent.

k *Immutatus est.* Hoc dicit, quia animi perturbatio in facie sæpenumero apparet.

l *Cum braccis suis, & tiaris.* Braccæ vestes sunt, quibus crura teguntur. Sed ita etiam vocantur vestes fluxæ intonsæ, ac varij coloris, quibus olim vtebantur Galli Narbonensis prouinciæ cultores auctore Diodoro Siculo libro sexto: qui eam ob causam Braccati vocabantur. Hi Maria Mediterraneo in Hispaniam vte-



riorem nauigarunt, vt referunt Florianus à Campo & Ioannes Valæus, & in prouincia inter Durium & Minium condiderunt urbem, quæ Latinè Braccara, Lusitanè verò Braga appellatur. Tiara est genus pilei teste Hieronymo, quo Chaldeæorum & Persarum gens vti solebat: cuius meminit Ezechiel dicens capite 23. *Cum vidissent viros depictos, & tiaras in capitibus eorum.*

**m** *Nam iussio urgebat.* Reddit causam, quare viri illi Hebræi non fuerunt vestimentis spoliati: sed induti missi sunt in fornacem, & flammis expositi: quia tam effrenata erat vitiorum auditas apud regem, vt sapium non permitteret eos nudandi.

**n** *Interfecit flamma ignis.* Hi viri qui in flammis coniecerunt innocentes Hebræos, erant viribus muniti, sed immanes & barbari. Quare voluit Deus, vt essent flammis absumpti, quibus tres pueri fuerunt liberati. Amisit Nabuchodonosor viros non imbecillos, sed viribus pollentes, vt nō solū ille miraculo deterrere tur, sed exercitus eius detrimentū acciperet. Fortasse illi qui flammis flagrauerunt, persuaserunt regi, vt eam fornacem, & incendium illud pararet ad exitium Hebræorum. At ita diuina iustitia exigente foderunt foueam, vt verbis vtat Dauidis Psalmo 36. & incidere in eam. Quod etiam de Aman in Mardocheum capite sexto Esther scriptum legimus: *suspensus est enim in patibulo, quod ei per summum scelus parauerat.* Solent enim impij in perniciem illam incidere quā alijs machinantur. Vnde Dauid psalmo septimo: *Lacum, inquit, aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Et Psalm. 9. *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Et Salomon capite Ecclesiasticis decimo: *Qui fodit foueam, incidet in eam.* Et Prouerbiorum vigesimo secundo: *Qui seminat iniquitatem, metet malum: & virga ire sue consummabitur.* Hoc est finem habebit eius impia dominatio. Vel vt alij vertunt: & virga iræ suæ perdet illum.

**o** *Viri autem hi tres.* Iuuenes erant Hebræi illi, vt ait Theodoretus, veluti in flore ætatis. Quare aliquando pueri vocantur, aliquando viri, vt hoc loco, quia inuenilem degebant ætatem. Sed pueri erant propter innocentiam, viri propter animi fortitudinem. Vir enim interdum hominem fortem, magnique animi significat: vt cap. 4. primi Regum: *Confortamini, & estote viri.* Vnde viriliter agere, est forti & erecto animo incumbere in virtutem: vt capite 16. epistolæ prioris ad Corinthios: *Vigilate, stete in fide, viriliter agite.* Hæc est causa, cur viri tres Hebræi appellantur. Quanto amplius crescebant ætate, tanto magis augebantur virtute. Nam vt diuus ait Gregorius: nemo repente fit summus. Quemadmodum pingendi ars incepta à lineis, vt Plinius ait lib. 35. deinde lingulis coloribus imitata est rerum imagines: postea accessit lumen, & umbra, & oleum cum colorum varietate, donec ad summam perueniret admirationem: sic virtus in hominibus non statim perfecta est, omnibusque numeris absoluta: sed sensim augetur, donec ac fastigium perducitur. Tu verò perpende. In Babylonica regione colebantur statuæ aureæ, viri autem innocentes in flammis ignium cōiiciebantur. Eodem modo in mundo sæpe tyranni & vani homines coluntur, iusti autem igne calamitatum vexantur.

**p** *Ceciderunt.* Explanat modum, quo eieci sunt in caminum. Mittuntur ligati in fornacem, & ferreis vinculis astricti, & cadunt in medium incendij: & flamma timens non tangit eos, Arserūt vincula ferrea, & vinculorum corpora non ladebātur. Subitò cessauit ignis, & refrigerationem flammæ dederunt. Magnum profecto miraculum, & perpetua dignum memoria. Hucusque legunt Hebræi: media quæ sequuntur vsque ad finem hymni trium puerorum, in Hebraico non habentur.

**1** In hora qua audieritis sonitum tubæ. Theodotio habet: *Quocumque hora audieritis vocem tubæ.* Pagninus: *Tempore quo audieritis sonitum cornu.* Potest verti: *Cum primum audieritis sonum buccinæ.* Pro sonitu est in Chaldaeo  $\text{ܕܢܝܩܐ}$  Cal. Vocabulum Hebraicum est Col, quod significat vocem, sonum, tonitruum, clamorem. Et vitur Moses capite Genesis 3. cum ait: *Cum audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini.* Vnus enim ex peccati effectibus est fugere Deum. Possunt verti verba illa: *Cum audissent sonum domini Dei ambulantis in horto.* Fortasse vox illa non erat verborum, qua lingua efficeret, & distincta redderet: sed sonitus deambulationis strepitum efficientis, qui in horto illo amoenissimo resonabat. Nam capite sexto libri quarti Regum scriptum est: *Sonitus pedum domini eius post eum.* Vbi pro sonitu est idem vocabulum. Probabile tamen est Deum locutum aliquid fuisse, quo audito se parentes nostri fuga mandauerunt. Nam paraphrasis Chaldaica habet: *Audierunt vocem verbi Domini Dei. Vox Domini accipitur aliquando pro Evangelij prædicatione: vt psalmo 28. Vox Domini super aquas: Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Aquæ multæ sunt populi multi, vt Dauid Ioannes capite decimo septimo Apocalyp. Potest vox illa super aquas de voce patris celestis intelligi super Iordanis aquis audita. Nam baptizatus Iesus, vt verbis vtat Euangeliste, cōfestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum. Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hæc Mattheus capite 3. *Ascendit Iesus ex aqua secum quodammodo demersum educens ac efferens mundum.* Et vidit aperiri calum, quod Adam concluderat ob peccatum. Et vox patris diuinitatem Christi ostendens in aquis intonuit. Sunt, qui per vocem Domini super aquas explanent magna tonitrua super nubes, iuxta illud diuini psaltis: *Vocem dederunt nubes.* Et quod paulo post sequitur: *Vox tonitru tui in rota hoc est in sphaera celesti. Vel in aere qui calum dicitur ubi sūt tonitrua.*

**2** Sonitum tubæ. Pro tuba est in Chaldaeo  $\text{ܕܢܝܩܐ}$  Carna. Vocabulum Hebraicum est  $\text{קַרְנֵי}$  Ceren, quod significat Buccinam, siue tubam corneam, & ipsum cornu: & per translationem regnum, robur, vires, fortitudinem, gloriam, potestatem. Ex quo efficitur, vt abscondere alicui cornu sit fortitudinem ei debilitare, vires infringere, & gloriam auferre: vt apud Ieremiam 48. *Abscisum est cornu Moab. Contrarium verè est extollere cornu: vt libro primo Regum capite secundo: exaltatum est, inquit Ana, cornu meum in Deo meo. Ac si dicat: Illustris reddita est gloria mea non in mundi vanitate, sed in Deo meo, qui mihi suppediuit sylvam gloriandi.* Metaphora est ab animalibus cornigeris desumpta, que in cornibus robur habent, fortitudinem, & gloriam. Et vitur Zacharias, cum ait Luca primo: *Exiit cornu salutis nobis.* Vbi per cornu salutis intelligitur fortitudo salutaris & gloria utilitatem afferens animorum. Vel regnum Christi, qui est salus nostra. Solebant enim reges oleo ex cornu perungi. Accipitur pro splendore siue radio, 1. Reg. 9. quod instar cornu esse videatur. Vnde cornuum idem est quod & 10. splendidum. In hanc sumitur significationem Exodi trigesimo quarto: *Ignorabat Moses, quod cornuta esset facies sua ex confortio sermonis Dei. Radios enim lucis emittebat.* Id intelligens Onchelus paraphrastes Chaldaicus transiit: *Moses autem nesciebat, quod multiplicatus esset splendor gloria vultus sui, cum loqueretur cum Deo. At ubi Moses cognouit faciem suam ob admirabilem splendorem metum afferre Israelitis, eam texit velo, quod auferrebat in tabernaculum ingressurus. Nolebant eum Hebræi videre, quia ob Dei familiaritatem radiis micabat. Hæc est mundi conditio, non posse eos intueri, qui iustitiam & pietatem colentes, diuinarumque rerum mysteria contemplantes vitam caelestem imitantur. De illis Moses splendoribus interpretantur nonnulli illud Habacuch tertio: *Et cornua in manibus eius.* Hoc est, & splendores fuerunt Mosi manibus eiusdem Domini: id est Deo ita agente. At multo rectius de Christo Domino locus illa explanatur.*

Vaticinatus

Vaticinatus est enim diuinus ille vates fore, ut seruator noster se in crucis ara hostiam pro nobis constitueret, ubi ipsius crucis cornua seu latera manibus tenerent. Ac si diceret: Tanto amore salutis hominum erit incensus, ut non tam ipsa cornua crucis eius manus teneant, quam ipse manibus teneat illa. Vel per cornua in manibus significantur splendoros in operibus Christi, Perspicuum est enim per manus opera significari, qua debent luce virtutum splendere. Et licet ceren significet splendorem, & alia multa, ut diximus, hoc tamen Danielis loco pro buccina sue tuba cornea accipitur.

3 Quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Theodotio habet: Quis est Deus, qui liberet vos de manibus meis? Aliquis est Deus, qui eruat vos a potestate mea? Quae omnia in idem recidunt. Pro manu est Chaldeo *ἡ* Iedhai. Vocabulum Hebraicum est *יָד* Iadh, quod manum significat, & potestatem, & seruitutem. Vnde dare manus Latine est subiectionem subire: ut apud Ciceronem. Ad extremum dat manus, & vinciri se patitur. Eripi de manu alicuius est de potestate eius, aut seruitute liberari: ut Exodi secundo: Eripuit de manu Pharaonis. Iudicium sexto: Liberabis Israel de manu Madian. Lucae primo: De manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Significat etiam vaticinationem: ut apud Ezechielem primo: Facta est super eum ibi manus Domini. Præterea habet alias significationes, de quibus primo capite differimus. Illud est obseruandum, esse aliquem in manu Domini, vel teneri manu Dei, esse gratiam habere, vel gratum Deo esse. Esi Deus est incorporeus, solet tamen diuina scriptura more loquens humano tribuere illi manus: ut capite Sapientie tertio: Iustorum animæ in manu Dei sunt: Et Amos capite septimo: Ecce Dominus, inquit, stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Vbi pro manu est in Hebraeo vocabulum nostrum Iadh: & pro trulla cæmentarij est vnicum nomen, nempe *אֵז* Anac, quod non solum trullam cæmentarij significat: sed etiam perpendicularium. Quare potest etiam locus ille verti. Et in manu eius perpendicularium plumbeum. Solent enim cæmentarij, & edificatores perpendiculari vti ad perspicendum, sit ne murus rectus, & ad amissim constructus, an non. Est instrumentum illud linea habens plumbeum celindrum paruum appensum, quo à summo ad inum equalitatem edificiorum fabricatores perpendicularunt. Describit diuinus vates filium Dei, ut architectum, qui venturus erat ad magnificum ecclesie templum edificandum. Habet autem in manu trullam, ut vite nostre foramina, rimas, defectiones à recta rationis prescriptione auersas resarciat, instaret, & resiciat: & perpendicularium, ut nostra corrigat flagitia. Vt enim murorum vitia siquam in partem se inclinent, corriguntur ad perpendicularium: sic scelera seueritate iustitia emendantur. Vult Deus, ut edificium vite nostre sit ad normam sue voluntatis constructum. Hac est huius loci intelligentia, si perpendicularium legas cum multis: & trullam cæmentarij cum editione vulgata, quæ est verissima & integerrima. Sed mirabilis quidem est septuaginta interpretum hoc loco translatio: ita enim habent: *וְיָדוּ אֵז הַיָּדוּ אֵז* as Hoc est, Et in manu eius adamas. Adamas in singulari pro numero posuerunt multitudinis, more sacrarum litterarum: diuus enim Hieronymus lib. 2. aduersus Iovinianum, & diuus Augustinus libro 5. de Genesi ad litteram cap. 10. & in explanatione in Psalmum 108. aiunt vti aliquando diuinam scripturam singulari numero pro plurali. Qui sunt hi adamantes, quos Deus habet in manu sua, nisi viri iusti, constantes, qui propter ipsum Deum cruciatus, & contumelias, calamitates,

exilia, mortem acerbissimam toleranter ferunt? Ezecheli viro *Exech. 3.* firma ac stabili virtute ornato, omni nobilitate & sapientia præstanti dixit Deus: ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos. Hieronymus in capite septimum Zacharia: Adamas, inquit, lapis fortissimus adeo durus est, ut omnia metalla confringat, & ipse non confringatur ab ullo: unde & Græcis & Latinis. Hoc est indomabilis dicitur. Et in capite septimum Amos transferens verba Xenocratis: Adamas, inquit, sui nominis lapis est, quem Latine indomitum possumus appellare, quod nulli cedat materia, ne ferro quidem. Nam si ponatur super incudem, & grauiectu feriat malleus, antea incus & malleus vultus accipiunt, quam adamas conteratur. Et paulo post: Hic lapis durissimus & indomabilis solium cruore hircorum dissoluitur. Idem ait Plinius libro 37. Vnde apud veteres erat adamas fortitudinis hieroglyphicum auctore Pterio. Valeriano ob eius indomitum robur, & insuperabilem vim. Nam vir fortis, & constans iniurias, exanimas, & tormenta erecto ac inuicto animo subit: nulli calamitatum generi succumbit: nihil pro Christo intolerandum arbitratur. Nonne apostoli & martyres adamantes Indici fuerunt omnibus numeris absoluti? Nonne multi inueniuntur, qui Christi amore flagrant propter eum incredibiles sustinent calamitates, propter quem omnes procellas & tempestates ducunt esse subeundas? Inueniuntur quidem, qui non solum stimulos dolorum, sed mundi fulmina contemunt: & diuitias, magistratus, voluptates, & ea ad que plerique mortalium aspirant despiciunt, ac pro nihilo ducunt. Hi nunquam se huiusmodi calamitatibus obiecerunt, nisi essent firmitudine roborati: ac nisi de Deo, & altera vita cogitassent. Sed intelligim exiguam esse curriculum huius vite, & in altera immensam gloria: hanc esse fluxam & mortalem, alteram verò stabilem & æternam. Ac quamuis hic varijs premantur rerum aduersarum telis, nunquam tamen ego arummos illos ac infelices arbitror. Non enim magnitudo animi eorum torquetur, non firmitudo, non constantia, non vlla virtus: nõ denique animus ipse, qui virtutibus tanquam manibus septus expugnari non potest, nec torque nec frangi. Quare nec periculis, nec minis, nec morte ipsa terrentur: imò non hircorum, sed proprio sanguine decorantur. His aiunt mortem esse terribilem, qui ducuntur mundi voluptatibus, nõ iis qui aspirant cœlestia, quorum laus emori non potest. Hi firmitudine ac fortitudine septi à vita potius, quam à Christi charitate dimouentur. Videte Orientalem illum cœlestemq; adamantem omnibus constantie gradibus munitum, apostolum Petulum aientē ad Romanos 8. Rom. 8. Quis nos separabit à Christi? tribulatio, an angustia, charitate, an fames, an nuditas, an particulū, an persecuto, an gladius? Quasi dicat: nihil horum. Et paulo post: Certus sum, quia nec mors, nec vita, nec angeli, nec principatus, nec virtutes, nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundū, nec creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo. Sed vnde viris pietate & iustitia præstantibus tanta prouenit fortitudo, tamque admirabilis constantia? Ex eo certe, quia eos Deus tenet manu sua. Hoc quidem est, quod ait diuinus vates Amos: Et adamas in manu eius. Et capite tertio libri Sapientie ait scriptura. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Et capite primo Apocalypsis ait Ioannes de Christo loquens: Habebat in dextera sua stellas septem: hoc est, multos iustos. Et ipse Christus apud Ioannem decimo: Nõ rapiet eos quisquā de manu mea. Inde manat firma illa, perpetua, & immortalis constantia, nulla vi cruciatuum labefacta, nec conuulsa, qua illi sunt præditi, qui similes adamantibus præclaram excimamq; pulchritudinem adamarunt.

Quæ sequitur, in Hebraeis voluminibus nõ reperi. Quæ de re vide præfationē nostrā ad lectorem.

Et ambulabant in medio flammæ b laudantes Deum, & benedicentes domino. c Stans autem Azarias orauit sic, d aperiensque os suum in medio ignis ait: Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula. Quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, f & vniuersa opera tua vera, & via tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, quæ iaduxisti super nos, g & super ciuitatem sanctam patrum

Similitudo.

1. Reg. 9.  
& 10.

Exo. 34.  
1. Cor. 3.

nostrorum Ierusalem: h quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra? Peccauimus enim, & nique egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus: k & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, vt bene nobis esset. Oia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti. m Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum, præuaricatorumque & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terrã. Et nunc non possumus aperire os: n confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his, qui colebant te. o Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. Et ne dissipes testamentum tuum, nec auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens, quod multiplicares semen eorum p sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maris: quia domine imminuti sumus plusquam omnes gentes: sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. q Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta: nec holocaustum, nec sacrificium, nec oblatio, nec incensum, nec locus primitiarum coram te, vt possimus intuenire misericordiam tuam. r Sed in anima cõtrita, & spiritu humiliatis suscipiamur. s Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum piri guium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: v quonia non est confusio confidentibus in te. x Et nunc sequimur te in toto corde, y & timemus te, quærimus faciem tuam. Non confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, aa & secundum multitudinẽ misericordie tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine bb & confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua, & robur eorum conteratur: & sciant, quia tu es dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. cc Et non cessabant, qui miserat eos ministri regis succendere fornacem ad naphtha & stupa, & pice, & malleolis. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, ee & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis: ff Angelus autem domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem gg & excussit flammam ignis de fornace: hh & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem: & nõ tetigit eos omnino ignis: nec contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, Ac benedicebant Deum in fornace, dicentes. ii Benedictus es domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. kk Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile & superexaltatum in omnibus sæculis. Benedictus es in templo ll sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & super gloriosus in secula. Benedictus mm es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltus in secula. Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis, & gloriosus in secula. Benedictus es nn qui intueris abyssos, & oo sedes super cherubim, & laudabilis & superexaltatus in secula. pp Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. qq Benedicite angeli domino, rr laudate, & superexaltate eum in sæcula. ss Benedicite cæli domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. tt Benedicite aquæ omnes, quæ super cælo sunt, domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. vv Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. xx Benedicite sol & luna domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. yy Benedicite stellæ cæli domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. zz Benedicite omnis imber & ros domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite omnis Spiritus Dei domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. aaa Benedicite ignis, & æstus domino, laudate, & super exaltate eum in sæcula. bbb Benedicite frigus & æstas domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite rores & pruina domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite gelu & frigus domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite glacies & niues domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ccc Benedicite noctes & dies domino, laudate & superexaltate eum in sæcula. Benedicite lux, & tenebrę domino. laudate, & superexaltate eum in sæcula. ddd Benedicite terra dominum, laudet, & superexaltet eum in sæcula. Benedicite mōtes & colles domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite vniuersa germinãtia in terra domino, laudate, & super exaltate eum in sæcula. Benedicite fontes domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. eee Benedicite maria & flumina dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. fff Benedicite cete, & oia quę mouentur in aquis dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. ggg Benedicite omnes volucres cæli domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite omnes bestię & pecora dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. hhh Benedicite filij hominum dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. iij Benedicite Israel dñm laudet, & superexaltet eum in sæcula. kkk Benedicite sacerdotes dñi dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite serui dñi domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Benedicite spiritus & anime iustorum dño laudate, & super exaltate eum in sæcula. lll Benedicite sancti & humiles corde dño, laudate, & superexaltate eum in sæcula. mmm Benedicite Anania, Azaria, Misael domino laudate, & superexaltate eum in sæcula. Quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit de medio ardentis flammę, & de medio ignis eruit nos. Confitemini domino, quoniam bonus, quonia in sæculum misericordia eius. nnn Benedicite omnes religiosi dño Deo decorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius.

a Et ambulabant in medio flamma. Non enim in os fornacis missi sunt, sed intus in medium flammarum, vt

citius comburentur.

b Laudates Deū. Liberatore suū. Erat tyrānus incēsus furore

furere, & fornax incēsa igne. Sed quāto incēdiū vehemētius erat, tāto amplius virtus sanctorū iuuenū veluti aurum in igne approbatur. Quanto magis crescebant flammæ, tanto viris iustis ampliorum laudum materiam præbebant. Quanto enim ardentiorum iniuriarū & suppliciorū ignē impij aduersus pios cōponūt, tāto ipsis nec opinati parant clarioris gloriæ syluam, & illustriorē nominis amplitudinē. Vt aurea corona nō cōflatur & perficitur sine igne, & multis ictibus, quibus tūditur aurū: sic vera gloria nō obinetur sine labore, & multis calamitatibus, quibus viri iusti præmūtur. Qui verò viros pios charitate munitos vexāt, similes sūt aurificibus coronas aureas efficiētibus, quibus nō ipsi, sed alij decorantur. Considera nūc Hebræorū coronā à Chaldæis impij cōflatā, & fertū per cōtraria cōtextū: ac factos trophæi testes ipsos inimicos. Nisi Ioseph à fratribus videretur, nō esset in excelsa dignitate constitutus. Ea via adeptus est illustres honores, & amplam famæ celebritatem, qua ei inuidia concitati fratres ignominiam, & perpetuam nominis obliuionem parere putauerunt. Sæuiebat aduersus tres iuuenes Babylonius tyrannus natione & immanitate barbarus: sed nesciebat, quid faceret: non enim viris iustis veri Dei fiducia roboratis, sed sibi, & militibus suis dedecus & perniciē moliebatur. Sequiebat, vt nō crescerēt Hebræorū cruciatus, sed vt cūctis ostēderetur diuina potestas. Parabat incēdiū, exaggerabat flāmas ipse iracūdia incēsus, & immanitate inflāmat. Misit in rogū viros pietate, religione, sapientia præstātes. Sed perpende Dei bonitatem & potentiam. Fugiūt flāmæ, cedūt ignes, incēdia expauescūt, ardor ipse in refrigerationē cōuertitur. Rogus discedit à viris sãctis iuste, qui fuerāt dānati iniuste: & eorū hostes meritō consumit: iustis obsequiū præstat, iniustis interitū administrat. Eos innocentes ostēdit, quos tyrānus dignos supplicio putabat, eos verò iudicio maleficij cōuincit, quos ille censebat merita in cœlū vocasse. Ignis absoluit, quos condēnat rex crudelis, & in eos animaduertit, quos ipse laudibus iudicabat efferēdos. Iraque Nabuchodonosor aspicit suorū mulctā ad pœnā, & Hebræorū incolumitatē ad gloriā. Quid hoc spectaculo notabilius? quid hac victoria illustrius? quid hoc trophæo præstātius? Sed quid miraris? Nō solū ignis, sed omnia alia elementa diuino numini obediūt. Tres autē pueri vidētes admirabile Dei iudicium eū laudibus gaudio affecti efferebāt. Ita faciūt animæ Deo deuotæ in similibus euentibus, iuxta id psal. nonagesimifexti: *Exultauerūt filie Iudæ propter iudicia tua dñe.* c. *Stās autē Azarias.* Azarias idem est quod auxiliū Dei eius auxilio stabat fide & fortitudine roboratus.

d *Aperiēs os suū.* Quali sapientia & virtutū thesaurū. De Christo thesauro abscondito dictū est Matthæi quinto. *Aperiēs os suū docebat eos Multi os aperiuūt, vt fallāt, ille vt doceret, & viam ad consequendam æternam beatitudinem ostenderet.*

e *Deus patrum nostrum.* Meminit antiquorum patrum, in quibus priscis temporibus fides quæ per charitatē operatur, mirabiliter implēuit, & refulsit: vt eius obsecratiograta Deo esset, Eodem modo fecit Moses capite trigesimo secundo Exodi in precib. quas fudit ad Deum ad eius iram in vituli conflatione placandam.

f *Et vniuersa opera tua vera.* Cū veritas nō operibus, sed verbis tribuatur, posset quæri, cur hoc loco Dei opera dicūtur vera? Sed in prōptu est respōsio: nā apud homines opera differūt à verbis: apud Deū autē idē est dicere & facere: iuxta illud psalmographi: *ipse dixit, & facta sunt.* Vnde mater filiorū zebedæi dominū Iesum alloquēs: *Dic, inquit, vt hi duo filij mei sedeāt vnus ad dexterā tuā, & vnus ad sinistrā in regno tuo.* Et cetero: *Dic verbo, & sanabitur puer meus.* Vel dicūtur Dei opera vera ad differētiā operū hominū, quorū multa specie habētia

bonitatis, mala tamē sūt. Eaque ob causā falsa sūt, quæ simulata & ficta foris apparent bona: intus autem plena sunt dolis & fallacijs. Hæc simulatio vitiosa est, & è vita tollēda: aufert enim iudiciū veri, idque adulterat. Quia autē huiusmodi simulatione, & inani ostentatione, fictis nō modò verbis, sed factis stabilē gloriā se cōsequi posse existimāt, lōgē quidē opinione fallūtur. At Dei opera vera sūt, quia sincera sunt, & diuinę sapientia, quæ nec fallit, nec fallitur, respōdent. Veritas enim sumitur aliquādo pro sincera bonitate. Nā cum rex Ezechias ægrotatione laboraret, has voces emisit: *Obsecro domine, memento quæso, quomodo ambulauerim corā te in veritate.* Hoc est cādide, & sincerē, sine simulatione sine fūco. Vide Esaiā capite trigesimo quarto & 4. Regū 20. Sensus est: *Nosti domine, dedisse me operam, vt seruarē integre mādāta tua.* Ita in epistola tertia diuini Ioannis: *Sicut tu in veritate ambulās.* Aspicias veritatem his locis nō tā ad intelligētiā, quā ad volūtātē referri: nō tā ad sermones, quā ad facta: & idē esse veritatē & bonitatē. Eodē modo intelligi potest id, quod ait capite primo ad Romanos diuus Paulus: *Qui veritatē Dei in iustitia detinēt.* Hoc est, curteret Dei bonitas & benignitas, nisi impij ei suis obfisterēt sceleribus. Vel sumitur ibi veritas pro vera rerū intelligētiā: vt sit sensus: *Qui verū intelligūt, sed nō id efficiūt, quod animo percipiūt faciendū esse.* Habent quidē aquā veritatis, sed nō fluit, nec illis affert vtilitatem, quia est in palude hypocrisis detēta atque cōclusa. Vel accipitur ibi veritas pro cognitione, quæ ex rebus naturalibus percipi potest de deo: & iniustitia pro idolorū cultu: vt sit sēsus: *Qui cū ex rerū creatarū cōsideratione deueniāt in creatoris notitiā, colūt tamen idola, cultū illis soli Deo debitū tribuētes.* Hæc existimo esse germanā huius loci explanationem. Accipitur aliquādo veritas pro iustitia: vt psalmo vigesimo quarto: *Vniuersa via domini misericordia & veritas.* Et prouerbiorum vigesimo: *Misericordia, & veritas custodiūt regē.* Ac vt veritas accipitur pro bonitate & iustitia, ita verum accipitur pro bono, iusto, & æquo: vt Deuteronomij vigesimo quinto: *Pōdus habebis iustū & verū.* Et psalmo decimo octauo: *Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.* Quare verba hæc Azariæ: *Vniuersa opera tua vera:* hūc possūt habere sēsū. Oīa opera tua dñe sūt bona, iusta, & æquā. g *Supercinuatē sãctā.* Circuitio est Hierosolymæ, quā alij circūlocutionē vocāt: Græcivērō periphraim auctore Quintiliano cap. 6. lib. 8. Diuus Matt. cap. 4. Hierosolymā appellat ciuitatē sãctā, cū ait: *Assūpsit eū diabolus in ciuitatē sãctā.* Et c. 27. *Exeūtes de mohumētis post resurrectionē eius venerūt in sãctā ciuitatem.* Ita appellabātur, quia erat in ea templum Dei, & verus eius cultus: & quia ibi Christus Deus noster euangelium docuit, & magna redemptionis nostræ mysteria peregit.

h *Quia in varietate & iudicio.* Hoc est, in iustitia & æquitate. Vel in vero & æquo iudicio: iuxta illud diuini psalms psalmo 118. *Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.* i *Peccauimus.* Quoniā varijs affligimur calamitatibus, peccata nostrā cognoscimus, & iusta esse iudicia tua fatemur. Vide obsecrationē fidei & humilitatis plenissimā. Innocētes erāt, nullas pestilētes labe in animo habebāt: & tamē sibi populū attribuūt peccata, propter quod in ærūnis meritō versari cōfitebātur. Et sapiētē quidē: nā apud iustū iudicē qui se accusat, excusat. Ideo subdit: *Recedētes à te.* Ephraim habēt verba hæc. A te, quæ sūmum & incommutabile bonum, qui nos creasti, qui ab Aegyptiorū seruitute liberaisti, qui per mare Rubrum mirabiliter eduxisti, & qui nos cotidie immortalia confers beneficia. At cū te sequi debere-mus, recessimus à te, & deliquimus in omnibus.

k *Et præcepta tua non audiimus.* Hoc est, non obediuimus eis. Accipitur audire pro obtemperare: vt Exodi decimo octauo: *Audi verba mea, atque*

consilia. Deuteronomij quinto: *Audi Israel ceremonias ac iudicia.* Matthæi decimo octavo: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* Et Ioannis decimo: *Oves meæ vocem meam audient.* Vel præcepta tua non solum non seruauimus, sed ne audire quidem voluimus. Audiuit te mare, quando ut populus tuus transiret, se mirabiliter diuisit. Audiuit te lapis, quando populo sitiienti vim aquarum produxit. Audiuit te Iordanis rapidissimus fluuius, quando ad transitum. Hebræorum te iubente conuersus est retrorsum. Audiuit te sol, quando in medio cæli immobilis stetit. Audierunt te venti, quando imperasti ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Audierunt te mortui, quando dixisti Lazaro iam sepulto: *Lazare exi foras:* & filio viduæ ciuitatis Nain: *Adolescens tibi dico: surge:* & filia principis synagogæ: *Puella surge.* Mortui te audiunt, & viui te audire recusant. Audiunt te res omni sensu destitutæ, & nos quos tu compotes rationis ad imaginem & similitudinem tuam fecisti, te audire renuimus: O surditatem nostram miseriam ô contumaciam deplorandam; Quid Deo respondebimus in die iudicij: Audimus mundum, cum nos vocat ad blâdas sed pestilentes voluptates, ut nos capiat, & occidat, tibi autem qui nos aliquando terrore supplicij sempiterni, ut vitia fugiamus & virtuti operam demus nolumus aures præbere. Vt blanda aucupis vox aues vocantis, & modulantis illis est perniciofa, non autem sonitus villici deterrentis: sic mundi blanditia & illecebræ quibus nos vult delinire, & irretire, exitiosæ sunt: non autem Dei verba & monita, quibus nobis conicit terrorem ad animos à vitis abducendos, & ad virtutem excitandos. Ac sæpe nos benignè vocat dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Sed nos obfurdescimus, & illud fugimus. Præbemus aures mundi dolis diuina autem ac salutaria præcepta audire recusamus. *Ut bene nobis esset.* Non solum quo ad corpus, sed etiã quod ad animum. Ex toto cursu veteris testamenti patet, fuisse Hebræorum res secundas, & ad eorum voluntatem fluentes, dum Dei præcepta seruarent. *Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum.* De hoc schemate differuimus primo capite. Sensus est: Nunquam Babylonij impij, scelerumque maculis notati nos superarent, nisi tu Deus voluisses, qui propter flagitia nostra nos illis tradidisti. Sequitur. Et nunc non possumus aperire os. Nimirum contra iustitiam tuam, quoniam iuste nos castigasti. Vel contra inimicos nostros: tanta est enim tyranni crudelitas, ut loqui non audeamus: statim enim in eos animaduertit, qui verbum aliquod faciunt aduersus illum. Aperire seu dilatare, os est etiam petere: ut psalmo 81. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Hoc est, pete quicquid voles, ait Deus, & impetrabis. Est etiam obedire: ut Ezechielis secundo: *Aperi os tuum, & comede, quæcunque ego do tibi.* Id est obtempera, ut ibi Polychronius interpretatur. Est etiam mortem alicui minitari instar leonis qui videns prædam aperit os ad illam deuorandam. In hanc significationem accipitur illud Psalms 21. *Aperuerunt super me os suum sicut leorapiens, & rugiens:* Hoc autem Danielis loco accipitur pro loqui.

n *Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis.* Nam illis obiciunt hostes nominis tui calamitates nostras, qui te eadem fide colimus cum illis. Curaiunt illi, Deum vestrum toto animo veneramini, qui non potuit eos liberare, qui illum more vestro coluerunt. Angebatur vir pius, & iustus calamitatibus fidelium, quod illis impij dolorum cultores insultarent, & verum Deum despicerent.

o *Ne queso tradas nos in perpetuum propter nomen tuum.* Id est, ne nos obsecro perpetuo tradas inimicis nostris, sed libera nos, ut nomen tuum gloriosus refulgeat. Afficient te iniqui contumeliosi, si nos viderint semper

abiectiones, & in mœre, & ignominia versatos. Plus iniuriam Deo illatam, quam sibi dolebat. Maiorem vim lachrymarum ob Dei contumeliam, quam ob proprias ærumnas profundebat. Non sibi, sed Deo nominis celebritatem mirabiliter optabat. Eodem modo diuinus psaltes psalmo 113. *Nō nobis, inquit, domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes: *ubi est Deus eorum?* Ac si dicat: *Nō nominis nostri causa à te domine petimus liberationem, sed ne sanctum nomen tuum ludibrio sit gentibus à fide alienatis, quæ illud nefaridè execrantur: ne nobis obiciant te non esse Deum.* Eripe nos propter misericordiam tuam, & veritatem tuam, ut clemens appareas, & verax in promissis: non ut nos ex eo nominis claritatem & amplitudinè consequamur, sed ut nomen tuum illustrius reddatur. Ea ratione ductus Moses dicebat Deo populum Israeliticum ob vituli peccatum delere volenti: *Ne quando dicant Aegyptij: callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret e terra.* Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Id quod nos habemus in psalmo citato: *Super misericordia tua & veritate tua: vertunt ex Hebræo Hieronymus & Felix: Propter misericordiam tuam, & veritatem tuam.* Et id quidem est, quod hic ait starim Azarias: *Ne dissipes testamentum tuum, nec auferas misericordiam tuam à nobis.* Hoc est, ne frangat fœdus, quod cum antiquis patribus nostris sancire voluisti, promittens eis te esse eorum posteritatem & familiam propagaturum: & cum ad te toto pectore confugissent erepturum & misericordiam tuam nobis tribue supplicibus. *Ne dissipes testamentum seu pactum tuum,* idem est, quod propter veritatem tuam: & ne auferas misericordiam tuam à nobis, idem est quod propter misericordiam tuam. Sed dices: *Quid est: Ne tradas nos in perpetuum propter nomen tuum:* Quod nomen Dei est hoc? Nomen Dei accipitur hoc loco pro eius gloria ac fama: ut Ioannis 17. *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Et Sapientia 10. *Decantauerunt domine nomen sanctum tuum.* Accipitur etiam nomē domini pro ipso Deo: ut capite Ezaiæ 20. *Ecce nomen domini venit de longinquo.* Hoc est ecce Christus veniet de cælo. Et Ieremiæ 50. *Speret in nomine domini.* Igitur hæc verba Azariæ: *Ne tradas nos in perpetuum propter nomen tuum:* hunc etiam possunt habere sensum. Ne nos perpetuo affligas: quod à te petimus propter te ipsum.

p *Sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in litore maris.* Capite tertio decimo Genesis dixit Deus Abraham: *Faci semem tuum sicut puluerem terræ.* Et quintodecimo. *Suscipe cælum, & numera si potes: sic erit semem tuum.* Augustinus libro sextodecimo de ciuitate Dei existimat locutionem hanc hyperbolicam esse. Duplex posteritas ducit ab Abraham genus suum, altera secundum carnem tantum, altera secundum spiritum. Filij Abraham tantum secundum carnem Hebræi illi sunt, qui fidem non habent, nec opera Abraham imitantur: & hi sunt cum puluere terræ, & arena maris comparati, terreni, aridi, virtutis actionibus infecundi. Filij autem Abraham secundum spiritum sunt omnes fideles, siue gentiles. Hæc est eius posteritas cælesti felicitate sublimis, lumine resurrectionis fulgens, secundum quam Abraham dictus est pater multarum gentium capite Genes. decimo septimo: quem apostolus capite 4. ad Romanos patrem omnium credentium vocauit. Qui fide charitate formata credunt, quæ ut verbis vtar apostoli ad Galat. 5. per charitatem operatur, Abraham filij sunt, & altitudine & claritate cum sideribus cæli comparati.

q *Non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta.* Iam enim rex Sedechias captus fuerat à Babylonij cū omnibus ducibus exercituum Hierosolymæ. Et quanuis in Chaldæa essent insignes illi duo vates Ezechiel & Daniel, actu tamen tunc non vaticinabantur.

Psal. 113.  
Hieron.  
Felix.

Heb.

Psal.

Gen. 15.

Simil.  
do.

Simil.  
do.

Iob. 2.

Iob. 3.

r In anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur. Hoc est, loco sacrificij suscipe domine animos nostros contritos & abiectos, & rerum humanatum tolerantia munitos. Eodem modo Dauid psalmo 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Erat eius animus propter cognitionem sceleris, eiusque acerbam recordationem fractus, prostratus, afflictus, & anxius: eumque ita affectum appellat victimam Deo acceptam & gratam. Vel accipitur hoc Danielis loco anima pro vita: quæ ideo dicitur contrita, quia erat calamitate percussa. Perspicuum est enim accipi animam pro vita: vt psalmo 141. *Periit fuga à me: & non est qui requirat animam meam.* Ac si diceret Dauid cum à Saule affligeretur: Non possum fugere Saulem: fuga mihi intercepta est, & refugium preclusum: atque non est qui desideret vitam meam. Et Christus dominus apud Ioannem decimo. *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Et multis alijs in locis.

s *Sicut in holocausto.* Suscipe domine affectionem animi nostri contriti & abiecti, sicut solebas Hierosolymæ holocaustum & arietum & taurorum suscipere. Holocaustum dicebatur victima, quæ tota cremabatur. Solebant sacrificia fieri solum Hierosolymæ: extra illam autem non erant accepta: quia futurum erat, vt extra ecclesiam veri sacrificij locus non esset. In diuinis enim literis per Ierusalem ecclesia catholica sepe significatur: secundi Paralipomenon trigesimalotertio capite: *In Ierusalem inquit Deus, erit nomen meum in æternum.* Psalmo 146. *Aedificans Ierusalem dominus dispersiones Israel congregabit.* Capite secundo Ioelis: *In Ierusalem erit saluatio.* Quartodecimo Zachariæ: *Exibunt aque viua de Ierusalem.* Duodecimo epistolæ Pauli ad Hebræos: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuentis Ierusalem celestem.* Eam prædixerant diuini vates ædificandam: & de ea illud psalmographi intelligitur: *Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, &c.* Habet enim ecclesia catholica sacrificia sua longè diuersa ab ijs, quæ fuerunt in lege vetere instituta, sed Deo longè acceptiora.

t *Sic fiat sacrificium nostrum.* Animos calamitatibus pressos, peccatique recordatione afflictos, dolorem toleranter ferentes, & diuinum præsidium inuocantes sacrificium vocat Affligebat eos Deus, & ex ipsorum ore ne vnum quidem verbum excidebat aduersus illum: quimpotius peccatis suis supplicia sua tribuebant. Magna profecto & admirabilis patientia, eorum ostendens doctrinam: nam vt ait capite Prouerbiorum decimonono. Salomon: *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Hæc tum clarius apparet, cum qui ea sunt præditi, graui rerum aduersarum vulnere percutiuntur. Vt enim si lex semper continet ignem sed illum tunc perspicue ostendit, cum percutitur: sic viri pii & iusti semper patientiam in animo habent: sed tunc illam euidentius ostendunt, cum calamitatum ictibus feriuntur. Vt enim stellæ noctu micant radijs, & claritate ac luce sua autem illustant: sic viri sapientia, & pietate præstantes nocte ærumnarum cum admoventur faces dolorum, admirabilem tolerantia, cæterarumque virtutum indicant splendorem. Est enim patientiæ proprium omnia humana æquo animo ferre, aduersæ fortunæ, vt vulgus ineptè loquitur, vulneribus non terretur, nec animo cadere: sed ad Deum tanquam ad arcem tutissimam confugere, nihilque quod homini accidere possit, intolerandum putare: & in ipsis procellis animi magnitudinem, & rerum arduarum atque difficilium voluntariam perpeffionem ostendere. Id animo percipiens Iob ærumnis vndique obsessus: *Si bona, inquit, suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus?* Et Tobias in exilium eiectus, & luce ocu-

lorum orbatus dicebat capite tertio: *Deus castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.* Vnde Ecclesiasticus capite secundo: *In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habet: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino afflictionis.* Huiusmodi patientia illi erant muniti, qui vt verbis vt apostoli vn decimo ad Hebræos, ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula, & carceres, egentes, angustiat, afflicti, quibus dignus nõ erat mūdus. Sed quorsū alios referimus, cum habeamus in promptu admirabilem illam ac inter omnes eminētem Christi Dei nostri patientiam? De eo prædixerat Esaias: *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obtumescet.* Et paulo pōst. Et pro transgressoribus orauit. Cum enim pēderet in cruce vulneribus saucius, duris clavis transfixus, summis iniurijs affectus, acerbissimis cruciatibus percussus ad cælestem patrem voces illas emisit patientia & pietate plenissimas, *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Exhibant ex recentibus ac grauibus vulneribus flumina sanguinis: & pius pater pro illis qui ea sibi infligebant, orabat. Id perpendens diuus Paulus capite duodecimo epistolæ ad Hebræos, *Nos inquit, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem confessione contempta.* Propositum sibi gaudium ait, vt inquit Nazianzenus, quia cum sibi liceret paternis frui oblectationibus, & non mori, voluit tamen ignominia contempta crucem sustinere.

v *Non est confusio confidentibus in te:* Ait enim Ecclesiasticus capite secundo: *Nullus sperauit in Domino, & confusus est.* Et Apostolus quinto ad Romanos: *Spes autem non confundit.*

x *Et non sequimur te in toto corde.* Fugimus te aliquando: nunc autem ad te conuertimur. Declinauimus quondam à te, modò verò non fictè, sed toto animo te sequimur affectione, amore, desiderio, pietate. Aspicias ærumnarum commodum. Quemadmodum conueniunt ad Dauidem omnes, qui in afflictionibus versabantur, vt libro 1. Reg. cap. 22. diuina narrat historia: ita hi tres iuuenes, cum se vidissent in graue discrimen incidisse, ad Deum toto animo confugerunt. Nos calamitatibus pressi quæ secuturi sumus nisi Christum verum Deum nostrum? Nam vt Ecclesiasticus ait capite vigesimalotertio. *Gloria magna est sequi Dominum.* Et ipse Christus apud Ioannem duodecimo. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Eū semper quæramus, eius præsidium petamus, eius auxiliū imploremus. Vt oues sequuntur pastorem, filij patrem, milites ducem: ita nos Dominum Iesum sequi debemus. Ipse enim est pastor ille, qui de se ait apud Ioannem decimo: *Ego sum pastor bonus: quem Apostolus capite tertiodecimo epistolæ ad Hebræos pastorem magnum vocat.* Ipse est pater, ad quem Esaias capite sexagesimalotertio hæc verba facit: *Tu Domine pater noster, redemptor noster.* Et Christus ipse de se loquens Matthæi sexto: *Pater, inquit, vester celestis pasci illa. Ipse est dux, de quo vaticinatus est Michæas quinto: Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiit dux, qui reget populum meum Israel.* De eo ait Deus pater apud Esaiam quinquagesimo quinto: *Ecce testem populis dedi eum ducem ac præceptorem gentibus.* Eum secuti Apostoli dicebant apud Matthæum decimonono: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Vt ferrum sequitur adamantē: ita nos sumus Christum secuturi. Magnes ferrū trahit, vt adamas: at si hi duo lapides simul adsint, ferrū sequitur adamantem: & fugiens magnetē ab eo se abstrahit, & abducit, Deus est adamas

Heb. 11.  
Psal. 50.

Similitudo.

Similitudo.

Iob. 2.

Iob. 3.

Esai. 51.

Eccl. 2.

Similia.

Similitudo.

cælestis, diabolus magnes, homines ferrum. Vterque nos vocat, Deus ad gloriam cælestem per virtutes, diabolus ad cruciatum æternos per vitia. At nos dæmonem declinantes, qui nos inuitat & allicit: ad Christum nos attrahere & adducere volentem confugere debemus: ipse enim ait: *Sequere me: & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Et diuus Petrus in prima canonica sua: *Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Eos imitemur, de quibus ait Matthæus quarto: *At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.* Sunt, qui videntur sequi Christum, qui propter eum, vt ipsi aiunt, opes aliquas relinquunt, sed retia non relinquunt: ea retinent, vt illis piscantur & multo plures & maiores diuitias adipiscantur. Alij sequuntur Christum, sed in calamitatibus tantum, & veluti coacti: nempe, cum se vident discriminibus expositos, à quibus intelligunt non posse ope humana liberari.

*Similitudo.* Corpus illud cæleste extrinsum & supremum quod philosophi appellant primum mobile, reliquos omnes globos cælestes complectitur & continet: qui quauis naturaliter retro versentur contrario motu ad extrinsum cælum, ab ipso tamen rapti ipsum sequuntur: sed motu coacto ac violento: Eodem modo multi voluntate propria à Deo recedunt, sed procellis ac tempestatibus iactati, quæ multæ variæ que in vita versantur, vndique cincti, quasi compulsi Christum sequuntur. At nos voluntario impetu ad illum curramus, iuxta id quod ait Dauid psalmo 33. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Vel, vt Hieronymus vertit ex Hebræo: *Et consueuit.* Nam vt fluuij ex mari dimanantes ad ipsum mare impetu fluunt & festinanter: sic nos ad Deum, à quo conditi sumus, debemus impetu & conatu animi confluere instar fluuiorum ad altum tendentium. Verbum enim Hebræum fluere etiam significat. Sunt alij, qui libenter & ardente voluntate sequuntur Christum: sed qualibet causa etiam leuissima desistunt ab incepto, similes canibus venaticis, sed ignobilibus, abiectione ortis & obscura stirpe: qui quamuis vehemente impetu aggrediuntur prædam, eam tamen inuento cadauere statim relinquunt: sic illi alacri & prompto animo incipiunt dare operam virtuti, & Christum sequi: sed interposito quocunque impedimento etiam fuit illi modo de sententia decedunt. Non permanent in proposito susceptoque consilio, nisi quandiu prospero vtuntur flatu in virtutis cursu, à quo quacunque tentatione deflectunt: nam blandis voluptatibus ducuntur, obstricti cupiditatibus tenentur, terrore calamitatum ac debilitantur. At Ecclesiasticus capite quinto: *Esto, inquit, firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & sceleris.* Et D. Paulus capite quinto epistolæ ad Galatas: *Cur rebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?* Et Christus Iesus apud Matth. decimo. *Qui perseverauerit vsque ad finem, hic saluus erit.* At viri iusti constantia muniti veluti venatici & generosi canes currunt ad prædam vsque ad finem: & charitate inflammati cælestem in terris vitam imitantur: & vt ait cap. Apocalypsis 14. diuus Ioannes: *Sequuntur agnium, quocunque ierit.* Hi possunt dicere cum tribus pueris. In toto corde te sequimur.

*Si nihil.* y *Et timemus te.* Timore filiali. Est quidam timor, quem Theologi scolastici appellant mundanum, quando homo propter mala, quæ timet, recedit à Deo: & hic malus est. De illo ait Dominus Iesus apud Matt. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Alter est seruilis, quatenus seruilis, & quatenus solum pœnam timet: & hic repugnat charitati. De eo ait Apostolus cap. 8. ad Rom. *Nô accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater.* Et capite primo posterioris ad Timotheum: *Non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.* Alius est timor seruilis qui bonus est: nam timet Deum, & est dispositio ad peccati detestationem, &

ad conuersionem ad summum bonum. De eo ait diuinus psaltes psal. 110. *Initium sapientie timor Domini.* Id quod etiam ait Sapiens primo Prouerbiorum. Et Ecclesiasticus similiter. De eo scriptum est. Prouerbiorum quintodecimo. *Per timorem Domini declinat omnis à malitia.* Et in sancto concilio Tridentino sessione sexta sūt hæc verba literis consignata. Si quis dixerit gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Et sessione 14. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitæ ad Ionæ prædicationem plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Alius est timor dictus filialis, qui diuiditur in initialem, & perfectum: qui non differunt secundum substantiam, sed secundum perfectum & imperfectum: nam timor initialis est in statu incipientium, perfectus autem statui conuenit perfectorum. Hic timor initialis est cum charitate coniunctus, sed non cum perfecta charitate: Idem ait D. Ioannes cap. quarto primæ suæ canonice: *Perfecta charitas foras mittit timorem.* De timore filiali perfecto ait Deus capite trigesimo Leuitici: *Time Dominum Deum tuum.* Et cap. decimo Iosue: *Timete Dominum, & seruite ei in corde perfecto.* Et psal. secundo: *Seruite Domino in timore.* Et Apostolus capite vndecimo epistolæ ad Romanos: *Noli altum sapere, sed time.* Timor seruilis timet pœnam, timor filialis culpam. Bonus timor tam debitus est Deo, vt ipse Deus timor virorum iustorum appelletur. Id ostendit diuina scriptura capite trigesimo primo Genesis. vbi loquens Iacob cum Laban: *Nisi Deus (inquit) patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi, forsitan nudum me dimisisses.* Hoc est, omnibus me spoliasset, nisi mihi opitularetur dominus ille, qui est Deus Abraham, & timor Isaac, quem Isaac reuerentiali timore veneratur. Et paulò post iurauit per timorem patris sui Isaac: id est per Deum, quem Isaac timebat. De eo ait cap. 8. Esaias. *Dominum exercituum sanctificate ipse timor vester, & ipse tremor vester.* Eam ob causam pius Simeon, quia Deum filiali timore venerabatur, à diuo Luca cap. 2. appellatur iustus & timoratus. Ac Deus Græcè dicitur θεός, timor autem θεός: quasi nomen Dei à timore deriuetur: vel timor à nomine Dei. Vnde Deus Latine à nomine θεός, vt viris placet eruditus, deducitur, hoc est à timore filiali, quo illum sumus culturi.

z *Et querimus faciem tuam.* Hoc est gratiam tuam, & fauorem, quo nos ad te clamantes prosequeris. Accipitur aliquando facies pro fauore, misericordia, gratia, & benignitate: vt 3 Reg. capite 13. *Deprecare faciem domini Dei tui.* Et psal. 12. *Vsquequo auertis faciem tuam à me?* Et 26. *Tibi dixi cor meum: quæ sunt te facies mea, faciem tuam domine requiram.* Sensus est. Enixe te domine obsecro & obtestor, vt me audias: nam te hoc precatus est animus meus, non inani vocum sono sine attentione preces fundo: sed tota animi cura & cogitatione. Vultus meus ad te conuersus non ab alio auxilium petit, sed à te solum. Semper enim domine faciem tuam, hoc est fauorem tuum requiram. In priore parte accipitur facies pro vultu, in posteriore pro gratia & benignitate. Vel in vtraque gratiam & fauorem significat: vt sit sensus. Te obsecrat cor meum, quod quæsiuit te ô facies mea, ô Deus qui es facies mea, refugium meum, & misericordia mea: quam ego semper conquiram. Vel accipitur secundo loco facies. Dei pro ipso Deo in visione beatum faciem te, ac si dicat diuinus psaltes: Quæsiuit vultus meus vultum tuum in gloria sempiterna, ardentissimè cupiens te videre. Quomodo etiam accipi potest hoc Danielis loco.

aa *Et secundum multitudinem misericordie tue.* Non merita sua in medium afferunt: sed ad portum diuinæ mi-

miseri cordiæ sapienter confugiunt. Et quia deficiebat eos humanum præsidium, recurrunt ad miraculum dicentes: *Erue nos in mirabilibus tuis.* Ac quia miraculis solet Dei gloria illustrari, addunt: Et da gloriam nomini tuo, domine. Ut videntes idolorum cultores prodigium, ac potentiam Dei, illum cognoscerent, & laudibus efferrent.

bb *Et confundantur.* Loquitur de confusione per penitentiam. Vel petit à Deo, ut impios puniat, non appetitione ultionis, sed iustitiæ ductus: ut sciant homines cum esse verum Deum. Ita intelligitur illud psal. 57. *Letabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Non quod iustus calamitosi hominis supplicii insultet: sed quod intelligat illustrati nomē Dei: & homines vitis nuntium remittere, cum scelerati à Deo castigantur, & insigni aliquo supplicio afficiuntur. Animi hominum tam magnopere excitantur ad religionem, cum Deus severitatem iustitiæ suæ in homines nefarios ostendit, & præclara aliqua atque conspicienda pœna declarat, se bonis consulere, improbos ulcisci. Hac ratione ductus petebat à Deo pius David, ut de impiis hostibus suis sumeret pœnas, cum diceret psalm. 7. *Exurge domine in ira tua, exaltare in sinibus inimicorum meorum. Exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te.* Ac si diceret: Noli domine quasi dormiens dissimulare & differre supplicium: sed fiat illustis tua potentia monumento aliquo insigni iustitiæ tuæ aduersus inimicos meos in circuitu. Et quoniam principibus præcepisti, ut eos qui scelere pascuntur, supplicii coercent, & innocentes liberarēt, præta, quod alijs faciendum præcepisti: ut populus hoc videns, te veneretur, numen tuum sanctissimum timeat, & ad diuinum cultum reuertatur. Vnde ipse dominus apud Ezech. 7. *Scietis, inquit, quod ego sum dominus percussiens.* Castigat Deus vnum virga severitatis, ut alij corrigantur: & ex pœna illa dulces ferantur fructus. Hæc est virga Aaronis, quæ percutiebat & flores tulit & amygdalas: hæc est aucupis sagitta, qua columba vna percutitur, sed cætera terrentur.

Simile.

cc *Et nō cessabam, qui miserant eos.* Hoc est, qui eos proiecerant in fornacem. Poteris allegoricè per ignium nutrimenta intelligere cupiditatem, ac voluptatem, cæterorumque flagitiorum incitamenta, quibus mandus, diabolus, & caro homines excitant ad peccandum, à quibus viri charitate & constantia muanti, diuino adiuti fauore non offenduntur.

dd *Naphtha.* Genus est bituminis circa Babylonē copiosè prouenientis auctore Plinio lib. 2. quod ignis maxime nutritur, & incenditur. Malleoli sunt noui palmites vitis, qui pro sarmentis aliquando accipiuntur. Hoc autem loco sumuntur pro fasciculis expice, sulphure, alijsque huiusmodi incendij nutrimentis confecti, ad flammæ propagationem accommodati. In hæc significationem accipitur hoc vocabulum à Cicerone in oratione pro Miloue, cum ait: *Domus in cliuo capitolino scutis referta, plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum.*

ee *Et incendit quos reperit.* Magnum profectò miraculum, dignumque quod homines teneret stupidos, & admirantes, magnosque clamores tollentes. Eos ignis non tangit, qui sunt in medium eius coniecti: eos verò comburit, qui illum innocentibus parabat. Huiusmodi sunt, qui viris integritate vitæ ac morum, præditis constant inuidiam, iniamiam, & vulnera infligunt, in eos iaciunt contumelias, eos opprimere calamitatibus conantur. Nam hi occiduntur crimine mortifero, aliorum autem gloria illustratur. Sibi eterna infligunt ignominiam, alijs autem nec opinati nominis comparant amplitudinem immortalem. Ita illis accidit, qui Danieli diem dixerunt, eique perniciem machinati ita

tuerunt, ut in foueam leonum mitteretur. At illi Danieli liberato fuerunt in eundem lacum eiectione, & à leonibus lacerati. Id illis euenit, quod Perillo insigni fabrico, qui cum taurum in quo homines subiectis ignibus torquerentur, ex ære fabricasset, illumque Phalaridi, tyrannorum crudelissimo, qui nouis cruciatuum generibus oblectabatur, obtulisset, munus ab eo pro inuento postulauit. At tyrannus iussit, & meritò quidem, ut ipse in taurum illum inferretur, & primus experiretur pœnam, quam alijs pararat: qui inclusus in illo fuit incendio commissus, & iuste combustus. Testis est Plinius libro trigésimo quarto. Et postea idem Phalaris fuit à suis in taurum illum coniectus, & ibi crematus, ut ait Ouidius in Ibin. Tandem taurus ille fuit ab Agrigentinis proiectus in mare, ut narrat Timæus, ne vlla sæui tyranni memoria remaneret. Id viderunt illi, qui eorum immanitatem experti fuerant, iuxta illud psalmi nonagesimi: *Et retributionem peccatorum videbis.* Narrat cap. 16. Numerorum diuina scriptura egressum esse ignem à Domino, eosque interfecisse, qui per seditionem incensum offerebant. Erupit ignis è thuribus, quo impij fuerunt consumpti, & proprio igne quem accenderant, flagrarunt. Itaque proprio gladio iugulati sunt. Impletum est illud psal. 36. *Gladius eorum intret in cordia ipsorum.*

Dan. 14.

ff *Angelus autem domini.* Vbi deest auxilium humanum, solet Deus viris iustis opitulari, diuino. Eodem modo misit angelum, qui Isaac à cæde, ne immolaretur, eriperet: & Petrum apostolorum principem è carcere liberaret. gg *Excussit flammam ignis de fornace.* Ita diuino auxilio flamma vitiorum nostrorum extinguitur in nobis, si Dei misericordiam toto animo imploramus, & virtuti ac veræ laudi studemus.

Gene. 22.  
Act. 12.

hh *Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Poterat Deus efficere, ne in fornacem hi tres pueri mitterentur. Sed maius ac mirabilius beneficium fuit in eam mitti, sic ab igne nullo modo lædi. Eodem modo potest Deus facere, ne viri iustitia & pietate præstantes incidant in calamitate: at multo illustrius & præstantius beneficium confert in illos, cum affligi permittit, sed illis patientiam & gratiam largitur, ne à calamitatum flammis offendantur. Velius est tolerantiam habere in ærumnis, quam ipsi liberari. Ac ut verbis vtat diui Augustini: Diuina bonitas ideo maxime irascitur in hoc sæculo, ne irascatur in futuro: misericorditer temporalem adhibet severitatem, ne æterna iuste inferat. Hæc ille. Ex quo colliges vtilis esse tyrannos, quorum immanitate piorum patientia exercetur. Ut hyenæ fel, & alia ferarum venenatarum partes aduersus graues, periculosos, ac diuturnos morbos vim habent, illis que depellunt: sic crudelium tyrannorum immanitas, & flagitiosorum hominum fraudes & malevolentia remedia sunt aliquando multis incommodis salutaria: quibus Deus vtitur, ut multorum ægritudinibus animi medeat. Et ut nulla medicamenta que vulneribus adhibentur, tam acerbè afferunt dolorem, quam quæ sunt salutaria: sic impiorum malitia & calliditate, quibus viri pij maxime torquentur, admirabilem illis cœlestis medicus adhibet medicinam. Aspicias hoc loco, quam vtilis fuerit tribus pueris tyranni, & satellitum eius immanitas, qui ad Deum ardentem aspirarunt in calamitatibus suis à quibus fuerunt mirabiliter liberati. Sed querunt me nonnulli, quo modo flama ignis his pueris non nocuerit. Respondendum puto, in circuitu fornacis per orbem esse flammam, quæ illis introeuntibus vincula dissoluit & consumpsit: ait enim hoc loco scriptura, eos ambulasse in medio ignis ardentis. At in medio magnæ illius fornacis vbi ipsi ambulabant, non erat ignis, quia ut hic ait Daniel, excussit eum angelus de fornace: sed erat singularis ac iucunda refrigeratio, & lenis ac placidus

Similitudo.

Similitudo.



dusauræ flatus, & quasi zephyrus suauiter spirans, quem Latini faonium vocant id factum fuit angeli ope, sed præcipue diuina virtute & voluntate. Sunt tamen, qui asseueranter affirmant fuisse etiam in medio fornacis ignem, nec fuisse exclusum, nec extinctum, nisi quod ad eius actionem, quæ suspensa fuit à corporibus puerorum. Nã et si ignis eos rangebatur corporaliter, non tamen physicè, vt eorum vtat verbis, quia actionem in illis non exercebat. In hac sententiã est albertus magnus quæ sequitur Dionysius Carthusianus eius imitator. Vtraque opinio est probabilis: prior tamen videtur litera conuenientior.

*n* *Benedictus es domine.* Plena sunt verba hæc ardentissimo erga Deum amore, quò incensi hi tres viri ob innocentiam pueri nuncupati quærunt nomina, quibus possint Deum mirificis laudibus celebrare. Eam ob causam eum vocant benedictum, laudabilem, gloriosum, super exaltatum in sæcula. Appellari Deum benedictum frequenter inuenies in literis diuinis Psal. 40. *Benedictus dominus Deus Israel à seculo, & vsque in seculum.* Psalmo centesimo trigesimo quarto: *Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.* Lucæ primo: *Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis sue.* Chrysostomus in Genesim summam esse omnium bonorum ait esse benedictum. At hi tres pueri non contenti Dei gloriam & dignitatem hoc tantum attributo prædicare, præter illud eum vocant laudabilem, hoc est dignum laudibus æternis. Ita dauid psalmo quadagesimo septimo. Magnus, inquit, dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri. Et psal. 147. *Magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Est statim eum gloriosum vocant, hoc est plenam gloria, maiestate, excellentia, & præstantia. Et super exaltatum, hoc est omnibus in comparabiliter altiore: quoniam finiti ad infinitum non est comparatio: eius excelsitas intelligentiæ nostræ vim superat atque notationem. Id quod sequitur: in secula, ad omnia hæc refertur. Quanquam Damascenus asserat sæculum variè sumi, hoc tamen loco sumitur pro hoc sæculo & pro altero: quod immutabili æternitate continetur.

*kk* *Et benedictum nomen glorie tue.* Nomen accipitur aliquando pro re nominata. Vnde nomen Christi accipitur pro ipso Christo. Ita intelligitur illud eiusdem Christi apud Ioannem sextodecimo: *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hoc est, si petieritis aliquid propter me à patre, ille vobis illud impertiet. Et quod statim sequitur: *Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo.* Petierant quidem Iacobus & Ioannes filij Zebedæi mundi diuitias gloriam & dignitatem: quæ intelligebantur verbis illis nimirum sedere ad dexteram, & ad sinistram. Sed non petierant propter ipsum Christum. Vel ideo illis ait: *Vsque modo non petistis quicquam:* quia ea quæ petierant, nihil erant: mundi enim opes nihil sunt. Accipitur etiam nomen pro gloria, fama, & celebritate. Vnde petere in nomine Christi, est gloriam ipsius aliquid postulare. In hanc significationem accipitur Genesis vndecimo: *Celebremus nomen nostrum:* Et ecclesiastici quadagesimo primo: *Oleum effusum nomen tuum.* Vt enim oleum tum reddit præcipuum odorem, cum diffunditur: ita Iesu Christi nomen, cum prædicatur. Sed hoc loco potest accipi nomen domini pro ipso Christo, quem sponsa comparat cum leui oleo propter eius misericordiam & benignitatem. Interpretans diuus Paulus capite decimo ad Romanos locum illum Ioelis capite secundo: *Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit,* per nomen domini, Christum explanat seruatorem nostrum. Similiter & diuus Petrus secundo capite

Actorum apostolorum. Accipitur etiam nomen pro inuocatione: vt Genesis secundo: *Nomen vni Phison et Paulò post: Et nomen fluyi secundi Gecon.* Et Matthæi, nono. *Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine.* Et hoc modo accipitur hoc Danielis loco pro nomine Dei tertagratato ineffabili, quod est Iehouah, inter omnia Dei nomina præcipuum. Deo eo ait Dauid psal. 8. *Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.* Vbi enim nos habemus, domine, est in Hebræo Iehouah. De quo nomine nos in commentarijs nostris in Esa. cap. 52. & in ezech. vlt. copiose differimus. Potest nihilominus nomen, hoc Danielis loco accipi alijs significationibus à nobis commemoratis.

*ll* *In templo sancto glorie tue.* Hoc est, in templo Hierosolymæ sancto & glorioso: vbi gloriam tuam indicasti: & ad eam declarandam edificari voluisti. Etsi templum illud iam euersum erat, fuerat tamen Deus in illo celebratus: & poterat iterum instaurari, quem admodum instauratum fuit. Alij de cælo interpretantur. Alij de viris iustitia & pietate præstantibus: de quibus ait apostolus tertio capite prioris ad Corinthios: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et capite sexto posterioris: *vos estis templum Dei viuui.* In illis enim manet Deus per gratiam & charitatem, iuxta illud diui Ioannis in prima epistola sua cap. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo.* Nò solum Christiani, sed exteri philosophi asseruerunt Deum in viris in esse. Id docet Plato in Ione, & in Parmenide: Mercurius Trismegistus in Pymandro: & Xistus Pythagoricus cum ait hominem esse Dei templum, Deum autem eius hospitem.

*mm* *In throno regni tui.* Hoc est in cælo, vel in folio cælesti. Accipi thronum pro Dei sede in cælo, siue pro ipso cælo asserit dominus Iesus apud Matt. 23. dicens: *Qui iurat in cælo, iurat in throno Dei.* Et cap. 5. *Nolite iurare per cælum, quia thronus Dei est.* P. oteris per thronum regni Christi animam iusti intelligere, in qua ipse regnat per gratiam. Vel ordinem angelorum, eorū præsertim, qui vocantur throni, ab habitatione aut sede Dei authore Dionysio Areopagita libro de cælesti hierarchia. Huic expositioni fauet Augustini sententiã libro tertio de trinitate aëtis, Deū in angelicis spiritibus summa amicitia copulatis tanquam in excelsa & sancta sede residere, De qua scriptū legimus Apocalypsis 19. *adorauerunt Deum sedentem super thronum.*

*nn* *Qui intueris abyssos.* Hoc est, res profundas, reconditas, & penitus abstrusas intelligis, & penetras: cui nihil est absconditum, nihil occultum. Id ait diuus Paulus cap. 4. ad Hebræos: *Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda sunt & aperta oculis illius.* Et Iob 42. *Scio, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.* Diuina scriptura authore diuo Hilario immensam vastitatem vocat aliquando abyssum: vt Ecclesiastici primo: *Profundum abyssi quis dimensus est:* Accipitur abyssus pro corde: vt Eccl. 42. *Abyssum & cor hominum inuestigauit.* Vbi, &, accipitur pro id est. Et hoc modo potest, accipi abyssus hoc loco. Proprie autè abyssus significat vim & copiam aquarum: vt Gen. 8. *Clausi sunt fontes abyssi.* Et 15. Exodi: *Abyssi operuerunt eos.* Et quia aquarum nomine calamitates significantur, iuxta illud psalmographi: *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam:* iude efficitur, vt per abyssum acerbata calamitatum magnitudo significetur: vt psal. 41. *Abyssus abyssum inuocat in voce eataractarum tuarum omnia excelsa tua & fluctus tui super me transferunt.* Ac si diceret diuinus psaltes: Calamitas vna alteram trahit: pluit super me arumnarum multitudo: nullum aspicio finem afflictionum mearum, nullam acerbisatum intermissionem. *Omnia excelsa tua,* hoc est omnia tonitrua & fulmina tempestatum, & aquæ omnes procella

Matt. 20.  
Marc. 10.

Simile.

psal. 68.

cellarum in me irruerunt. Quemadmodum cælum fulminibus, fragoribus, tonitruis, flammis inter nubes coruscantibus immensa vi grandinis atque imbrium segetes virentes euertit: ita tu domine indibili rerum aduersarum tempestate me miserum obruisti. Hanc acceptionem potest hoc loco habere abyssus: vt sit sensus: Benedictus es domine, qui intueris eorum ærumnas, qui ad te toto animo confugiunt: vi eos eripias, quemadmodum nobis fecisti, qui nos mirabiliter liberaisti. Harum explanationum primam esse rectiorem existimo.

oo *Qui sedes super Cherubim.* In singulari dicitur Cherub. in plurali Cherubim. Cherub. idē est quod quasi magister, vel scientiæ plenitudo. Vnde sedere super

cherubim est omnem scientiam superare. Ac si dicat. Non est mirum te intueri abyssos, & profunda cognoscere, quoniam sedes super cherubim: hoc est, quoniam summam ac infinitam habes sapientiam. Fortasse alludit ad arcam fœderis, & propitiatorium, vbi erant duō cherubim ex vtraque parte oraculi, vnde Deus loquebatur: vt diuinæ literæ cap. 25. exodi. & primi libri Regum capite quarto, & alijs in locis testantur. Dauid etiam psalm. 17. inducit Deum volantem alis ventorum, & pennigeris cœlitibus insidentem: vt eius vim & celeritatem omnia cælo, terra, marique lustrantem significet, cum ait: *Ascendit super cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum.*

*Hucusque Hebræo non habentur, & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt. Sunt tamen vera, & à sancta Ecclesia catholica approata.*

pp *Benedicite omnia opera domini domino.* Hoc est, omnia quæcunque fecit Deus, ipsum benedicite, & laudate ei gratias agentes, & gloriam eius celebrantes. Quo quis ardentiore amore aliquem amplectitur, eō vehementiore impetu alios ad eius laudes concinendas inuitat, & allicit. Hi tres pueri amore erga Deum inflammati omne studium conferebant ad eius bonitatem gloriamque celebrandā. Eā ob causam omnes res creatas generaliter, deinde vnamquamque præcipuē ad diuinam laudum præconium vocant. Illud est hoc loco aduertendum, duplicem esse benedictionem, vnam, qua munus vel beneficium aliquod confertur vel in re, vel in voto, alteram, laudis & gratiarum actionis. Prima benedicit Deus rebus creatis, & homo etiam homini. Propterea dixi: vel in re, propter Deum, vel in voto, propter hominem. De hac loquitur scriptura Genesis nono dicens, *Deum benedixisse Noe:* & Genesis quartodecimo, cum ait, melchisedech benedixisse *Abrahamo.* De ea ait apostolus i septimo ad Hebræos: *Sine vlla contradictione quod minus est à meliore benedicatur.* De secunda intelligitur id, quod ait psalmographus: *Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.* Hoc est laudabo, & gratias agam. Hac Simeon Deum benedixit capite secundo apud Lucam: De qua agitur hoc loco. Sed dices: *Qui fieri potest, vt creaturæ rationis expertes possint Deum laudibus efferre?* Ad hanc dubitationem respondet in hunc modum D. Hieronymus. Omnis creatura etsi non voce, opere tamen laudat Deum: quia ex creaturis consequenter creator intelligitur: & in singulis operibus & effectibus magnificentia Dei demonstratur. Hæc ille: & sapienter quidem, vt solet. Nam primo capite libri Sapientiæ ita scriptum legimus: *Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Hoc est, hæc mundi machina quæ omnia visibilia continet & coeret, scit suo modo Deum laudibus efferre. Et cap. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei:* & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: nec operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex. Et paulo post: *Amagnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Ideo Esaias capite quinto: *Vae, inquit, qui opus Dei nō respicitis, & opera manuum eius non consideratis.* Id in dicat, apertè D. Paulus capite primo ad Romanos his verbis: *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Dei bonitatem, sapientiam, potentiam, & similia inuisibilia vocat: quæ ex operibus eius intellecta cernuntur: à creatura mundi, id est, à mundi creatione, ex quo mundus fuit conditus. Vel per creaturam mundi ho-

minem intelligit. Vt enim litera Latina, ita Græca ad vtrunque referri potest: ita enim habet: *ὁ θεὸς ὁ ἀνοράτος* Deus qui inuisibilis est nostris oculis, corporis, iuxta id quod ait cap. 1. iohannes: *De nemo vidit vnquam.* Et paulus primo, prioris ad Timotheum: *Regni seculorum immortalis inuisibili, soli Deo honor & gloria:* conspiciuntur tamen intelligentiam, reducens ac refulgens tanquam in speculo in hoc mundo mirabiliter condito & administrato. Scala quam in somniis vidit Iacob, est mundi machina: eius celsus vertex est cælum vbi præcipuus quodam modo est Deus: eius gradus sunt creaturæ, quibus contemplatione & intelligentia ad ipsum ascendimus. ea est rerum naturalium pulchritudo: tā insignis ordo, tā conspicienda collocatio, vt nemo sit tam agrestis & incultus, qui earum præstantiam, & huius vniuersitatis machinam contemplans non possit ad notitiam Dei cogitatione perducere. Quid potest esse tā apertum & perspicuum, cum sidera clarissima viderimus, cum solent cæterorum luminum facile principem omnia suo splendore illustrantem, globosque ipsos cœlestes admirabili conuersione & celeritate concitatos, & fulgentibus astris ornatos & distinctos suspexerimus, quam esse diuinum quoddam numen præstanti intelligentiæ acumine, immensaque bonitate & potentia præditum, à quo hæc fuerint condita, & à quo sustententur & regnantur. Id intuens animo Dauid psalm. 18. has voces emisit: *Cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntia firmamentum.* Nec solum cæli, sed dierum ac noctium vicissitudines, ac certus ordo, & perpetua constantia indicant esse vnum Deum harum rerum conseruatorum & moderatorem præstantissimū. Id voluit idē diuinus vates his verbis quæ statim adiecit, ostendere: *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.* Ac si diceret: *Dies succedentes diebus loquuntur nobis scientiā Dei: similiter & noctes.* ipsorum alterna accretio & diminutio mirandaque continuatio, & serici perpetuitas & immutabilis firmas testantur tam admirabilium operum laudem non esse temeritati, sed summo Deo tribuendam, qui hæc ab initio constituit, & perpetuis seculorum ætibus conseruauit. Deinde si te ad terram cōuerteris, videbis eam herbis viridibus, odoriferis, & amœnis indutam, quarum vtilitates vsu & periclitatione percipimus, Diffundit enim complexu suo semen tepidum, & elicit herbescētē ex eo viriditatē. Videbis campos nitidissimos suauissimis floribus cooperitos, agros frugiferos, arborum fructiferarum proceritates, nemorum ac sylvarum varietates, & plantarum diuersarum pulchritudinem, quarum alia semper

virēt, aliæ hieme nudatæ verno tempore frondescūt. Quid dicā de fontibus, de fluuijs, de metallis, de mari, de gēmis, de margaritis, de inijs illis, quæ elemēta dicuntur, & de cōcretis ex illis, quæ corpora mista appellātur: Omnia hæc & alia diuinæ sapiētiæ monimēta nos ea intuetes & contēplātes ad Dei noticiā suo modo perducūt. Sunt enim *omnia numero, & mensura & pōdere à Deo disposita, vt capite vndecimo libri sapientie* literæ diuinæ testantur. Sunt etiā in rebus creatis quædam diuinitatis vestigia, quorum contemplatione ad ipsius cognitionem poterimus peruenire. Pueri & imperiti homines videntes literas auro ornatas, varijsque coloribus depictas, illic detinentur: nec vltius ad earum intelligentiam progrediuntur. Res creatæ sunt pulchræ literæ: qui autem solū earum intuentur pulchritudinem, intelligentiam nō curantes, cum pueris & hominibus omnino indoctis comparantur. Lege eas, quoniam ipsæ te docebunt, summum, optimum, pulcherrimum, & sapientissimū esse earū creatorem: quem debes toto animo colere, & diligere, & summa obseruantia venerari. Ipsæ te ducent ad tantæ pulchritudinis authorem. Vt lineæ in circulo & extremitate, quam vocant circumferentiam, nos ducunt ad punctum, quod centrum vocatur, à quo deducuntur: sic creaturæ in hoc mundi globo nos proferunt ad Deum, à quo veluti à centro dimanant. Et quoniam antiqui sapientes per centrum significabant Deum, qui est simplissimus, & actus purissimus, & per circumulum mundi fabricam creaturarum forma ac dignitate ornata, aiebant: bonitatem esse in centro, pulchritudinem autem in circumferentiam. Species enim, & pulchritudo rerum creaturarum à Dei bonitate tāquam à fonte fluit, atque delabitur. Ac vt radij solis oculos nostros ad ipsum solem possunt protrahere: sic res creatæ animos nostros ad Deum cogitatione, & cognitione perducere. Omnia enim illa quorum proprium est ab alio deduci, docent esse aliquid, à quo ipsa sunt: & illud tandem à nullo, ne in infinitum fiat progressus. Hæc intelligens Eusebius Cæsariensis lib. 4. euangelicæ demonstrationis: ex creaturis, inquit, ille qui oculis cerni non potest, quali in quodam speculo contemplandus apparet. Idem multis & amplis verbis ostendit Athanasius in oratione aduersus idola: & Chrysostomus in primum Genesis caput. In explanatione in psalmum 26. ait ita Augustinus: Circum cælos vsque ad terram, nihil relinquo: vndique tibi omnia resonant conditorem. Ipsæ species creaturarum voces sunt quædam creatorem laudantes. Homilia prima in Hexameron ait in hunc modum Basilus: Mundi machina erudiendis hominibus officina est sine dubitatione accommodatissima: & iisdem ad cognitionem Dei prouehendis totius eruditionis domicilium appositissimum. Et homilia vndecima eiusdem operis: Vniuersa, inquit, hæc mundi moles perinde est ac liber literis exaratus palam contestans ac prædicans gloriam Dei, illiusque amplissimam maiestatem alioquin absconditam & inuisibilem. Nec solū Theologi Christiani, sed etiam gentium philosophi hoc asseruerunt. Plato longè omnium philosophorum & copia dicendi, & grauitate sententiarum, & eruditionis præstantia princeps hæc verba in libris legum scripta reliquit. Terra, sol, sydera, ipsa vniuersitas, temporum quoque varietas ornatissima, annis, mensibusque distincta Deum esse ostendunt. Galenus in libro de historia philosophi: Dei inquit, notionem habemus ex operum illius pulchritudine & excellentia. Euripides: Stellæ in cælo varietates sunt fabri sapientis. Marcus Tullius de responsis aurspicum: Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in cælum, Deum esse non sentiat:

& ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac vici similitudinem persequi possit, casu fieri putet. Sapientes illi externi qui alios eruditione antere putabantur, ex rerum creaturarum contemplatione vnum esse Deum asserbant, qui eas gubernabat, qui cursus astrorum, qui mutationes temporum, qui rerum vicissitudines, ordinisque conseruabat, & mundi fabricam pulchritudine ornatam tuebatur. Vnde mundus Græcè dicitur cosmos, hoc est, ornatus & pulcher. Mercurius Trimegistus eū ait ita appellari ob varietatem ortus, quæ omnia exornat Pythagoras, & post eum Eustachius ob absolutam fabricæ eius admirabilemque seriem. Plinius quem ad hoc citat Cælius Rhodiginus lib. 4. lectionum antiquarum, ob perfectam elegantiam. Quis verba lib. 1. naturalis historiae hæc sunt. Que in *ἱεροῦ*, Græci nomine ornamentum appellauerunt, eum nos à perfecta absolutaque elegantia mundum. At omnis eius venustas à Deo dimanat: & ipse Dei laudes prædicat: nosque docet religionem colere & pietatem, & vim diuinam admirari, ipsumque Deum rerum omnium effectorem, ac opificem cognoscere. Vt numeri nos ducunt ad vnitatem, vnde fluunt: ita res creatæ ad Deum, à quo dimanant. Est enim Deus vnitās, vt ait in libro numerorum Pselus. Eam ob causam Christus Deus noster ad creaturarum contemplationem nos mittit, eum ait cap. 6. euangelij authore Matt. *Respicite volatilia cæli*. Et paulò post, *Considerate filia agri*. Si opera naturæ nos ad Dei ferunt noticiam, quanto magis opera gratiæ: Si id efficiunt creationis monimenta, quanto magis redemptionis? Ex parte nostra magis est, vt ait Augustinus, vnum impium iustificare, quam totum mundum constituere. Quid igitur dicemus verbis illis auditis: *Dimittuntur tibi peccata tua*: quibus Iesus Christus paralyticum allocutus eius animum expiauit, eique scelera omnia dimisit? Ac vt hoc crederent scribæ dicentes solum Deum posse dimittere peccata, dixit illis: *vt sciat, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, attendere*. Et ante paralytico. *Tibi dico: Surge: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam*. Et statim ita factum est. Quid, nonne Lazarum, & alios, qui è vita migrauerunt, palam suscitauit, & ante oculos omnium viuos posuit ac incolumes, eisque reditum ad vitam perspicue restituit? Nonne hæc Christi opera nos ad eius diuinitatem credendam alliciunt? Nonne diuini numinis potentiam, & bonitatem prædicant, & clamant: Hæc sunt mirabilia, quæ ad memoriam & immortalitatem consecrantur. Sed hæc non viderant tres illi pueri, qui fuerant in fornacem ardentem coniecti. At cum erga Deum amore flagrarent, res omnes creatas ad laudes eius concinendas inuitant. Eodem modo psalmographus dicens: *Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius*. qd *Benedicite angeli domini domino*. Cælitēs beatos inuitant, vt secum vnā Deum celebrent. Ac si dicant, cantate nobiscum sanctissimo numini laudes vos o nuntij & ministri eius, quibus nihil est sanctius & antiquius, quam creatorem vestrū laudare, eiusque mandatis obedire. Eodem modo diuinus psalter: *Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute ad faciendum verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius*. Ac si dicat: Hymnos Deo cantate omnes spiritus cælestes, qui polletis fortitudine, qui impiorum copias aliquando ad interneccionem occidistis, qui verbum Dei, eiusque negotia exequimini, vt homines obediāt voci dictorum eius. Et addit statim: *Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius*. Spiritus illos cælestes quos angelos vocat, vocat nunc virtutes siue exercitus: quoniam sunt multi ordines eorum. Qua de re poteris videre Dionysium

Sapient. 11.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

Marc. 2. Mat. 9.

Luc. 5.

Ioann. 2.

Luc. 7.

Luc. 8.

Ps. 101.

*Psa. 148.* nysium Areopagytam de cœlesti hierarchia. Hos alloquitur diuinus idem citharœdus, cum ait: *Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.* Illud est aduertendum, angelum esse aliquando nomen cœlestis spiritus infimi chori interdum verò accipi pro omni spiritu cœlesti, vt hoc Danielis loco.

*ri Laudate, & super exaltate eum in secula.* Indicant verba hæc vim amoris erga Deum & vehementis desiderij magnitudinem. Illud, in secula, intelligitur de iugi ac perenni laudatione, non solum in hac vita, sed omni æternitate, quam nulla metitur temporis circumscripcio. Sed quæres, cur inuitantes tres pueri omnes creaturas ad diuinas laudes concinendas, ab angelis incoeperint? Ratio est, quia natura angelica est aliis creaturis illustrior: & ipsam naturam humanam superat. Sed vt torques ex auro minus puro vincit interdum alium, torquem ex purissimo auro omnibus gradibus, ac numeris absolutissimo, non auri natura & perfectione, sed quod gemmam habeat inclusam fulgentissimam, magnique valoris: sic quamuis natura angelica si ad naturarum præstantiam respicias, superet humanam, eam tamen humana in hoc vincit, quod est assumpta à verbo, & cum diuinitate coniuncta. Nam vnigenitus Dei filius à cœli fastigio ad terram descendens humanam induit naturam, vt homines qui in caligine versabantur, illustraret. *Nusquam*, inquit apostolus capite secundo ad Hebræos *angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Hoc est, non naturam assumpsit angelicam, sed humanam. Et rectè quidem ait: *apprehendit*: vt pote fugientem: cum enim eum fugeremus, nostram assumpsit humanitatem vt nos vinculis attraheret charitatis. Sed vnio verbi incarnati, vt verbis vtat diui Thomæ, non est facta in natura, sed in persona: sunt enim in Christo duæ naturæ, sed vna persona. Ita namque est in concilio Calcedonensi decretum: *Confitemur in nouissimis diebus filium Dei vnigenitum in duabus naturis inconfusè, immutabiliter, indeseritè, inseparabiliter agnoscendum: nunquam sublata differentia naturarum propter vnionem.* Hæc ibi. Et quia natura angelica absolute excellentior est, ab ea meritò incipit hinc hymnus.

*ss Benedicite cœli domino.* Omnes cœli stellarum cum primo mobili & cœlo chrystallino appellantur à Chrysostomovnum cœlum: cœlum autem empyrium à Basilio, Beda, & Strabo vnum etiam cœlum supremum dicitur. Cum autem aer cœlum etiam vocetur, iuxta illud cap. 7. Genes. *Tam reptile, quam volucres cœli:* & illud psalmi 8. *Volucres cœli, & pisces maris:* & illud euangelij cap. 8. apud Matthæum: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidus,* aperte ostenditur, tres esse cœlos, nempe aereum, quod primum cœlum vocatur, & medium cœlum cum omnib. globis siue spheris cœlestibus, quod dicitur secundum cœlum, & cœlum empyrium quod est tertium, de quo illud diui Pauli intelligitur in epistola posteriore ad Corinth. cap. 12. *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum.* Hoc est raptum per Christum vsque ad sedem beatorum. Et quoniam omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & disceptari potest, fuit quondam in quæstione versatum, essent nec spheræ cœlestes, earumque stellæ animatæ. Veteres Aegyptij cœlos ipsos & astra omnia Deos esse existimabant, illisque animas tribuebant. Plato in Cratylo ait priscos Græcos pro diis habuisse solem, lunam, & stellas: & ipsos stelliferum cœlum, quod ex omni parte patens ac apertum intuebantur. De impio Manasse Iudæorum rege ita scriptum legimus capit. 33. secundi Paralipomenon: *Adorauit omnem militiam cœli, & cohibuit eam.*

Et paulo post: *Aedificauit autem altaria cuncto exercitui cœli.* Vbi per cœli militiam & exercitum sydera intelliguntur. Nec solum Manasses, sed multi ex filiis Israelis in idem crimen inciderunt. De illis ait in hunc modum lib. 4. Regum cap. 17. diuina scriptura: *Adorauerunt vniuersam militiam cœli, seruiueruntque Baal.* Cum gentes fide destitutæ globos colerent cœlestes & animatos esse putarent, multos ex Hebræis in errorem suum adduxerunt. Platonici sine controversia corporibus cœlestibus animas tribuebant. Eos secutus Marcus Tullius in sextolibro de republica: *Homnibus, inquit, animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sydera & stellas vocatis, quæ globosæ & rotatæ diuinis animatæ mentibus circulos suo orbisque conficiunt celeritate mirabili.* Platonici Philo Iudæus in libro de somniis, & in libro de opificio sex dierum stellas ait esse rationis participes & diuinas. Nec solum Platonici, sed etiam Perietici id ipsum fatentur. Nam eorum princeps Aristoteles lib. 2. de cœlo loquens de astris: *Oportet, inquit, ipsa viuientia esse existimare, atque actionem habere.* Idem etiam ait 7. & 8. naturalium. In eadem sententia est Theophrastus in libro de cœlo: & Ptolemæus, qui aperte asserit cœlestia corpora viuere, & animata esse: & Alexander Aphrodiseus in commentariis in duodecimum librum primæ philosophiæ. Eandem sententiam secuti sunt Auicena, Algazel, zaeles, Albumaser, Hali, Aratus, Manilius. Qui omnes irrident eos, qui cœlestibus globis denegant vitam. Athenienses authore beato Augustino lib. 8. de ciuitate Dei damnarunt Anaxagoram philosophum insignem, quod solem negaret esse Deum, aut aliquid animatum. Piaculum magnum esse putabant, & inexpiabile scelus, non asserere esse solem animæ intellectualis participem. Sed quid mirum, cum nonnulli ex Christianis magni nominis authores dicant corpora cœlestia esse animata: inter quos est Origenes: cuius opinionem videtur sequi diuus Hieronymus explanans illud Ecclesiasticus: *Lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus.* Diuus Augustinus in secundo in Genesim ad literam, & in enchiridion quæstionem hanc sub dubitatione relinquit, neutram partem asseuerans: distrahebatur enim in deliberando animus asserens ancipitem curam cogitandi. At magnus Basilius homilia tertia de opificio sex dierum asseueranter affirmat cœlestia corpora non esse animata. Id quod cum eo constanter asserit doctus Damascenus libro 2. de fide orthodoxa. eos sequitur diuus Thomas prima parte, quæstione 7. articulo 3. Nicolaus de Lyra in cap. 10. Ieremię Augustinus Eugubinus in psalmum decimum octauum: Sixtus Senensis lib. 8. Bibliothecæ sanctæ cum infinitis aliis excellentibus scriptoribus: qui cœlos non esse animatos omni asseueratione restantur. Nec credendum est diuum Hieronymum aliter sentire: nam si verba eius in ecclesiasticem attentè ac diligenter perspexeris, videbis eum non dicere esse cœlos anima præditos: imò secus credere: & quippiam longè diuersum voluisse significare. Nam in epistola ad Auitum inter errores quos in libris Periarcho Origeneis cauere admonet, assercionem de stellis anima rationis compote præditis enumerat. Et cap. in Esaiam eos irridet, qui animam tribuunt syderibus, et diuus Augustinus plenè asseuerat non posse esse animam viuam in corpore sensus experte: vt videre licet in libro quæstionum in exodum: cuius verba sunt in sacros canones relata 32. quæstione 2. Quod verò non formatum. Atqui apertum perspicuumque est cœlos sensum non habere. Quare ex ipsius Augustini sententia concludimus, non esse illos ani-

ma præditos rationis particeps. Ac tametsi diuus Thomas in 2. contra gentiles cap. 7. velit cælum ex Aristotelis opinione esse animatum, non tamen in illa fuit sententia, vt constat ex iis, quæ prima summa theologiæ parte asseruit quæstionè 6. Sed contra gentiles artulit Aristotelis opinionem, in partibus verò suam propriam. Mouentur quidem cæli ab intelligentiis, quas quidam mentes cælestes, quidam formas, quidam angelos, quidam spiritus vocant. Hi spiritus coniunguntur cum cælis, quibus assistunt, sed non tanquam formæ informantes, vt ita dicam, sed vt moventia mobilibus. Quare non est dicendum globos cælestes esse animatos, sed animæ expertes. Ratio autem quam asserunt nonnulli ad probandum cælos esse animatos, quoniam hoc Danielis loco ad Dei laudes inuitantur: ridicula est: quia in eodem cantico ad id etiam inuitantur imber, ros, ignis, ætus, gelu, frigus, montes, colles, & alia huiusmodi sine controuersia non animata. Est enim figura in diuinis vsitata literis, quæ Hebraicè Mashal, Græce autem prosopopeia dicitur, quoties rebus inanimatis vocem, aut spiritum, aut sensum tribuimus. Sunt autem vndecim cæli, scilicet empyrium, quod in diuinis literis appellatur *cælum cæli*, deinde primum mobile, cælum chrySTALLINUM, cælum stellarum fixarum, cælum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lune. Itaque vltimum cælum si à supremo & altissimo incipias numerare, est sedes Lunæ, quæ citima terris luce micataliena. Nam in orbe seu globo infimo radiis solis accensa conuertitur. Infra autem sunt elementa, quorum infimum vocatur terra, in quam omnia suo nutu pondera feruntur. Et quoniam hæc immobilis est, decebat ad venustatem, ordinem, pulchritudinem, & complementum vniuersi, vt cælum supremum esset immobile, vt inter hæc duo immobilia tota huius templi natura contineretur. Appellatur supremum cælum empyrium à pyr vocabulo Græco, quod ignem significat auctore Ildoro: non ab ardore, sed à splendore: quod sit splendidissimum: candore fulgentissimo decoratum. Ibi est sanctorum domicilium, & æternæ sedes mentium beatarum. Ibi illi cum Christo Deo nostro requiescunt, qui iustitiam coluerunt, & pietatem: qui nec se dediderunt sermonibus vulgi, nec præmiis humanis spem posuerunt rerum suarum, sed virtutum ornamentis exculsi ad Deum ardentissimè aspirarunt: quo in gloria cælesti fruuntur, vbi bonorum omnium copia cumulantur.

*Et benedicite aquas omnes, quæ super cælos sunt.* Origenes existimat has aquas esse spirituales, & cælestes quædam mentes. At plerique doctorum aiunt nomine harum aquarum intelligi: nonum cælum, quod aqueum, chrySTALLINUM vocant. Hæ sunt aquæ, de quibus in 1. Genesis capite scriptum est: *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum: & diuisitque aquas: quæ erant sub firmamento ab iis, quæ erant super firmamentum: & vocauit Deus firmamentum aælum.* Primo die creauit Deus materia quandam, quam Moses terram vocat dicens: *in principio creauit Deus cælum, & terram.* Per cælum intelligit empyrium cum angelis, per terram verò molem quandam, ex qua visibilia creauit. Explicans enim quæ esset terra illa, de qua loquebatur, dixit: *Terra autem erat inanis & vacua:* hoc est, materia quædam informis. Et statim eam vocat abyssum & aquas. Nam terra elementaris facta postea fuit die tertio, vt ipse eodem capite testatur. Creasse Deum primo die materiam illam incompositam, ex qua alia fecit, sententia est diui Augustini libro primo de Genesi ad literam imperfecto: diui Ambro-

lij in tractatione de operibus sex dierum: magni Basilij, Strabi, Bedæ, Eucheris. In hac sententia sunt etsam ex gentibus, Trismegistus, Alcino Platonicus, Euripides, & ante eos Hesiodus. Quid pluribus? In sacra scriptura habemus hanc veritatem asseritam cap. 11. lib. Sapientiæ: cuius ad literam hæc sunt verba: *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa.* Vbi pro, inuisa, est in Græco: ἀύβροον, hoc est sine forma. Si enim nomine terræ inanis, & vacuæ non intelligeretur materia illa iucomposita, ex qua Deus cælum & terram, aliàsque corporeas naturas creauit, videretur profectò Moses diminutus, loquens de creatione, volens ostendere esse Deum rerum omnium creatorem, nullam faceret mentionem illius machinæ, & molis rudis, & informis. Ex quo videretur dare causam aliquib. errandi, & dicendi, eam fuisse sempiternam, & nullo modo creatam. Materia illa & machina vasta quæ ab antiquis vocatur Chaos, & moles indigesta, est terra illa, de qua ait Moses: *In principio creauit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis & vacua.* Pro quo Symmachus vertit: Terra autem erat quippiam otiosum & vastum. Et Theodotio: Erat quippiam inane, ac nihil. Ac si dicerent: Terra illa quam Deus in principio creauit statim primo die, non fuit terra hæc, quam colimus: sed materia quædam rudis, & inculta, ex qua mundum postea condidit. Et quoniam quæ fuerunt ex materia illa creata, erant in illa virtualiter, vt ita dicam: & fuerunt illic virtualiter creata, ait Ecclesiasticus cap. 18. *Qui viuunt in æternum, creauit omnia simul.* Ex illa mole, & indigesta materia quam primo die creauit, fecit secundo die cælum admirabili eminentia & soliditate conspicuum: & super ipsum constituit aquas ex materia magis tenui, perspicua, subtili, ac fluida ex eadem mole. Vnde aquæ illæ quæ super cælos sunt, non sunt elementares, sed aquæ quædam naturæ ex indigesta illa mole desumptæ ad cælos cooperiendos. Id indicat iis verbis psalmographus: *Ex-* Psal. 103.  
*tendens cælum sicut pellem: qui regis aquis superiora eius.* De illis idem diuinus psaltes: *Laudate eum cæli colorum, & aquas omnes, quæ super cælos sunt.* Has aquas appellant nonnulli cælum aqueum: alij chrySTALLINUM: cælum autem stellarum dicitur firmamentum, quod cum sit ex fluxa solubili que materia factum, est solidissimum. Hanc rationem affert Theodor. quam sequuntur Gennad. & Iunilius. Sed cum cælum chrySTALLINUM sit ex natura multò magis fluida, meritò nomine aquarum significatur: de quibus hoc loco loquitur Daniel.

*Et benedicite omnes virtutes domini domino.* Poteris per has virtutes intelligere stellas, iuxta illud diuini citharædi psalmo 32. *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et illud Genesis 2. *Perfecti sunt cæli, & terra, & omnis virtus eorum.* Seu vt nostra habet editio: *omnis ornatus eorum.* Sydera enim errantia admirabilem fulgorem mittentia cū cæteris stellis, quibus cæli species vndique ornatur, virtutes & ornatus cæli vocantur, quod insatiabile spectaculum mortalibus præbeant. Poteris etiam per has virtutes angelos intelligere, iuxta illud diuini psaltis: *Dominus virtutum ipse est rex gloria.* Et iuxta Psal. 23.  
illud euangelij: *Virtutes cælorum mouebuntur.* Quidam Mat. 24.  
hoc loco per has virtutes cælorum intelligunt eorum Mar. 13.  
motores, quos alij vocant angelos, alij spiritus, alij intelligentias. De quibus illud psal. 102. Luc. 21.  
intelligendum putant: *Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui faciunt voluntatem eius.* Quidam de Psal. 102.  
virtutibus seu viribus stellarum, quas vocant influentias, hunc locum explanant. Nam non solum iuxta

iuxta philosophos, sed etiam iuxta magnum Dionysium cap. 4. de diuinis nominibus globi cœlestes per huiusmodi virtutes sunt instrumentaliter causa motuum in his inferioribus. Et Albertus Magnus ait in orbibus cœlorum virtutes esse naturam rerum inferiorum mouentes, & instaurantes. Nihilominus tamen arbitrium nostrum liberum est.

xx *Benedicite sol & luna domino.* Hæc sunt duo lumina splendidissima, de quib. cap. 1. Genesis scriptum legimus: *Fecit Deus duo luminaria magna.* Et Ecclesiastici 43. *Species cœli in visione gloria, sol in aspectu annuntians in exultatione, vas admirabile opus excelsi.* Et Paulus post: *Magnus dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.* Et luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis. Ambrosius de operibus sex dierum verba hæc literis mandauit: Sol oculus est mundi, iucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, authorem eius considera: quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorem. Hæc ille. Dionysius Areopagita. cap. 4. de diuinis nominibus: Sol, inquit, visibilis, imago est euidens diuinæ bonitatis. Didymus ait, ideo hæc duo lumina fuisse creata quarto die, quia quaternarius numerus honorabili est. Seuerianus tamen eam ob causam illud ait effectum esse, ne quis putaret fructus terræ editos esse vi ac natura horum duorum luminum: ne crederent homines, non posse plantas frondescere, & fructus ferre sine sole & luna, ex quo caperent ansam illa duo lumina pro diis colendi. Nam tertio die creatæ sunt arbores cum fructibus: quarto autem die creatus est sol cum luna & cæteris sideribus. In hac Seueriani sententiâ est Chrysostomus in Genesis, Sunt duo hæc astra candore suo splendidissima, tanta pulchritudine ornata, vt incredibili quadam voluptate & oblectatione omnium animantium oculos ad se conuertant. Præsertim sol, qui tenebras expellit, rebus salutarē calorem affert, mundi molem exhilarat, qui orbe vno ac singulari circuitu diē cōficit naturalē, nūc excelsus pulcherrimos radios nobis ostēdēs, nūc ab oculis nostris oblitescēs alias regiones à nobis lōgè distātes occupat, & lustrat. Et quia pulcherrimus est, & iucendibili celeritate conficit circulos suos, cōparatur à diuino vate cū sponso propter venustatem, & cū gigante propter incitationem, cū ait psalmo 18. *In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius, & accessus eius vsque ad summum eius.* Vel potest etiā verti ex Hebræo: Soli posuit tabernaculū in eis: vt Hieronymus & Pagninus transtulerunt. Vt sit sensus: In cœlis posuit Deus sedem ac domicilium ipsi soli, qui cum pulchro sponso & alacri gigante cursore comparatur. Est enim in quarto cœlo, mediam stellarum errantium obtinens regionem, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum. Et quia sol per quatuor anni tempora vertitur, ideo quadrigas ei antiqui iungebant, siue currus quatuorequorum. Horum vnus equus prassinus erat viridi colore, propter vernum tempus, quo herbæ virescunt, & terra diffundit herbescentem viriditatem. Alter erat croceus propter æstātem, quando cuncta flauescunt. Tertius venetus colore ceruleo propter autumnū, quando pluuia sunt crebra. Quartus albus propter hyemem, quod tunc glacie & frigore omnia canescant. Et quia sol vnus est, & splendidissimus, ideo non solum ab externis philosophis, sed etiā à theologis nostræ pietatis interpretibus Dei hieroglyphicū perhibetur: quemadmodum luna naturæ humanæ propter eius varietatem & inconstantiam. Vt enim luna modo cum sole coniungitur, modò ab eo recedit: Sic homo nunc Deo per diuinum

amorem adhærescit, nūc se ab eo per funestum scelus separat & abiungit. Et quemadmodum luna ab ea parte conspicua est & illustris, qua aspicit solem, obscura verò & inanis, qua diuertit ab eo: sic homo qua parte se conuertit ad Deum, velut alter Moses micantibus illustratur radiis: ab eo verò abductus & auersus tectis est ac turbulentis tenebris coopertus, & obscura peccatorum ac errorum caligine vndique circumfusus.

yy *Benedicite stella cœli domino.* Magnificentiam & præstantiam creatoris pulchritudine, ordine, motione effectū representant stellæ, cum eis viri iustitia & sapientia præstantes comparantur. Id indicat Daniel, cum ait 12. cap. *Qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi stella in perpetuas eternitates.* Et diuus Paulus cap. 2. ad Philippenses: *Omnia facite sine murmurationibus & hesitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis praua & peruersa: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Et vt stellæ cū magnæ sint, parua tamen videntur: sic viri pij & iusti cum sint magnitudine insignes ob meritum cumulum, apparent tamen minimi ob virtutum occultationem. Et vt stellæ videntur maiores in occasu, quàm in medio cursu: sic illorum bonitas & virtutum magnitudo, & rerum præclarè gestarum laudes magis in morte apparent, quàm in vita. Minus laudantur in curriculo viuendi à natura circūscripto, quàm in interitu in migratione illa in eas oras, quas illi incolunt, qui è vita charitate muniti excesserunt.

zz *Benedicite imber & ros domino.* Hæc duæ impressiones ad fructus terræ ferendos fiunt in aëre, in quo vèti etiam coguntur. Ideo subdit. *Benedicite omnis spiritus Dei domino.* Magnum ventum appellat spiritum Dei, vt supra ostendimus. Imber est pluuia: ros est humor ille, qui sereno cœlo fit noctibus, quem aurora remittit. Spiritus est ventus: vt capite Genesis 8. *Adduxit spiritum super terram.* Et psalmo 10. *Spiritus procellarum pars calicis eorum.* Et psal. 47. *In spiritu vehementer conteres naues Tharsis.* Et Acto. 2. *Tanquam aduenientis spiritus vehementis, &c.*

aaa *Benedicite ignis & æstus domino.* Ignis est supremum elementum, quod in loco suo sustentatur. Ignis terrenus sine materia extinguitur: at ille qui est inter aërem & cœlū lunæ, ideo nunquam extinguitur, quia est in loco suo: vbi cōseruatur. Qui se cōseruare voluerit, se in suo loco constituat. Aestus est ipse ignis effectus. In diuinis literis per ignē intelligitur Deus. Nam cap. 4. Deut. scriptum est: *Dominus Deus ignis consumens est.* Achi dicat: Noli Deum offendere, quoniam iustus est, & poterit te instar ignis omnia deuorantis perdere. Hunc locum affert apostolus cap. 12. epistolæ ad Hæbreos dicens: *Per gratiam seruamus placentes Deo cum metu & reuerentia: etenim Deus noster ignis consumens est.* Vel vt potest verti ex Hebræo: Ignis comedens est. Vt sit sensus. Suscipit in se amicos suos, & tanquam cibos per charitatem ita in se commutat, vt in eo maneat, vt ait in prima sua epistola diuus Ioannes, & ipse *Deus in illis.* De Christo Domino ait Malachias tertio: *Ipse enim quasi ignis constans.* Significatur etiam charitas per ignem. Hic est ignis ille, quē vidit Moyses in medio rubi: qui illuminat, & inflāmat, sed non comburit, nec perdit. Hic est ignis currus Eliæ, quo vehimur in cœlū. Hic est ignis, quem Deus in Leuitico præcipiebat esse iugiter in altari: quoniam in cordis ara eū debemus habere perpetuū. Hic est ignis, de quo ait Sermias. 20. *Factus est in corde meo quasi ignis.* De quo ait dominus Iesus cap. 12. euangelij authore Luca: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur?* Eo inflāmati duo discipuli eūtes in castellum Emaus dixerant: *Nōne cor nostrum erat ardens in nobis, dum loqueretur in via: & aperiret nobis scripturas?* Hoc diuino igne

incedens Christus seruator noster affixus cruci veluti positus in ara fudit sanguinem pro nobis, seque hostiam deuouit, ac constituit. Et ibi, vt verbis vtar *Esaiæ* cap. 53. *Verè langores nostros ipse tulit.* Vel vt potest etiam transferri ex Hebræo: Verè languores nostros ipse combussit: nimirum igne sui amoris: quo fœnix illa vnica cremabatur. Verbum enim nasa, quo illic vtitur diuinus vates, ferre significat, & dimittere, & comburere. Nec solùm ignis diuinum amorem significat, sed humanum, nō tantum honestum, sed profanum quoque. Id intelligens *ecclesiasticus* cap. 9. *Propter speciem,* inquit, *multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Hac ratione adducti *Aegyptij* faces ignis Cupidini dedicarūt. Et *Portius Licinius* hominem amore captum ignitum esse dicebat: imò ipsam ignem. Et *Heliodus* quarto loco amorem genitū esse dixit: per quem ignem intelligebat. Nam cum terrā, aquā, aerem à Deo creatos posuisset, volēs significat ignis elementum, amorem nominauit. Vnde *Latinus* poeta volens describere magnum illum & anxium amorem, quo *Dido* *Aeneam* cōplectebatur, hos condidit versus: *At regina graui iam dudum saucia cura: Vulnus alit venis, & cœco carpitur igne. Et iterum: Vtitur infelix Dido, &c.* Accipitur etiā ignis pro ira: vt *Deuteronomij* 32. *Ignis succensus est in furore meo.* Et *psal.* 17. *Ignis à facie eius exarsit.* Præterea accipitur pro calamitate: vt *psalmo* 16. *Ignem me examinasti.* Ac si dicat *Dauid*: *Rerum aduersarum ictibus explorasti, & animum meum facibus ærumnarū incendisti.* Vnde *Moses* 4. cap. *Deuteronomij* *Aegyptiacam* seruitutem vocauit fornacē ferream. Similiter & *Ieremias* cap. 11. suarum vaticinationū. Ac quamuis has, & alias significationes habeat ignis, hoc tamen loco pro igni naturali accipitur: & æstus pro feruore aeris ab igne effectus. Est enim æstus feruor & agitatio aeris, & motus fluctuum. Potest tamen hoc loco accipi iuxta *Alberti Magni* sententiam pro regione aeris proxima igni, ab eo inflammata.

bbb *Benedicite frigus & æstus domino.* Sumitur frigus pro vi, qua frigemus: & æstus pro calore. Vel frigus pro tempore frigido, æstus verò pro calido.

ccc *Benedicite noctes & dies domino.* Nomine noctis significatur peccati & erroris caligo: & vmbra Mosaicarum ceremoniarum: nomine autem diei gratia & euāgelij: iuxta illud *Apostoli* cap. 11. ad *Romanos*: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Accipitur etiam dies pro felicitate, nox autem pro ærumnis: iuxta illud primi *psalmi*: *In lege eius meditabitur die nocte; Vel die ac nocte, hoc est iugiter.* Sed hoc loco dies capitur pro latatione solis super terram: nox autem pro solis absentia. Illud *psalmi* 64. *Exitus matutini, & vespera delectabis:* potest verti: *Exitus matutini & vespera laudaberis.* Hoc est dies ac noctes te laudabunt.

ddd *Benedicite terra dominum.* Terra est infimum elementum, & veluti centrum mundi. Accipitur pro amore & affectione erga res terræ, nempe erga opes incertas & in casu sitas, & mundi gloriam: non illā quæ est meritorū fama cōsentiens laus bonorū, incorrupta vox bene iudicantiū de excellēte virtute, fructus ac splendor recte factorū: sed erga illam, quæ est inanis victorū plerunque laudatrix, non vera nec solida, sed quæ in vana ostentatione consistit, & populū rumusculos aucupatur. In hanc significationem accipitur capite *Exodi* 15. vbi *Moses* Dei bonitatem celebrans, perniciem *Aegyptiorum* in mari Rubro, ait: *Deuorauit eos terra.* Hoc est rerum terrenarum appetitio & affectio. Non enim videtur terra, sed in are eos absorbuisse. Eodem modo capitur *psalmo* sex todecimo: *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Hoc est, omnem curam & cogitationem suam decreuerunt in amore rerum ca-

ducarum locare. Nisi veritas: Oculos suos statuerunt ad prosternendum me in terram. Ac si dicat: In hoc figunt omnem mentem & curam suam, vt me deiciant, & præcipitent, & immaniter affligant. Accipitur etiam terra pro toto orbe terrarum: vt capite 16. *Iob*: *Terra ne operias sanguinem meum, nec inueniat in te locum latendi clamor meus.* Vt sit sensus: Optarim esse calamitatem meam & querelam meam omnibus perspectam & cognitam. Est mihi in optatis, nullum esse lacum in toto orbe terrarum, vbi meæ afflictione, & querelæ quas ob illas profundo, occultentur. At hoc *Danielis* loco accipitur pro terra ab aquis disiuncta: nam postea subditur: *Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.* Non deest, qui per terram hoc loco hominem intelligat: est enim in diuinis literis hæc terræ significatio visitata: vt *Genesis* sexto: *Corrupta est terra coram Deo, & repleta iniquitate.* Et *Psalmo* nonagesimo sexto: *Iluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.* Vbi per fulgura siue lumina intelliguntur *Apostoli*, qui veluti splendida sydera terram illuminarunt: hoc est, homines terram incolentes illustrarunt, & prodigiorum magnitudine terruerunt. Videntes enim perspicua miracula cum magnarum virtutum, ac celestis doctrinæ splendore coniuncta commouebantur homines, & fidem recipiebant. Id quidem est, quod ait: *Vidit, & commota est terra.* Et *psalmo* 45. *Dedit vocem suam, & commota est terra.* Cum enim vox *Euangelij* intonauisset, & miraculorum fulgura coruscassent, reliquerunt homines idola, & pestilentes superstitiones, seque ad Christi fidem conuerterunt. Et *psalmo* 32. *Timeat Dominum omnis terra:* Pro quo paraphrasis *Chaldaica* habet: habitatores totius terræ. Vnde ingredi viam vniuersæ terræ est excedere è vita: quod est omnibus hominibus commune. Quid latius patet, quid cōmunius tā probis quàm improbis quàm mori? Hoc schemate vtitur diuina scriptura capite 23. *Iosue*, & secūdo libri tertij *Regū.* Accipitur etiam terra pro homine capite quinto *Matthæi*: *Vos estis sal terræ:* vt ibi ait *Augustinus*: & capite octauo *Lucæ*: vbi semen quod cecidit in terram, est verbum Dei hominibus nunciatum. Vnde esse in terra idem est quod esse inter homines: vt *Psalmo* octuagesimo quarto. *Prope timentes eum saluare ihsus: vt inhabitet gloria in terra nostra.* Hoc est, præsto erit remedium Dei timentibus illud, in promptu erit eius auxilium iis, qui numem eius sanctissimum verentur: vt habitet Christus in terra nostra: hoc est, inter homines: seque videndum mortalibus præbeat. Id quod diuus *Ioannes* his verbis testatur: *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Sed etsi terra his, & aliis locis pro homine accipiat, hoc tamen apud *Danielem* pro terra sumitur elementari: de qua *Genesis* primo dictum est: *vocauit Deus aridam terram.* nā paulò post inuitat homines ad Dei laudes canēdas, cum ait: *Benedicite filij hominum domino.* Itaque terra ad Dei præconium inuitatur: vt *psalmo* 95. *Cantate Domino omnis terra.*

eee *Benedicite maria.* In plurali: quia iuxta *Hebraicæ* linguæ proprietatem quælibet aquarum congregatio mare appellatur, iuxta id quod capite *Genesis* primo *Moses* scriptum reliquit: *Congregationes aquarum vocauit maria.* Ex quo effectum est, vt ille, quem diuus *Lucas* capite quinto vocat *stagnum Genesareth.* vocet diuus *Matthæus* capite quarto *mare Galilee.* De lacu illo ait ita scriptura *Numerorum* tertio decimo: *Chananeus morabatur iuxta mare.* *Mediterraneum* vocatur *magnū mare* capite trigésimo quarto *Numerorum.* Mare autem *Oceanum* dicitur *mare maximum*: quod variis nominibus appellatur, prout diuersas terras, ac oras attingit & alluit: *Atlanticum*, *Aethiopicum*,

cum, Arabicum, Persicum, Indicum. Accipitur mare pro acerba calamitate: vt psalmo sexagesimo octauo: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Vel vt verti etiam potest: & fluctus obruit me. Et psalmo octuagesimo septimo: *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Horribili ærumnarum procella iactatus diuinus vates voluit per mare & fluctus vim ac magnitudinem periculorum, in quibus versabatur, significare. Sed ad Deum cõfugit, quem sibi iratum videt: & in rerum humanarum desperatione non desperat: sed in eo figit spem, quem et si sibi censet inimicum, credit tamen esse misericordem. Accipitur etiam mare pro homine improbo turbulentis flagitiis concitato: iuxta illud Esaia: 57. *Impij autem quasi mare feruens quod quiescere non potest.* Cùm enim mare moueatur à luna, quæ nobilis & instabilis est, nunquam quiescens, consequens est, vt ipsum nullam habeat firmitudinem, nullam quietem. Eodem modo homo sceleratus cùm mundum sequatur, qui semper mouetur, & veluti impulsu agitatur, ac perpetua inconstantia inuertitur, ipse vt ex perspicua conficitur consecutione, non erit quietus, nec stabilis, nec firmus sed varius, inconstans, & in perpetua volubilitate, & perturbatione versatus. Nulla tranquilla mente consistet, nulla animi securitate vitam traducet. Et quemadmodum mare aquis fluminum non redundat, quia vt ait Ecclesiastes capite 1. *ad locum vnde exeunt flumina reuertentur:* & quia à sole, & vento exhauriuntur, & siccantur, sic flagitiosus homo nunquam diuitiis impletur, quia cùm sint à mundo ad ipsum redeunt: & quia eas consumit sol superbix, & ventus vanitatis. Ac vt aquæ postquam sunt in mari, non solum non sedant sitim, verù etiam augent: ita mundi opes, ab homine cupiditatis ac avaritiæ stimulis concitato possessæ tantum abest, vt sui desiderium extinguant vt etiam augeant.

Simile.

Simile.

Simile.

fff *Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis.* Cete sunt pisces ingentis magnitudinis: de quibus ait scriptura capite primo Genesis: *Creauitque Deus cete grandia.* Locum illum explanans Basilus: *Hi pisces, inquit, cùm ad summa maris efferuntur, insularum sæpenumero sensationem conspicientibus præstant, Magni pisces dracones in Psalm. 148. dicuntur: qui cùm omnibus aliis Deum laudare iubentur.*

ggg *Benedicite omnes volucres celi.* Consuetudo est scripturæ, vt inquit Damascenus libro 2. per cælum aërem significare. Vnde *volucres cel:* idem est quod aëris volatilia. Postea inuitantur ad Dei laudes omnes bestix tam syluestres, quam domesticæ tam circures, quam indomitæ.

hh h *Benedicite filij hominum domino.* Hoc est, homines. Vtitur est in literis diuinis homines appellari filios hominum: vt psalmo 13. *Dominus de cælo prospexit super filios hominum.* Et quadragesimo quarto. *Speciosus forma præ filiis hominum* ca. 8. Prouerborum: *Vox mea ad filios hominum.* Et Ioelis primo: *Confusum est gaudium à filiis hominum.*

iii *Benedicat Is ael dominum.* Vbi homines generatim ad Dei laudes excitauit, descendit peculiari quodam modo ad Israelitas vt quod in vniuerso sit dictum, id in parte dicatur. Fit Israelitici populi mentio, quia in eo erat Dei fides, & vnicus Deus in eo cognoscebatur. iuxta illud regij ac diuini vatis psalmo 75. *Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius.* capite quarto Deuteronomij ait ita Moses: *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Et diuinus psaltes psalm. 147. *Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel: non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis.* De Iudeorum populo ait sapientia capite vigesima quarta Ecclesiastici: *Radica-*

*ui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.* At postquam gens illa Christum ad cædem crudelissimam vocauit, & in pertinacia permansit, effecta est abiecta, vilis, sordidam, contempta, intolerabilium errorum ac scelerum maculis contaminata. Iudæi obstinati vocantur Israel secundum carnem: Israel autem secundum spiritum sunt vere Christiani siue ex gentibus, siue ex Iudæis. At hoc Danielis loco per Israelem intelligitur populus Israeliticus genus ducens ab Israele. Iacob autem fuit à Deo vocatus Israel: hoc est fortis cum Deo, vel præualens Deo: vel, vt D. ait Hieronymus in questionibus in Genesim, princeps cū Deo. Ita enim ait scriptura ca. 32. Genesis: *Mansit Iacob solus: & vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cum videret, quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius: & statim emarcuit. Dixitque ad eum, Dimitte meriam enim ascendit aurora. Respondit: non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo, nimirum Angelus: Quod nomen est tibi? Respondit: Iacob. At illenequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quia si contra Deum fortis fuisti: quanto magis contra homines præualebis? Capite autem 35. ait in hunc modum scriptura: *Apparuit autem Deus iterum Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Siria, & venit in Bethel: Benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.* Capite trigesimo secundo videtur promissum fuisse illi hoc nomen, & cap. 35. editum. Simile huic habemus de diuo Petro in euangelio: nam Ioannis primo dixit ei dominus: *Tu vocaberis Cephas,* quod idem est ac Petrus: Et postea capite 16. Matthæi: *Tu es,* inquit, *Petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.* Sed dice s. Qui fieri potest, vt verum sit, quo ait Moses, dixisse Deum: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel.* cùm in eodem capite trigesimo quinto Genesis pauld post appelleretur Iacob: & deinceps sæpenumero? At tam c. trigesimo secundo quam trigesimo quinto Genesis est in Hebræo Hodh: pro quo Latinus noster interpres capite trigesimo secundo nihil posuit. ca. autem trigesimo quinto vertit vltra. Id enim significat: vt Esaia quinto *Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ?* Significat etiam adhuc: vt capite vigesimo quinto Genesis: *Adhuc pater meus viuuit?* Præterea significat duntaxat: siue solum: vt his locis iuxta virorum doctorum sententiam: vbi de nomine agitur Israelis: vt sit eorum sensus, virum illum non solum vocandum esse Iacob, sed etiam Israellem: Ac si tibi non placet, accipi vocem Hodh pro solum, siue duntaxat: cerè supplendum videretur vocabulum aliquod idem significans. De huius nominis Israel interpretatione & etymologia est inter multos controuersia. Quidam cùm Chrylostomo aiunt idem esse Israel quod mens videt Deū. Alij cū Augustino: videt Deū. Alij cū Iosepho: relictas cū angelo sacro. Sed notatione vocabuli, quæ etymologiam vocant, ipse explanat, qui nomen imposuit. Ita enim ait: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum: sed Israel: quia si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Vel vt verti etiam potest ex Hebræo: Non solum Iacob appellabitur posthac nomen tuum, sed etiã Israel: quia si cū Deo fortis fuisti: quanto magis aduersus homines superiore euades! Vt sit sensus: Nō tantū supplātor deinceps vocaberis, r verū etiã fortis cū Deo. Quā ob causā nō debes Esau fomidare, nā si cū Deo luctās euasisti victor, quātō magis homines superabis? Voluit Deus ostendere fuisse se luctatione illa superatū, vt significaret se vehemētis obsecrationis vi quodā modo vinci. Hæc est vera & germana, vt meā fert opinio, huius nominis interpretatio. Et si enim magni nominis authores quorū vmbra nos opprimit, alias afferāt detiuationes & explanationes, quarum nullam improbamus, eam tamen amplectimur,**

Gen. 32.



quæ nobis videtur rationi conuenientior, literæ ac-  
 comodatior, & in sensu præstantior. Huic nostræ in-  
 terpretationi fauent interpretes Græci: nam Aquila  
 interpretatur: *ὅτι ἦν μετὰ θεοῦ*. Hoc est quoniam  
 princeps fuisti cum Deo: Vel quia regnasti cum Deo.  
 Symmachus *ὅτι ἦν μετὰ θεοῦ ὡς ἰσχυρὸς*. Id est, quoniam re-  
 gnasti robore aduersus Deū. Theodotio cum septua-  
 ginta: *ὅτι ἦν μετὰ θεοῦ ὡς ἰσχυρὸς*. Hoc est, quoniam inualui-  
 sti cū Deo. Hoc nomē fuit impositū viro illi miris lau-  
 dibus celebrato, à quo totus Hebræorū populus ap-  
 pellatur fuit Israel: vt exodi decimosextimo: *Cum le-  
 uaret Moses manus, vincebat Israel*. Psalmo centesimo,  
 tertio decimo: *In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de  
 populo barbaro*. Matthæi octauo: *Non inueni tantam fidem  
 in israel*. Lucæ primo: *suscipit Israel puerum suum*. Hoc est,  
 Suscepit Deus in cœlestem hæreditatem adducēs Is-  
 raeliticum populum suum: Puer enim hoc loco, vt ait  
 Euthymius, accipitur pro seruo, quem Deus suscepit  
 in Istar auxiliantis, & manum porrigentis. Nomine au-  
 tem Israelis eos intellige, qui ex Iudæis Christum rece-  
 perunt. De quibus illud intelligitur, quod, de ipso  
 Christo ait Simeon Lucæ secundo: *Lumen ad reuelationem  
 gentium, & gloriam plebis tue Israel*. Gentes quæ in  
 tenebris versabantur, fidei & gratiæ lumine illustra-  
 uit, qui est lux vera illuminās omnem hominem: po-  
 pulum verò Israeliticum gloriosum reddidit: quia se-  
 cundum carnem ex illo duxit genus: & quia multi ex  
 Iudæis fuerunt fide & charitate præditi: inter quos  
 fuerunt apostoli, qui mundum ad veram fidem con-  
 uerterunt, & euangelicam doctrinam longe lateque  
 propagarunt. Vel ideo dicitur Christus gloria plebis  
 suæ Israel, quia vt ait Athanasius, voluit Simeon al-  
 ludere ad antiquam historiam: cū Moses dominum  
 allocutus faciem retulit gloriosam. Vt eodem modo  
 Israelitæ diuinam Christi lucem, & gloriosæ eius hu-  
 manitatis decus pertingentes vetus obliuiscens vela-  
 men in eandem imaginem transformantur de gloria  
 in gloriam. Et quoniam in his duobus locis, & in aliis  
 accipitur Israel pro his, qui virtutum ornamentis ex-  
 culti, fide, spe, & charitate septi Deo seruiuerunt, po-  
 test hoc Danielis loco pro viris piis etiam accipi, ea  
 prædicis virtute, quæ in tempestate tranquilla est, in  
 tenebris coruscet, & nullis sordibus absolefcit.

*kkk. Benedicite sacerdotes domini domino*. Sacerdotes  
 præcipuè nominantur, quia illis erant maxima be-  
 neficia concessa: & ad legis obseruantiam præcipue  
 quodam modo tenebantur. Et adiecit: *Benedicite serui  
 domini domino*. Quod de Leuitis intelligitur, & de sa-  
 cerdotum ministris. Vel de omnibus Dei famulis ge-  
 neratim.

*lll. Benedicite sancti & humiles corde domino*. Humilitas  
 animi eum sanctitate coniungitur. Et quia vera hu-  
 militas non debet esse fucata, nec simulationibus &  
 fallacijs ficta, sed ex animo: ideo adiectum est, *corde*.  
 Non enim humilis ostentatione exteriori rumusclos  
 populi aucupante, sed corde & animo approbatur.

*Mat. 23.* Ideo dominus noster Iesus Christus: *Discite, inquit, à  
 me, quia mitis sum, & humilis corde*. Simulata enim hu-  
 militas est duplex superbia, ideo non potest esse diu-  
 turna. Qui fuco & simulatione ficto non modò ser-  
 monem, sed etiam vultu firmam se gloriam consecutu-  
 ros esse existimant, longè profectò falluntur opinio-  
 ne. Debet quidem humilitas in exterioribus splende-  
 re, sed ex animo prodire, vt omnis gloria filia regis  
 sit ab interiore, & foris etiã in simbris aureis, vt ver-  
 bis vtat Davidis, circum amicta varietate. Vt Can-  
 ticorum illud in illa compleantur, *Quam pulchra es ami-  
 ca mea oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus lateret*.  
 Ne quis putaret elegantiam & ornatum sponsæ, per  
 quam ecclesia & anima Deo grata intelligitur, ex  
 his rebus solùm cōstare, quæ oculis aspiciuntur ait

oem eius venustatem & pulchritudinē esse in intima  
 mente collocatam: ex qua in externa ornamenta pro-  
 cedit. Arca testamenti non solùm foris, sed intus præ-  
 cipue erat inaurata, & diuinam legē, virgam Aaronis, *Exo. 25.*  
 & manna cibum cœlestem continebat. Tabernacu- *Hebr. 9.*  
 lum Moysi in parte interiore erat ex cortinis, & præ- *Exo. 26.*  
 stantibus aulæis mirabiliter ornatum, ex parte verò  
 exteriori erat sagis cilinijs minoris pretij contectū.  
 Nam vt apostolus ait capite primo epistolæ postero-  
 ris ad Corinthios: *Gloria nostra hæc est, testimonium con-  
 scientiæ nostræ*. Qui virtutis speciē & ostentationē magni-  
 faciunt, ipsam autem virtutem cōtempnunt, Deo non  
 immolantur: nisi prius pellē, hoc est virtutis simula-  
 tionem proiciant. Animal Deo immolaturum, vt ipse  
 Deus primo capite Leuitici præcipiebat, detracta  
 pelle in fructa concidebatur. Confidere Davidis hu-  
 militatem ex intimo animo de promptam, qui cum  
 Deo qui omnes nostras videt cogitationes, loquens  
 aiebat: *Domine non est exaltatum cor meum, nec elati sum  
 oculi, mei: nec ambulavi in magnis, nec in mirabili-  
 bus super me*. Ideo te abiice, & vilem reputa; & vt  
 verbis vtat diuinitatis, Nahum cap. 3. *Intra in lutum, &  
 calca: subigens tene, siue tere laterem*. Hoc est, intra in te-  
 metipsum, & senties te esse abiectum lutum concul-  
 ca illud, & animi amplectare humilitatem. Et vt ait  
 cap. 13. *Ecclesiasticus: Humiliare Deo, & expectat manus  
 eius*. Et diuus Petrus cap. 5. epistolæ suæ prioris: *Humi-  
 liamini sub potente manu Dei, vt vos exaltet in tempo-  
 re visitationis*. Et diuus Iacobus cap. 4. *Humiliamini in  
 conspectu domini, & exaltabit vos*. Nam vt ait Christus  
 Deus noster: *Qui se humiliat, exaltabitur*. Eam ob cau-  
 sam publicanus in euangelio laudatur, & pharisæus *Mat. 23.*  
 reprehenditur. Et Christus docet vt inuitati ad nu- *Luc. 17.*  
 ptias non in primo sed in vltimo loco discumbamus *Luc. 14.*  
 Ipse enim humilitatem dilexit, & docuit. Quæritus *Ioan. 6.*  
 ad regnum fugit: & ad cruciatum, dedecus, & con-  
 tumelias se obtulit. De illo ait ita cap. 2. ad Phi-  
 lippenfes apostolus: *Semetipsum exinanuit formam  
 serui accipiēs*. Et paulo post: *Humiliauit semetipsum factus  
 obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Propter quod *Similitu-  
 do.*  
*Deus extulit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne  
 nomen*. Vis ad veram ascendere dignitatem descende  
 per animi abiectiōnem. In excelsis ædificijs con-  
 struendis solent opifices lapides elaboratos fursum  
 ferre funibus volubili artificio in sublimi constitutu-  
 tis. Et vt quanto plus funis ex vna parte descendit,  
 atque vi & attractione fabricatorum deprimitur, tan-  
 to altius ex altera parte extollitur cum lapide sic  
 quanto sequis abiectius & demissius per animi hu-  
 militatem & contemtionem prosternit: tantò am-  
 plius & sublimis ascendit per decus & ornamentum.  
 Consistit enim verus honor in falsi honoris despi-  
 cientia. Et solet Deus eos, quos mundus abiicit, con-  
 temnit, & obscurat, sit ipsi humilitatem & tolelantia  
 amplectuntur honore afficere: vt non solùm non deli-  
 rescant, sed celebrem obtineant nominis claritatē &  
 amplitudinē. Eos qui obscuro & in gloriâ iacebant, e  
 tenebris & silentio in lucem & gloriam vult sapenu-  
 mero Deus euocare. Vt lignum vi ac impetu in gur-  
 gitem proiectū tamen vergat ad profundum, nō po-  
 test tamen diu esse sub aquis, quin fursum ascēdat, &  
 proferatur in lucē: sic vir pius, virtute præditus & sciē-  
 tiæ ornamenti per politus, tamen ab improbis inuidis  
 sit cōtemptus, qui ei noctem effundere velint, eum-  
 que in tumultu perpetuæ obliuionis sepelire, nō tamē  
 ibi diu latebit: nā Deus eū extollet, & in sublimibus  
 honorū gradibus collocabit. Id intuens diuus Ambro-  
 sius in Lucā: *Bona, inquit, humilitas nihil appetendo  
 totum quod contemnit adipiscitur*. Et Gregorius li-  
 bro octauo Moralium: *Quisquis nunc se sponte non  
 humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exal-  
 tat.*

Ioan. 1.

Psal. 130.

Mat. 23.

Luc. 17.

Luc. 18.

Luc. 17.

Ioan. 6.

Similitu-  
do.

Mat. 23.

Psal. 44.

E. 111. 4.

Infr. 7.

tat. Et Bernardus in quadam epistola: Jacta in te fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis. Admirabilis quippe virtus est humilitas: imò virtutū conferuatric. Hieronymus in episto. ad Celantiam: Nihil, inquit, est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quam si vitæ merito magni, humilitate tamen infimi simus. Augustinus de verbis domini: Cogitas magnam constituere fabricam celsitudinis de fundamento prius cogita humilitatis. Eam ob causam ait diuus Paulus capite secundo ad Philipenses: *Nihil per contentionem, nec per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbutantes.* Ac si dicat: Nihil faciatis inflati opinione, aut inani gloria ducti: sed vnusquisque alios præstantiores se esse existimet. Et capite 4. ad Ephesios: *Obsecro vos ego vincit in domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.* Et quia humilitas est cum aliis virtutibus copulata, ideo in hoc trium puerorum cantico humiles cum sanctis coniunguntur.

**m m m** *Benedicite Anania, Azaria, Misael domino.* Præcipuo quodam modo ipsi pueri Hebræi ob collatum in se admirabile beneficium ad diuinas laudes prædicandas vicissim inuitantur. Erepti enim erant ab igne fornacis ardentis.

**n n n** *Benedicite omnes religiosi domino.* Tunc religio versatur in animis nostris, cum rebus diuinis operam damus: est enim virtus Deo cultum debitum, ceremoniasque approbatas impendens. Hæc authore Isidoro in etymologiis dicitur areligando, quod per eam religemus Deo animas nostras. Vel vt ait Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei, à relegendo Deum, quem negligentes amiseramus. Id quod iam antea Cicero dixerat in libro de natura deorum. Est autè Dei cultus optimus eum non solum opere, & voce, sed pura & incorrupta mète venerari. Et si illi qui se Deo ligarunt votis, præcipue appellentur religiosi, generaliter tamen omnes viri pij virtutem colentes, Deumque cultu latriæ venerantes religiosi vocantur: quemadmodum hoc loco accipiuntur. Tu autem animaduerte in toto hoc canti-

co non inuitari peccatores ad Dei laudes concinèdas. Inuitantur bestia & pecora, & dracones, & alia: at hoc nomen peccator in toto hoc cantico non inuenitur: quia quatenus talis multò est feris immanior, pestilentior, detestabilior. Tota mundi fabrica est admirabilis quædam Lyra suauè harmoniam efficiens: omnia enim animalia tam rationis expertia, quam vten-  
*Similitudo.*  
tia ratione fides sunt & chordæ suo modo temperatæ præter hominem sceleribus imbutum vitis que coinquinatum: qui quatenus talis neruus est absque temperatione & modestia: aut nimis incitatus, aut nimis tardus, nulla mediocritate præditus, ad musicam diuinarum laudum minimè aptus & appositus. Quare ab hac armonia meritò reiicitur. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine scelerato nascatur. Dicæarchus magnus philosophus illustri laude celebratus edidit librum de hominū interitu, in quo enumeratis causis eluuiōis, pestilentie, vastitatis, ferarum quoque repentinæ multitudinis. quarum vi, & cōmotione, & immanitate multi mortales fuerunt vita priuati: deinde facta comparatione colligit multò plures homines occisos esse hominum scelere, violètia, impulsu, conatu, & bellico incurfu, quàm omnia alia calamitate. Nulla belua est ferocior homine effrenato, immani, voluptario, vasto, & stimulis flagitiorū cōmoto, nulla perniciosior, nulla capitalior. Eam ob causā hic ad Deum laudibus celebrandum nequaquam inuitatur. Nam vt ait capite quintodecimo Ecclesiasticus: *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Ac ille ait Deus per diuinum psalterium psal. 47. *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Ac si dicat: Qua frontè audes laudare præcepta mea, cum ea minimè obserues, cum virtutis simulatione me verbis confitearis, factis autem ne-  
*Eccles. 1.*  
*Luc. 1.*

ges.  
**oo** *Quia in omnia secula misericordia.* Iuxta illud virginis sacratissimæ apud Luc. cap. 1. *Misericordia eius à progenies timentibus eum.* Et illud Dauidis psalmo 102. *Misericordia domini ab aeterno, & vsque in aeternum super timentes eum.*

*Hucusque in Hebræo non habentur: & quæ possumus, de editionis translata sunt. Qua dere ea poteris videre, quæ diximus in præfatione ad lectorem.*

**a** Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè: & ait optimatibus suis: Nōne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi dixerunt: verè rex. Respondit rex, & ait, **b** Ecce ego video viros quatuor saluos, & ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis est: **c** & species quarti similis filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach & Abdenago serui Dei excelsi viui a egredimini, & venite. Statimque Sidrach, Misach & Abdenago de medio ignis. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis contemplantabantur viros illos, quia nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset aduersus: **e** saraballa eorum non fuissent immutata: & ardor ignis non transfiret per eos. Et erumpens Nabuchodonosor: ait Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit **f** seruos suos, qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt: & tradiderunt corpora sua, ne seruirent, & ne adorarent omnem Deum excepto Deo suo. A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, & tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach Misach & Abdenago, disperdat, & domus eius vastetur. Nec enim est alius Deus, qui possit ita saluare. **g** Tunc rex promouit Sidrach Misach, & Abdenago in prouincia Babilonis. **h** Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus, & linguis qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa mirabilia fecit apud me Deus excelsus. **i** Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia **k** & regnum eius regnum sempiternum: & potestas eius in generationem, & generationem.

**a** Tunc. Subauditur, viso miraculo, quo rex fuit stupore, & vehemente admiratione affectus. Et dixit optimatibus suis, hoc est vritis illis illustri-

bus, quorum consilio innocentes Hebræos proiecerat in flamas. Nōne tres viros. Subauditur, tantum, Misimus

Infr. 7.

*Misimus in medium ignis compeditos?* Achi dicat: Nonne duntaxat viros vinctos proiecimus in fornacem ardētē? Nō est mirū fuisse eos iniuriis affectos, & in flāmas immisos. nā vt ca. 3. posterioris ad Timotheū ait, apostolus: *Omnes qui piē volum vīvere in Christus Iesu, persecutionem patientur.* Sed felix huiusmodi persecutio.

**b** *Ecce ego video quatuor viros solutos.* Cum scilicet miserim tres solū & vinctos. Quatuor tāgit miracula: primū: fuisse iuvenes illos cōbustos, imō nec ab igne lātos; secundū, fuisse cōbusta eorū vincula: tertium, esse quatuor, cum non misisset nisi tres? quartū, esse solutos, cum coniecti. Damascenus lib. 4. ait eam ob causam tres illos Hebræos non fuisse lātos ab igne, virginitatē seruabant. Basilius in homilia quadam de laudibus ieiunij hoc ieiunio tribuit. At apostolus illud refert ad fidē: nā cap. 11. epistolæ ad Hebræos vbi præcipuē nonnullos eunumerat, qui fideles admirabiles confecerunt, generaliter multos fuisse ait, *qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonū, extinxerūt impetū ignis.* At hi qui ignis imperū extinxerūt, fuerūt hi tres viri in fornacē coniecti. Obtēperauit ignis voci Dei, iuxta illud psalmi 28. *Vox domini intercedentis flammā ignis.* Quemadmodū ignis ille Babyloniū impios consumpsit, pios autē seruauit: sic calamitas homines flagitiis cōtaminatos sæpenumero lædit, & comburit, viros autem pietate præstantes illustriores reddit. In igne enim aurū coruscāt, & splendet, palea vero ardet & fumat. Thus positum in prunis suauem emittit odorē, sulphur fœtorē intolerabilē. Vt si plūbū & lignū incidant in mare: plūbū mergitur, lignū verō innatat: simillimē si duo homines vnus probus alter improbus incidāt in calamitatē improb. sæpe fluctibus obruitur, & perit, probus autē eruitur, & vtilitatē inde, gloriāq; consequitur. Ex quibus colliges afflictionē non esse in malis numerādā. Tobix dixit angelus: *Quia acceptus era, Deo: necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Et Iob: *Beatus, inquit, homo, qui corrumpitur à Domino.* Et apostolus in epistola ad Hebræos: *Fili minoli negligere disciplinā domini: nec fatigatis, dum ab eo argueris: quē enim diligit Dominus, castigat, flagellat autē omnē filium quem recipit.* Nihil homini euenire potest infelicitus: quā nullā vnquā ferre infelicitatē: nihil calamitosius, quā nullā vnquam sentire calamitatem. Contrā verō nihil illustrius, nihil gloriosius, quā propter Deū calamitatem subire, eamque æquo & sedato animo tolererare.

**c** *Species quaris similis filio Dei.* Hic erat angelus in figura humana tanto fulgere coruscās, vt iudicaret rex, non esse illū filū hominū, sed aliquid diuinum, tanta pulchritudine, tā admirabili præstantia formæ, vt filius Dei vocaretur. Fortasse ob familiaritatē qua Daniel erat cum regeconiunctis, dixit ei fore, vt Filius Dei vnigena in mundū veniret: humanā naturam assumeret, eiusque opituleretur in periculis, & erumnis, qui ad illū toto animo confugissent: atque de eo intelligi illud psalmi quadragesimo quarto. *Spetiosus formam præ filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis.* Que enim pulchritudo tam admirabilis, tam suavis, & iucunda, quā aspectus filij Dei nullum pœnitentem contēnētis, atque ad eō omnes calamitate oppressos dulcibus verbis ad se vocantis? Cum itaque audisset à Daniele aliqua de filio Dei, comparauit cum eo virum illum splendido candore lucentem, quis tribus pueris opem tulerat: eōsque omni molestia leuauerat quem paulopōst angelum vocauit. Ita enim, dixit de vero Deo loquens: *Misit angelum suum, & erigit, seruos suos, qui in eum crediderunt.* At per Angelum illū voluit Deus significare, sit in temporis plenitudine decensurum esse è cœlo in terram, suosque calamitatib., & peccatorū flammis erepturam. Ipse enim ait psalmo 90. *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, &*

glorificabo eū. De quo ait diuinus psaltes psalmo. 71. *Iudicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* Vbi, per pauperes, & filios pauperum intelligit afflictos, qui cum angantur ærūnis, diuinum implorant misericordiam. Voluit etiam Deus vt angelus ille apparere, ne rex existimare fuisset miraculum illud maleficio cōfectum. Tertulianus lib. 4. aduersus Marcionem ait Chistū visum fuisse in fornace Babylonica. Idē asserit Augustin. in oratiōe aduersus iudæos, Paganos, & arrianos. Vnde per filiū Dei poteris ipsū Deū intelligere, filiū Dei vnigenā.

**d** *Egredimini.* Subaudi, è fornace. Submissē eos orat. vt exeant, quos superbē, & insolenter illuc conici iusterat. Didicit esse verum, & vnū Deum excelsum, ac vnum, qui antea dixerat: *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?* Vide conuersionē eius. *Hac est,* vt dictum est in psalmo: *mutatio dextera excelsi.*

**e** *Saraballa:* Indumenta sunt, quibus tibia & crura reguntur. Quidā existimant esse pallia seu clamides.

**f** *Et verbum regis mutauerunt.* Hoc est noluerunt ei obedite in cultu simulachri. Vel mutauerūt illud quia videns rex eos in columes, Deum verum laudibus quem antea contempserat. Vel quia cum eis, qui antea asperē & crudeliter fuerat allocutus, tunc piē & leuiter sermones conferebat.

**g** *Rex promouit.* Hoc est ad honorem euexit, & in dignitatem ampliorē restituit. Hoc illis euenit, quia noluerunt statuā regis colere, & simulachrū illud cōtēperunt. Ex hoc capite adiunctis verbis diui Hieronymi: Cultores Dei imagines idolorū adorare nō debēt: sumpsit occasione aduersus sanctorum imagines Hieronarius hæreticus nostri tēporis in libro quē cōtra imaginū cultores inscripsit. At quid facit ad diuorū imagines ab ecclesiis auferēdas noluisse Hebræos illos fide & charitate munitos statuā impij regis colere, gentiūque simulachris cultū soli Deo debitū tribuere? De iis enim imaginibus loquitur Hieronymus, cū ait. non esse statuas adorādas. Vnū enim Deū patriæ adorationē colimus, & omnia gentiū idola detestamur. Aliud est idola gentiū patriæ venerationē adorare, quod Deus prohibuit: aliud imagines diuorum dulci veneratione colere & honorare, quod nunquam prohibuit. Scimus quidem Deum capite vigesimo Exodi, & capite vltimo eiusdem, & capite quarto & quinto Deuteronomij, & aliis in locis præcipere, ne quis deos alienos adoret, nec eorum imagines & simulachra. Existimabāt enim gentes idolorū cultrices imagines ac statuas illas esse veros Deos, quā ob causam eas pro diis colebāt. At nos sanctos illos qui cum Deo in gloria cœlesti requiescūt, non Deos esse credimus, sed Dei amicos: nec eorum imagines pro diis veneramus: sed eis debitum honorē impertimur: nō quod credamus inesse in illis diuinitatē aliquam, propter quam sint colendæ: nec quod in illis figamus spem nostram: sed quia honor qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant. Eam ob causam Christi, deiparæ virginis aliorum sanctorū veneramus: imagines per quas Christum verum Deum nostrū adoramus: & sanctos quorum illæ gerunt similitudinē, veneramus. Hoc docet sancta Romana catholica ecclesia: hæc est vera doctrina: quam ab antiquis patribus sapientia, & sanctitate præstantibus ex eorū scriptis, & antiquissima traditione, & sanctorum conciliorū decretis apertissimē cognoscimus. Hoc fuit sancitum in secunda synodo Nicæna multis & perspicuis verbis sub Hadriano 1. pontifice maximo: & in concilio illo Costantinopolitano, quod à quibusdā Octaua synodus cœcumenica dicitur: vbi anathema in hæreticos imaginū cōtēptores dictū est, & canō editus de imaginum honore. Idē decretū fuit in cōcilio Fræfordiensis: & in tribus cōciliis Lateranensib. sub Gregorio 2. sub Stephano

phano, & sub Gregorio tertio sumis pontificibus. Et in hoc sub Gregorio tertio congregati fuerunt mille fere episcopi: vbi Leo imperator haereticus qui imagines comburi fecerat, fuit & imperio, fidelium communicatione priuatus. Et in sacrosancto concilio Tridentino sessione vigesima sexta fuit editum decretum pro imaginum ueneratione. Fateor fuisse in quadam congregatione Constantinopolitana factum contra imagines decretum: sed non fuit concilium, sed conciliabulum, congregatum ab haereticis sine summi pontificis consilio & autoritate: vbi nec per vicarios, nec per literas Apostolicae Romanae sedis affuit consensus. Imo pauci illi episcopi qui ob haereticorum metum decretum illud consignarunt, illud postea reseciderunt seque aperte retractarunt: quorum extat in sacrosancta vniuersali secunda Nicena synodo perspicua palinodia. At Calvinistae nostri temporis haeretici, Christi ac virginis Mariae, & aliorum diuorum imagines, & crucem sanctam contemnunt, frangunt, ex Ecclesiis reiciunt, incendio tradunt. Quod quid est aliud, quam Deo, eiusque sanctis bellum inferre, Christi passionem repetere, eamque in eius contumeliam iterare? Detestatur Christum Deum nostrum, eius sacratissimam matrem, & eos omnes, qui eum secuti sunt, & animos a sceleribus seuoocarunt. Nam quemadmodum in Republica fieri solet, ut conflata concitatioque per turbulentos, ac nefarios ciues aduersus principes aut optimates seditione, statim seditiosi eorum imagines & stemmata insignia & alia huiusmodi ornamenta confringunt, atque conuellunt: sic concitato aduersum Dominum nostrum Iesum Christum, eiusque sanctos seditioso impetu, & furibundo haereticorum tumultu per Calvinum procellam patriae, turbinem, ac tempestatem Christianae quietis: statim ad veram religionem labefactandam in sanctas imagines Christi Dei nostri, eiusque sanctorum irruerunt Calvinistae, & Zuinglistae, & alij huiusmodi impij & furentes homines in eas impetum fecerunt, & incredibilibus contumeliis illas dissiparunt. O facinus indignum, o tempera, o mores, o scelus detestandum. Poterat ne aliquid fieri absurdius? Quod fuit vnquam crimen tam impium? quae atrocitas sceleris tam immanis? quae seditio tam nefaria, tam ab omni non solum ratione, sed etiam rationis simulatione alienata? Si quis conuincitur reus laesae maiestatis, & absens est, aut mortuus in imagine punitur. Solent praefecti eius imaginem publicam traducere, gaudio iugulare, aut incendio committere, aut patibulo splendere, aut similibus suppliciorum ignominia affectum damnare. Eodem modo haeretici ac si Christus Deus noster esset crimine laesae maiestatis conuictus: eius imaginem fregerunt, flammis tradiderunt, & aduersus eam furore concitati odium confluxerunt. O furentes homines: exitium doleo animarum vestrarum, quoniam non solum in hoc seculo in perpetuo dedecore versabimini, sed in altero aeternis cruciatibus turquebimini, vbi poena scelerum vestrorum dabitur perpetuas, omni spe salutis destituti, omni solatio spoliati. Illud velim existimetis, me nulla esse aduersus vos iracundia concitata, quorum salutem desidero: sed aduersus flagitia vestra. Quis enim in media Europa iniuriam in Christum dominum seruatorem nostrum iactam, si est ex animo Christianus, non ex animo detestatur? Quis audita defectione vestra a Sancta matre Ecclesia Romana, vestraque in Deum eiusque sanctos impietate non moueatur, non exandescat, non lachrymarum vim ex intimo pectore profundat? Ac confugitis ad patres, quorum doctrinam sequi non vultis. Dicitis diuum Gregorium in epistola secunda ad Serenum dicere, non esse imagines adorandas: dicit, nimirum adoratione, quae pertinet ad latrariam. Et nos idem fatemur. Legite obsecro attento animo epistolam illam, & videbitis, quantum illis tribuerit honorem: & quantam ex illis utilitatem prouenire explanauerit. Ait enim eas esse libros

eorum, qui literas nesciunt: esseque gentibus pro lectione picturam. Et paulo post: In locis inquit, venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vultus admisit. Quid plura? Eum grauius reprehendit, quod imagines, ab Ecclesia abstulisset, precipiens, ut eas in ecclesia permittat. Et in epistola ad Secundinum idem Gregorius imagines ait non solum imperitorum, sed peritorum etiam libros esse: nobisque ad memoriam eos reducere, quos representant. Quam ob causam ad eundem quatuor misit imagines, ut ex eadem constat epistola, vnam Christi Dei nostri, alteram sanctae Dei genitricis Mariae, tertiam & quartam Apostolorum Petri & Pauli. Est enim perspicuum, si Christi, aut martyris alicuius imaginem intueamur, excitari statim in animo nostro ardentes amoris ac imitationis aculeos, quibus inflammati ad Deum ipsum aspiramus, & non solum martyres, sed etiam ipsum Christum imitari concupiscimus. Sed quid dico de diuorum imaginibus, cum narret Suetonius Tranquillus, Iulium Caesarem in Hispania, cum venisset Gaudes, visa in templo Herculis imagine Alexandri Magni ingemuisse, quod nihil dum a se memorabile actum esset in aetate, qua Alexander orbem terrarum subegisset. Et statim se res magnas acturum proposuisse, & ad ea aspirasse. Ac visa imago Polemonis mulierem impudicam, ut ait Gregorius Nazianzenus deterruit. Si imagines illae excitarunt intuentes ad res praecclaras, quanto magis imago saluatoris? Eusebius libro secundo Ecclesiasticae historiae, & Ioannes Damascenus libro quarto de fide orthodoxa referunt id, quod est a multis aliis perpetuis monumentis consignatum, nempe Christum misisse vultus sui effigiem ad Abgarum regem: quae eius ciuitatem ab obsidione mirabiliter liberauit. Mulier illa quae tangens simbriam vestimenti Christi, fuit ab eo fluxu sanguinis mirabiliter curata, quae eam ob causam haemorrhoea ista vocatur, de qua Euangelista loquuntur, statuit Christo statuam quandam propriam eius effigiem referentem, quae vsque ad tempus Eusebij Caesariensis durauit, qui eam vidisse testificatur. Ad eius pedes nata est herba quaedam medicis omnibus incognita, quae cum ad simbriam stolae imaginis excreceret, & imaginem tangeret, efficiebatur ad pellendos morbos omnes salutaris. Asferit hoc ipse Eusebius testis locuples, & ut ita dicam oculatus: & post eum diuus Hieronymus: Nicephorus: libro sexto sacrae historiae: Sozomenus lib. 5. Gregorius Turonensis in libro de gloria martyrum: Lodolphus in vita Christi: Guilelmus Spirensis in primo centenario. Et fit mentio eius in secunda sancta synodo Nicena. Hanc Christi imaginem Iulianum, apostata odio in Deum commotus, & nefario furore concitatus deiecit: suaque substituit, quam repetinam, ac inopinatum fulmen diuulsi, & collum cum pectore abscidit: & antiquam illam Dagonis apud Palaestinos prostrati memoriam renouauit. Quae de re differit Sozomenus libro quinto, & Alanus Anglus Dialogo quarto. Habuit Nicodemus imaginem Christi crucifixi, quae postea Beryti ab impio Hebraeo telo confossa sanguinem profudit. Narrat miraculum hoc Athanasius in sermone, qui in secunda synodo Nicena fuit lectus, ut constat ex illa. Referunt illud Gregorius Turonensis in libro de gloria martyrum, & Ioannes Eccius in libro locorum communium aduersus hostes Ecclesiae. Simile postea miraculum editum est tempore Caroli Magni. Nam cum quidam impius Iudaeus Christi imaginem in patibulo pendentis per summam contumeliam vulneraret, mox dimanauit ex ea magna copia sanguinis vberissime effluentis, Christi que passionem ante oculos hominum representantis. Authores sunt huius historiae Antonius Sabellicus libro 9. Enneadis octauae, Raphael Volaterranus in Anthropologia, Ado in historiis Franco-

rū, Gaspar Conterenus in summa conciliorū, & alij Syluester sumus pontifex ostendit imperatori Constantino imagines apostolorū Petri & Pauli, quos ipse viderat in somniis, quas statim cognouit: & hodie Romæ ex antiqua traditione seruantur. Ibi etiā sunt nonnullæ virginis Dei genitricis Mariæ, quas ego ibi vidi, ex illis quas diuus Lucas depinxit, vt est constante fama diffinatōque in tota Ecclesia hominum sermone celebratum. Et Constantinopoli erat alia ex illis, vt Theodorus lector & Nicephorus Callistus refertur. Hæc sanctarum imaginū antiquitatē & venerationē in Ecclesia Catholica explicat Basilius Magnus dicēs in epistola ad Iulianū: Confiteor etiā filij incarnatā in conomia. Deinde sanctū Mariā, quæ secundum, carnē illum peperit. Suscipio sanctos apostolos: prophetas, & martyres, qui pro me apud Deū supplicent, quo per illorum meditationem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & recessione peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historiam, imaginem illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis & à sanctis traditū apostolis non est prohibitum: sed in omnibus Ecclesiis nostris eorū historiam erigimus. Hactenus ille. Duo dicit obseruam dignissima vnū, eū palam imagines sanctas adorare, alterum, esse earum vsum in ecclesia antiquissimum à tempore apostolorum. Idem, aut alia similia inuenies apud Leontium episcopum Neapolis Cypri in apologia contra Iudæos: apud Gregorium Nyssenum in sermone de Abraham: apud Gregorium Nazianzenum in versibus, quod confecit: qua de re elegans condidit poema: apud Ioannem Chrysostomum in oratione funebri in Meletium episcopum: & in sermone, qui inscribitur, quoddam veteris & noui testamenti vnus sit legislator: apud Cyrillum Alexandrinum in epistola ad Acatium, apud Ioannem Damascenum lib. 4. fidei orthodoxæ. Hi omnes Christi & diuorū coluerūt imagines, nosque ad earū adorationē inuitarūt. Sed non omnis qui aliquid adorat, credit illud Deū esse: Iacob enim adorauit Esau fratrem suū priorū natus pronus in terra diuina scriptura cap. 33. Genesis testantur. Et sciebat eum non Deum esse, sed purū hominē. Et cap. 42. Genesis scriptū est, filios Iacob adorasse fratrem suū in Aegypto. Et cap. lib. 1. 3. Regū: *Inclinauit se Bethsabee, & adorauit Regem Dauidem.* In omnibus his locis adorare accipitur pro exhibere honorem, non cultu latē sed veneratione maioribus, aut præstantioribus. debita. Sumitur pro colore adoratione latriæ, psal. 28. *Adorate dominum in aula sancta eius.* Et Deut. 6. *Dominū Deum tuū adorabis: & illi soli seruiēs.* Et apud mat. ca. 2. *Proidentes adorauerunt eum.* Nos verò Deum adoramus latria, sanctos dulia, virginem autē Dei genitricē Mariā sacratissimā hyperdulia: sed nec sacrosanctā virginem nec alios sanctos credimus esse deos: & multo minus eorum imagines. Sed eas, vt par est, iusta veneratione colimus & obseruamus ex patrum & Ecclesiæ traditione. Fuerunt quondam hæretici, qui ecclesiā perturbare volentes sinterūt epistolā quendam aduersus sacras imagines Epiphanio viro Catholico, pio, & sapienti, falsò tributā: quam Hiemarius, & Caluinus, & Zuinglius, & aliæ huiusmodi pestes modò suscitauerunt. At epistola hæc nec extat in Græcis Epiphaniij exemplaribus, nec in multis Latinis Et Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa asseueratēter affirmat nūquā Epiphanium talem epist. scripsisse: nec tam impiū dogma fuisse ab eo literis mandatū: imò eius victā & doctrinā pugnare: quoniā eius ecclesia erat venerandis imaginibus ornata, quemadmodū aliæ episcoporū catholicorū in tota Græcia, & in tota ecclesia catholica, præsertim Romæ. Ibi omnes enim ecclesiæ tempore apostolorum etiā Christi & sanctorū imaginibus decoratæ. Ac ibi gloriosa Helena Cōstāntini mater posuit crucē Christi

secum ex monte Caluarie, vbi eam mirabiliter inuenit deportatā. Sed hanc crucis inuentionem negat mihi ex hæreticis: cum Eusebius Cæsariensis illius seculi scriptor multis in locis eius meminerit, præsertim in animalibus, quæ vulgò vocantur chronica de temporibus. vbi verba hæc scriptura reliquit. Helena Cōstāntini mater diuinis monita visionibus, beatissimum crucis signū in quo mudi saluus pepedit, Apud Hierosolymā reperit. Hanc sacræ crucis inuentionē cuius diē celebrat sancta Romana ecclesia catholica, narrat Ambrosius in oratione de obitu Theodosij Rufinus lib. 1. Eutropius lib. 1. rerū Romanarū, Paulinus epist. 11. ad Seuerū, Sulpitius lib. 2. historiæ sacræ, Socrates lib. 1. Theodoretus etiā lib. 1. Sozomenus lib. 2. Iustinianus imperator cōstitutione 28. authenticorū seu nouellarū cōstitutionū. Nec solum inuentionē hanc quæ ex ecclesiæ & patrum traditione, & veterū scriptis ac monimentis verā esse cognoscimus, negat & irridet hæretici, sed crucē ipsā contēnūt, & detestantur. Diuus Ambrosius in oratione de obitu Theodosij eā vocat exirium diuinum ad remedium peccatorū, & sacramentum salutis Prudentius hymno 6. eam ait pellere omne crimen. Ephrē Syrus cuius scripta teste Hieronymo in lib. de viris illustribus in ecclesiis quibusdam post electionē scripturarum publice recitabantur, in lib. de penitentiam publicè recitabantur, in lib. de penitentia crucem appellat in superbiem Christianorum armaturā. Sophronius Hierosolymitanus episcopus in homilia de cruce colenda eā esse turtularent ac fidissimam Christianorum custodiā ait, & vniuersorum ex aduerso occurrētium in saluum profligatricē. Chrysostomus in oratione de laudibus eius eā cæcorū ducē appellat, claudorū baculū, tropheū contra dæmones, portum inter vndas periclitantium, spem desperatorum, & scutum omnium perpetuum, eamque aliis magnificis præconiis effert, multa que nominibus celebrare contendit. Sacer Dionysius apostoli discipulus in lib. de ecclesiastica hierarchia ostendit frequens fuisse tempore apostolorū signum sanctæ crucis. Iustinus Martyr vicinus temporum apostolorū in 2. apologetico vbi religionem Christianā contra gentes idolorum cultrices tueretur, asserit, nihil sine hac crucis figura administrari. Inuictus Athanasius in tractatione de humanitate verbi ad euāgelicā astruendā philosophiam asserit contra ethnicos admirandā cruci potestatem. Rufinus presbyter li. 1. historiæ ecclesiasticæ Eusebij ait signū crucis fuisse quoddam hieroglyphicū inter literas sacerdotales, quo significabatur vita ventura multa refert de crucis sanctæ mysterio Cæcilius Cyprian. in epist. 12. ad Iāuariū, & in tractatione de vnitāte ecclesiæ, Origenes homilia secunda in Iob, & in epistola ad Romanos, Septimus Tertulianus libro de corona militis, magnus Basilius libro de Spiritu sancto Hieronymus sapientissimus in cōmentariis in caput tertiū decimū eiaē, & in vita Pauli & Hilariōnis, insignis Palladius in historia Lausiaca in vita Isidori, & vtriusque macharij, Aurelius Augustinus in tractatione centesimo octaua in Ioannem, & de rectitudine catholice cōuersationis, & aliis in locis: & alij per multi, qui admiranda de signo crucis in frontibus credentiū de eius antiquitate, vni potestate, & præstantia memoriæ prodiderunt. Eo Veri Christiani se muniunt eo omnia incipiunt: illud in ecclesijs pingunt, & extra illa: eo egritudines pelluntur: & hostes tam animæ quam corporis vincuntur, & fugantur. At obiciunt hæretici edictum duorum principum Theodosij & Valentis qui cum ambo simul imperij clauū tenerent vt ipsi aiunt, præceperūt ne quis crucem sculperet, aut pingeret. Fortasse inuenerunt hoc apud Patrum Crinitum lib. nono de honesta disciplina, à quo illud hauserunt. Sed fictum quidem est, & com-

Chri

Ambro

Basilius  
Damas  
Thom.

Ambro

mentitium: nunquam enim Theodosius talem legem tulit. Est quippe in codice Iustiniani, libro primo, titulo octauo textus in lege: Cum sit nobis: quo prohibetur, ne quis pingat vel sculpat humi crucem Christi, quoniam non est æquum, vt sanctam crucem qua vtimur in sacramentis, & qua fontem, & pectus, & totum corpus munimus, & quam denique colimus, pedibus teramus, & conculcemus. Ac Salicetus legum doctor eximius iis verbis eam in epitomen redegit. Signum crucis nõ debet sculpi, vel pingi in loco, qui possit pedibus calcari. Edictum illud literis mãdatum ad honorem crucis, detorquent hæretici ad eius ignominiam: quemadmodum alia, quæ solent adulterare & corrumpere. Præterea Theodosius ille & Valens nunquam simul imperij gubernaculum tractarunt. Valens enim fuit simul imperator cū Valentiniano primo: Theodosius autem cum Gratiano & Valentiniano secundo. Ita hoc asserunt Paulus Orosius illius ætatis historicus lib. septimo, Aurelius victor, Cassiodorus in historia tripartita, Paulus Diaconus libro decimo rerum gestarum Romanorum, Beda venerabilis in historia imperatorum, Pomponius Lætus in compendio Romanarum historiarum, Petrus Mexia in historia imperiali. Itaque edictum illud non est Theodosij primi & Valentis, sed Theodosij & Valentiniani. Si historias legissent, nunquam tam inconsideratè verba facerent: nisi vellent non solum edictum sed eius latorum nomina deprauare. At probabile est eos in errorem illum incidisse propter historiarum ignorantiam. Miror Petrum Chrinum virum, nisi fallor, catholicum, & in lectione literarum humanarum mediocriter versatum, fuisse in re tam perspicua deceptum. Sed magis miror, & doleo hæreticorum impudentiam, qui ad errores suos tuendo Theodosij imperatoris Christianissimi, atque clarissimi decretum quod sanxerat ad crucis honorem, tam apertè & flagitiosè ad illam labefactandam, eique odium constandum corruerint, tandem confugiunt ad diuum Ambrosium in oratione de obitu Theodosij has voces emittentem. Regem Helena adorauit non lignum, sed adorauit illum, qui pependit in ligno. Verum est: quis hoc inficiatur? Nos idem cum eo non solum fatemur, sed etiam profite-mur, & facimus. Non enim lapidem colimus, non lignum, non aliam materiam: sed crucem nobis Christum crucifixum representantem patriæ cultu adoramus, ita vt in cruce ipsum Christum deum nostrum adoramus. Itaque cultum hunc patriæ non creaturæ propter ipsam, sed creatori exhibemus: adoratio enim imaginis ad exemplar peruenit, iuxta Basilij magni sententiam: quem ad hoc citat & sequitur Ioannes Damascenus: & post eum diuus Thomas in tertia parte summæ theologiæ. Eam ob causam crucem Christum nobis referentem, quasi ipsum Christum dominum alloquimur, & obsecramus. Hoc est, quod illic ait, & docet diuus Ambrosius, quod autem hæretici volunt ex verbis eius concludere vnde sequitur? non adoranda est materia, ex qua conficitur crux, ergo non adoranda est ipsa crux: ergo est frãgenda, & extra ecclesias proiicienda, & igne cremenda. Quæ est hæc consecutio? O insaniam & diabolicam conclusionem? Nos adoramus sanctam crucem, & diuinorum imagines veneramus. Hanc solidam doctrinam, piã, veram, catholicam, & apostolicam seruauerunt semper viri illi qui virtutibus præditi, fide ornati charitate muniti, sapientiæ ornamentis exculsi animos à corporum contagione seuocauerunt, totosque se ad beatorum apostolorum imitationem contulerunt. Hanc tenet, docet, & proponit sancta Romana Ecclesia catholica, quæ, vt diuus Paulus ait in epistola prima ad Timotheum capite tertio, est domus Dei, columna, & firmamentum veritatis. Hæc est corpus, cuius, caput Christus est, vt

idè ait apostolus in epistola ad Ephesios capite quarto & quinto, & ad Colossenses capite 1. In illa est idè Christus eam docens & seruans quam nunquam delinquet: iuxta id quod ipse pollicetur in euangelio auctore Matthæo capite vltimo: *Eccc ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Hæc est sponsa Christi, quæ in Canticis Canticorum sponsum Christum alloquitur: cui ille dicit capite 4. *Fauis distillans labia tua sponsa.* Qua de re differens diuus Paulus capite quinto epistolæ ad Ephesios: *Hoc sacramentum, inquit, magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Hæc hortus conclusus,* vt eodem quarto capite Canticorum ostenditur, in quo Deus serit, & vt ita dicam, plantat electos, quos munit cælesti custodia: vbi est *fontis signatus,* hoc est, Christus, ex quo effluit gratiæ flumem, cuius impetus, vt ait psalmo quadragesimo quinto David, *laetificat ciuitatem Dei.* Ab hoc horto eiecti sunt hæretici, iuxta sententiam illam seruatoris nostri apud Mattheum quintodecimo: *Omnis plantatio quam non plantaui pater meus, eradicabitur.* Hunc fontem aspernati sunt Caluinistæ, zuingliistæ, Hiemariistæ, qui ait apud Ieremiam secundo capite: *Me dereliquerunt fontem aque viue: & fecerunt sibi cisternas dissipatas.* Desciuerunt enim à Christo, & à sancta eius ecclesia, qui ipsius imagines frangunt, & ferre non possunt: crucem sanctam pedibus conculcant, infinitis contumeliis afficiunt, lapidibus obruunt, ad ferrum flammamque vocant. Commune hoc habent cum dæmonibus, quemadmodum alia, quod crucem fugiunt, & videre non possunt: ideo eam dilacerant. Crucem illam gloriosam corpore Christi sacratam, quæ mansit in monte Caluarie erecta tanquam illustre trophæum, clarissimumque diuinæ victoriæ monumentum, & decus contemnunt hæretici nostri temporis, eique bellè inferunt crudelissimū dæmonum stimulis concitati. Cùm illa sit excellentissimum nostræ dignitatis ornamentum, nostræque salutis certissimum præsidium. O dementes homines impio furore agitados: O cæcitatem intolerabilem: Quæres vnquam gesta est detestabilior: quæ pestilentior, quæ dignior ignominia sempiterna? Deploro deditus lachrymis & lamentis amentiam vestrã, o hæretici, lugeo caliginem ac perfidiam vestrã, desleo lamentabilibus vocibus exitium vestrum quoniam nisi fueritis ad fidem conuersi, in imis tartaris estis puniendi, æternisque suppliciis cruciandi. Hoc suscepi hoc Danielis loco, quem vos affertis ad vestrum errorem confirmandum, cùm pro vobis, vt ostendit, nihil faciat, vt vos de perfidia vestra relinquenda moneam, vt de sanctarum imaginum, & crucis sanctæ celebritate & amplitudine differerè, illarumque rationem pro viribus explicarem.

h *Nabuchodonosor rex omnibus populis.* Epistola est quæ rex Babylonius misit ad totum suum regnum, vt omnibus Dei potentiam & miracula significaret. Eam misit reddita sibi intelligentia post insaniam. Quidam incipiunt quartum caput ab iis verbis, quæ exordium sunt, & saluatio epistolæ, à cuius narratione incipit caput quartum in plerisque codicibus. Hanc epistolam non scripsit Daniel, sed eam à rege scriptam inseruit huic operi, vt diuus ait Hieronymus, & post eum Petrus Comestor in historia Danielis: & ex verbis ipsius epistolæ constare videtur. Sed non multum refert incipere caput quartum ab iis verbis, aut ab epistolæ narratione.

i *Placuit ergo mihi.* Hoc est officij mei esse iudicari facere vos certiores de magnis ac diuinis miraculis, quibus Deus voluit ostendere potentiam suam, & abiicere arrogantiam meam.

k *Regnum sempiternum.* Hominum regna caduca sunt & fluxa, & ad regnum Dei æternum est: De eo, eiusque æternitate differuimus capite secundo.

h h

Species

1 Species quarti similis filio Dei. Symmachus habet: Species autem quarti similitudo filiorum duorum. At Septuaginta nobiscum legunt. I ro filio est in Chaldaeo  $\bar{\nu}$  Bar: quod vocabulum n. n. solum Chaldaicum, sed etiam Hebraicum est. Significat filium panem, frumentum, disciplinam, purum. Illud Davidicum secundi psalmi: Apprehendite disciplinam: potest etiam verti: Apprehendite filium. Vel osculamini filium. Ita locum illum transfert R. Abraham, & Sanctus Pagninus, & Antonius Flaminius, & Felix Pratenfis. Inducit diuinus psalmes in illo secundo psalmo filium Dei has voces emittentem: Dñs dixit ad me: filius meus es tu ego hodie genui te. Postea inuitans omnes ad cultum & venerationem y filij Dei ait: Osculamini filium. Id est, illum summa pietate colite, & cultu laura venramini, vsque in eius seruientem libentissimis animis dedicate. Solemus enim osculamini principum manibus nostram erga eos obedientiam significare. Hoc est illius loci interpretatio aperta quide & perspicua. At Hieronymus vertit: Adorate pure. Hoc est enim in Hebraeo  $\bar{\nu}$  Bar. Nafbecu Bar. Verbum Nafbecu significat osculari, apprehendere amare, adorare: Bar autem pure significat, & purum, ut diximus. Quare recte translulit Hieronymus. In commentarijs vero in psal. illum ait posse verti, Adorate filium. Et co. Ru- finum: Armamini pure, iuxta id quod apostolus ait cap. 3. ad Romanos: Induamur arma lucis. Et sexto ad Ephesios: Induite vos armaturam Dei. Et quinto prioris ad Thessalonicenses: Induti lorica fidei & charitatis. Et decimo posterioris ad Corinthios: Arma militie nostrae non carnalia, sed potentia Deo. Hoc est, ita per Dei gratiam sunt valida, ut possint omnes mundi munitiones euertere, & superare. Nihil minus tamen rectissime verterunt Septuaginta:  $\bar{\nu}$  Bar.  $\bar{\nu}$  Bar.  $\bar{\nu}$  Bar. Hoc est, Apprehendite disciplinam: ut habet editio vulgata, qua in psalms est ex translatione Septuaginta ex Graeco in Latinum sermonem desumpta. Hanc psalmorum versionem qua utitur Romana sancta Ecclesia catholica commendunt euertere haeretici nostris temporis, & suas inducere impietatum multis in locis, & errorum plenissimas. Nihil approbant, nisi quod ipsi fingunt, & quod ex turbidis Iudaorum fontibus hauriunt, quibus se dedicasse videntur. Et quia hoc loco nostra vulgata editio discrepat ab eorum versione, exclamant hic, & magnas excitant tragedias, dicentes falsam esse communem versionem, qua pro osculamini filium: habet: Apprehendite disciplinam. Non intelligunt caci homines vocabula esse aequiuoca, & varias recipere interpretationes. Sed cur nostram calumniantur versionem, qua rectissime transfert Gracam? Accur Gracam, qua rectissime transfert Hebraeam? Nam Septuaginta interpretes fuerunt genere Hebraei, utraque lingua, & Hebraea & Graca peritis, virtutibus exculti, & a Deo in sacris libris vertendis illuminati. Et non solum illi sed etiam paraphrasis Chaldaica habet: Apprehendite disciplinam. Dixerat paul. antea diuinus ac regius vates: Erudimini: qui iudicatis terram: nunc idem repetit alijs verbis, sed idem ad maiorem attentionem significamibus. Ac si dicat: Recipite Christi doctrinam, & euangelicam philosophiam: ne irascatur y se Messias verus Deus, & verus homo, & errantes, ac declinantes a via recta proyiciat in penas aeternas. Aspiciat vulgatam nostram editionem illustrem habere intelligentiam de Christi Dei nostri euangelica doctrina apprehendenda & amplexanda? Quare non est, cur eam conueniam & vituperent vani homines, cum sit vera, &

iuxta sacri concilij Tridentini decretum ea sit authentica: eamq; ob causam alijs omnibus versionibus anteposi. a. Possunt quidem ex Hebraica ac Graeca veritate alij aliquando sensus depromi, & hauriri veri, salutare, & excellentes: & ex pleno fonte mirabiles riuu deduci atque derivari. At non ideo est dicendum, falsam esse antiquam nostram editionem vulgatam: qua omnibus alijs est verior, grauior, illustrior, & prestantior. Sed quoniam vocabulum hoc bar panem significat, ut diximus, & triticum, & iuxta illud Genesis 41. Tanta fuit abundantia tritici, ut arenae maris coaequaretur: potest recte verti locus hic psalmographi: Adorate panem: nimirum illum, qui de se ait apud Ioannem sexto: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et paulo post: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Vides admirabilem de sancto eucharistiae sacramento vaticinationem. Est enim totus Christus in illa hostia consecrata sub specie panis: nam panis materialis ex vi verborum consecrationis trans substantiatur in Christi corpus, quod illic continetur, non nobis visibile, sed y sum quide inuisibile sub visibili panis specie. Ut ad elementu panis & vini accesserit verbu, fit sacramentu. Et fit, ut Chrysostomus ait, transmutatio: & ut Theophylactus, trans elementatio: & ut diuus Thomas, couersio super naturalis: & ut in sancto ac magno Lateranensi concilio definitu est, fit trans substantiatio panis & vini in corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi. Ac ut verbis utar Ioannis Damasceni: non est figura corporis & sanguinis Christi, sed y sum corpus domini de, catum, y so domino dicente: Hoc est corpus meum: non figura corporis, sed verum corpus: non figura sanguinis, sed verus sanguis. Itaque in hostia consecrata iam non est panis terrenus, sed panis celestis: de quo ait apostolus in priore ad Cor. 11. Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. De eo ait Cyprianus in sermone de cena domini: Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestus edemus in caelis. De hoc admirabili sacramento in anti scribere doctores, quorum multos recenset Hosius vir & sapientia & virtute admirandus, tomo primo confessionis catholicae, & Gareius religione & eruditione insignis in libro, què edidit de veritate corporis Christi in eucharistiae sacramento praesentis. Et quia vocabulum bar praeter hac significat firmamentum, translulerunt Septuaginta locum illum psal. 71. Erit firmamentum in terra in summis montium: quae verba de Messia, de quo ibi loquitur diuinus vates, intelliguntur. Vbi pro firmamento est bar in Hebraeo. Quare potest verti: Erit panis in terra in capibus montium. Vt su sensus: Erit in terra panis celestis in hostia consecrata, qua ostendetur populo in sacrificio missa super capita sacerdotum. Sacerdotes enim ob dignitatis altitudinem montes appellantur. Non solum Christiani catholici, sed etiam nonnulli ex Hebraeis huius sacrosancti sacramenti veritatem asseruerunt. Hi sunt, R. Mes Hadar: san in psal. 136. R. Cahana in caput Genesis 49. R. Iudas in caput vigesimum nonum Numerorum. R. Simeon in psal. 136. R. Ionathas in libro collectionum. Hi extiterunt. Ante aduentum Christi, & astruxerunt fore, ut iuxta diuina scripturas Messias esset cibus celestis, qui in quodam sacramento, & admirabili sacrificio sub speciebus panis & vini contineretur.

## Argumentum capitis. IIII.

Epistola Nabuchodonosor, in qua ipse narrat somnium quod et Daniel explanauit, de amissione regni, & habitatione cum bestiis, de eius in regnum restitutione, & de gratijs, quas Deo agit ob immortalia beneficia, quae ipse Deus in illum contulerat, digna quidem, de quibus nec ille, nec atas ulla conticeat.

## CAPVT. IIII.

A **Go** Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo: <sup>b</sup> somniū vidi, quod perterruit me: Et per me propositum est decretum, ut introducerentur in cōspectu meo cuncti sapientes Babylonis, ut solutionem somnij indicarent mihi. <sup>d</sup> Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldaei, & aruspices: & somnium narraui in conspectu eorum: <sup>e</sup> & solutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar, <sup>f</sup> secundum nomen Dei, gmei, qui habet spiritum deorum sanctorum in

in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum. Baltassar princeps ariolorum quoniam ego scio, quod spiritum sanctorum deorum habeas in te, h & omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem earum narra. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam: & ecce arbor<sup>i</sup> in medio terræ: & altitudo eius nimia. k Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum: l aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: m & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestia: n & in ramis eius cõuerfabantur volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei: & ecce vigil & sanctus de cælo descendit: clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestia, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen o germe<sup>n</sup> radicem eius in terra finite: & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt: & rore cæli tingatur: p & cum feris pars eius in herba terræ. q Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: r septem tēpora numerentur super eum. s In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit, dabit illud: & humilimum hominem constituet super eum, Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narrat festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus sanctorum deorum in te est.

## EXPLANATIO.

a Ego Nabuchodonosor quietus eram. Hoc est, cum ego rex Babylonius in summo otio versarer conuiescentibus bellis, & in aula mea ad eximiam gloriam florescerem, obiecta sunt mihi dormienti visa quædam, quæ me deterruerunt. P osuit nomen suum tunc in orbe terrarum illustre, vt firmius esset testimonium suum: & ita pateret veritatis monumentum. Hic incipit caput quartum iuxta Hieronymi & Alberti magni commentarios, & communem bibliorum editionem. Nōnulli tamen illud incipiunt à verbis illis in fine tertij capitis positus. Nabuchodonosor rex omnibus populis: vt ibi obseruauimus.

b Somnium vidi, quod perterruit me. De eodem Nabuchodonosore dictum etiam capite secundo: Vidi somnium, & conterritus est spiritus. Somniis turbabatur, quia mundi felicitas & rerum prosperarum, ludibria somnia sunt, quibus terremur. Nō nobis res solidæ sed vmbrae terrorem inferunt. Esse autem mundi opes, & vanitates somnia & vmbrae, ostendimus 2. capite.

c Cogitationes meae in stratu meo. Hoc est cogitationes, quæ ascenderunt in cor meum, dum in lecto meo iacerem. Et visiones capitis mei, id est visa in somniis me permiscuerunt & exagitarunt. Insolita enim visa præsertim noctu solent admiratione, ac metu intuentes perterrere. Dicuntur autem visiones, quia etsi vna tantum sit, multas tamen habet partes. Et dicuntur visiones capitis, quia tota visio fuit imaginaria: vis autem illa dicta imaginatiua à philosophis in capite est, in quo spiritus sunt animales & naturales, qui formas & similitudines rei visæ puriores vehunt.

d Tunc ingrediebantur arioli. De his sapientum generibus, & nominibus disserimus capitulo secundo.

e Et solutionem eius non indicauerunt mihi. Non est mirum nam vt capite secundo epistolæ prioris ad Corinthios ait apostolus: quia Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Duobus Pharaonis famulis ob somnia quorum interpretatio eos latebat, tribus dixit Ioseph. Nunquid non Dei est interpretatio? Scriptum est apud Esaiam 29. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobo. Id quod refert diuus Paulus capite primo prioris ad Cor. Nescierunt sapientes Babylonis somnium regi interpretari: nec ipse illud intellexit, donec veniret collega Daniel, qui illud exposuit. Collega dicitur qui alicuius cum altero officij, aut dignitatis, aut potestatis est: aut in eodem habitat collegio: aut est

alteri familiaris. Vocat rex Danielem collegam suum propter familiaritatem: & quod cum eo regnum gubernaret. Vel sapientum Babylonis collegam, quod illis familiariter vteretur.

f Secundum nomen Dei mei. Hoc est ex nomine Dei mei. Ac si dicat: qui appellatur Baltassar, quemadmodum appellatur Deus meus. Ita eum in principio admiratus sum, vt nomen illius Dei, quem tunc præcipue colebam, illi imposuerim.

g Qui habet spiritum deorum sanctorum. Loquitur more gentilium, qui multos esse deos præditos sanctitate putabant. Vel per sanctos deos intelligit cœlestes illos spiritus, quos angelos vocamus. Diuus enim Paulus in epistola prioris ad Corinth. capite 8 deos pro angelis vsurpat, cum ait: Etsi sunt qui dicantur dij sine in cælo, sine in terra: siquidem sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen vnus est Deus. Dij multi in cœlis sunt angeli: in terra verò sunt viri iusti, & illustres: de quibus ait psalmographus: Ego dixi: dij estis, & filij excelsi omnes. At hi dicuntur dij per participationem quandam, & res creatæ sunt: creator autem est Deus per naturam. De eo dictum est Deuteronomij sexto: Deus vnus est: de illis vero psalm. 85. Non est similis tui in dijs domine: & non est secundum opera tua. Psalm. 96. vbi nos habemus: Adorate eum omnes angeli eius: pro angelis est in Hebræo Elohim, quod nomen & deos significat & angelos. Hac ratione ductus vertit Hieronymus locum illum: Adorate eum omnes dij. Vbi per deos intelliguntur angeli, non autem dij, de quibus dictum est psal. 95. Omnes dij gentium demonia.

h Et omne sacramentum non est impossibile tibi. Hoc est, nullum est mysterium tam abstrusum & arcanum, quod tu non possis interpretari. Eam ob causam repetit mihi somnium meum, accommodans singulis eius partibus partes interpretationis.

i In medio terra. Hoc est, in ciuitate Babylonis, quæ iuxta Alfragani sententiam est in quarto climate. Cosmographi terram secundum latitudinem in septem partes diuisere, quæ climata appellantur. Ex quo colligitur, quartum clima esse medium terræ habitabile, in quo sita fuit Babylon. Quam ob causam arbor illa visa fuit in medio terra. Nō me fugit nostri temporis mathematicos terram in nouem climata diuidere, vt ait Petrus Apianus in libro cosmographico. Sed veteres astrorum periti septem duntaxat climata posuerunt.



Hæc Babylon fuit quondam totius Chaldææ caput, regia Nabuchodonosoris. Fuit euerfa à Cyro & Dario: & postea modo quodâ instaurata: & vocata Seleucia, vt Strabo & Stephanus existimant: de qua nonnulla diximus in primum caput.

*Magna arbor & fortis.* Possunt verti verba hæc: Creuit arbor, & vires acquisiuit. Appellatur hæc arbor magna propter regni magnitudinem, & fortis, propter exercituum fortitudinem. Sequitur. *Et proceritas eius contingens caelum.* Hoc potest ad Nabuchodonosoris superbiam & insolentiam referri: dixit enim, vt ait Esaias quadragesimoprimo: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* Hæc inges arbor erat ipse Nabuchodonosor, foliorum tegmine, fructuumque vbertate ornata: quæ excisa est, non euulsa, vt ei explicauit Daniel. Creuit, & ascendit in sublime ob rerum prosperarum affluetiam, vt insignior esset eius occatus: mundus enim arridet, vt sæuiat: extollit, vt deprimat: blanditur, vt fallat. *Vidi impium super exaltatum, ait diuinus ac regius vates, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quasi uisum eum, & non est inuentus locus eius.* Solent nanque potentes homines ex illustri & florente rerum statu in summas calamitates præcipitari. Illud est aduertendum tam apud Dauidem, quam apud Danielem principes, & magnates cum arboribus comparari. Eodem modo apud Ezechielem capite decimo septimo loquens Deus de superbo Sedechia, & de humili Zorobabele: *Scient, inquit, omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile.* Et cap. 31. loquens de felicitate regis Assyriorum comparat illum cum arbore altissima omnes alias proceritate superante. Sed in his duobus locis non solum principes, sed etiam alij homines arbores vocantur. Solet enim scriptura sacra homines arbores vocare: vt

*Psal. 36.*

in euangelio: *Omnis arbor que non facit bonum fructum, excidetur, & in ignem mittetur.* Et alio loco: *Fit arbor, ita ut uolucres cæli ueniant, & habitent in ramis eius.* Et capite 7. Apocalypsis: *Vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terra, tenentes quatuor uentos terra, ne flarent super terram, nec super mare, nec in ullam arborem.* Quæ, vt Victorinus ait, ad tempora Antichristi referuntur: quando angeli mali, & Antichristi satellites in omnibus quatuor orbis terrarum partibus conabuntur cohibere euangelicos concionatores, ne aura salutis doctrinæ mundum per terram & mare significatum recreent, nec homines nomine arborum intellectos erudiant. Aristoteles in libris de anima hominem ait esse arborem inuersam: nam capillos capitis tanquam radices in superiorem partem protendens per eos accipit nutrimentum. Id quod non multò antè dixerat Plato. Porro arbor radices habet in terra fixas, homo autem in cælo: nam arbor ex terra, homo uero ex cælo nutritur. Vnde ecclesia dictum est 7. Cant. *Coma capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus.* Hoc est capilli capitis tui pulchri uelut purpura regis, tanquam radices accipiunt nutrimentum à cælestibus riuis. At uir pius & iustus arbori fecundæ similis est insitæ iuxta dulcia flumina, quorum uerrimis aquis irrigatur, lætissimorum fructuum copia exornata, admirabiles enim fert virtutum fructus, & illos quidem tempestiuos, semper uirescens, nullos unquam æstus reformidans. Id significare uolens diuinus psaltes: *Erit, inquit, tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quam similitudinem Ieremias etiam capite decimo septimo mandauit. Per arborem uero intellige palmam, iuxta illud psal. nonagesimoprimum. *Iustus ut palma florebit.* Vt illa tenuis incipiens ab imo contra aliarum plantarum naturam crescens superius vastior efficitur, & quâto sublimior, tãto in altum redditur latior, & robustior: sic uiri pietate ac iustitia præstantes in terrenis, ac humanis arti-

*Matt. 3.*

ficijs & studiis debiles sunt, in cælestibus fortes, semper in uirtute proficiunt, & longius atque distantius se studiosos Dei exhibent, quam seculi fuisse meminerunt. Ac ut arbor non solum ad sui ornamentum & perpetuitatem fructus fert, sed etiam ut illis afferat alijs utilitatem: sic illi fructuosi sunt: sed ita ut non solum sibi, sed alijs quærant commoditates, in illis iuuantis occupati. Sed multi sunt uelut arbores steriles, similes taxo uenenatæ, qui excisi in ignem æternum proicientur, ubi pœnas luent scelerum suorum. Iam enim, ut uerbis utar Ioannis Baptistæ apud Matthæum 3. *securis ad radicem arboris posita est.* Improbos homines flagitijs contaminatos appellat Iudas Thaddæus arbores autumnales, infructuosas, bis mortuas, eradicatas. Cum enim uita priuantur impij, bis mortui sunt, quoniam & corporis, & animæ mortem subeunt, & in tenebras sempiternas relegantur. Vocantur autem autumnales, quia in fine autumnus arbores non solum carent fructu, sed etiam folijs. Nam nec fructum ferunt uirtutum, nec folijs decori exterioris ornantur. Sunt nonnulli folijs quidem uanæ ostentationis exteriori tecti, sed omni uera honestate spoliati: solidæ prohibitatis germanæ que iustitiæ vim nullam tenent, umbra tantum, & simulatis imaginibus utuntur. Hi sunt arbore illa significati, de qua ita ait Matt. 21. *Videns Iesus sicut arborem unam secus uiam, uenit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum.* Et ait illi: *Nunquam ex te fructus nascitur in sempiternum.* Et arefacta est continuo ficulnea. Nomine foliorum simulatio uirtutis, & honestatis uenditatio intelligitur: per fructus autem quibus arbor illa carebat, solida bonitas, & absoluta ratio significatur. Itaque illa designantur illi, qui sunt artificio simulationis eruditi, qui cum maximè fallunt, id agunt, ut boni uiri esse uideantur. At nos ita debemus actiones nostras ad certam rationis normam dirigere, ut possimus cum fructuosis & excellentibus arboribus comparari. Sed opus est, ut animi humilitatem colamus. Nam quemadmodum arbores quâto profundiores mittunt radices, tantò altius crescunt: sic nos quâto submissiores fuerimus per humilitatem, tantò erimus altiores per uirtutem. Et ut arbor in terra fixa est stipite, sed ramis tendit in sublime: sic nos existentes corpore in terra, ascensuri sumus animo in cælum, ubi nostræ cogitationes sunt figendæ ac locandæ. Et ita de nobis dicetur. *Et proceritas eorum tangens caelum:* quod hoc loco dicitur de Nabuchodonosore: sed multo aliter: nam de illo dictum est propter eius superbiam & arrogantiam: de nobis autem dicetur propter humilitatem, & humanarum opum despicientiam. Ille uanis, ac fluxis rebus ducebatur: nos autem ad cælestes æternasque sumus aspiraturi.

*similitudo.*

Aspectus illius erat usque ad terminos uniuersæ terra. Erat hæc arbor insignis in omni terra Chaldææ. Vel, orbe terrarum. Achi dicat: Nulla erat in mundo regio, nulla natio, in qua non esset huius arboris notitia. Hyperbolica locutio est. Sequitur. *Folia eius pulcherrima.* Hoc est exteriora eius ornamenta ualde uisenda, ac decora erant, ut uestes, aulæa, uasa aurea & argentea, signa, tabulæ, tecta marmorea ebore, & auro fulgèria, equites, satellites, & alia huiusmodi. Fructus sunt opes, tributa, regna, & imperia: quæ omnia uiri sapientes in bonis rebus, aut expetendis nunquam esse duxerunt. *Transiunt enim, ut in libro Sap. scriptum legitur, sicut umbra, & sicut nuncijs præcurrens, & tanquam nans, que periransit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est uestigium inuenire.* Vnde Dauid Psal. 61. *Diuitia, inquit, si affluant, nolite cor apponere.* Et psal. 48. *Relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Et Christus Deus noster apud Matt. 6. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.* Solent enim diuitia & exteriora ornamenta pretiosa nocere, nisi prudentia, &

*Simile.*

*Similitudo.*

*Similitudo.*

*Sap. 5.*

*Similitudo.*

*mortis*

mortis memoria adhibeatur. Palma nõ crescit, nec le-  
tos edit fructus in terra fertili & pingui: gaudet terra  
leui, sabulosa, nitrosa, & infrugifera, authore Plin. lib.  
13. naturalis historiae. At vbi terra pinguis est, asper-  
gunt coloni salem nõ longè à radicibus furculi, vt ait  
idem Plin. Et Palladius ait oportere iuxta eius radices  
non solùm mittere salem, sed cinerem. Eodem modo  
homo in rerum prosperarum fecunditate, & mundi  
fertilitate satus, diuitiarumque affluentia nutritus  
nec fertur in contemplationis excellitatem, nec fru-  
ges fundit virtutum, nisi sibi adhibeat salem pruden-  
tiæ, quo diuitias dispenset, ac disponat: & cinerem  
memoriæ mortis, quo in gyrum rationis & doctrinæ  
ducatur, vt sibi consulat, finem suum perspiciat, & re-  
rum humanarum varietatem interitumque intueatur.  
Eam ob causam præcipiebat Deus cap. 2. Leuitici, vt  
in omni sacrificio offerretur sal: quo, vt ait cap. 4. ad  
Col. Apostolus, sermo noster est condiendus. Quibus  
in locis per salem prudentia significatur. Et cap. 27.  
Exodi, fuit à Deo decretum, vt fierent lebetes ad sus-  
cipiendos cineres: hoc est, vt animos ad mortis me-  
moriæ præpararem. Vnde Ecclesiasticus: *In omni-  
bus inquit, memorare nouissima tua: & in eternum non pec-  
cabis.* Et ita non tibi folia pulcherrima nocebunt.  
m. *Esaia vniuersorum in ea.* Hoc est, omnia animalia po-  
mis huius arboris vescantur. Et subter ea habita-  
bant animalia & bestia. Id est, omnes homines vm-  
bram eius requirebant, siue essent simplices per ani-  
malia intellecti, siue feroces cum bestiis comparati.  
Vel per animalia, & bestias indifferenter homine in-  
telliguntur.  
n. *In ramis eius conuersabantur volucres caeli.* Aues aeris  
in ramis eius concinebant, quiescebant, volitabant.  
Solent enim aues in arboribus cubilia sibi, nidõsque  
construere. eõsque mollissimè substernere. Poteris per  
volucres adultores intelligere: vel homines leues. &  
mendaces: vel qui dediti vanitatibus affectant opes  
& dignitates: vel eos, qui sunt alta mente præditi in  
sublime volantes. Accipi aues & alia animalia pro ho-  
minibus est in diuinis literis satis visitatum. Capite 11.  
Leuitici vbi Deus tractat de auiibus, cæterisque ani-  
mantibus non comedendis. ait Eusebius Cæsariensis  
libro octauo de præparatione Euangelica illic per vo-  
lucres & animantes homines significari. Quod probat  
authoritate Elezari. & Aristei. Id quod Deus Deute-  
ronomij vigesimo quinto. *Non alligabis os bouitruum anti-  
diuus Paulus cap. 9. prioris ad Corinthios, & quinto  
prioris ad Timoth. de concionatore euangelico inter-  
pretatur. De hominibus illud intelligitur, quod Deus  
ait Ezechielis: Dic omni voluceri, & vniuersis auiibus, cun-  
ctisq; bestiis agri: conuenite, properate, &c. Et apud Oseam:  
Percutiam cum eis foedus in die illa cum bestia agri, & cum  
volucere caeli, & cum reptili terra.* In hunc modum illud  
potest intelligi seruatoris nostri apud euangelistas:  
*Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos: filius autem ho-  
minis non habet, vbi caput suum reclinet.* Concionatores &  
præsules publica flagitia non reprehendentes vocat  
Esaia. *Canes mutos non valentes latrare cap. 56.* Et de ho-  
minibus petulantibus, & efferatis scriptum est Psal.  
21. *Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt  
me.* Et Psal. 91. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, &  
conculcabis leonem, & draconem.* Ezech. cap. 17. vocat ty-  
rannum Babylonicum aquilam grandem magnarum  
alarum. Per serpentes homines perspicaces & soler-  
tes, per columbas verò puri & aperti significantur.  
Vnde Christus Dominus apud Matt. 10. *Esote, inquit,  
prudentes, vt serpentes, & simplices, sicut columba.* Qui enim  
simplicitate sunt præditi, sed prudentia carent, facile  
ab impiis seducuntur, & venduntur. Quare eos qui  
columbas vendebant, meritò Christus reprehendit,

& cathedras eorum euerit. Coruo significatur homo  
vorax, & rapax. De eo illud Esaia intelligitur 34. *Ibis,  
& coruus habitabunt in ea.* Nempe in Idumæa, per quam  
mundus significatur, cuius amatores & habitatores  
ibes sunt & corui, aues imunda, & voracitati de-  
dita: iusti autem non sunt hic habitatores, sed pere-  
grini, quoniam eorum patria cælum est. Ex arca Noe,  
qua Christianum religionem designabat, missus est  
coruus, & non est reuersus: missa est columba, & re-  
uersa est. In huius seculi eluione inueniuntur corui,  
hoc est, homines dediti ventri, & somno, qui nihil cogi-  
tant nisi prædam, cædes, rapinas, & alia huiusmodi  
scelera: & columba, hoc est viri simplices, sinceritatis  
studiosi, à caliditate & calumnia alienati. Coruus non  
rediit, aut aquis obrutus, aut cadaueribus allectus, re-  
diit autem columba, quia non inuenerat requiem ex-  
tra arcam: viri enim pietate, & iustitia præstantes ani-  
mi tranquillitatem & oblectationem non sentiunt  
nisi in religione, & Christiana philosophia, vbi men-  
tis serenitas inuenitur. Ioannes Baptista apud Mat-  
thæum tertio appellauit Phariseos, & Sadduceos pro-  
genies viperarum. Christus Deus noster apud Lucam 13.  
appellauit Herodem vulpem. Et ipse Christus apud  
Ioannem 1. appellatur agnus: qui fuit inter duo ani-  
malia cognitus & perspectus. Vbi enim nos legimus  
cap. 3. Habacuc: *In medio annorum viuifica illud:* Habet  
septuaginta interpretes: In medio duorum anima-  
lium cognosceris. Fuerunt autem hæc duo ani-  
malia duo latrones cum Christo crucifixi, inter-  
quos ipse agnitus est: nam eius morte sol indutus  
est luctu: & tenebrae fuerunt in omni terra: & velum templi  
scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum: & terra mota  
est: & lapides scissi sunt. Quibus visis centurio & eius socij di-  
xerunt. *Vere filius Dei erat iste.* Et vnus ex latronibus eum  
cognouit, ad quem fuit mirabiliter conuersus. Vel  
fuit à duobus animalibus cognitus in præsepio: de qui-  
bus illud primi capituli Esaia potest intelligi: *Cognouit  
bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Vel hæc  
duo animalia de quibus loquitur Habacuc, inter quæ  
fuit cognitus Christus, sunt duo populi, nimirum gen-  
tium, & Iudeorum in ecclesia primitiua. Aspicias igitur  
per animalia rationis expertia siue sint terrena, si-  
ue volatilia homines significari. Vnde pro primogeni-  
to agnus in lege offerebatur, & pullus columba, siue  
turtur: aut duo turtures, siue duo pulli columbarum:  
vt duodecimo Leuitici diuina litera memoria  
prodiderunt. At beatissima Dei genitrix Maria non  
obtulit agnum in templo pro filio suo vnigenito, quia  
ipse agnus erat, qui tollit peccata mundi. Et quia ob  
summam paupertatem hostiam diuitum offerre non  
potuit, sed inopum. Obtulit autem vt Luc. cap. 2. testa-  
tur *par turturum, aut duos pullos columbarum.* Per colum-  
bas, quæ in congregatione vitam degunt, intelligitur  
vita actiua: per turtures autem solitudinem diligen-  
tes contemplatiua. Sed quoniam vtraque vita non  
potest esse perfecta sine charitate, quæ vt ait cap. 3. ad  
Col. Apostolus, est vinculum perfectionis, offereba-  
tur par turturum, aut columbarum: quia charitas mi-  
nus quàm inter duos esse non potest, quæ in verbo,  
pars, denotatur. Non offerebantur Deo luscinia, seu  
philomela, non cassita, non alciones, non merula,  
non cygni, non frigellæ, non alia huiusmodi aues can-  
tus iucunditate præcellentes: sed turtures, & columbi,  
quorum cantus est gemitus, & meditatio. Ideo Eze-  
chias dicebat apud Esa. 38. *Meditabor vt columba.* Et Cæ-  
ticorum secundo ait spõsus: *Vox turturis audita est in ter-  
ra nostra.* Id est, vox spiritus, qui vt ait apostolus 8. ad  
Romanos, *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* At-  
tendite quid pro primogenitis offerebatur, agnus  
animal simplex & mansuetum, & turtures, & colum-  
bæ.

ba. Nolebat Deus, vt sibi offerrentur lupi rapaces, non sues lutulenti, qui in sordibus volentur; non canes latrantes & mordentes; non vulpes malitia, & fallacij occupata: non pauanos vanitatibus dediti circuitum cauda facientes: sed animantes mundæ & simplices. Non ei grati sunt prædones, non voluptarij, non obrectatores, non fraudulentij, non vani, non denique improbi, qui in republica violanda dolos concipiunt, seque flagitijs cõtaminant: sed qui pietatē colunt, & iustitiam, qui vitam ad certam rationis normam dirigunt, & officiorum momenta perpendunt. Et quoniam per animalia rationis expertia significantur homines, qui ea multis in rebus volunt imitari, aiebant Ægyptij conuerti homines in bestias: à quibus Pythagoras animarum migrationem in disparia genera beluarum assumpsit, vt ait libro decimo de præparatione euangelica Eusebius Cæsariensis. Ac à Pythagora dogma illud accepit Plato, qui ait in Phædone & Phædro animam immortalem compotem rationis ad animalia rationis expertia descendere. Non quòd anima incorporea, quam diuinam appellabat, in beluarum corpora ingrediatur: sed vult cum Pythagora, & veteribus Ægyptijs significare, vt mea fert opinio, homines eorum animalium nomina sortiri, quorum mores imitantur. Nam diuinus psaltes: *Nolite inquit fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Ac si dicat: Nolite tradere vos ipsos libidinibus & cupiditatibus, equòsque & mulos impetu ac stimulis turpitudinis, & ferocitatis exultantes imitari. Et psal. 48. *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Vel vt potest verti ex Hebræo: Homo cum in honore esset, non permansit: comparatus est cum beluis insipientibus, quæ intereunt. Itaque tritum est satis, homines cum feris, alijsque animalibus intelligentiæ minimè capacibus conferri. Hinc natam esse arbitror infamem illam de animarum transitu in bestias opinionem: quæ si rectè intelligatur, non poterit improbari. Hermes Trismegistus qui eam more poetico descripsit, ait statim, non permittere legem diuinam animi humani transitum in bestias, id quod etiam Iamblicus Platonius affirmat: etiam si Plotinus contrarium senserit: sed longè fallitur opinione: existimat enim id fieri re ipsa, quod Pythagoras & Plato figuratè dixerunt. Hæc animalia tam in terra quam in aere vitam degentia quibus homines intelliguntur, arbore illa per quã designabatur Nabuchodonosor, sustentabantur. Sed beluæ erant in terra, aues in ramis: quia apud reges docti & iusti debent esse suprã constituti in dignitatibus & honoribus: incipientes autem & impij ab omni gubernatione & principatu separati.

*Succidite arborem.* Id est, eiicite Nabuchodonosorem de regno: Non ait: Euellatur radicitus: sed succidatur: quia futurum erat, vt rex ille eiiceretur è regno, & cum bestiis versaretur æstimans se bestiam esse: sed postea ad sanam intelligentiam rediret, & ad regnum reuocaretur. Ideo paulo post subditur. *Verumtamen germen radicem eius in terra sinite.* Perpende rerum humanarum varietatem. Quam cito magna regis prosperitas fuit in calamitatem conuersa. Vt periculosa est iuxta Hippocratis sententiam summa corporis salus, & excellentissima valetudo: ita lubrica & timenda est maxima rerum secundarum affluentia: iuxta illud psal. 72. *Deicisti eos, dum alleuarentur.*

o *Et cum feris pars eius in herba terra.* Id est, portio eius erit in scæno, & gramine agrorum cum bestiis: comedet enim herbam in terra more pecudum. Non intelliget se esse hominem: nec quantum natura hominis pecudibus, reliquisque bestiis antecedit,

p *Cor eius ab humano commutetur: & cor fera detur ei.* Hoc est, priuetur sensu humano: sit amens & insanus: ita eius intelligentia à sua sede dimoueat, vt compos sui non sit. Fuit Nabuchodonosor eiectus ex hominum communione, & consors bestiarum rura peragrabat. Non fuit conuersus in bestiam, sed bestiarum socius: nam factus omnino insanus existimabat se esse bestiam, & fœnum comedebat, id diuina permittente iustitia. Ita fuit læsa pars illa, quam imaginatiuam facultatem vocant, vt sibi persuaderet, se hominem non esse.

q *Eo septem tempora mutantur super eum.* Potest verti: Donec septem temporum cursus euolauerit. Sensus est: erit insanus, socius pecudum septem annos. Quidam per septem tempora intelligunt tres annos cum dimidio: diuidunt enim tempus in vernum & hyemale iuxta Persarum motem, qui annum in has duas secant partes. Alij existimant poni hoc loco numerum certum pro incerto: & per septem tempora multa indefinite interpretantur. Multi ex Græcis 4. mensium annum statuerunt. Quidam ex barbaris trium mensium, Romulus decem mensium annum definiunt. Alij duodecim. Et ita in diuinis litteris annus pro duodecim mensium accipitur spatio. Quæ de re copiosè disserit Alexander ab Alexandro lib. 3. Genialium dierum.

r *In sententia vigilum decretum est.* Hoc est, ita decreuerunt angeli iubente Deo. Vel res ita fiebat, vt vigilantes, id est, boni angeli constituerant. Poteris per vigilantes tres personas sacrosanctæ Trinitatis intelligere.

s *Sermo sanctorum & petitio.* Sensus est: De hoc loquebantur viri iusti, qui erant in terra: nam videntes tyrannidem Nabuchodonosoris, à Deo petebant, vt ei hanc, aut similem pœnam infligeret. Potest ita verti. Sermo sanctorum & quæstio. Vt sit sensus: In sermone angelorum erat quæstio: nam inferiores quærebant, quare id faceret Deus: & superiores respondebant: *Donec cognoscant viuentes:* siue vt homines cognoscant Deum esse Dominum altissimum, & potentissimum, qui superbos deiicit, & humiles extollit: iuxta illud Dei genetricis Mariæ apud Lucam primo: *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.* Et illud diui Petri capite quinto prioris canonica: *Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam.* Quod etiam diuus Iacobus capite quarto epistolæ suæ mandauit, & Istaëlem non dimittam: deiicit Deus cum exercitu eius in profundum maris, vbi omnes Ægyptij pœnas suorum scelerum luerunt. Et Nabuchodonosorem superbia elatum, qui statuam locauerat, in qua ipse coleretur, regnò ad tempus priuauit, & inter bestias proiecit. Vnde idem dominus 8. Prouer. *Arrogantiam, inquit, & superbiam ego detestor.* Sed dices: Cur Nabuchodonosor per Dei flagella se recepit ad meliorem frugem, Pharaon autem deterior factus est? Nam quantum ad naturam ambo homines erant: quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad causam ambo Dei populum captiuum tenebant: quantum ad pœnam ambo in calamitatem inciderunt, fueruntque multatij, & ærumnis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos? Respondet diuus Augustinus, & sunt eius verba in sacro canone relata vigesimo tertio q. c. Nabuchodonosor, quia vnus Dei manum sentiens recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero arbitrio contra Deum pugnavit. Ex quo colliges, afflictionem in quam homines inuiti incidunt, alijs vtilitatem ferre, alijs detrimentum: sed plerumque

rumque superbos in acerbas calamitates præcipitare. Vt fulmen frangit, ac evertit fortia, relinquens fragilia intacta: ita diuina iustitia superbos prosternit, atque profligat, subiectos autem humilisque relinquit incolumes. Et vt idem fulmen aeris ardore, & fulgore horribile percutit rerum fastigia, eiusque ictu excelsa flagrant ædificia, cum

ipsum ad imas contauasque valles ac vilia tuguria non descendat: sic summa mundi calamitas eos plerumque angit, & opprimit, qui superbia elati tendunt in sublime: illos non attingit, qui de se submisse sentiunt, & veræ humilitatis amore seipsum abiiciunt.

## ANNOTATIONES EX

Chaldeo in.

## CAPVT IIII.

**1** Quietus eram in domo mea. Theodotio habet Abundans eram in domo mea. Alij vertunt: Felix eram in domibus meis. Quæ omnia in idem ferè concurrunt. Pro quietus, est in Chaldeo חָשֵׁב, Schele, à חָשַׁב, quod significat quiescere, consistere, tranquillitate potiri, affluere, & abundare. Et quia beatitudo in bonorum affluentia consistit, vt Hecateus & Spensippus asseruerunt: & in animi quiete à Græcis ἡσυχία appellata, vt Democritus existimauit, non discreparunt à ratione, qui pro Scheleh, quod quietum & abundantem significat, felicem transtulerunt. Eadem ratione id quod nos habemus in psal. 29. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: potest verti: Ego dixi in quiete mea. Vel in felicitate mea. Sed non omnis quies laudabilis est: ea enim vituperatur, quæ pro otio nimio accipitur, quod languorem affert hominibus eo disfluentibus. Huiusmodi quies iners & desidiosa appellatur à Seneca sepulchrum hominis viui. De illa potest id intelligi, quod ait caput prima. Pro uerbiorum Salomon: Auersio paruulorum interficiet eos. Vbi pro, auersio, est in Hebræo idem uocabulum quietem significans. Quare potest verti locus ille: Quies paruulorum perdet eos. Otium enim plenum inertia & desidia eos evertit, qui illi seipsos tradiderunt. Qui ideo paruuli uocantur, quia instar infantium nihil efficiunt memoriam dignum: nihil agunt, quod post eorum interiorum eos uixisse testetur. Potest etiam verti: Error stultorum occidet eos. Verbam enim Schalab, errare etiam significat: vt libr. quarto Regum capitulo quarto. Ne errare facias me. Illud etiam psalmo 121. Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis: potest verti: Sit pax in exercitu tuo & quies in adibus tuis. Quibus uerbis Dauid alloquitur Hierosolymam precans ei felicitatem. Pro abundantia est in Hebræo Xaluah, quod abundantiam significat, quietem, & beatitudinem. Pro uirtute est in Hebræo Caial, quod uirtutem significat, & exercitum, & murum. Qua ratione ductus Hieronymustranstulit: Sit pax in muris tuis: abundantia esse, ubi pax uiget. Sed quoniam solent reges & principes in turribus recondere thesauros potest locus ille ita rectissime verti: Fiat pax in exercitu tuo: & abundantia in turribus tuis. Ac si dicat: tanta uigent in te quies, o ciuitas Hierosolyma, vt non solum in otio, sed etiam in exercitu bellico sit pax: & tanta opum affluentia, vt non solum in arcibus, sed etiam in turribus tuis sit recondita thesaurorum abundantia. Vbi uides etiam in exercitu militari pacem posse consistere.

Florens in palatio meo. Theodotio habet: Florens in throno meo. Partem posui pro toti, solum palatii pro ipso palatio. Est in Chaldeo חֶעַל Hecal, quod aulam significat, & templum: vt apud Ieremiam cap. 7. Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes: templum domini, templum domini, templum domini. Ac si diceret: Nolite credere uerbis falsorum uatum asserentium nunquam Hierosolymam euertere. Non esse ob magnificum templum sanctitatis plenum, à Salomone ad Dei laudem in ea constructum. Nam nisi iustitiam colueritis, & pietatem, nihil uobis proderit: & ciuitas uestra funditus evertetur. Nominabant ter templum domini ad maiorem confirmationem. Vel propter tres partes ipsius, nempe uestibulum, templum, & sanctum sanctorum. Vel ideo ter aliud nominabant,

quia toties in anno Iudæi in illud conuenire tenebantur: nimirum in solemnitate azymorum, hebdomadarum, & tabernaculorum: vt capite 34. Exodi: & cap. 8. & 2. Paralipomenon diuina litera memoria prodiderunt. Accipitur uocabulum hoc Hecal pro palatio primo capite Danielis: Qui possent stare in palatio regis. Et pro templo psalmo 11. Dominus in templo sancto suo. Vbi templum accipitur pro cælo: nam id uolens diuinus uates significare adiecit statim: Dominus in cælo sedes eius.

Donec collega ingressus est. Theodotio pro collega nihil habet. Pagninus habet demum. Brixianus, tandem. Moti sunt, vt ego mihi statuo, significatione huius uocabuli אַחֹר Achor, quod significat tandem & denique, & demum. Nam in Chaldeo est Achoren: quod putauerunt esse idem, quod Achor. Et potest ita esse. At Achoren apud Chaldaeos significat collegam, socium, & fratrem: quam significationem secutus est noster interpret. Alij uero aliam. Sed omnes recte meo quidem iudicio transtulerunt. Ab Achor deducitur Achorith, quod significat nouissimum, posteritatem, & reliquias. Vnde illud Amos tertio: Nouissimum eorum in gladio interficiam, uerbi etiam poterat: Et posteritatem eorum ferro interficiam. Vel reliquias eorum.

**2** Ecce arbor in medio ter. Pro arbore est in Chaldeo אֵילָן Ilan. Uocabulum Hebræum est אֵילֹן Elon, quod inuenitur etiam cum Iod. Significatque arborem & fortem. Vnde illud Esaiæ sexagesimo primo: Et uocabuntur in ea fortes iustitiarum: potest uerbi: Et uocabuntur in ea arbores iustitiarum. Vt sit sensus: In ecclesia catholica uerè Christiani uocabuntur arbores ferentes uerissimos uirtutum fructus. Accipitur enim iustitia pro uirtute in communi. Inde אֵילֹן Et significat fortem: vt exodi quinquedecimo: Quis similis tui in fortibus domine? Et significat Deum ob fortunam: vt psalmo 49. Deus deorum dominus locutus est, pro quo Hieronym. uertit: Fortis Deus dominus locutus est. Ex quo perspicies errorem multorum bibliorum habentium in psalmo 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum: cum dicendum sit: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. Nam pro forti est in Hebræo אֵילֹן uocabulum nostrum, quod fortem significat, non autem fontem. Et in Græco est ἰσχυρὸς, quod etiam sine dubitatione significat fortem. Sed hoc erratum non est interpretis, nec uersoris, sed librarij, aut typographi, aut alicuius scioli, qui pro forti scripsit fontem, quia precefferat uerbum sitiuit. Latinus enim noster interpret: fortem uertit ex Græco, vt uidere licet in antiquis codicibus, & in illis, qui excusi sunt Compluti iussu & industria Francisci Sinenij cardinalis amplissimi: in quibus tam in editione Latina desumpta à Græca, quam in ea, quæ desumpta fuit ab Hebræo, est: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. Pro quo Pagninus habet: Sitiuit anima mea ad Deum. Deum uiuum. Nam ut diximus, idem uocabulum utrumque significat, & fortem & Deum. Ab hac radice deducitur Areleth, quod susceptionem significat, & ceruam. Inuenies uocabulum hoc in titulo & inscriptione psalmi uigesimo primi pro susceptione. Ita enim habet uersio nostra communis iuxta Græcæ ueritatem: In fine pro susceptione matutina Psalmus Dauid. Vbi pro susceptione est in editione septuaginta interpretum ἀρτάλη & quod nomen susceptione significat, & apprehensionem, & subsidium auctore Budeo. Et recte quidem: nam psalmus hic ad Christum Deum

nostrum spectat, ut ex euangelistis, & dno Paulo aperissimè constat, qui ex eo citant testimonia de Christo. Lege psalmum hunc, & videbis Christi passionem in eo referri. Est enim eius oratio in acerbis calamitatibus constituti. At in fine psalmi agitur de eius liberatione, & reditu ad vitam. Quare conuenienter transfulerunt sepuaginta. Pro susceptione matutina: hoc est, pro resurrectione Christi, que primo mane facta est. Tunc enim Filius Dei fuit à patre susceptus à morte ad vitam: & ipsa Christi anima suscepit corpus, ad quod rediit. Potest tamen verum Hebraeo locus ille: Victori pro cerva matutina psalmus David. Hieronymus vertit ceruum matutinum: Felix verò, ceruam aurora. Que omnia in idem concurrunt. Quemadmodum ceruus canum vi exagitat, presertim in dileculo, priusquam cursu fatigetur: sic dominus Iesus tempore matutino fuit à rabiosis hominibus furore concitatus vexatus dilaniatus, & summis cruciatibus affectus. Ipse enim in his versibus ait: Circudederunt me canes multi. Et paulo post: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Primo mane fuit à Iudeis agitat, cum eum à concilio ad Pilatum, & à Pilato ad Herodem, rursus ab Herode ad Pilatum: & tandem ad Caluarie locum multis vulneribus sauciatus, & acerbissimis contumelias affectum duxerunt. At impij ac obstinati Iudei ceruum matutinum non ad Christum referunt, sed ad canem quendam quem somniant: ne veritatem fugere videantur. Sed cum videamus totum psalmum ad Christum pertinere, eumque esse qui loquitur in illo, fatendum est, psalmi in scripturam esse ad illum referendam.

3 Ecce vigil & sanctus de cælo descendit. Græca translatio habet. Ecce ir, & sanctus de cælo delapsus est. Pro vigili est in Græco ἰρ, quod nomen idem est quod ver. At hoc loco non pro vere accipitur: sed pro angelo, qui Hebraicè dicitur hir: Noluist enim Theodotio nomen Hebraicum mutare, quod est חיר, derivatum à verbo חיר, quod significat ostendere, excitare, exurgere, vigilare. Vnde hir significat vigilantem, sine vigilem in quam significationem accipitur ab interprete nostro. Significat etiam ciuitatem, resurrectionem, & inimicum. Vnde illud psalmi 72. Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges: ubi pro ciuitate est hoc idem vocabulum hir: potest ita verti: Domine in resurrectione imaginem ipsorum euertes. Vi sit sensus. Efferentur letitia impij Iudei, cum te Christe sancte viderint in cruce subite moriem: at omnis illa eorum gloria euanesceat ut somnium: nam in resurrectione tua eam illis rediges in nihilum: quoniam non erit vera, atque solida gloria, sed eius umbra & imago. Potest quoque ad generalem resurrectionem referri in ultimo iudicio. Cum enim diuinus vates locutus fuisset de interitu impiorum, eiusque gloria instar somni delenda, adiecit: Domine in resurrectione animam eorum perdes. Appellatur anima eorum imago, quia est ad Dei imaginem creata. Ac si diceret: Hic videmus sceleratos homines perire quo ad corpus: sed in resurrectione moriuorum in die iudicij videbimus eos perire quo ad animam: quoniam tu domine eos in pœnas aternas relegabis. Illud etiam Michæa 5. Conteram ciuitates tuas: potest verti: Conteram inimicos tuos. Diximus namque hoc vocabulum & ciuitatem significare, & inimicum. R. Abraham interpretatur hoc de ciuitatibus: in quibus idola colebantur, quas ob eam causam Deus ad exitium, & vastitatem vocabat. Sed R. Marinos hunc locum de inimicis explanat, sequens paraphrasim Chaldaicam Ionathæ, qua habet: Eueriam hostes tuos. Hoc verbo vtiur Habacuc ca. 3. pro suscitans suscitare, cum ait: Suscitabis arcum tuum. Quæ verba possunt etiam ita verti: Ostensione ostendes arcum tuum. Vi sit sensus: Tu Christe seruator manifesto demonstrabis auxilium tuum erga eos, qui ad te toto pectore confugerint. Omnibus erit notum praesidium tuum: in medium proferes opem tuam. Collatio est ab eo sumpta, qui arcu, & sagittis palam fert opem amicis suis. Vel

loquitur de arcu cælesti: de quo dixit Deus capite nono Genesis Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Per hunc arcum fœdus Dei cum hominibus significatur. Eum Christus in cruce ostendit, cum firmam nobis reconciliationem sanguine suo pro nobis suscipiens. Hoc voluit diuus Ioannes capite decimo Apocalypsis significare dicens: Vidi alium angelum fortem, descendentem de cælo, amictum nube: & iris in capite eius. Hic est Christus amictus nube humanitatis assumptæ, quæ diuinitatem oculis hominum minime spectabilem tegebat. In eius capite iris esse dicitur, hoc est propitiatio diuinitatis, generisque humani reconciliatio. Vel per arcum de quo loquitur Habacuc, intelligitur collegium Christi, de quo ipse ait apud Zachariam nono. Extendi mihi Iudam quasi arcum. Quorum verborum hic est sensus. Ad expugnandum mundum vsus sum Iudæa tanquam arcu, hoc est apostolis in Iudæa natis & enutritis, qui suis concionibus mundum conuerterunt. Erant eorum verba admirabiles sagitte in animos hominum penetrantes & ipsi arcus ad gentes vincendas, quæ antea erant idolorum cultrices. Hic est arcus in manu Christi, de quo scriptum est capite sexto Apocalypsis: Ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum. Equus albus est ecclesia primitiua à peccatis aqua baptismatis abluta: qui erat in illa Christus est, qui apostolis velut arcu utebatur: quem arcum Habacuc prædixit esse suscipiendum, & aperte ostendendum. Idem enim significat verbum huius. Eo vtiur David psalmo quadragesimo tertio, cum ait: Exurge, quare obdormis domine? Exurge, ne repellas in finem. Ac si dicat: Enigila obsecro domine ad protectionem meam. Quare differs opem tuam? Excita te ipsum, & ne longè à me perpetuo absis. Has lamentabiles voces emittebat pius David, cum se videret à Saule rege vexatum, ad terram abiectum pondere calamitatum, & ad infimum statum depressum: quibus Deum obsecrabat, & exurgeret ei opem laturus, nec amplius permitteret illum in tam acerbis erumnis iacere.

4 Germen radicum eius. Pagninus habet: Radicem radicem eius. In Chaldaeo est חרר Huccar: quod significat germen, radicem, propaginem, & truncum. Quare vtraque translatio recta est. Deriuatur à verbo חרר Haccar, quod significat eradicare, euertere. Eo vtiur Moses Genesis quadragesimo nono, cum ait: Euerterunt murum. Loquitur Iacob de Simeone & Leui, qui murum urbis Sichem deleuerunt. Pro quo nonnulli ex Hebraeis transferunt: Eueruauerunt bouem. Et per bouem intelligunt Ioseph, qui iugum legis naturalis portauit, quem fratres eius presertim Simeon, & Leui afflexerunt, & ad perniciem vocarunt. Ita R. Iacob, & R. Selomoh locum illum interpretantur. At multo rectius est, ut per bouem intelligamus Christum, qui ait apud Mattheum undecimo. Iugum meum suauis est: & onus meum leue. Nam priusquam diceret: Tollite iugum meum super vos: triginta annis illud portauerat: & leue ac suauis reddiderat. Præclarè etiam interpres noster vertit murum: idem enim significat etiã ipsum vocabulum. Ac Christus murus est noster. Nam Zacharias cap. 2. inducit eum ita loquentem: Ego ero ei murus in circuitu. Hoc est, ego protegiam ecclesiam meam instar muri. Esaias etiam de Christo vaticinans: & ecclesia: Saluatote, inquit: ponetur in ea murus, & antemurale. Est namque ecclesia ciuitas munita, habens, ut ait in Apocalypsi Ioannes, murum magnum & altum. Cum Iacob spiritu vaticinationis illustratus præuideret occidendum Christum à sacerdotibus: qui erant ex tribu Leui, & à scribis & pharisæis, qui plerumque erant ex tribu Simeon, dixit: In consilium eorum non veniat anima mea: & in cœtu illorum non sit gloria mea: quoniam in furore suo occiderunt virum: & in voluntate sua eueruauerunt bouem. Vel ut habet versio nostra: suffoderunt murum. Poterat verti: Radicitus deleuarunt. Vnde hiccac significat radicem, & germen: quo nomine hoc loco vsus est Daniel.

Tunc

**C**<sup>a</sup> Tunc Daniel cuius nomen Baltassar, cepit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: <sup>b</sup> & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait: Baltassar <sup>c</sup> somnium, & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar & dixit. Domine mi <sup>d</sup> somnium his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. <sup>e</sup> Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad caelum: & aspectus illius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius: & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiae agri, & in ramis eius commorantes aues caeli, tu es rex qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsque ad caelum: & potestas tua in terminos vniuersae terrae. Quod autem vidit rex vigilem, & sanctum descendere de caelo, & dicere: <sup>f</sup> Succidite arborem: & dissipate illam: attamen radicem eius in terra dimitte, & <sup>g</sup> vinciaturo ferro, & are in herbis foris, & rore caeli conspergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum: haec est interpretatio sententiae altissimi, quae peruenit super dominum meum regem. Eiciet te ab hominibus, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua. Et scenum vt bos comedes, & rore caeli infunderis. Septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum nominum, & cui cunque voluerit, det illud. Quod autem praecipit, vt relinqueretur germen radicem eius, id est, arboris: regnum tuum tibi manebit: postquam cognoueris potestatem esse caelestem. Quamobrem h rex consilium meum placeat tibi, <sup>i</sup> & peccata tua elemosynis redi me, & iniquitates tuas misericordis pauperum, <sup>k</sup> forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Omnia haec venerunt super Nabuchodonosor regem.

**a** Tunc Daniel. Audito somnio cogitabundus stetit Daniel, interpretationem eius circiter, horam vnam in animo versans, & Deum obsecrans, vt sibi veritatem aperiret: In illo temporis spatio recollegit in se spiritum suum, totumque ad Deum exulit cum piis precibus, & feruente animi affectu, vt regi honorem seruaret & veritatem silentio non praeteriret.

**b** Et cogitationes eius conturbant eum. Quia mentis oculis diuino lumine illustratis aspexit grauissimam: regi imminere calamitatem: & timebat ea illi significare.

**c** Somnium & interpretatio eius non conturbabant te. Videns Nabuchodonosor Danielis timorem, & conturbationem, quam fortasse vultus pallore ostendebat, hortatus est eum, vt visione vere ac simpliciter diceret, quae animo intueretur. Qua in re personam gessit poenitentis, qui ad quodlibet supplicium debet esse paratus: iuxta illud psalmi 37. Quoniam ego in flagella paratus sum. Et illud psalmi 107. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum.

**d** Somnium his qui te oderunt. Subauditur, eueniat. Ostendit Daniel pietatem suam erga regem, cuius arumnas dolebat: easque eius hostibus precabatur. Quod est intelligendum seruata diuina voluntate, & serie aequitatis, & iustitiae.

**e** Arborem quam vidisti. Interpretatur Daniel somnium regi, de regni amissione, & habitatione cum bestiis, ac tandem de eius in regnum restitutione.

**f** Succide arborem. Subaudi: totam: non ramum vnum quantumtaxat, sed totam arborem resecate: non enim vnam tantum prouinciam ab eo separandam esse sciebat, sed vniuersum imperium. Quamquam arbori florenti, amena, ornata tegmine viridum foliorum ramus vnus, aut alter excidatur, tamen non omnino amittitur eius pulchritudo: nam pro illo qui secatur, alter succedit, & utilior fortasse, atque praestantior. Ita tamen ciuitas vna, aut prouincia deficiat a rege, aut ab eius hostibus capiatur: non ideo tamen adhibenda est desperatio: nam eius locum altera occupabit fortiter expugnata & acquisita. Nihil semper floret: succedit aetas aetati, & res humanae sunt mutationibus subiectae. Eodem modo in republica quauis nobilis quidam ciuis, prudentia, iustitia, & amore patriae ornatus obeat suum diem: non tamen eam ob causam amittenda est spes conseruationis reipublicae: non enim deerit alius, qui sit iisdem qualitatibus pra-

ditus. Similiter si quidam sit sceleribus imbutus, non statim dicendum est periisse rempublicam aut collegium: nam pro illo eiecto accipietur alius virtute munitus. In collegio Christi Iudas erat, qui tradidit dominum: sed non ob huius flagitia fuit sodalium euersum: loco enim Iudae traditoris fuit fidelis Matthias electus & subrogatus. Deplorauit Roma interitum Sulpitij, cui ad summam gloriae eloquentiae florenti ferro vita erepta est: sed mansit Cicero, cui fuerat palma eloquentiae reseruata. Itaque quoad truncus cum radicibus & aliquibus ramis manet in terra fixus, etiam si ramus vnus aut alter resecetur, non tamen est statim de arboris interitu cogitandum. Id intelligens inelytus dux Florentiae pro insigni accepit magna ac proceram arborem multis ramis opacam quodam tamen exciso cum hac litera: Vno auulso non deficit alter. Vnde vir sapiens, & iustus irridet mundi sequitiam calamitatem: nam si ei abstulerit diuitias, manebit illi virtus: si ei eripuerit dignitates, manet illi animi excellentia, & magnitudo: si ei praeciderit vitam, manet ei nominis amplitudo, & fama immortalis: sit ei falsis testimoniis famam ademerit in hac vita, manet ei in altera gloria sempiterna. Et ita auulso vno ramo non deerit illi alter. At arbor Nabuchodonosoris superbi ac impij regis fuit tota recisa, quia fuit ei totum regnum ablatum: sed non fuit radicitus euulsa: quia fuit in regnum restitutus. Ideo ait vigil: Succidite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicem eius in terra dimitte. Loquitur Dei angelus cum Chaldaeis.

**g** Vinciaturo ferro & are. Hoc est, vinculis ligetur. Diuus Hieronymus ait hoc loco, fuisse Nabuchodonosorem tempore amentiae suae ligatum, cum perspicuum sit, furiosos ne se praecipitent, & in alios impetum faciant, catenis ferreis astringi. Alij aiunt eum fuisse solutum, & in campo cum bestiis ambulasse. Sed omnes verum dicunt. Nam in principio amentiae fuit ligatus: & ita intelligitur assertio Hieronymi: postea vero cum bestiis rura ac syluas vagus & solutus peragrabat: & ita intelligitur id, quod alij asseueranter affirmant. Fortasse ligatus fuit non vinculis ferreis, sed morbo illo firma & inuolabili Dei sententia inducto. Eodem modo allocutus est Deus regem Assyriorum apud Esaiam 37. Cum furor aduersum me superbia tua ascendit in aures meas ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis

Similitudo.

Esai. 26.

Apoc. 21.

Gen. 49.

bijs tuis, quod in sensu literali non de circulo, & freno ferreo intelligendum est, sed de oppressione superbia sua.

*h* *Consilium meum placeat tibi.* Hoc est, sit tibi gratum monitum meum, utere meo consilio. Sapientes indigent aliquando favore regum: reges autem sapientium consilio. Non respuunt magnates instrui consiliis, si prudentia muniuntur. Moses dux Hebræorum omni sapientia, & nobilitate præstanti paruit consilio Iethri, qui dixerat ei: *Audi verba mea atque consilia, & erit dominus tecum.* Et Idem Moses capite trigesimo secundo Deuteronomij insipientibus aiebat: *Gens absque consilio & sine prudentia: vitam sapient, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Verba illa Dauidis psalmo 118. *Bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me: possunt verti ex Hebræo: Bonum consilium, & scientiam doce me.* Nomen enim Hebraicum disciplinam significat, & consilium, & gustum, & sermonem. Quæ omnia possunt huic versiculo accommodari. Tobias capite quarto: *Consilium, inquit, semper à sapiente perquire.* Et Salomon Prouerbiorum secundo: *Consilium custodiet te.* Et capite terdecimo. *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* Et Ecclesiasticus 21. *Sapientia sapientis quasi inundatio abundabit, & consilium eius sicut fons vite permanet.* Et trigesimo secundo: *Sine consilio nihil facias: & post factum non penitebis.* At priusquam homines quæras, qui tibi faciant copiam consilij, debes Deum in consilium adhibere, eique causam tuam committere. Nam si aduersus Dei voluptatem inieris consilium: ipsum consilium te euerteret. Vnde capite decimo octauo Iob scriptum est: *Præcipitabit impium consilium suum.* Et Psalmo trigesimo secundo: *Dominus dissipat consilia gentium.* Et Prouerbiorum vigesimo primo: *Nō est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum.* Vel, ut potest verti ex Hebræo: *Non est consilium ante dominum.* Hoc est, antequam dominum consulas: prius enim à Deo, quam ab homine consilium es petiturus. Nam hominum consilium labefactatur, & euertitur, quando Deo resistit: Dei autem semper manet. Id quod est psalmo 15. *mandatum: Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, vertit Hieron. Benedicam dominum, qui dedit mihi consilium.* Est enim consilium Dei hominis consilio præstantius & permanentius. Vnde cap. 5. Actorum apostolicorum Gamaliel scientia præditus dicebat: *Si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: sin ex Deo est, nō potestis dissoluere.* Et Dauid psalmo 31. *Consilium autem domini in æternum manet.* Omne bonum, vtile, & salutare consilium à Deo est quàmuis illud homines impertiant. Sed opus est eos à consiliis remouere, qui ad Deum non spectant, qui se sceleribus contaminant, & vtilitatem ab honestate seiungunt.

*Beatus vir, ait diuinus ac regius psalter, qui non abiit in consilio impiorum.* Quia Roboam filius Salomonis noluit uti consilio eorum, qui alios ætate & prudentia anteibant, sed iuuenum insipientium, idem magnam regni partem amisit. *Abeūtes pharisei, ait Matthæus 22. consilium inierunt, ut Iesum caperent in sermone.* Et Marcus tertio: *Consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderem.* Et Ioannes vndecimo: *Collegerunt pharisei & pharisei consilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* De impiorum Iudæorum aduersum Christum consilio dicebat Iacob Genesis 49. *In consilium eorum non veniat anima mea.* Nam vt ex puteo perturbato quicquid hauseris, perturbatum erit: sic ex animo corrupto corruptum etiam prodibit consilium. Non inficior posse aliquando ab homine improbo optimū exire consilium. Sed ponderandum est consilium illius, suntque eius fontes aperiendi: atque si fuerit vtile, plenū prudentiæ, & fidelitatis, nō est repudiandū. Nam vt

*Simile.*

*Similitudo.*

animalis venenati prodierit: sic qui est sciētia ornatus nō despicit salutare cōsiliū, quod sit ab homine impio, sed perspicace deprōptum. Sed ego de his loquor, quæ accidunt plerūque: solēt enim impij impia consilia impertire. Ideo capite 22. Iob scriptū legimus: *Consilium impiorum longè sit à me.* Eos alloquitur Deus apud Esai, 30. in hunc modum: *Vae filij desertores, dicit dominus: ut faceretis consilium, & non ex me.* Quales consiliarij, talia sunt consilia. Vt caseus à fiscella formā recipit: ita consilium ab ingenio, vnde manat, vel bonitatē sumit vel malitiā. Cōsilia enim quæ sunt in cordibus cōpressa, necesse est eadē forma & figura prodire, qualia sūt corda ipsa, aut praua & detorta, aut recta & salutaria. Id intelligēs Ecclesiasticus ait trigesimo septimo. *A cōsiliario malo serua animam tuam.* Et diuinus citharædus psalmo 110. *Consitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum & congregatione.* Eorū consilia cōsiderata sunt, & fidelia & verè consilia. Vnde diuus Ambro. libr. 3. officiorū: *In acquirētis, inquit, cōsiliis plurimū adiūgit vitæ probitas, virtutū prærogatiua, beneuolētiæ vsus, facilitatis gratia.* De huiusmodi hominū cōsiliis ait ita in Moralibus diuus Gregorius: *Valde fortitudo destruitur, nisi cōsiliū fulciatur.* Et diuus Cyprianus in epistola quadā: *Consiliorū gubernaculū diuini lex est.* Et rectè quidē: nā in cōsilio capiendū prudētia, in dādo fides requiritur, & religio. Plato cōsiliū appellat rē sacrā, qua indigemus. Et Plutarchus in libro de amicitia & adulatione: *Plerique mortales, inquit, opus habēt cōsilio, & aliena prudentia.* Et Cicero in septima Philippica: *Sūmi gubernatores in magnis nōnunquā tēpestatibus solēt à vectoribus admoneri: Et quamuis omnes indigēt cōsilio: illi tamē præcipuē, qui rēpublicā gubernādā gerūt. Vt eis qui super funes gradiūt, & agitātur, quos funābulos appellāt, opus est bacillo, aut scipione, ne cadāt: sic qui ardua, & sublimia gerūt negotia, indigēt cōsilio, ne præcipitēt.* Hac ratione ductus Romulus vrbe cōdita centū cōsiliarios cōstituit, vt ait Dionysius Halicarnassensis lib. 2. quos optimos iudicauit. Videāt principes, ne eos sibi consiliarios adhibeāt, qui ipsis pernitiē machinētur. Imo in huiusmodi homines grauitè animaduertāt. Quemadmodū qui principis monetā corrūpit & adulterat, asperè punitur, & iustè quidē: ita, imò multò grauius puniri debet, qui eius deprauat ingeniū, eique nō salutaria & vtilia, sed turpia & inutilia suadet: qui non vera loquitur, sed dulcia: nō honesta, sed perniciofa. Mari<sup>9</sup> Maximus meliorē esse rēpublicā assererat in qua princeps improbus esset, quā in qua principis amici essēt sceleribus imbuti, quādoquidē vnus mal<sup>9</sup> possit corrigi à multis bonis, multi autē ab vno nequaquā. Ita refert Cuspinianus in Cōsulibus. Simile quippiā narrat Fulgofus libro 7. de Homulio senatore Romano, qui dicebat, se potius optare flagitiosum principem bonis cōsiliarijs septū, quā honestū, qui deprauatos haberet cōsiliarios, quibus rerū publicarū administrationē cōmitteret. At cōsiliū debet cōsideratū: nā authore Seneca in libro de beneficiis: *Velox cōsiliū sequitur pœnitētia.* Id voluit Chilo significare, cū dixit, vt Laertius memoriæ prodidit, in via nō esse properandū. Et Democritus, cū asseruit, nihil esse cōsiliis perniciosius celeritate: vt Brofonius Cōtursinus monimētis consignauit. Florētissimas rēpublicas scimus fuisse per temerarios ac præcipites cōsiliarios labefactatas, & à vris prudētia ac maturitate cōsiliij sustēratas & restitutas. Ea ratione motus dux Græciē nō optabat, vt Aiaci similes decē haberet, sed Nestori. Quod si accideret: sperabat Troiā esse breui delēdā. In rebus arduis & me moralibus cōsilia primū, deinde acta, postea euentus spectātur. Quare à principibus debēt fideles, prudentes, atque præstantes consiliarij exquiri, quorum con-

*Similitudo.*

*Similitudo.*

*Similitudo.*

consilio iuuentur. Huiusmodi erat Daniel, qui monuit Nabuchodonosorem, eumque excellenti consilio instruxit.

*i* Peccata tua eleemosynis redime. Hoc est, da eleemosynas, vt tibi peccata tua dimittantur. Nam, vt Ecclesiasticus ait cap. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Sed sunt, qui ideo eleemosynam non faciunt, quia timent, ne postea illis desint opes. At

*Similitudo.* longè falluntur opinione. Nam vt triticum in horreo non augetur, sparsum autem in terram mirum in modum multiplicatur: sic opes retentæ non crescunt, pauperibus autem distributæ maximè propagantur: & ex vno grano centum nascuntur. Ait enim Christus dominus apud Matthæum 19. *Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Vnde Augustinus de verbis domini: *Fœcundas, inquit ager pauper pauperum citò reddit donantibus fructum.* Et Chrysostomus in caput 10. Matthæi: *Cui non proderunt eleemosynæ, si rex idolorum cultor poterat illis redimere peccata? Id quod hoc loco videmus.*

*k* Forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Hortatus est illum ad benignitatem & beneficentiam, vt illi Deus peccata condonaret. Sed si Dei potentiam prædixerat, quæ firma est & immutabilis, quomodo illum monet ad illam eleemosynis mutandam? Facile hoc soluitur Ezechie regis exemplo, cui Elaias proximam mortem nunciavit ex parte Dei: & tamen pius ad Deum preces emittens, ab eo quindecim annos vitæ impetrauit. Niniuitis etiam prædixit Ionas à Deo missus euerfionem ciuitatis vsque ad quadraginta dies. At ipsi penitentia Deum placarunt, & ciuitatem incolumem obtulerunt. Nam vaticinationes cominatoriæ non semper implentur, vt ait diuus Hieronymus: cuius sententia est in sacros canones relata, de penitentia, distinctione 1. *Quamobrem apud Ieremiam 18. dixit Deus: Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruiam, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam: & ego penitentiam super malo quod cogitavi, vt facerem ei.* Sed dices: Ergo Deus mutatur? Non mutatur profecto: ipse enim ait Malachiam cap. 3. *Ego dominus, & non mutor.* Et capite Numerorum vigesimotertio scriptum est: *Non est Deus quasi homo, vt mentiat: nec vt filius hominis, vt mutetur.* At nos sumus, qui mutamur. Quemadmodum magna quædam turris modò ante oculos nobis est, modò retrò: nunc longè, nunc propè, cum ea firma sit & immobilis: sic Deus aliquando nobis videtur iratus, aliquando clemens: interdum nos intuetur oculis placidis, & fauore prosequitur, interdum oculos suæ misericordiæ à nobis videtur deicere, & auertere. Nonnunquam à nobis disiungi longèque distare videtur, nonnunquam appropinquare nobis, & proximè accedere. At in nobis est omnis mutatio: si discedimus ab eo, manet nobis distans, si accedimus ad illum, inuenimus eum propè. Ipse enim ait per diuinum suum vatem Zacharia prima. *Conuertimini ad me: & conuertar ad vos.* Et de impiis ait apud Esaiam vigesima nona. *Cor eorum longè est à me.* Et 33. *Audite, qui longè estis.* Ab his autem longè Dominus manet: nam, vt psalmo 18, dictum est: *Longè à peccatoribus salus.* Et Proverbiorum 15. *Longè est Dominus ab impiis.* Et D. Paulus cap. 2. ad Ephesios. *Qui eratis longè, facti estis propè.* Et D. Ia-

cobus 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Aspicis igitur, Deum non mutari, sed à voluntate nostra manere mutationem, eosque longè falli, qui existimant Deum esse mutabilem. Sunt nauigantibus similes à *Similitudo.* portu vento secundo soluentibus, qui intuentes terram quam relinquunt, putant eam mutari & fugere, cum non ipsa, sed naus eos vehens sit, quæ discedit, & cursum velociter conficit. Est autem Deus firmior & immobilior ipsa terra: quoniam est actus purus absque alicuius potentia permissione: eamque ob causam omnino immutabilis. Imò esse immutabile omnino, propriū Dei, vt ait diuus Thomas in prima parte summæ theologicæ, sequens hac in re D. Augustinum in libro de natura boni. Itaque Daniel hortatur Nabuchodonosorem ad placandum Deum eleemosynis: propter quas fortasse distulit Deus anno vno sententiam: donec rex ille in detestabilem incidit elationem, & bonum diuinæ elementia amisit malo propriae superbiae.

*1* Consilium meum placeat tibi. In Chaldaeo proprie est: *Consilium meum pulchrum sit apud te. Sed recte vertit noster interpres: eandem est enim intelligentia apertioribus verbis.* Pro. *consilium meum, est in Hebraico מַלְכִי מַלְכִי מַלְכִי Malci, à verbo Malac, quod significat consilium suscipere, & regnare, & regem constituere.* Vnde illud Osee capite octavo: *Ipsi regnauerunt, & non ex me: Ipsi regem constituerunt, & non ex me.* Vt loquatur Deus de decem tribubus, quæ deficientes à Roboam filio Salomonis, collocarunt in regia dignitate Ieroboam, qui eis vitulos aureos erexit, quos Deo repudiato pro diis coluerunt. Potest verti: *Ipsi consilium inierunt, sed non ex me.* Iuxta id quod ait Deus apud Esaiam 30. *Væ filij desertores, dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me. Illud est hoc loco aduertendum, ita esse consilium cum regia dignitate coniunctum, vt in lingua sancta idem verbum & consilium capere significet, & regnare.* Romani exactis & reiectis regibus rempublicam per viros nobilitate atque sapientia præstantes gubernandam constituerunt, qui consules à consultando, & consilio percipiendo dicerentur. At nemo debet consiliarios querere nisi amicos, fideles, & prudentes. Nam vt verbis utar Sallustij in Catilinario: *omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab odio vacuos esse oportet.*

*2* Peccata tua eleemosynis redime. Eodem modo habet etiam translatio Græca. Pagninus habet: *Peccata tua iustitia redime: Quem nonnulli alij sequuntur.* Pro eleemosynis est in Chaldaeo מַלְכִי מַלְכִי מַלְכִי besidcah. Vocabulū Hebraicū est מַלְכִי quod significat iustitiam cum misericordia coniunctam. Sensus est, quæ reddat communis interpres. *Da opem, vt Deum places eleemosynis, propter quas tibi dimittat peccata tua.* Vide eleemosynam præstare: De illa ait Christus dominus capite undecimo euāgelij authore Luca: *Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.* Accipitur aliquando iustitia pro clementia: vt psalmo 34. *Iudica me secundum iustitiam tuam domine Deus meus.* Et cap. 38. *Esaiæ: Frange esurienti panem tuum: & egenos vagosque induc in domum tuā. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & finitas tua citius orientur: & anteibit faciem tuam iustitia tua. Vbi hominem ad eleemosynam excitauit, adiecit: Tūc iustitia tua ante ibi faciem tuā. Quo in loco accipitur iustitia pro benignitate & eleemosynas, & opere pietatis, quemadmodum hoc Danielis loco, ubi Latinus interpres pro iustitia vertit eleemosynas, vt sensum diuini vatis explicaret.*

<sup>a</sup> Post finem mensium duodecim <sup>b</sup> in aula Babylonis deambulat. <sup>c</sup> Respondit que rex, & ait: <sup>d</sup> Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: regnum tuum transibit à te: & cum bestiis & feris erit habitatio tua. Foenum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit, det illud, Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosore: & ex hominibus abiectus est: & foenum

vt bos



vt bos comedit : & rore cœli corpus eius infectum est : e donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent , & vngues eius quasi vngues auium. f Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuavi & sensus meus redditus est mihi , & altissimo benedixi : & viuentem in sempiternum laudavi , & glorificaui : quia : potestas eius potestas sempiterna : & regnum eius in generatione & generationem. h Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt : iuxta voluntatē enim suam facit ; tam in virtutibus cœli , quam in habitatoribus terræ. Et non est , qui resistat manui eius , & dicat ei : Quare fecisti ? in ipso tempore sensus meus reuersus est ad me : & ad honorem regni mei , decorēque perueni : & figura mea reuersa est ad me. l Et optimates mei , & magnates mei requisierunt me , & in regno meo restitutus sum : & magnificentia mea amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo , & magnifico , & glorifico regem cœli m quia omnia opera eius vera , & omnes viæ eius iudicia , & gradientes in superbia potest humiliare.

a Post finem mensium duodecim. Inter hæc & Danielis interpretationem interfluxerat annus. Scriptum est enim de Deo cap. vndecimo Sapientia : *Misereris omnium , & dissimulas peccata hominum propter penitentiam.*

b In aula Babylonis. In regio palatio : ex quo ciuitas conspiciebatur. De se tanquam de alio loquitur.

c Responditque rex. & ait : Hoc est , in hunc modum locutus est rex. Accipitur respondere pro loqui , nemine interrogante. De hoc schemate differuimus capite secundo.

d Nonne hæc est Babylon ciuitas magna ? Hoc est , hæc est Babylon magna ciuitas , fortis , & munita , & inexpugnabilis , cuius ego sum dominus & rex : quam ego etsi à fundamentis nō construxi , ornaui tamen , & amplificauit : fecique , vt esset vrbs regia , caput imperij mei , quam meis opibus muniui , vt compararem mihi gloriam immortalem , quam ipsa perpetuitas intueretur. Fuit Babylon ædificata multo ante Nabuchodonosorem : nam fuit principium regni Nemroth , vt capite decimo Genesis litera diuinæ memoriæ prodiderunt. Qua de re capite primo copiose differuimus. Tu autem aduerte , & perpende , quam difficile sit in magna opum , rerūque prosperarum affluentia humilitatē animi seruare , cæteraque virtutes retinere. Cū Nabuchodonosor videret suam illam celebrem ciuitatem , & potentiam suam , statim fuit inflatus superbia , qua seipsum maculauit. In excelsis montibus Gelboe interfecti sunt nobiles Israelitæ : & in excelsitate honorum & dignitatum mundi solent perire virtutes. Daud in statu abiecto pepercit perfido inimico : & in diuitiarum abundantia , in regia dignitate collocatus occidit innocentem amicum. Saul priuatus fuit humilis , & obtento regno superbus. Rex Nabuchodonosor superbia elatus , cū præterisset annus ab interpretatione Danielis , existimauit falsum esse , quod sibi prædixerat : & opinione inflatus dixit : Quis me poterit à regno meo eicere , cū præter alia sim dominus huius magnæ ciuitatis ?

e Vox de cœlo ruit. Id est , vox cœlitus delapsa est , formata per angelum Deo iubente : per illum fortasse , quæ antea vigilē vocauerat. Vox autē hæc fuit : *Tibi dicitur Nabuchodonosor : regnum tuum transibit à te.* Hoc est , iamā administratione regni priuaberis. Ita vani homines cæduntur : ita superbi castigantur. Cætera quæ sequuntur , fuerunt supra à nobis explicata.

e Donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent. Cū enim multo tempore intonsi inculcique manerent , mirum in modum creuerūt : eūque ita operuerunt , vt illis esset tectus velut aquila plumis.

f Igitur post finem dierum. Hoc est , exacto tempore à Deo definito , iuxta Danielis explicationem : ego Nabuchodonosor extuli ad Deum oculos & mentis & corporis : & reddita est mihi intelligentia : quare gratias egi Deo , eūque summis laudibus celebraui , quod me oppresserat , & extulit. Eodem modo To-

bias : *benedicite , inquit , domine , Deus Israel , quia tu castigasti me , & tu saluasti me.* Non solum pro liberatione à calamitate exultat , sed etiam pro ipsa calamitate. Ita diuinus psaltes : *Letati sumus , inquit , pro diebus , quibus nos humiliasti , annis , quibus vidimus mala.* Illud est hoc loco obseruandum , Nabuchodonosorem in afflictione oculos intelligentiæ aperuisse : nam , vt D. ait Greg. oculos quos culpa claudit , pœna aperit. Multi qui in prosperitate versantur in tenebris , in calamitate illuminantur. Est hoc in illustratione Tobia significatum , qui felle oculis imposito visum recepit. Quid enim nomine fellis nisi calamitas significatur , qua mentis oculi illustrantur : Vnde Esaias cap. 28. *Sola , inquit , vexatio intellectum dat auditui.*

g Et regnum eius in generatione & generationem. Hoc est , & regnum Dei est æternum. Qua de re differuimus capite secundo.

h Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sum. Id est , ego qui me maximum reputabam , cognoui nihil esse , omnēque homines si cum Deo comparentur , nihil faciendos , nullōque loco numerandos. Nihil faciendos , nullōque loco numerandos. Nihil est , quod ad Deum collatum aliquid sit. Ideo Esaias quadragesimo : *Ecce gentes , inquit , quasi stilla situla , & quasi momentum , statera reputatae sunt.* Et regius vates : *Et substantia mea tanquam nihilum ante te.* Ac si dicat : Tota vita mea si cum tua æternitate comparatur , est veluti nihil. Et subdit : Veruntamē vniuersa vanitas omnis homo viuens. Quasi dicat : Sed quid de me loquor ? Imò omnis homo in vita hac constitutus tibi collatus , nihil solidi habet , nihil firmi , nihil pleni , sed est quippiam vanum , imò ipsa vanitas , & nihil.

i Tam in virtutibus cœli. Tam in angelis , quàm hominibus. Ipse quippe ait apud Esai. 46. *Consilium meum stabit : & omnis voluntas mea fiet.* Sequitur : *Et non est , qui resistat manui eius.* Ac si dicat : Et nemo potest Dei obistere potestati. Accipitur manus pro potestate. Ipse enim ait cap. 41. Iob : *Quis resistere potest vultui meo ?* Et 51. Ieremia : *Quis sustinebit me ? Et quis est iste pastor , qui resistat vultui meo ?* Pastorem vocat regem , principē , & magnatē , quod debeat subiectos , vt oues pascere bonique pastoris officium gerere.

k Et figura mea reuersa est ad me. Ex his verbis occasione sumpsit Iosephus Flavius dicendi , Nabuchodonosorem fuisse in bouem conuersum , nullamque hominis figuram habuisse tempore amentia suæ. At diuus Hieronymus , Epiphanius , Lyranus , Carthusianus , & cæteri doctores catholici asserunt eum non amisisse humanam formam nec figuram : si figura pro corporis conformatione , & hominis specie accipiatur. Amisit tamen pulchritudinem , & colorem , & creuerunt ei vngues , & capilli. Et hoc modo figuram amisit : hoc est , exteriorem venustatem , & compositionem. Sed postea ad pristinam dignitatem restitutus omnia figuræ ornamenta recuperauit. Fateor figuram substantia

1. Re. 31.

1. Pa. 19.

1. Re. 24.

2. 25.

2. Re. 11.

1. Reg. 9.

2. 10.

1. Re. 18.

Tobi. 12.

tiæ accipi aliquando pro ipsa substantia & forma: vt cap. i. epistolæ ad Hebræos: *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius*: Hoc est, qui filius Dei Christus Iesus cum sit splendor patris, & eiusdem substantiæ cum eo. Idē est loco illo figura substantiæ patris, quod forma Dei, iuxta illud ad Philippenses: *Qui cum in forma Dei esset*. Vbi Chrysostomus per formam intelligit formam substantiæ. Hoc est, qui cum esset consubstantialis patri. Eodem modo ad Hebræos dixerat: *Qui cum est splendor gloria*, quibus verbis, vt Plotius ait, procedentē à patre filiū significauit, quia splendor procedit à sole, & filius à patre: & significauit coæternitatē cū patre, vt ait Cyrillus, quia non est sol sine splendore, nec pater sine filio. Sed quia splendor iuxta humanā rationem nō dicit substantiā, ne, ex parte putares filiū paternæ substantiæ, adiecit: *& figura substantiæ eius*. Hoc est eiusdem formæ substantiæ cū Deo patre. Diuus tamen Gregorius Nyssenus loco illo figurā accipi pro æqualitate, vt personas sanctissimæ trinitatis ostendat coæquales sibi esse & coæternas. Hoc autem Danielis loco pro compositione exterioris speciei, & spectri accipitur.

**I** Et optimates mei & magistratus mei requisierunt me. Quando Nabuchodonosor incidit in amentiam, congregati sunt magnates, & eū à regni gubernatione priuauerunt. Ipse autem existimās se esse beluā contulit se in loca agrestia & inculta, vbi cū bestiis versabatur. Ac interea fuit, Euilmerodach filius eius in regia dignitate constitutus: aut alius filius eius. Audiētes autem regni magnates esse Nabuchodonosorem ad iudicium suum reuocatum, fastidio affecti in filiū eius, cuius ingenium & dominatum molestē ferebant, quesierunt Nabuchodonosorem, cui regni clauum traderunt. Et ad principatum remissum temporibus, longo interuallo intermissum reuocarunt. Hæc apud varios auctores fide dignos inueni.

**m** Quia omnia opera eius vera. Procedunt enim secundum normam diuinæ sapientiæ, quæ errare non potest: Deus nec falli potest, nec fallere: non solum verbis, sed etiā factis verax est. Ita illud apostoli in epistola ad Romanos intelligitur: *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Vbi diuus Paulus nō vult significare omnes homines fraudulentos esse, & ex mendacio compositos aut mentiri: sunt enim nonnulli, qui nunquā orationi vanitatem adhibuerunt: ita verba ad normam dirigunt veritatis, vt nullo modo mendaciū dicant. Sed vult apostolus significare, eo ingenio esse homines, vt possint mentiri. In quosensu Deum appellat veracem, quod mendaciū cū diuina natura nullo modo possit cohærere. De natura enim agit, non de facto. Vnde psalmographus: *fidelis*, inquit, *dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*. Et Moses in cantico capite Deuteronomij 32. *Dei perfecta sunt opera, & omnes via eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus*. Vel vt potest verti ex Hebræo: *Rupis perfecta sūt opera*. Est enim in Hebræo vocabulū *Tsur*, quod rupē significat: & tribuitur Deo propter firmitudinem & constantiā. Si enim ita mutaretur, vt aut verbis, aut factis aliquem falleret, iā à fonte veritatis mendacium flueret. Quo nihil dici potest vanius, nihil absurdus, nihil insipientius.

**I** Quam ego ædificauit in domum regni. Pro, in domum regni, vertunt quidam: vt existat regia. Hoc est, vt sit aula regis, & regni metropolis. Eadem est sententia: sed interpret noster fidelis transtulit verba Chaldaea *בית מלכות* *Lebeth Malcu*. *Baith enim & Beth domum significat: vt psalm. 67. Deus qui habitare facit vnus moris in domo*. Quorum verborum hic est sensus: *Deus est, qui homines vnus animi, concordēs, vna mente consen-*

*tientes, quibus studiorum, sententiarum, & voluntatum in rebus fidei summa est consensus, habitare fecit in ecclesia catholica, quæ est domus Dei*. Ita eam diuus Paulus cap. 3. epistolæ prioris ad Timotheum appellat. Et de primitiua ecclesia dicit Acto. 4. diuus Lucas: *Multitudinis autem credentiū erat cor vnum, & anima vna*. Hic est verus & germanus psalmographi in illo versiculo sensus: quem Septuaginta aperte & distincte expressere, pro vocabulo Hebræo *techidim* transferentes, *vnusq; vnus*. pro quo noster interpret recte vertit, *vnus moris*, hoc est, *vnus in moribus voluntatis & consensus*. At Calvinus hæreticus nostri temporis, homo seditiosus, impius, & audax, vt Lutheri pestilentis heresiarcha discipulum possis agnoscere, inuehitur in Græcam & Latinam editionem, exclamans esse in illis hoc loco, vt multis aliis intolerabilem errorem, verā namque interpretationem esse: *Deus qui dicit orbos familia. Et interpretatur in hunc modum: Deus est ille, qui ob benignitatē suam eis qui filiis carebant, dat filios & posteros*. Esti hæc illius interpretatio potest sustineri, quoniam domus familiam etiam significat, vt in annotationibus ex Hebræo in primum caput ostendimus, tamen non ideo communis vulgata versio damnanda est, quæ est à versione septuaginta interpretum deprompta, quam diuus Paulus, & euangelistæ citant, & ecclesia catholica comprobauit. Editio vulgata veteris testamenti est diui Hieronymi secundum veritatem Hebræicam, vbi est exemplar & originale Hebræum, aut Chaldaicum. Vbi autem non habemus nisi originale Græcum, vt in libro Sapientiæ, est secundum veritatem Græcam: præter versionem psalmorum, quæ etiam si extet eius exemplar & originale Hebræum, est tamen ex translatione Septuaginta desumpta ante diuum Hieronymum à tempore apostolorum. Itaque versio nostra communis psalmorum nec est diui Hieronymi, nec ex Hebræo ad literam, sed ex Græco deprompta. Cum autem hæc Latina versio seu editio psalmorum esset in ecclesia frequentissima, mansit semper in suo robore. Eam ob causam cū ecclesia versionem diui Hieronymi recepisset desumptam ex Hebræo secundum literam, decreuit tamen, vt antiqua psalmorum translatio seu versio mordicus teneretur, quia publicè in ecclesiis cantabatur: eratque in ore omnium: non enim à sacerdotibus tantum, sed etiam ab aliis hominibus multa psalmorum loca memoriter recitabantur. Hæc est ratio, quare in sacris bibliis Latinis nō est translatio psalmorum diui Hieronymi, sed ea, quæ fuerat ab ecclesia multo antea recepta. Non me fugit esse nonnullos, qui ob vnum aut alterum vocabulum non ad verbum desumptum ex translatione septuaginta interpretū, dicunt hanc nostram Latinam editionem psalmorum non esse ex Græca Septuaginta translatam. Sed illud non probant: imò longè opinione falluntur. Hanc tam antiquam, veram, excellentem, & approbatam editionem irridet Calvinus, ab omnibus ipse irridendus. At hoc loco non vult, vt domus accipiat pro Ecclesia Catholica, à qua ipse recessit, sed pro filiorum progenie, quam ipse concupiscit, cuius amore flagrauit. Illam amplexus est interpretationē qua nuptiarum carnis negotio fauere videbatur, illam autem contempsit, quæ laudem concordia virorum Catholicorum predicabat. Sacerdotes enim Lutherani, milites Veneris, cū castitate epudissent, acceperunt uxores, quæ non uxores legitime, sed impudicæ sunt concubinae: nam inter eos qui se solenni votocastitatis ligauerunt, nō sunt matrimonia, sed sacrilegia. At illi sub imprimis Lutheri sectator, sed postea nonnullis in rebus desciuit ab illo, & voluit per se facere sectam multo pestilentiorē: fuitque ipso pernicioso Luthero multo perniciosior. Eum hoc loco paucis describam, vt intelligat lector eius ingenium fuit pestilentibus vitis contaminatus: sed habebat nonnulla insignium non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Erant apud illum illecebra libidinum multa: erant etiam signa, quibus libidines detestari videbatur. Ostendebat res ipsa claris luce meridiana flagrare vitia turpium voluptatum apud illum: & verbis decipiebat stultos, quibus suadebat, nihil sibi esse antiquius castitate. Fuit monstrum quoddam ex contrarijs diuersisque inter se pugnantibus nature studiis cupiditatibusq; cōstatum. Quis vnquam fuit magis impius? Et quis magis pietate simulauit? Quis infidelior? Et quis crebrius

fidem laudibus extulit? Quis in rapacitate auarior? Quis in largitione effusior? Quis in inuidia & ignavia abiectior? Quis in auaricia & furore elatior? Timebat adiectum, vilem, & sceleratum hominem verbo obuiare, & audebat vniuersa Christi Ecclesia contradicere. Tanta fuit superbia inflatus, tanta perfidia obstinatus, tanta cecitate coopertus, ut ausus fuerit editionem sacrorum bibliorum, qua sancta Ecclesia Catholica vtiur, verissimam, antiquissimam, integerrimam irridere, reprehendere, detestari. Cum ipse esset imperitus, Philosophia & Theologia destitutus, a lectione antiquorum patrum, a literis humanis, ab omni veritatis notitia alienatus. Vt autem probet esse editionem vulgatam detestandam, hinc affert locum diuini Psalms, ubi per *דור דור* interpretatur filius destitutus, & per domum filiorum familiam: cum diuinus vates, ut ostendimus, de electorum concordia in Ecclesia sit vaticinatus. Certe verso nostra Latina ex Græca desumpta multo præstantiorem sensum reddit, quam Caluini, licet reque multo accommodatiorem: quem Eulymius explanat: & ante eum in epistola quadam Ignatius martyr discipulus diuini Ioannis Apostoli: & inter eos diuus Augustinus in Ioannem tractatione vigesima sexta. Et postea

Remigius Antistodensis. Et memoria nostra Raynerius Snogoudanus, & Franciscus Tuelmanus, & alij magni nominis authores.

In virtutibus ecceli. Pagninus habet: In exercitu cæli. Quod in idem recidit: non enim accipitur hoc loco virtus pro morali, aut Theologica virtute: sed pro exercitu angelorum. Pro virtutibus est in Chaldoeo *חיל* Chel, quod Hebraicè dicitur Chail: & significat vim, exercitum, fortitudinem, & virtutem potentie. Illud *י* salni octuagesimū tertij. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion: vertit Hieronymus: Ibunt de fortitudine in fortitudinem. Nam in Græco non est *αρε*, h quod virtutem, qua boni viri nominantur, significat: sed *αρις*, hoc est virtus potentie, seu robur, & vis. Sensus est: Non fatigabuntur longitudine iuuenis, quod tendit in cælum, etiam si arcta sit via, que ducit ad vitam: sed ob singularem animi alacritatem in dios vigeant: donec accedant ad cælestem Sionem, ubi est æterna sedes mèrum beatarum. Nam omnibus qui pietatem & iustitiam coluerint, & in gratiam è vinculis corporum euolauerint, certus est in cælo locus, ubi Deū videant eoque summis gaudiis cumulati fruantur.

### Argumentum capituli V.

Cum Balsasar Rex Babylonius vastis templi Dei intemperanter abuteretur, aspexit manum in extremitate parietis scribentem, cuius exteriora visione fuit animo commotus, & stupefactus. Accersit autem magi, alijque sapientes Babylonij non potuerunt literas interpretari: nec legere, sed diuinorum consiliorum ignari obmutuerunt. At veniens Daniel regis accersit eas legit, & explanauit. Aperiens autem fontem rerum arcanarum interpretatus est esse regnum illud à Balsasare auferendum, hostibus eius tradendum Dariūque Medum in regno solio collocandum. Porro nocte illa fuit vrbis Babylonij capta & regi ad summam mundi gloriam florescenti vita simul cum regno erepta: fuitque eius dignitas ablata, & splendor extinctus. omniaque illa ex lætitia & voluptate ad fletum & lachrymas reciderunt.

### CAPVT. V.

**B**a Balsasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem. Præcepitque iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat. Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Hierusalem, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxoresque eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Hierusalem, & biberunt in eis rex, & optimates eius, & vxores, & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabāt Deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae: & rex aspicebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est: & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur & genua eius ad se inuicem collidabantur. Exclamauit itaque rex fortiter, introducerent magos, Chaldaeos, & Aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis. Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem aureum habebit in collo: & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem eius indicare regi. Vnde rex Balsasar fati conturbatus est: & optimates eius turbabantur.

### EXPLANATIO.

**a Balsasar rex.** Hic Balsasar qui Baltasar vocatur à nonnullis, fuit, vt aiunt magni nominis scriptores, nepos magni Nabuchodonosoris: filius Euilmerodachi, qui patri suo Nabuchodonosori successit in regnum. Sed non statim Balsasar successit patri suo Euilmerodachonā hic Euilmerodachus tres habuit filios, qui successiue regni clauum tenuere. Primus vocatus Neglisar, quem alij Reglisarem vocant, regnauit tribus annis: alter vocatus Labosaradach duobus: quibus exactis obtinuit regnum hic Balsasar tertius in ordine Euilmerodachi filius: qui annis quinque imperium gessit, & gubernacula reipublicæ in temperanter tractauit. Lege Metasthenem in libro de iudicio temporum, vbi hoc aperte videbis. Diuus etiam Hieronymus, qui ait se hoc loco sequi Berosum historicum Chaldaicum, & Flauium Iosephum in libro Iudaicarum Antiquitatum, asserit hunc Balsasarem regnasse post Labosaradach. Idem affirmat magister historiarum schola-

sticarum: & post illum Ioannes Annius in commentariis in Metasthenem. Regnate hoc Balsasare fuit Babylon obsessa, & expugnata per Cyrum regem Persarū, & auunculū eius Dariū regem Medorum: & Chaldaeorū regnū funditus euersum. Lege Trogū Pópeū, & Metasthenem, & Xemophontem, qui omnia hæc memoriæ prodiderūt. Balsasar igitur imminente obsidione, fidēs viribus suis, & vrbis munitissime robori, parauit opiparē magnificū cōuiuū, ad quod regni magnates inuita uit. Aut nonnulli fuisse tunc solennitatem quādam in vrbe, ad quā magnates cōuenerāt. in qua fuit hoc splendidū conuiuū institutū. Alij existimāt ideo Balsasarem illam epularē accubationem instituisse, & sacra vasa contaminasse, quia vaticinationem Ieremiæ de euerfione Babylonis, & de reditu Iudeorū post annos septuaginta vanam esse & commentitiam credidit, & fluxisse iam tempus illud à Ieremia prædictum existimauit. Sed tempus nondum erat finitum, & ille fuit in

fuit in enumeratione annorum deceptus. Ieremias enim de septuaginta annis Babylonicæ seruitutis vaticinatus est, ca. 25. & 29. & Zacharias 1. & alij diuini vates. Huius cõuiuij meminit Xenophon, & Herodotus, & Iosephus.

Esai. 21.  
Habac. 2.

b *Vnusquisque secundum suam bibebant etatem.* Id est, vnusquisque erat in conuiuio iuxta ætatem suam collocatus: qui alios ætate anteibant, sedebant in præcipuis locis: deinde alij in aliis ordine seruato. Vel sic: Vnusquisque bibebat, vt suæ congruebat ætati: nam nemo vltra vires biberes cogebatur.

c *Præceptique iam temulentus.* Rex vino plenus iussit adduci vasa sacra, quæ in conuiuio illo profano violauit. Vnde effluxit eius mors, & regni exitium. Vide sub quibus principibus scindantur regna, sub ebriis: voluptariis, superbis, deditis ventri, ac delictis.

d *Nabuchodonosor pater eius.* Auus appellatur pater: perspicuū est enim post Nabuchodonosorem regnasse Euilmerodach filiū eius: qui vt Ieremias testatur capite quinquagesimo secundo, extulit caput Ioachim regis Iudæ, quem de carcere eduxit, & in sublimi dignitate collocauit. Hic autem Balsasar filius fuit, vt ostendimus, Euilmerodach. Non me fugit asserere Eusebium Cæsariensem in annalibus, hunc Balsasarē fuisse fratrem Euilmerodach, & filium Nabuchodonosoris. Sed probabilius est fuisse eius nepotem. Nam Ieremias capite vigesimo septimo prædixit duraturum esse regnum Nabuchodonosoris vsque ad eius nepotem. Ita enim ait: *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius donec veniat tēpus terra eius, & ipsius.* Nec obstat, Nabuchodonosorem appellari patrem Balsaris, eumque eius filium: nam vocari patrem eum qui auus est, indicat Moses, qui capite trigesimo primo Genesis inducit Iacob filium Isaac, nepotemque Abraham in hunc modum loquentem: *nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisset.* Imò omnes maiores patres appellatur: Nam cap. decimo quarto Numerorum ait sancta scriptura cum Deo loquens: *Qui visitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Et capite quinto Deuteronomij: *Deus amulator reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem.* Esaias cap. 51. Iudæos alloquens: *Attendite,* inquit, *ad Abraham partem vestrum,* cap. 34. libri 2. Paralipomenon loquens scriptura de rege Iosia: *Ambulauit,* inquit, *in viis Dauid patris sui.* Virgini sanctissimæ Mariæ dixit angelus apud Lucam primo: *Dabit illi: nempe Christo, dominus Deus sedem Dauid patris sui:* Et Zacharias apud eundem: *Insuperandum quod iurauit ad Abraham partem nostrum.* Et

Matth. 1.

Matthæus in principio euangelij sui: *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.* Et ipse Christus in euangelio authore Ioanne capite octauo dicebat Iudæis: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum.*

e *Et biberunt in eis.* Cùm vasa illa fuissent in tēplo Hierosolymæ diuino cultui dedicata, noluit Nabuchodonosor illa vsibus profanis vsurpare: sed in templo Dei sui illa posuit, & suo modo honorauit. At Balsasar non solum illis vsus est in conuiuio, sed ea concubinis suis exposuit. Quam ob causam impurus ille, ac sacrilegus tyrannus fuit à Deo statim multatus.

f *Bibebant vinum, & laudabant Deos suos.* Ex comessatione & ebrietate ad veri Dei cõtemptione, venerūt. Insultantes Deo optimo deos suos cõmentitios, quorum auxilio putabāt victoriā de Iudæis, eorūque; Deo reportasse, laudib⁹ efferebāt. Sed perpēde intolerabilē eorū amentia: bibētes in vasis aureis & argenteis deos ligneos, & lapideos laudabāt, quibus victoriā tribuebāt.

g *In eadem hora apparuerunt digiti.* Ostenditur Dei

ultio, quæ aliquando non differtur in tempus aliud. Hi autem digiti visi sunt quasi egredi e pariete: & statim emicuerunt. Non erant veri digiti manus humanæ sed eorum effigies. Apparuerunt quidem ad oculum imagines illæ digitorum, operatione angeli factæ in ea parte parietis, vbi clarius conspicerentur. Ideo subditur: *Contra candelabrum:* hoc est, in loco illustri & eminente, vbi lumine perspicuè apparerent. Candelabrum vas est, in quo infigitur cereus ad præluendum. Erat autem scriptura in extremitate parietis aulæ regiæ, vt indicaret ad regem pertinere. Vox pro qua noster interpretes vertit superficiem, proprie significat calcem, seu coctum lapidem, quo parietes dealbantur. Quare rectè habet editio nostra: calx enim dealbans parietem est eius superficies seu extremitas.

h *Tunc facies regis commutata est.* Describit Daniel perturbationem, qua rex agitabatur ob mērum rei visæ, & ob interpretationis defectionem. Propter timorem factus est recursus sanguinis ad cor, & remansit pallor in facie, & tremor in membris. Ac ob explanationis inopiam accersuit magos, & cæteros Babylonis sapientes: & postremò Danielem, qui ei exposuit exitium vniuersi regni, fontemque aperuit rerum arcanarum. Pro, *facies regis commutata est:* poteris etiam vertere: Splendor regis mutatus est: nam gratia vultus eius versa est in tristem aspectum.

i *Cogitationes eius conturbabant eum.* Destitutus animo, viribus de pernicie sua cogitabat, & mentis agitationes eum conturbabant. Perpende mundi varietatem, rerumque humanarum commutationes, & quàm cito voluptas in mœrorem conuertatur. Comedebant, & bibebant opiparè lætitia gestientes, & ad oblectamēta seipsos excitantes: & repente noua quædam molestia eos perturbauit. Quid est homine imbecillius? Quid fragilius? Quid eius voluptate inconstantius? Id intelligens Oseas facit ca. 2. loquentem in hunc modum Deum: *Cessare faciam omne gaudium eius,* & apud Amos 8. *Conuertam,* inquit, *festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Et apud Ioelem primo: *Confusum est gaudium à filijs hominum.* Ideo ait quatuordecimo Prouerbiorum Salomon: *Risus dolore miscbitur: & extrema gaudij luctus occupat.* Gaudium nostrum debet esse in Deo. De illo ait diuinus psaltes: *Latabimur in salutarituo* psal. 119. & in nomine Dei nostri magnificabimur. Vel, vt potest verti ex Hebræo: *Et in nomine Dei nostri vexilla extollemus.* Collatio est à militibus desumpta, qui victoriam de hostibus reportantes ingrediuntur urbem cùm vexillis eleuatis, vbi omnia plausu personant, atque lætitia. In Deo non solum anima, sed etiam caro vitorum iustorum oblectatur. Id sentiens Dauid psal. 82. aiebat *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuam.* Caro quæ, vt apostolus ait cap. 5. ad Galatas, *concupiscit aduersus spiritum:* quæ solet homines à virtute deterere, assidua pœnitētia & iugibus calamitatibus fracta, sedus sancit cum spiritu: & vnà cū illo oblectatur Deo, extra quem non habet, vbi possit conuiescere. Loquens Esaias cum viro pio capite 41. ait: *Tu exultabis in domino, & in sancto Israelis lataberis.* Et cap. 61. in ecclesiæ persona ob beneficia à Christo accepta gaudio cumulata: *Gaudens,* inquit, *gaudebo in domino: & exultabit anima mea in Deo meo,* Ideo apostolus ca. 4. ad Philipenses: *Gaudete,* inquit, *semper in domino.* Et Dei genitrix semper virgo apud Luc. 1. *Magnificat anima mea dominum: & exultauit spiritus meus in Deo saluari meo.* Aspicias debere gaudium nostrum in Deo esse, non autem in mundo. Nam de illo ait Christus dominus apud Ioanē sexodecimo: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* De eo autem qui in mundi vanitatibus consistit, ait Salomon capite secundo Ecclesiasticis: *Risum reputauit errorem: & gaudium dixi: Quid frustra deciperis?* Verum gaudium in Deo



sumptum est fluuius perennis, semper fluens: vana vero laticia est torrens, qui imbribus crescens fertur rapide, sed facile arefcit. Nulla est in mundi oblectatione perpetuitas, nulla firmitudo, nulla constantia: Quemadmodum sphaera caelestis in duos polos, quos philosophi arcticum & antarcticum vocant, continuis voluitur motibus, & in orbem perpetuo vertitur: sic homo inter duos terminos, nimirum natalem diem & exitum vitae iugibus motionibus modo prosperis, modo aduersis agitatur. Nunc ridet, & deliciis ducitur: sed paulo post lachrymas profundet, & mœrore opprimetur. *Et erit*, vt verbis vtat *Esaia tertio, pro suauitate odore faetor, pro zona funiculus, & pro fascia pectorali cilicium.* Vt non semper est dies, nec semper nox, sed modo lætissimus dies illucet, modo obscura non omnia tenebris cooperit: sic nec semper mundi voluptate afficimur, nec semper dolore sed in rerum vicissitudine versamur. Est enim mundus veluti mare fluctuum varietate, quibus vndique iactamur, plenissimum. Cum huius mundi res sint fluxæ & instabiles, fieri non potest, vt voluptas in illis consistens sit firma & perennis. At cum Deus sit æternus, potest gaudium quod in eo innititur, æternum esse. Avari delectantur diuitiis, elati vanitatibus, voluptarij deliciis, comestores epulis cibisque exquisitis, inuidi alienis calamitatibus: viri autem iustitia, & pietate præstantes virtute in Deo: illis ait diuinus psalter: *Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* Comedebant Babylonij magnates splendide, & diffuebant deliciis, cum subito præter opinionem omnium apparuerunt digiti scribentes in pariete exitiū regis & regni. Ac vt verbis vtat psalmographi: *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei descendit super eos.* Illa enim nocte occisus est rex, & ciuitas expugnata, & plerique magnates interfecti, & ciues capti & comprehensi, aut communi luce priuati. Eorum diuitias diu multoque labore quasitas vna eripuit hora: & terram labem posteritati, æternamque dedecoris memoriam reliquerunt. Intuere, quam cito eorum gaudium fugit, perit, & euauit: quia verum non erat, nec solidum: sed falsum & inane: non in Deo, sed in mundo. *Isaac sonat gaudium & risum: sed eum non peperit Sarah, nisi postquam senuit, & vitæ respuit voluptates.* Eodem modo non poteris verum spiritus gaudium habere, nisi ille cebras, & delicias mundi contempseris.

*k Et compages regnum eius soluebantur.* Id est, & vincula lumborum illius dissoluebantur. Destitutus enim est viribus præ timore. Si ad manum illam ita inhorruit, quantus putas terror inuasit illum, vbi stetit ante iudicem iratum, æternæ damnationis sententiam auditurus?

*l Vi introducerent magos Chaldaeos.* De his nominibus cap. secundo differuimus. Tu interim aduerte, regem Babylonium magos, & incantatores vocasse. Vide quot mala in conuiuio illo acciderint: vasa templi Dei contaminantur: verus Deus irridetur: falsi dii laudantur: incantatores accersuntur. Prima conuiuia fuerunt in horto voluptatis, vbi serpens Heuam ad prohibitas epulas inuitauit, ea aurem Adamum, qui pomum comedentes mortem pepererunt. Filij Iob in conuiuio mortui sunt. Filij Simonis summi sacerdotis in conuiuio fuerunt interfecti, & è medio sublati: & Ioannes Baptista in conuiuio fuit damnatus, & crudeli morti impia sententia addictus. Nos relictis mundi illecebris, quibus plerique mortalium obstricti tenentur, repudiemus intemperata conuiuia: & iuxta diui Pauli doctrinam in epistola priore ad Corinthios, *epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis.* Diligamus frugalitatem & ciborum abstinentiam, vt densum nemus animi nostri expurgemus. Vt fames cogit lupos exire de sylua: sic ef-

frenatos appetitus de anima. Quemadmodum solers <sup>Similitudo.</sup> anceps non permittit accipitri, vt se nimis ingurgitet in escam, ne immoderate satur effugiat, nolens ad manus ipsius redire: sic Deus nõ vult, vt nimia epularum <sup>do.</sup> sarietate redundemus, ne ab eo discedentes, ad ipsius manū minimè reuertamur. Vocat nos diuinus anceps, & non redimus: quam ob causam nos fame opprimit aliquando, vt ad illum reuertamur. Id intelliges Moyses dicebat cap. trigesimo secundo Deuteronomij: *In crassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguitus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Filius prodigus satiatus reliquit domum patris sui, & fame, ac inopia anxius ad se, & ad patrem suum reuersus est. <sup>Luc. 15.</sup> *Purpura vestietur, & torquem aureum habebit.* Hæc erant tunc insignia principum, & illustri dignitatis ornamenta. Sequitur. *Et tertius in regno meo erit.* Hoc est erit tertius post me. Vel erit vnus ex tribus præcipuis regni mei. Vel tertiam partem regni mei obtinebit. *n Non potuerum nec scripturam legere.* Quia erant Chaldaei, literæ verò Hebrææ. Vel erant literæ pro parte. Sed præcipua causa fuit, quia Deus sapientiæ palmam Danieli seruo suo reseruauerat. *o Et optimates eius turbabantur.* Turbato rege, turbati sunt magnates, & cæteri regis famuli. Eodem modo turbato rege Herode turbata est, vt diuus Matheus ait, <sup>Mat. 2.</sup> *tota Hierosolyma cum illo.* Intuere quanti ponderis sit principis exemplum, quoniam illud populus imitatur. Vt naturæ respiciunt ad stellam aquilonaræ, quam <sup>Similitudo.</sup> polum arcticum appellant, eaque in cursu gubernantur: sic populus ante oculos ponit principis voluntatem, vt ad eius normam dirigat actiones, eaque in mari huius vitæ gubernetur. Qualis erat color virgarum, <sup>Gen. 30.</sup> quas pastor Iacob ante oculos ouium ponebat, quando erant concepturæ, tales erant foetus, quos ipse oues edebant, aut vnus coloris, aut variorum: ita quale est principis aut perpetui præsulis exemplum, talis plerunque est populi imitatio. Israelitæ sequebatur columnam nubis per diem, & ignis per noctem: & subiecti homines principem aut pontificem imitantur. Fateor equidem esse nonnullos subiectos, qui solent <sup>Exod. 19.</sup> vitia præsulum imitari, non autem rectè facta: imò in eos qui iusti sunt, & sapientiæ ac virtutum ornamentis exculsi, ventos excitant. Inuidiam atque odium conflant, eosque falsis testimonijs ad perniciem vocant. Sed ego de his loquor, quæ solent plerunque euenire. Qui enim principum mores minus imitatione consequi possunt, voluntate certè proximè accedere se velle ostendunt. Regnante Dauide principe <sup>2. Reg. 5.</sup> bellicoso, & militari laude admirando, multi in rebus <sup>5. 21.</sup> bellicis exercitabantur: at regnante filio eius Salomone pacis studioso, qui bellorum reliquias extinxit, templumque Deo dedicauit, omnes ferè ei subiecti <sup>3. Reg. 4.</sup> pacem laudibus efferebant. Rex Manasses qui fide <sup>2. 6.</sup> repudiata commentitios Gentium deos coluerat, traduxit exemplo suo Israeliticum populum ad impium idolorum cultum. Contrà verò rex Iosias religionis ac <sup>4. Re. 22.</sup> pietatis præstantia, & virtutum maximarum exemplo, populum ad fidem conuertit & veritatem. Quare qui populum volunt ad præclara facta excitare, solent principum adducere exempla, sine quorum appositione lentius disputant, nisi quæ dicunt, vita ac factis summorum virorum illustrentur. Quemadmodum <sup>Similitudo.</sup> supremum cælum primum mobile mouet globos <sup>do.</sup> omnes caelestes inferiores ad ipsius nutum: sic rex magnates & plebeios ad id ipsius voluntatem, quæ debet esse cum Dei voluntate coniuncta. Summis laudibus celebrandi sunt principes, religione, pietate, iustitia, ceterisque virtutibus præstantes, non solum quod tales sint, sed quod permulti eorum imitatores existant. Contrà vitiosi & nefarij omni laude sunt indigni, quia

non tantum flagitia concipiunt ipsi sed ea infundunt in rempublicam. Non tantum nocent: quod ipsi corrumpantur, sed etiam quod alios corrumpunt plusque exemplo aliquando, quam flagitio obsunt. Quemadmodum mare immitatur aërem, ut si aër sit serenus, sit mare serenitate affectum: si verò perturbatur, ipsum perturbatione agitetur, sic populus principis mores sequitur, eiusque aut tranquillitatem, aut procellam imitatur. Nam ut Cicero libro. i. officiorum ait: studiosè plerique facta principum imitantur. Et Quintilianus de clamoratione tertia: Qui, inquit, in altiore honoris gradum extenditur, magis exemplum expectantibus pater. Eam ob causam oportet principem & pontificem dare operam virtuti, respuere volupta-

tes, omnem vitæ cursum in labore corporis & contentione animi conficere: nihilque in vita expetendum putare nisi iustitiam, pietatem, cæterasque virtutes, & quicquid est cum honore, & laude & dignitate coniunctum. Pindarus dicebat morem omnium esse regem. Et Claudianus: Componuntur orbis regis ad exemplum. Et ut grauiora, attingamus: ad titum episcopum scribens apostolus. In omnibus, inquit, prebe teipsum exemplum honorum operum. Et ad Timotheum: Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, & fide, & castitate. Hoc ideo dicit, quia solent inferiores ad superiorum voluntatem & nutum totos seingere, & accommodare.

## OBSERVATIONES

ex Chaldaeo in

## CAPVT V.

**Balsasar rex.** In Græca translatione pro Balsasar est Βασισαρ: in Chaldaeo vero ܒܠܫܘܥܐ Balsasar, Deducitur à Bal, quod est non, & sa, à nasa, quod est ferre, & tsar, quod est angustia. Vnde Balsasar idem est quod non ferens angustiam. At finis eius nomini non respondit: nam oppressus calamitate infelici morte clausit suum diem. Daniel autem vocatus est Balthasar, nomine deducto à Be, quod est in, & lathas, quod est acuerere, & asar, quod est recondere, Quare idem est Balthasar, quod in acumine reconditus. Erat autem nomen cuiusdam idoli ita vocati quia erat in columna: aut pyramidis fastigio collocatum, ubi à seductis hominibus celebratur. Hebraice scribitur Balthesasar.

**2 Fecit grande conuiuium.** In Græco est ἡμεῖς αὐτῶν. Hoc est, fecit cenam magnam. Sed param refert: nam cum conuiuium illud fuerit nocte meridie vocatur cœna. Ideo Theodotio non αὐτῶν hoc est computationem aut conuiuium dixit, sed αὐτῶν hoc est cenam. In Chaldaeo vero est ܒܠܫܘܥܐ ܠܚܡܐ ܕܥܝܢܐ Hauadh Lechem Rab: fecit conuiuium magnum. Pro conuiuio est Lechem, à verbo Lacham, quod significat comedere: ut capite nono Prou. Vbi Christus ait: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Vocat gentes ad mensam euangelij, ubi diuina eloquia sunt epula, quibus anima reficitur, & sustentatur. De hac mensa ait Deus apud Ezechielem 41. Hæc est mensa coram domino. Et apud Lucam quarto decimo: Homo quidam fecit cenam magnam: & vocauit multos. Significat etiam verbum hoc pugnare & expugnare: ut psal. 34. Expugna impugnantes me. Pro quo alij vertunt: Comede comedentes me. Hoc est affligentes me. Vnde Lechem significat panem & conuiuium: & præter hæc fructum & quemcumque cibum. Pro pane accipitur Deut. 8. Non in solo pane viuit homo: Pro fructu accipitur Ieremia vndecimo: apud quem scriba & pharisæi in hunc modum aduersus Christum loquuntur: Mittamus lignum in pane eius: quæ verba ita etiam verti possunt: Corrumparamus lignum in fructu eius. Hoc est, disperdamus, deleamus, & euellamus Christum, qui se arborem vocat fructuosam: qui appellatur lignum vite. id est, arbor cuius fructus vita est, Pro omni alimento terre accipitur cap. 40. Gen. ubi ait Iacob: Affer pinguis panis eius. Quasi dicat, Portio terre tribus Afferet summe fertilitis & frugifera abundabit omnibus ad splendidum victum pertinentibus. Ita hunc locum explanat Theodoretus, & post illum

Caietanus. At Ambrosius, Cyrillus, Hippolytus, Eucherius, Repertus ad sensum spirituales illum traducentes: aiunt per Asfer qui diuitem significat, intelligi Dominum Iesum: qui propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut ait in epistola posteriore ad Cor. diuus Paulus, ut illius inopia nos diuites essemus, Est enim thesaurus absconditus, diuitiarum plenissimus. Per panem autem eius intelligimus sanctum eucharistia sacramentum, ubi ipse Christus continetur: qui de se ait cap. 6. euangelij auctore Ioan. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Pro omni esca accipitur 24. Gen. ubi narrans Moses fuisse paratum conuiuium seruo Abræ: Appositus est, inquit, in conspectu eius panis. Autem ibi panem pro oscis indicat id, quod sequitur paulo post: initio conuiuio, vescentes pariter, & bibentes manserunt ibi, Adiuuans Saul populū dixit: maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vespertam. Et quia Ionathas comedit parum mellis, iudicatus est præceptum fregisse. Ita narrat diuina scriptura cap. 14. lib. 1. Reg. Vbi aperte ostenditur nomine panis etiam mel significari. Confirmatur hoc auctoritate diuina Lucæ aientis cap. 14. introiisse Iesum in domum cuiusdam incipis sabbato manducare panem. Vbi aspici accipi panem pro escis conuiuij, & pro ipso conuiuio, ut hoc Danielis loco. 3 Optimatibus suis mille. Theodotio pro mille habet χίλια pro quo Latina versio ex Græco desumpta habet millenarius. Certe χίλια & idem est quod prefectus mille viris: aut tribunus militū. Nec hoc discrepat aliter. Chaldaica: quæ pro mille habet ܠܘܢܐ Alaph Hebraice significat ducem, Dominum, & prefectum: Aleph significat mille: quam significationem secutus est nos ter interpres. Significat etiam doctrinam. Vnde quod dicitur de turre Davidis, hoc est de Ecclesia Catholica capite 4 Canticorum. mille clypei pendet ex ea: potest etiam verti: Doctrina clypei pendet ex ea. Non verba Dei sunt scuta doctrina, iuxta illud cap. Prou. 30. Omnis sermo Dei ignis clypeus est omnibus sperantibus in se. Quæ verba possunt etiam ita transferri Omnis sermo Dei purus est, & clypeus his qui in illo innutuntur.

**4 Et vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.** Theod. Græca translatio habet: Et coram mille vinum bibebat. Pagh. habet: Et coram mille vini bibebat: scilicet rex: Potest etiam verti: Et è regione ducum vinum bibebat. Erat enim rex solus in altera mensa è regione illorum magnarum: sed in eadem aula, ex qua illos ad potum bibens inuitabat, sed non cogebat.

**2 Regina autem pro re, quæ accidat regi, & optimatibus eius, in domum conuiuij ingressa est, & pro loquens ait: Rex in æternum viue. Non te conturbent cogitationes tuæ: nec facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum incanturom, Chaldæorum & aruspicum constituit eum: pater, inquam, tuus d rex. Quia spiritus amplior, & prudentia intelligentiaque, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, cæso**

lutio ligatorum inuenta sunt in eo: hoc est in <sup>e</sup> Daniele, cui rex posuit nomen Baltasar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege: ad quem perfectus rex ait: <sup>g</sup> Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxerat pater meus rex de Iudæa: Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas: & scientia intelligentiaque, ac sapientia ampliores inuenta sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, ut scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiverunt sensum huius sermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari & ligata dissolvere. Si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestris, & torquem auream circa collum tuum habebis: & tertius in regno meo princeps. Ad quæ respondens Daniel ait coram rege, <sup>h</sup> Munera tua sint tibi & dona domus tuæ: alteri da scripturam tibi rex, & interpretationem eius ostendam tibi.

<sup>a</sup> *Regna autem.* Origenes ait hanc reginam fuisse huius Bassaris matrem: sed Flavius Ioseph ait eius auiam fuisse: quod videtur probabilius. Quam ob causam earum rerum habebat notitiam, quas ille ignorabat: aut saltem memoria non tenebat.

<sup>b</sup> *Domum conuiuij ingreſsa est.* Vt scilicet regem à mœnore leuaret, & consilio instrueret. Hæc ob senectutem, at temperantiam non interfuerat conuiuium.

<sup>c</sup> *Qui spiritum deorum sanctorum habet.* Loquitur more gentilitio. Quidam vertunt: Qui spiritum Dei sanctum habet. At Theodotio nobiscum legit.

<sup>d</sup> *Rex Nabuchodonosor pater tuus.* Auum voca patrem, ut paulò ante obseruauimus. Vel vocat Euilmerodach Nabuchodonosorem. Diximus enim capite primo, reges Babylonis fuisse Nabuchodonosores appellatos nomine à primo nabuchodonosore assumpto: quemadmodum imperatores Cæsares à Iulio Cæsare.

<sup>e</sup> *Solutio ligatorum.* Id est, apertio & explanatio ænigmatum, rerumque abstrusarum, quæ allegoriis & obscuratibus inuolutæ, ob difficilem intelligentiam ligatæ videntur.

<sup>f</sup> *Cui rex posuit nomen Baltasar.* Subaudi, per eunuchorum præpositum, ut capite primo ostensum fuit. Sequitur. *Igitur introductus est Daniel coram rege.* Vbi debes obseruare, non fuisse consilium mulieris repudiarum. Cum enim vtile est, fidele & salutare, probandum est, etiam si mulier illud impertiam: non enim omnes mulieres sunt à consilio reuocandæ & remouendæ. In hac nostra Lusitania est inclyta domina regina Catherina, vxor quondam inuictissimi ac Christianissimi regis Ioannis: quæ post obitum regis, admirabili prudentia, iustitia, pace, & animi magnitudine regnum gubernauit, incomparabilis femina, sapientia, maximarumque virtutum ornamentis exulta: quæ ut animi tranquillitate potiretur, gubernaculum regni reliquit: & altera foenix vnica, diuino amore incensa solem respicit iustitiæ, & sola facta solum Deum contempletur, & sequitur, Quis igitur non esse eius consilium repudiandum?

<sup>g</sup> *Tu es Daniel.* Illud interrogat, quod scire tenebatur: non enim deberet obliuisci Danielis admirabili virtute & sapientia præditi: qui Nabuchodonosori inferuierat, cum reipublicæ clauum tractauerat. Capite primo Exod scriptum legimus, surrexisse regem nouum, qui ignorabat Ioseph. Rex Saul cum à spiritu malo vxoretur, misit nuntios ad Isai partem Dauidis, ut mitteret ad ipsum filium suum Dauidem, qui cum veniret, pulsabat citharam, & recreabatur Saul. Ac ut verbis vtar diuinitæ scripturæ: *stetit coram eo: & Saul dilexit eum nimis: & factus est eius armiger.* At interfluxis nonnullis diebus oblitus est Saul Dauidis, & familiæ eius: & postea videns eum interrogauit, cuius filius esse: Inruit diuina scriptura esse fiduciam nostram in Deo figendam ac locandam, non autem in regibus, qui facile eorum obliuiscuntur, qui sunt de

ipsis benemeriti, qui se pro illis periculis obiecerunt. Nam, ut ait idem Dauid psalmo 117. *Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus:* Et psalmo 145. *Nolite confidere in principibus, in filius hominum, in quibus non est saluus.*

<sup>h</sup> *Munera tua sint tibi.* Seruauit id, quod Christus postea præcepit apud Matthæum decimo: *Gratis accepistis, gratis dare.* Non ei pro muneribus vaticinatus est: sed post vaticinationem non respuit munera, qui mundi diuitias contempserat: ne regem ipsum contemneri videretur. Christi apostoli non pro diuitiis euangelium prædicabant: sed necessarium victum & regumentum à populo accipiebant. Nam ut eodem decimo capite ait dominus: *Dignus est operarius cibo suo.* Et apud Lucam etiam decimo: *Dignus est operarius mercede sua.* Et Paulus capite nono prioris ad Corinthios eandem multis verbis sequitur sententiam vbi illud afferens Deuteronomij vigesimo quinto: *Non alligabis os hominibus: sicut dicitur. Nihil quid de bobus cura est. Neque an propter nos vique hoc dicitur? Nam propter nos vique scripta sunt, quoniam debet in spe qui erant arare, & qui trahunt: in spe fructus percipiendi. Si nos vobis si vana seminamus, magnum est, si carnalia vestra metamus? At post multa alia ad hoc adducta propositum concludit his verbis: *Ita & dominus ordinauit eis, qui euangelium annuntiant.* Eandem etiam sententiam breuius literis mandauit, quas prius misit ad thimotheum: Quare longe illi falluntur, qui asserunt simoniacos esse concinatores, qui pro concionibus honesta præmia suscipiant: aut illis mouentur. Qua de re poteris videre censuram facultatis theologicæ Parisiensis, quam ad plenam scribit Claudius Guillaudus in commentariis in caput nonum epistolæ prioris diui Pauli ad Corinth.*

<sup>i</sup> *Principem magorum, incantatorum Chaldeorum & aruspicum.* Pro principe vertunt quidam *amistim.* In Chaldo est *Ῥαβ.* Quod vocabulum est etiam Hebræicum, significatque principem præcipuum, inclytum magnum, multum, magnamque propugnatorem, qui inter alios eminet, & illustribus laudibus celebratur. Eo vertitur Esa 19. pro quo Latinus noster interpretis verti propugnatorem. Mitter eis saluatorem & propugnatorem, *Et Is. Thronor. i.* Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? *Vbi pro plena est in Heb. hoc idem vocabulum Rab.* Poterat verti: *Quomodo sedet sola ciuitas magna populo, vel inclyta populo.* Hoc est, quæ fuerat magnitudine ac frequentia populi illustris. Et Dauid psal. 3. *Multi insurgunt aduersus me: multi dicunt animæ tuæ non est salus ipsi in Deo eius.* Quæ verba possunt etiam ita verti: *Principes insurgunt aduersus me: magnates dicunt animæ meæ: non est salus huic in Deo eius.* Principes & magnates vocat Absalonem, & præcipuos, qui sequuntur eum, & ab ipso Davide defecerant. Hi prius ac iustum regem capite ac opibus accerrimè oppugnabant, eumque videntes eiectionem à ciuitate, asserbant esse diuino auxilio penitus destitutum. Principes etiam in literis diuinis vocantur. Apostoli, qui omnes nationes sancta religione

1. Re. 16.

1. Re. 17.

gione imbuerunt, & per cunctas mundi oras Christi Euangelium propagarunt. Et quoniam hi loco patriarcharum & diuinarum vatum successerunt, ait diuinus Psaltes cum Ecclesia loquens. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Hi qui in familijs eminent honore inter alios, principes dicuntur: ut psal. 67. Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthalim. Vel ut transferre possumus ex Hebræo: Optimates Iuda, duces eorum: magnates Zabulon, incliti Nephthalim. Gentium etiam philosophi & oratores principes vocantur ut cap. 2. prioris ad Cor. Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam verò non huius seculi, nec principum huius seculi, qui destruuntur. Ideo eos ait destrui: quia cum corruerent fide, seque contaminarent vitijs, in æternos Inferorum ignes relegabantur. Vel qui destruuntur, hoc est, qui euanescent quorum gloria simul perit cum vita: aut certe sensim obscuratur: & ad nihilum recidit. De quibus paulo post subdit: Quam nemo principum huius seculi cognouit. Chrysostomus tamen per hos mundi principes intelligit Herodem, & Pilatum, & Iudæorum magnates. Princeps pacis est Christus Deus noster apud Esa. 9. qui a diuo Petro in priore sua Canonica vocatur princeps pastorum: & a diuo Ioanne in Apocalypsi princeps regum terræ. Præterea principes sacerdotum vocabantur sacerdotes illi, qui alios honore, scientia, & dignitate anteibant: apud Matt. 2. Congregans, nimirum Herodes, omnes principes sacer-

dotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Et ad Marcum capite secundo: Nunquam legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit: & eduxit ipse, & qui cum eo erant: quomodo introiit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit. Hac historia narratur libro 1. Regum cap. 21. At sacerdos ille vocabatur Achimelech, ut ibi ostenditur. Secunda est inter hos duos locos discrepantia: Nam sacrosancte erat binomius: appellabatur enim Abiathar & Achimelech: quemadmodum multi alij, qui erant duobus signati nominibus: ut constat ex infinitis diuinarum literarum locis. Vel Achimelech erat sacerdos, Abiathar autem princeps sacerdotum. Et quia cap. 22. lib. 1. Reg. dicitur Abiathar sacerdos filius esse Achimelech, qui Abiathar alijs sacerdotibus fugit, & euasit, existimo eos ambos fuisse principes sacerdotum. hoc est primarios inter illos, cum Dauid panes propositionis comedit. Vt autem hæc immueretur dictum sui primo Reg. euenisse illud sub Achimelech sacerdote: & secundo Marci, sub Abiathar. Sed qualibet Regum dicitur Achimelech sacerdos, apud Marcum autem Abiathar princeps sacerdotum, possumus illos duos locos conciliare, si dicamus unum loqui de sacerdote, alterum de principe sacerdotum. Aspicis igitur principem varie accipi in diuina scriptura: hoc autem Danielis loco principem magorum eum esse, qui inter eos principatum tenebat: & celebrare nominis amplitudine celebrabatur.

O rex Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem a dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei vniuersi populi, tribus & linguæ tribuebant, & metuebant: eum. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui: & gloria eius ablata est: & a filijs hominum eiectus est. Sed & cor eius cum bellis positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoque ut bos comedeat: & rore cæli corpus eius infectum est: donec cognosceret, quod potestatem haberet altissimus in regno hominum: & quemcumque voluerit, suscitabit super illud. Tu quoque filius eius Balsasar non humiliasti cor tuum cum scires hæc omnia: sed aduersus dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus Dei allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis. Deos quoque argenteos, & aureos, & areos, ferreos, ligneosque, & lapideos qui non vident, nec audiunt, nec sentiunt, laudasti. Porro Deum, qui habet statum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est: Mane, thecel, phares. Hæc est interpretatio sermonis. Mane, numerauit Deus regnum tuum, & completum est illud. Thecel, in appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & persis. Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura: & circumdata est orquis aurea collo eius. Et prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo: & eadem nocte interfectus est Balsasar rex Chaldeus. Et Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos.

a Dedit Nabuchodonosor patri tuo. Dedit ei Deus imperium Orientis: voluitque, ut multi ei subicerentur reges: ut Ieremias capite 27. prædixerat. Deus enim est, qui regna distribuit, & impertit. Nam de illo ait ita Daniel capite secundo: Ipse mutat tempora & atates: & transferi regna, atque constituit. Et ut ait apostolus tertio decimo ad Romanos: Non est potestas nisi a Deo: qua autem sunt, nimirum potestates, a Deo ordinata sunt. Regna, principatus & dignitates tribuit Deus iusto, & occulto suo iudicio aliquando viris prudentia præditis, iustitiam & pietatem colentibus: aliquando stultis, & tetriss, scelerumque maculis contaminatis. Bona fiunt ab illo, a quo etiam mala pœnæ dantur, & mala culpæ permittuntur. Non est malum in ciuitate, quod Deus non fecerit: ait Amos capitulo tertio. Quod intelligitur de malo culpæ permissiue, de malo pœnæ actiue. Castigat nos Deus, quia ita expedit iustitiæ eius, & nobis. Nihil impij principes agunt in subditos nisi Deo volente: sub cuius prouidentia om-

nia cadunt. Imò calamitates & iniuriæ quibus improbi viros probos opprimunt, & affligunt, Deo tribuuntur. Obrutus fere pius Dauid ærumnarum fluctibus, quibus eum impius Saul agitabat, eos ad Deum his verbis referebat, Super me confirmatus est furor tuus, omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominatione sibi. Et paulò post: Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. Amici eum in calamitatibus dereliquerunt, & fugerunt: ille autem hoc tribuit Deo, qui illud quatenus pœna erat, voluit, quatenus peccatum, permisit. Id quod nos habemus: Posuerunt me abominatione sibi: vertit Hieronymus. Posuerunt me abominationem ipsius. Quod ad sententiam nostram non parum cõducit. Ita etiam trãtulit Felix. Id autem quod nos habemus: & notos meos a miseria: hoc est, præ acerba miseria: vertit Hieronymus: Notos meos ab infirmitate. Quod potest etiam verti: Et notos meos in caligine: ac si dicat: Qui me amicitia cõprehendebant,



debant, vidētes in me iactas iniurias ab inimico meo, à quo affligor, nō prodeūt in lucē, vt mihi opēferāt: sed in domicilijs suis delitescunt. Et tu Domine illos tāquā tenebris obductos ab oculis meis remouisti. Magna profectō, & intoleranda calamitas in calamitatibus carere amicorum consolatione, & ab ipsis destitui. Eius vim & acerbitem illi solū intelligūt, qui experti sunt: quos in ærūnis & gemitibus versatos: horribili calamitatū tēpestate iactatos, ab inuidis ac sceleratis iniuste afflictos, vndis rerū aduersarū penē obrutos, amicis partim deseruerūt partim prodiderūt. Furtim abstulerāt Sabæi & Chaldæi boues & camelos Iob: & ipse aiebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit*. Affligebant eum non solū hostes, sed etiam amici, ipse autem omnia hæc attribuens Deo aiebat: *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris*. Eam ob causam cum nos viderimus periculis expositos, & in acerbas angustias adductos, ad Deum debemus confugere, eum assiduis precibus vrgerē, in ipso spem salutis reponere, nec in summa desperatione desperare. Quoniam qui nos mœrore profligatos proijcere videtur, ipse nos cōsolabitur: & afflictis eius auxilium implorantibus solatium præbebit. Ipse enim ait apud Esaiam capite 45. *Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum*. Idē dicamus cum Iob capite decimo septimo: *Post tenebras spero lucem*. Et cum Dauide Psalmo 70. *Ego autem semper sperabo*. Et cum Sara apud Tobiam capite tertio: *Non delectaris Domine in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis: & post lachrymationem & fletum exultationem infundis*. Ipse est, à quo cuncta procedunt. Id voluit Deus significare scala illa, quam ostēdit Iacobo cælum & terram attingentē: per quam omnia à cælo veniunt ad terram. Vt intelligeremus hæc inferiora à superioribus pendere: & à Deo regna constitui, dari; auferri, distribui, mutari.

**b** *Et propter magnificentiam quam dederat ei*. Id est, propter principatum, & amplitudinem, & diuitiarum affluentiam. Hoc dat Deus nonnullis impijs aliquādo: pijs autem tribuit humiliatē, abiectionem & paupertatem spiritus: quæ sunt multò tutiora & præstantiora bona. Vide quot diuitias Deus dedit Balsafari, & quid detrimēti illi attulerint. Si non fuisset diues, non tot haberet vxores & concubinas, non tam splendidum & superuacaneum conuiuium pararet, non ad illud vasa diuino cultui dedicata afferret, nō denique tam infami morte suum diem obiret. Id quod ait Salomon Prouerbiorum decimo: *Non affliget Dominus fame animam iusti: & insidias impiorum subuertet*: potest etiā transferri ex Hebræo: *Non opprimet Deus fame animam iusti: & propter diuitias impios subuertet*. Quibus verbis voluit innuere esse multis diuitias mundi exitij causam. Idē Dauid Psalmo 61. *Diuitia, inquit, si affluent, nolite cor apponere*. Et Christus apud Matthæum quinto, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum*. Felices illi qui possunt dicere cum Apostolis: *Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te*. Qui diuitias terræ pauperibus distribuunt, veras diuitias inuenient in cælo. Vt aque ad loca ima descendunt, eaque irrigant, & frugifera reddunt: sic opum affluentia debet in pauperes & abiectos deriuari, eoque consolatione permulcere. Et ita non nocebit, sed proderit. Vnde Dauid psalmo centesimo vndecimo: *Dispersit, inquit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi*. Et Ecclesiasticus 7. *Pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua*. Et Salomon Prouerbiorum vigesimo octauo. *Qui dat pauperibus, non indigebit*. Et Dominus Iesus Matt. 19. *Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo*. Sed quia Balsasar diuitias non indigentibus tribuebat, sed magnatibus & concubinis, quibus splen-

Iob. 1.

Iob. 13.

Gen. 28.

Luc. 6.

Matt. 19.

Similitu.

do.

didum conuiuium parauit, fuit iuste regno simul ac vita priuatus: eiusque splendor extinctus.

**c** *Quando autem eleuatum est cor eius*. Id est, cum autem animus eius fuit superbia elatus, & confirmatus, amisit regnum & principatū. Superbus cadit: humilis autem nō habet, vnde cadat. Eam ob scriptū est Prouerbiorum 29. *Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritus suscipiet gloria*. Hoc est, superbia deijcit hominem: humilitas autem spiritus gloria potietur. Id significauit Christus, cum dixit: *Qui se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur*. Et sanctissima semper virgo mater eius: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*. Et Iacobus Apostolus: *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos*. Vt fortissima pinus insigni proceritate, quia vento ac procella resistit, radicibus euellitur, aut frangitur: arundo autem quia quo pellitur, inclinatur, & vergit, manet incolumis: sic superbus etiam sit diuitiis cumulatus, tamen quia elatione erectus nemini vult cedere, turbine afflictationis extirpatur, & deijcitur: humilis autem quia quacunque calamitate mouetur propendet, & rerum aduersarum vndis videtur locum dare, integer perseverat: & procella transacta erigitur. Id voluerunt significare principes illustri familia Columnarum in Italia, qui pro armis & insignibus sumserunt frutices aquaticos viriditate conspiciendos, qui fluminis impetu ac fluctibus exagitati flectuntur, sed non infringuntur, nec infirmantur: cum hac litera: *Flectimur, non frangimur*. Viri enim sapientia & animi fortitudine præstantes possunt calamitatibus angī, & cedere temporī: sed nulla delentur procella, nulla vi tempestatum euelluntur.

**d** *A filijs hominum eiectus est*. Hoc est, ab hominum confortio, & societate fuit expulsus. Hæc, est quæ sequuntur, fuerunt capite superiore explanata.

**e** *Non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia*. Quam ob causam maius supplicium merebatur, quam auis eius: quoniam exemplum quod Nabuchodonosorem deficiebat, ei simili in statu non defuit, quod proponere sibi poterat, si vellet.

**f** *Sed aduersum dominatorem celi eleuatus es*. Hoc est, nō solū aduersus homines, sed etiam aduersus Deum celorum dominum te ipsum extulisti. Intuere quam liberè & audacter Daniel regem reprehendenter: quia quæ in crimen vocabat, obiurganda ducebat. Virium principis non est silentio prætereundum tempore opportuno & debito: cum prudentia tamen, & cautela, & vrbantate. Eodem modo Nathan obiurgauit regē Dauidem: Esaias Ezechiam. Daniel Nabuchodonosorem & Balsarem: vt literæ diuinæ testantur.

**g** *Et optimates tui*. Id est, nobiles & magnates. Mirum videtur non fuisse inter mille illos magnos virum, qui regi suaderet, ne tam impiū facinus admitteret. Quæ admodum chamæleontes mutant colores ad rem visam: sic magnates regem sibi proponunt, quem sequantur: cuius mores imitentur. Fortasse non solū illi regem non deterruerunt à crimine tam nefario: sed etiā eius scelus & audaciam laudarunt. Cum rex illè adulationibus delectaretur: quid mirum erat famulos habere adulatores? Nā vt cap. Prouerbiorum vigesimo nono scriptum est: *princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios*. Vbi per verba mendacij intelliguntur adulationes: & per ministros impios famuli assentatores, omnia ad voluntatem loquentes, nihil ad veritatem. Sunt tamen nonnulli, qui cum sint assentationibus imbuti, nihilque eis sit antiquius, quā alios decipere, & adulari: ostendunt tamen interdū libertatē monēdi, vt tunc tutius blāditur: cum amici, & censores videtur. Et hoc est pestilētissimū assentatorū genus. Vt syluestria semina quæ figura & magnitudine accedunt ad triticū, non facile in cribro purgantur: sic adula

Mat. 23.

Luc. 1.

Iacob. 4.

Similitu.

do.

Similitu.

do.

Psal.

Similitu.

do.

2. Re. 11.

4. Re. 10.

Esai. 39.

Sup. 4.

Similitu.

do.

Similitu.

do.

fic adulator imitans amicum vix cognoscitur: eamque ob causam difficile ab amicitia reiicitur. Reprehendit leue aliquid, vt rutilius & libentius in grauibus adule-

*Psal. 54.* *psaltes, & ipsi sunt iacula.* Quemadmodum vile vitrum imitatur pretiosum crystallum: ita vulgaris adulator videtur aliquando verus amicus. Vt lignum putridū videtur splendere iis, qui sunt in tenebris: sic infamis assentator apparet interdum fidelis consiliarius, sed iis, qui in errorum caligine versantur, obscurus est, & videtur fulgere, adulatione vtitur, & simulat amorē.

*Psal. 2.* Ex quo efficitur, vt vitia laudibus efferantur. Ac vt ait psalmographus: *Laudatur peccator in desiderijs anime sue, & iniquus benedicitur.* Vnde Salomon Prouerbiorum primo. *Fili mi, inquit, si te lactauerim peccatores, ne acquiescas eis.* Et Esaias tertio: *Popule meus quis te beatum dicunt, ipsi te decipiunt: & viam gressuum tuorum dissipant.* Quare cauendum est, ne adulatoribus patefaciamus aures, quoniam assentationibus facile decipiemur. Est enim adulatio fallax sub specie amicitiae deceptio, qua adulator hominum fauorem, & propriam præ tendit aucupari vtilitatem. Id intelligens Hieronymus: Nihil, inquit, tam corrumpit mentes hominum, quam adulatio: plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris. Vt oleum fictilia vasa quamuis dura penetrat, & inficit, cum ipsum sit blandum ac lene: sic adulatio corda eorum quibus blanditur, quamuis aspera corrumpit, & perfundit, cum ipsa sit suavis & iucunda. Eam ob causam David: *Corripiet me,* inquit, *ne stus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum.* Malebat rex iustus à viris obiurgari iustitia & pietate præstātib, quam ab impiis oleo adulationis deliniri. Vt oleum præbet nutrimentum flammis, vt Beda vtat similitudine: ita adulatio peccatis. De adulatore hominem vanum nomine Ægypti significatum oleo adulationis fallente. ita Oseas capite duodecimo: *Tota die mendacium & vanitatem multiplicat: fœdus cum Assyrijs inuit, & ferebat oleum in Ægyptum.* Assyrij fuerunt quondam diuites, & Ægyptij vani: & cum huiusmodi hominibus se coniungunt adultores, & ad eorum se applicant familiaritatem. Ac illis quos laudant pleno ore, perniciem aliquando machinantur. Vt apes in ore ferunt mel, & in cauda aculeum: sic adultores in ore habent dulcedinem blanditiarum, retro verò fraudes & dolos. Sunt similes scorpionibus, qui blandiuntur facie, cauda verò feriunt, & occidunt. At neminem magis lædunt adultores, quam seipos: nam vt capite sex todecimo Sapientia scriptum est, *homo per malitiam occidit animam suam.* Si peccant grauius occultantes veritatem, quā non debent silentio præterire: quanto grauius, qui fallunt blanditiis, & obiurganda vitia laudibus efferunt? Nam vt ait ad Casulanū diuus Augustinus: *Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei supra se prouocat: quia magis timet hominem, quam Deum.* Quæ verba sunt in sacros canones relata II. q. 3. Quisquis: Hugo de sancto Victore iis verbis adulatorem describit. Est amicus in obsequio, hostis in animo. comptus in verbo, turpis in facto, lætus ad prospera, fragilis ad aduersa, facilis ad humana, difficilis ad honesta. Nisi principū fauorem & diuitias cuperent homines, non illis blandirentur. Id indicauit Diogenes, vt refert Valerius Maximus libro quarto: nam cum ei Siraculis olera lauanti Aristippus dixisset: *Si Dionysium tyrannum adulare velles, ista non comederes.* Imò, inquit, si tu ista edere velles, Dionysium tyrannum non adulares. Hæc est causa, quare principes multos habent assentatores. Vnde Seneca in libro de beneficiis: *Monstrabo, inquit, tibi cuius rei inopia laborent magna fastigia: & quid possidentibus*

*omnia desit: scilicet qui dicat verum.* Vnde vna contentio est, quis blandius fallat. Quare non est mirandum inter magnates regis Balsaris nullum inuentū esse, qui illum ab impiis sceleribus deterreret, & reuocaret. Sed quemadmodum ceruus suauitate fistule concinnè & modulatè sonantis mulcetur, & ad stuporem vsque delectatur: ita vt incauto illi à seque alienato inferatur à venatoribus mors: sic ille adulatorum blanditiis ac falsarum laudum musica delinitus tanto stupore tenebatur, vt perniciem non aspiceret, quam eius hostes sibi ipsi moliebantur.

*h. Porro Deum qui habet flatum tuum in manu sua.* Cum falsos & commentitios deos celebras, summisque laudibus efferres, verum Deum in cuius potestate est vita tua, & quicquid cogitas, loqueris, & agis, nō laudasti, nec metuisti. Per flatum intelligitur vita, aut spiritus vitalis, aut virtus respirandi, in qua vita conseruatur. Hæc quemadmodum alia sunt in potestate Dei & ipse ea impertit. Vnde Esaias cap. 42. *Hæc dicit dominus Deus dans flatum populo: hoc est, qui tribuit hominibus vitam, ac vim respirandi.* Cum autem hoc sit nō solum in theologia, sed etiam in philosophia perspectum, intoleranda profectò est mortalium inscitia, qui cum à Deo vitam, motum, spiritum, & esse habeant, ad illum minimè aspirant, nec eius nomen contemplantur. Quemadmodum in quocunque opificio opus artificii magis quàm instrumento tribuitur: sic etiam actio nostra potius est Deo, quàm nobis qui eius instrumentum sumus tribuenda.

*i. Et omnes vias tuas.* Hoc est, omnem tuam viuendi rationem, & omne vitæ tuæ institutum. Eodem modo accipitur via primo psalmo: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.* Ac si dicat diuinus psaltes: *Felix est vir ille, qui eorum fugit consilia, qui nefariis sceleribus contaminati, solent alios à iustitia & pietate, cæterisque virtutibus abducere: eorumque institutum & modum viuendi declinat.* Tunc in via peccatorum non stamus, cum nefariam vitæ rationem euitamus: & peccantes resipiscimus, veramque pœnitentiam agimus. In hunc modum accipitur via multis in locis diuinarum literarū: vt Genesio sexto capite: *Omnis caro corruerat viam suā.* Psalmo I. *Nonit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.* Hoc est approbat Deus rationem viuendi vitæ virtute præstantium, sceleratorum autem detestatur: porro illi vitam consequentur æternam: isti verò peribunt, in ignes æternos relegabuntur. Ideo dicebat idē psalmographus psalmo I. 8. *Deduc me in via æterna.* Et psalmo 145. de Deo loquens: *Vias peccatorum disperdet.* Et Salomon Prouerbiorum tertio: *Via eius,* nimirum Christi, *via pulchra & omnes semite eius pacificæ.* De quibus ait Esaias capite secundo: *Docebit nos vias suas:* Et quadragesimo: *Vox clamantis in deserto: parate viam domini.* Via iustorum est via vita impiorum autem mortis. Vtramque nobis proponit Deus, bonam, vt eam accipiamus: malam, vt detestemur. Ipse enim apud Ieremiam vigesimoprimum: *Ecce ego,* inquit, *do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.* De via vitæ ait Christus Deus noster capite septimo euangelij authore Matthæo: *Stricta est via, que ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt illam.* De via verò mortis ait eodem loco: *Spatiosa via est, que ducit ad perditionem: & multi sunt, qui inirant per eā.* Et quoniam siue per vnam, siue alteram ambulemus, semper in potestate Dei sumus: ait de illo Daniel Balsaris: *Qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas.*

*k. Missus est articulus manus.* Id est, missa est particula manus. Erat effigies manus truncata à brachio, habetis solum digitos. Quidam per articulum intelligunt digitos, vt sit singularis numerus pro plurali,

*Mane,*

I *Mane, Thecel, Phares.* Primum vocabulum significat numerum: secundum appensionem tertium diuisionē. Sensus est: Numerauit Deus dies regni tui, & inuenit adesse finem eius. Appensa sunt in statera diuinæ iustitiæ opera tua bona & mala, & multò plura sunt mala, multoque maioris ponderis, quam bona: quã ob causam non mereris regnare, nec viuere. Ideo diuidetur regnum tuum: auferetur à te: & dabitur extraneis: Vbi nos habemus: Et Cõpleuit illud, habent nonnulli: Et ad finē adduxit illud. Sed in idem recidit vt sit sensus: Numerauit tēpus regni tui, & deprehēdit illud esse cõpletum. Pro eo quod nos habemus: *Et appensus es in statera:* habēt alij: Et ponderauit te in bilance, & inuentus es diminutus in pondere. Cõparat regē vanum, & indignū regno cū moneta leuiore, nō habente totum suum pondus. Quando enim numum aureum reiicimus, dicimus eum non esse ponderis.

n *Appensus es in statera.* Statera Dei est eius iudicium, & examen æquitatis & iustitiæ: vt apud Iob capite sexto: *Vinam apprehenderunt peccata mea quibus iram metui: & calamitas quam patior, in statera.* Ac si diceret: *Dicitis o amici mei, me peccatis meis id exigentibus hisce erumnis premi: sed lōge famillimi opinione.* Quapropter vellē ego, vt peccata mea in altera parte trutinæ, in altera verò calamitates meę ponerentur: nam re examinata videritis has meas ærumnas veluti arenam matis super meorum peccatorum merita ponderare. In hanc sententiã interpretatur Philippus presbyter hunc locum Iob. In eandem significationem accipitur statera apud eundem Iob capite 31. cū ait: *Si ambulamini in vnitare: & festinauit in dolos pes meus, appendat me in statera iustitiæ.* Et capite 16. Proverbiorum: *Pondus & statera iudicia domini sunt.* Statera idolosa est iudicium corruptum, non tribuens vnicuique quod suum est. Ita accipitur apud ose, duodecimo: *Chanaam in manu eius statera dolosa.* Solebant enim Chananæi fraudibus vti: & iustitiã deprauate. Loquitur diuinus vates de Ephraim, quem obiurgat: & comparat Chananæis in filelibus, vastis, ac veteratoribus: Sed quia Chanaam significat etiam mercatorem, potest verti locus ille *Instar mercatoris in cuius munu est statera dolosa.* Vt sit sensus. Ephraim vtitur calumniis & fallaciis & iniustitiã: quare similis est mercatori trutina dolosa ponderanti, fraudibus ac præstigijs vtenti. Huiusmodi sunt illi, de quibus diuinus psaltes: *Mendaces, inquit, filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Hoc est, fallaces sunt homines in stateris: nam se vicissim ac mutuo decipiunt. Possunt etiam verba hæc in hūc modum transferri: *Mendaces filij hominum si in stateris ponantur, ipsi periter leuiores sunt vanitate.* Hac elegantia hyperbolica vtitur diuinus psaltes ad exaggerandam mortalium insaniam & vanitatem: qui in altera stateræ lance constituantur, in altera inanitas, ea sine dubitatione præponderabit. Accipitur etiam apud externos philosophos statera pro æquitate. Vnde Pythagoras, *Stateram:* inquit, ne transgrediare Hoc est, iustitiã quæ in æqualitate consistit, ne pertranseas. Meminit huius sententiæ Cyrillos Alexandrinus libro nono contra Iulianum: & Diogenes Laetius in vita Pythagoræ. Erat enim quondam statera symbolum æquitatis & iustitiæ. Ex quo effectum est, vt de homine æquitatem & iustitiã colente diceretur in trito illo vetustate proverbio à Doricis sæpe vsurpato: est iustior statera. In hunc modum interpretatur Demetrius Bizantius apud Athenæum libro Dipnosophistarum decimo. Et quoniam æqualitas nec seueritatem nimiam diligit, nec pietatē nimiam: sed medium tenet: ideo astrologi signum libræ seu stateræ terræ inter scorpionem & viginem in cœlo collocarunt. Per scorpionem enim asperitatem immoderatam

Psal. 61.

intelligebant: per virginem verò nimiam ac extra modum pietatem: in quarum medio æquitatem constituebant. Romani veteres æquitatem colebant pro dea eique templum in honorē Iulij Cæsaris, vt Dion Cassius libro quadragesimotertio ait edificauerunt. Æquitatis autem imago erat virgo quædam tenens sinistra hastam, dextera iustam stateram, vt videre licet in numis Sergij Galbæ, & vuellij, & vespasiani. Omnes enim hi imperatores significare volentes se esse æquitatis studiosis, eam in numis sculperē fecerunt: vt constat ex libro imaginum & numismatum omnium Cæsarum, quem edidit in lucem, Antonius Zantanus comes, vbi nouissima hæc depicta sunt. Sed non intelligas doctis, nobilibus & plebæis, robustis & debilibus, virtute præditis & scelere imbutis esse omnia æqualiter exhibenda. Nā æqualitas iste, vt ait libro secundo de legibus Plato, summa esset inæqualitas. Sed vnicuique est pro eius merito & dignitate tribuendum. Quemadmodū qui multis gladius diuersarum formarū & magnitudinem æquales inter se omnino faceret vaginas, meritò exhiberetur, quia æqualitate illa nihil esset in æqualius: si qui multis differentibus meritò æquale premiū tribueret, esset absque dubio inæqualis: & non posset iustam hominum reprehensionem euitate. Princeps debet omnibus consulere, sed pro cuiusque merito & dignitate. Vt punctum quod centrum vocant, est in medio spheræ ab omnibus eius partibus æqualiter distans, à quo omnes lineæ ductæ in orbē, quem circulum & circumferentiam appellant, sunt æquales: sic qui rempublicam gubernandam susceperunt debent in medio consistere, omnibusque æqualitatem seruare. Et ita cuiuslibet eorum poterit illud psalmsi quadragesimi quarti accommodari: *Virga æquitatis virga regni tui.* De viro iusto ait dominus apud Masachiam capite. 2. *In pace & æquitate ambulauit mecum.* Et quarto proverbiorū: *Ducam te per semitas æquitatis.* Hæc autem æquitas significatur per stateram: de qua scriptum est capite decimonono Leuitici: *Statera sit iusta & æqua sint pondera.* Quæ verba diuus Hieronymus in commentariis in caput 45. Exechielis, ait esse intelligenda non solum in commerciis & vsu vitæ quotidianæ, sed in seruanda iustitiã & æquitate, quemadmodum verba eiusdē diuini vatis inducentis Deum ita in eodem capite loquentem. *Statera iusta sit vobis* At cū statera iustitiã quæ in æqualitate consistit, vt ostēdimus, significet, miraberis fortasse, cur diuus Ioannes capite sexto Apocalypsi dicat se vidisse diabolum super equum nigrum, & habuisse stateram in manu sua? Equus piger est impiorū calliditas, vmbri ac tenebris cooperta, in quibus est dæmon, eos ducens quod vult. Sed nulla te teneat admiratio: nam diabolus stateram habet, non quod illa vtatur, sed quod videatur vti. Explicās diuus Augustinus locū illū homilia quinta & sexta in Apocalypsim: *Libram, inquit, habet in manu sua, id est, examē æquitatis: quia dū fingit se iustitiã tenere, per simulationē lædit.* Vnde hypocrytæ dæmonis discipuli simulatione virtutis cū maximè decipiūt, id agūt, vt pij ac iusti videantur. Eruditi artificio simulandi stateram ostendūt iustitiã & æquitatis virtutis significatricē cū nihil minus habeant. Virtutibus carent, vmbri tantum, veditatione & ostentatione vtūtur. Vera iustitiæ statera eorū est, qui nec inanē rumorē volunt aucupari, nec vmbra falsæ gloriæ consecrari, nec honestis solum imaginibus vti: sed simulationem fugientes, quæ fallaciter imitando adultera naturam boni iustitiã colunt & pietatem: qui denique in corporibus humanis vitam cœlitum imitantur. At iustissima statera nunquam errans est æquitas diuina, & examen iustitiæ Dei: de quo ait Dauid psalmo decimo: *Iustus domi-*

Similitudo.

Similitudo.

Psal.

Psal.

Similitudo.

nis, & iustitiam dilexit: equitatem videt vultus eius. Et psalmo 110. *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi, facta in veritate, & equitate.* Et Psal. 97. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in equitate.* Et diuus Paulus cap. 2. epistolæ ad Romanos. *Redant vnicuique secundum opera sua.* Iustissimam enim & fidelissimam habet statueram, in qua Balsafaris vitam & merita ponderauit. **n** Et datum est *Medis & Persis.* Medi & Persæ oppugnaverunt Babylonem, & tandem expugnaverunt, & totum Babyloniorum regnum occuparunt: & tamen dicitur datum illis esse. Deus enim illud a Balsafare abstulit, & ad hostes illius trātulit. In exercitu erat Darius rex Medorum, & Cyrus rex Persarum: ideo ait Daniel, *Datum est Medis & Persis.*

**o** *Tunc iubente rege.* Audiuit aduersus se vaticinationem rex Balsafar: & nihilominus iussit præmium solui Danieli, quod illi promiserat. Fortasse existimauit, longo post tempore ea ventura. Aut dum diuinum vatem honoraret. Speraui se veniā consecuturum. Aut eam ob causam iterit promissis, quia intellexit proprium esse regis veritatem seruare. id intelligens rex David cum Deo loquens: *Ne auferas,* inquit, *de ore meo verbum veritatis vsquequaque.* Siman dius rex Aegypti sepulchrum sibi fecit magnificum, in quo erant statuæ eos representantes, qui de rebus dubiis disceptabant, & in iudiciis sententias ferebant: in quarum medio erat statua principis, cuius à collo suspensa veritas pēdebat, in quam ipse oculos ad alia subclausos coniciebat, librorum cumulo circumstante. Hæ imagines præ se ferebant, iudices integros esse oportere, sed regem præcipue, qui solam deberet intueri veritatem. Antiquitatem hanc narrat Diodorus Siculus libro secundo Bibliothecæ. Sed quid dicam principes? Imò oportet omnes homines esse simplices, & apertos: sed & prudentes, veritatis cultores, mendacij ac fraudis inimicos. Veteres cum veritatem significare volebāt, verbaque ab animo non discrepare, pingebant pomū Persicum cum folio quodam adhærescente: nam per pomum illud intelligebant cor, per folium vero linguam, quæ debet esse cum corde coniuncta, ab eoque nullo modo abhorre nec dissentire. Per solem etiā veritatem significabant: & res apertam veritatem continentem, affirmabant esse luce meridiana clariores. Vnde Pythagoras monebat, neminem debere loqui faciem habentem aduersus solem, hoc est, contra veritatem. At hodie, vt verbis vtat diuini psalms, *Diminuta sunt veritates à filiis hominum.* Sed vt in libro tertio.

Psal. 17.

Esdrae capitulo quarto scriptum legimus: *Veritas manet, & inuallescit æternū.* Magna est vis veritatis quæ contra hominum ingenia, calliditatem & solertiam facile se per seipsam defendit. Quare est summopere diligenda. Vnde Hieronymus in epistola ad Celerantiam: *Tantus, inquit, in te sit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes.* Et tamen pro veritate in calamitates incidamus, non debemus ab ea deterreri. Nam, vt ait libro Moralium decimo diuus Gregorius Bonorum mens quod duriora pro veritate tollerat, eò æternitatis præmia certius sperat. Ideo potest hac in re felix appellari: quod homini mendaci haud potest conuenire. Vt ciuitas in seditione non potest esse beata, nec in discordia dominorum domus: sic homo à seipso dissidens, qui aliud sentit, aliud loquitur: in quo os & animus discordant nullam gustare partem tranquillitatis & huius vitæ beatitudinis poterit. Est igitur veritas dicenda & seruanda, & promissis stādum: nisi dolo deceptus, aut metu coactus promiseris aut quæ promissisti, perniciose esse intellexeris.

**p** *Qui haberet potestatem tertius in regno.* Potest verti ex Chaldæo. Quod futurus esset dominus tertius in regno, Particula, *suo,* non est in Chaldæo: nec in bibliis Latinis correctioribus.

Similitudo.

**q** *Eadem nocte interfectus est Balsafar rex.* Ionas nuntiavit euerisionem Ninuitis: qui penitentia Deum placarunt: & incolumes euaserunt: Balsafar autem noluit penitentiam agere: & eadem nocte fuit interfectus. Si ad verum Deum toto animo confugisset: consequeretur salutem: si non corporis, certè animi. Ipse Deus ait apud Zachariam primo: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Et apud Ier. 3. *Conuertimini iherusalem reuertentes, & sanabo auersiones vestras.* Et apud Mala. 3. *Reuertimini ad me: & reuertar ad vos.* Id est quod aiebat Ioannes Baptista apud Matt. 3. *Penitentiam agite, appropinquauit enim regni cælorum.* Ac si diceret: *Conuertimini per penitentiam ad Christum: & ipse qui est regnum cælorum, suscipiet vos.* *Appropinquauit.* Dixit de præterito, vt eius quod diceret, certitudinem significaret. Nonnulli codices habent, *appropinquabit:* Ex Græco potest transferri: In propinquo est regnum cælorum. Esse autem Christum regnum cælorum, indicat ipse, cum ait apud Matt. 13. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.* Est enim Christus cum thesauro comparatus, quia est summum bonum in quo vt ait cap. 2. ad Col. apostolus, *sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi.* Hæc autem penitentia est conuersio ad Christum cum animi dolore & contritione: iuxta id quod ipse ait apud Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & ssetu, & planctu.* Et *scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Ita illud diui Petri Actorū secundo intelligitur: *Penitentemini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Vt ad euellendam radicem plantam euellitur etiā atque scinditur terra sit ad auferendum & delendum à corde mortiferum crimen, debemus præ disciplicentia cor ipsum quodammodo conterere, & infringere: vt Ioel. 2. illud in nobis expleatur: *Scindite corda vestra.* At rex Balsafar non scidit cor suum per penitentiam: sed fuit illi scissa vita simul cum regno. Iosephus Gorionides, & Saadias historici Hebræi aiunt fuisse Balsafarem à quodam ex custodibus suis nocte illa per insidias interfectum: alij fuisse nocte illa expugnatam urbem: & Balsafarem ad summā mundi gloriam florentem ab hostibus morte mulctatum. Non die mortuus est, sed nocte, quia tenebris circumfusus, æquum erat vt in tenebris animam exhalaret.

Iona. 3

**r** *Et Darius Medus successit in regnum.* Duces belli erant vt diximus, Darius Medus, & Cyrus Persæ. Sed hoc loco non fit mentio Cyri, quia erat iunior auunculo suo: erat enim filius sororis Darij: Et quia regnum Medorum erat tunc maius regno Persarum illustrius, & præstantius. Ideo loquens Deus de Babylonis apud Esaiam terdecimo. *Ecce ego, inquit, suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint sed sagittis paruulos interficiam.* Et c. quinquagesimo primo: *Suscitauit dominus spiritum regum Medorum:* Id est, vnus ex regibus medorum nam proxime sequitur: *Et contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam, quoniam ultio domini est.* Fuisse autem ciuitatem illam captam nocte illa conuiuij, vaticinatus fuerat capite vigesimo primo iis verbis Esaias. *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum, pone mensam: contemplantur in specula. Comedentes & bibentes surgite principes: arripite clypeum.* Vel vt potest verti ex Hebræo: *ungite clypeum.* Hoc est, regem alterum constituite. Significari autem regem per clypeum indicat liber secundus regum capite primo vbi rex Saul appellatur clypeus fortium. Cum se Babylonii ingurgitarent in epulas accesserunt speculatores verbis clamantes: *regem ac magnates ad arma capienda mouentes.* At illi ceciderunt animo: & timore debilitati corruerunt. Et adeptus est Chaldæorum regnum Darius,

Similitudo.

Ioel. 2.

rius cui successit Cyrus, qui filios Israelis restituit, & ad pristinam dignitatem reuocauit.

1. Gloriam & honorem. Pro gloria in Græco est τιμή, hoc est, honorem, pro quo alij habent decus. Sed in idem recidunt. In chaldæo est ܠܘܪܝܢ Vicaria, hoc est, & gloriam, siue & pretium. Deducitur a verbo ܠܘܪܝܢ, quod significat honorare, & in pretio esse. Psalmo quadragesimo octavo pro vocabulo hoc Iecar transtulerunt Septuaginta interpretes pretium: quos sequitur interpres noster ita habens: Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placatione suam: & pretium redemptionis animæ suæ. Vbi per fratrem intelligitur Dominus noster Iesus Christus iuxta id quod de eo ait cap. 2. ad Hebræos diuus Paulus: Non confunditur fratres vocare eos, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Fratres vocat Christianos, ut pote filios Dei, coheredes autem suos. Vnde idem Apostolus in epistola ad Rom. cap. 8. Ut sit, inquit, Primogenitus inter multos fratres. Et ipse Christus cap. 20. Euangulij Ioannis ait Maria Magdalena: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem vestrum. Est igitur sensus illius loci psalmographi. Impi

Psal. 48. pi qui nolunt flagitium nuncium remittere, non sunt liberandi ab aliquo homine, nam si Christus eos non redemit, quis eos poterit redimere? Nemo dabit Deo quicquam, quo eum placeat, ut impium eripiat, nec pretium pro redemptione anime eius. Hanc existimo esse veram ac germanam huius loci intelligentiam. Possunt nihilominus verba hæc in hunc etiam modum ex Hebræo transferri. Fratrem non redimendo redimet homo, nec dabit quicquam pro placatione eius, quia pretiosa est redemptio animæ ipsius. Ac si dicat: Nemo existimet vi ac magnitudine diuitiarum sibi, aut suis vitæ perpetuitatem comparaturum esse, nam ita pretiosa est redemptio vitæ, ut nullo modo possit quis mortem euitare.

2. Deum qui habet statum tuum in manu sua non glorificasti. Pro flatum tuum, est in Chaldæo: ܠܘܪܝܢ Nischmerhae. Vocabulum Hebraicum est נשחם Nascham, quod significat spiritum: ut psal. 149. Omnis spiritus laudet dominum. Significat halitum: ut 3. Regum cap. 17. Erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Significat animam vt Genesis secundo. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Hoc est halitu suo dedit illi animam, & spiritum. Aiunt viri docti spiritum esse metem, qua homo intelligit: animam autem esse, que viuunt. Anima rationis particeps, est anima & spiritus. Dicitur anima secundum quod est sibi commune, & aliis animalibus, quod est vitæ corpori dare: & spiritus dicitur secundum quod est propriam sibi: non autem aliis animalibus, quod scilicet habeat virtutem intellectuam immaterialem. Hæc est diuo Thoma in prima parte quaestione nonagesima septima, articulo tertio idem licet verbis alijs, aut in libro de spiritus & anima diuus Augustinus. Pro inspirauit, vertunt nonnulli, insufflauit. Quo verbo, vt Theodorus, & Diodorus aiunt, non significauit Moses animam esse ex inuisibili Dei essentia, sed diuini opificij facilitatem: fuisseque animam a Deo creatam, hominique infusam. Et quia anima aliquando accipitur in sacra scriptura pro corpore animato: ideo postquam dixit: Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: adiecit: Et factus est homo in animam viuente. Vbi anima viuens aliud ibi non est, quam persona composita ex anima & corpore iuxta idiotissimum sacra scriptura. Nam cap. Gen. 2. scriptum est: Tulit Abraham uxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant in Haran: & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan. Vbi per animas factas in Haran, homines in terra illa geniti ex familia Abrahæ intelliguntur. Ita illud euangulij intelligitur Ioannis 12. Qui amat animam suam, perdet eam. Hoc est, qui seipsum proprio amore prosequitur constat in se exitium sempiternum. Accipi autem animas pro hominibus, indicat scriptura cap. 46. Genesi vbi hæc sunt verba, Cunctaque animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob

in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius, abluque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex. Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in terra Aegpti animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Vbi perspicuum est animas sumi pro hominibus: vt recte obseruauit Augustinus in quaestionibus in Genesis: & Gregorius secundo Moralium: Sed quoniam in hunc incidimus locum qui est difficilissimus: ut ille ducimus, illum explanare. Si homines qui in Aegyptum ingressi sunt cum Iacob ab eo originem ducentes, fuerunt sexaginta sex, & in Aegypto erant duo filij Ioseph, nempe Manasses & Ephraim, quomodo ait hic scriptura, fuisse omnes septuaginta. Nā si ad sexaginta sex addeas duos, sunt sexaginta octo nā autē septuaginta. Respondeū est, nec Iacob nec Ioseph includi in numero illo sexaginta sex, nec duos filios Ioseph. Nā scriptura ait fuisse sexaginta sex eos, qui egressi sunt de femore Iacob: vnde inter illos non continetur ipse Iacob, sed qui ex eo geniti sunt: nec Ioseph, quia scriptura loquitur de his, qui ingressi sunt cum Iacob in Aegyptum: ait Ioseph non ingressus est cum eo, iam enim ibi erat. Cum autem præter sexaginta sex fuerint quatuor, nimirum Iacob & Ioseph, & duo filij eius, aperte concluditur eos fuisse 70. Idem asserit diuina scriptura non solum hoc Gen. loco sed etiam cap. 1. Exod. & 10. Deuter. Sed insurgit magna & difficilis dubitatio: nam diuus Lucas ca. 7. Actor, apostolicorum inducit diuum Stephanum plenum Spiritu sancto asserentem, fuisse septuagintaquinque animas, dicens: Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Et septuaginta interpretes cap. quadragesimo sexto Gen. & cap. 1. Exodi habent, 75. animas ingressas fuisse in Aegyptum. Ac vbi communis nostra versio habet: Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in Aegypto, animæ duæ: habent illi: animæ nomen. In num. 66. concordant Septuaginta cum Hebræo, & cum paraphrasi Chaldaica, qua in omnibus his locis non discrepat ab Hebraica veritate: at postea magna videtur esse discrepantia. Sed si veritatis seriem perpendamus, inueniemus, nullam esse in his locis discordiam, nullam dissensionem. Nam veritas Hebraica numerat duos filios Ioseph: septuaginta autem interpretes præter illos duos numerant septem filios illorum nepotes Ioseph: eam ob causam aiunt filios Ioseph fuisse nouem, more scripturae, qua solet etiam ne potest filios appellare. Si autem sexaginta sex hominibus addas nouem, sunt septuagintaquinque. Et tui fuerunt in Aegypto, præter Iacob & Ioseph, qui fuerunt præcipua capita: illiusque ingressionis principes: vnus, a quo omnes genus duxerunt: alter propter quem in Aegypto habitauerunt. Itaque veritas Hebraica præter sexaginta sex numerat Iacob & Ioseph, & duos filios eius eamque ob causam concludit fuisse animas septuaginta sex numerat filios Ioseph: ideo concludit fuisse animas septuagintaquinque, præter duos præcipuos duces Iacob & Ioseph. Filij autem filiorum Ioseph per prolepsin nominantur. Diuus autem Stephanus septuaginta interpretes sequitur in oratione, quam habuit ad populum: quam diuus Lucas licet mandauit ad Actorū septimo. Cum enim scripserit Græca acta apostolorū, que ad Gentes emisit, eam secutus est scripturam, que iam fuerat Græcis diuulgata. Græcoque scripta sermone: cuius historia erat trita oratione celebrata, explanata in concionibus commemorata in iudicijs: & multis cognita & perspecta. Aspicias igitur non esse inter editionem Græcam & Hebræam aientia & negantia: sed summam concordiam, & admirabilem consensum, quem tibi pro viribus explanauit. De re hac poteris videre Hieronymum in quaestionibus in Genesis. Augustinum libro primo quaestionum in Genesis. Albinum in eundem locum, Eucherium in quaestionibus in Deuteronomium.

\* \* \*

## Argumentum capitis VI.

Cum Daniel sapientia, probitate, atque omni genere laudis vnus inter omnes emineret, fuit à rege Dario super magistratus princeps constitutus. Cum autem eius res gesta ceterorum laudibus obscuritatem attulissent, decauerunt gubernatores, qui primos ordines ducebant, eum ad exitium vocare, omni- que memoria clarissimum lumen extinguere. Quare inuidia concitati edictum aduersus illum ex cogitauerunt, eumque tanquam edicti regis violatorẽ, lese que maiestatis ream in summum capitis discrimen vocauerunt. Coniicitur iussu regis in lacum leonum ab illis dilanandus, vnde mirabiliter eripitur: illuc proiecti eius accusatores à leonibus dilacerantur. Quod admiratus rex Deum verum extulit laudibus, sanxitq; edicto, vt omnes colerent illum, cuius regnum esse æternum, quod nulla potest vetustas consumere, nulla potestas euertere, nulla temporum varietas labefaciare.

## CAPVT VI.

**A** Placuit Dario, & <sup>b</sup> constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem: & rex non sustineret molestiam. Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Vnde principes & satrapæ s quarebāt occasionem, vt inuenirent Danieli ex latere regni: nullamque causam & suspicionem inuenire potuerunt, eo quod fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri: non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes & satrapæ surrepserunt regi, & sic locuti sunt ei. <sup>k</sup> Dari rex in æternum viue: consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, & satrapæ, senatores, & iudices: vt decretum imperatorium excat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, <sup>m</sup> mittatur in lacum leonum. <sup>n</sup> Nunc itaque rex confirma sententiam & scribe decretum, vt non immutetur, quod statutum est à Medis & Persis: nec præuaricari cuiquã liceat. Porro rex Darius proposuit edictum, & statuit. Quod cum Daniel comperisset, id est constitutam legem, ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalẽ tribus temporibus in die flectebat genua sua: & adorabat, & confitebaturque coram Deo suo, sicut & antè facere consueuerat.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Placuit Dario. Hic non fuit Darius ille, quem Alexander magnus vicit, & profligauit: sed auunculus Cyri: cuius superiore capite meminimus. Credibile est fuisse huic Dario relata visionem manus in pariete scribentis, & Danielis interpretationem, & sapientiam, & virtutis præstantiam: eamque ob causam eum secum honorificè duxisse in Mediam, vnumque ex tribus principibus regni sui constituisse. Flavius Iosephus libro 10. antiquitatum in hunc ait modum: Darius Astyagis filius, qui Babyloniorum principatum destruxit cum Cyro cognato suo, annum agebat sexagesimum secundum, cum Babylon fuit in inuasa: qui tamen alio nomine vocatur à Græcis, quiq; Daniellem prophetam sumens ad se in Mediam duxit, & omni honore celebrauit. Erat enim vnus inter tres principes, &c. Hactenus ille. Probabile est abiisse Darium relicto Cyro in Chaldæa.

<sup>b</sup> Constituit super regnum satrapas centum viginti. Satrapæ sunt præfecti prouinciis, quibus rex curam regni demandauit. Vt humanum corpus distribuitur in membra: sic regia potestas debet diuidi inter præfides, & cum viris sapientibus qui rempublicam prudenter, ac iuste gubernent, communicari. Soli prudentes reges, principes, & pontifices multa inferioribus committere, vt possint ipsi altioribus præesse. Ita fecit Moses consilio Iethri: vt ipse capite decimo octauo Exodi testatur. Ad quod aliudens ait in hunc modum capite primo Deut. Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles: & constitui eos principes tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula. Apostoli, vt narrat Actorum sexto diuus Lucas, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiri-

tu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Sed attende, iuxta Mosis & apostolorum sententiam debere præfides sapientia præstare. Pontifex enim sine sapientia est sol sine luce: auis absque pluma: gubernator nauis sine gubernaculo. Vnde capite sexto libri Sap. scriptum legimus. O reges populi diligite sapientiam. Et paulò pòdit: Rex sapiens populi stabilimentum est. Et Esaias trigesimo secundo. Non vocabitur, inquit, vltra is, qui insipiens est, princeps. Et Deus apud Ier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascunt vos scientia & doctrina. Plato eas respublicas felices esse ait, vbi aut philosophi regnant, aut reges philosophantur. Eam ob causam dignitates & munera publica appellantur magistratus auctore Marco Varone: quia qui præsumt aliis, debet esse magistri: quod perfectè fieri non potest, nisi sint sapientia exculsi, & in studiis doctrinæ versati.

<sup>c</sup> Et super eos principes tres. Super centum viginti præfectos constituit rex tres præfides primarios, qui gubernacula totius regni tenerent, ceterosque principatu superarent. His reddebant alij rationem, ne rex afficeretur angore: & acerba negotiorum multitudo veterem illi animi curam molestiamque renouaret. Non quod rex otiosus esset, iners, & opere solutus: sed vt rebus arduis, excelsis, & difficilibus operam daret. Non enim decet principẽ vitam otiosam sine labore, & sollicitudine traducere: nã vt Esai. 32. ait. Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit: & ipse super duces stabit. Et Apostolus capite duodecimo ad Rom. qui preest, in sollicitudine. Et tertio prioris ad Timotheum: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Explicans Augustinus locum hunc libro decimonono de ciuitate Dei, ait ita: Apostolus exponere voluit, quid sit episcopatus, quia nomen operis

est, nō honoris. Et Hieronymus in eand. epist. *Opus, inquit, natura, non dignitatem: laborem, non delicat. Hoc acquirit pontifex & princeps. Id quo dammodo intelligens Vergilius dixit esse Achatem in diuisum Aeneae comitem: dicitur autem Achates ἀπὸ τῆς ἀχῆς, hoc est cura, quæ debet perpetuò reges comitari. Infelices illi principes, qui in otio & desidia languent, & hebescunt.*

d *Quia spiritus Dei amplior erat in illo.* Id est, quia maior gratia erat ei à Deo tributa ad gubernandum, & ad ea, quæ agenda erant, intelligendum, quàm aliis. Aliis dabat Deus spiritum ad regendum, sed ei multò maiorem. Vnde Theodoretus: *Discimus, inquit, ex hoc loco, iis quibus ad vitam ciuium instituendam magistratus mandantur, etiam si fuerint pietatis expertes, quoddam tamen sapientiæ munus ad subiectum sibi populum gubernandum diuinitus concedi. Accipitur hoc loco spiritus Dei pro virtute & gratia gubernandi. Vel ut Polych. ait pro intelligentia. Aut ut ait Theodoretus pro munere sapientiæ. Nec solum spiritu hoc, sed virtutibus moralibus Daniel præfides alios anteibat. Ut in opalo gemma admirabili multarum gemmarum dotes inueniuntur, nempe carbun culi tenuior ignis, ut verbis utar Plin. lib. 37. amethysti fulgens purpura, smaragdi virens mare: cunctaque hæc pariter incredibili mistura lucentia: sic in Daniele multorum scientiæ & virtutes eminebant.*

e *Porrò rex cogitabat constituere eum super omne regnum.* Ut esset apud Medos, quemadmodum fuerat Ioseph apud Aegyptios: cui dixit rex Pharaon: *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni folio te præcedam.*

f *Vnde principes & satrapæ.* Quibus rex præficere Danielem volebat. Duo principes, & centum viginti satrapæ, aut plerique eorum aduersus ipsam Danielem conspirauerunt, & de illius perniciæ cogitarunt.

g *Quærebant occasionem, ut inuenirent Danieli ex latere regni.* Hoc est, quærebant occasionem, ut inuenirent aliquod crimen apud Danielem, quò eum eicerent à latere regis, & ab eius familiaritate separarent. Poteris totam hæc orationem ita vertere: *Quærebant inuenire occasionem, qua Danielem ex latere regis dimouerent. Quidam per latus regis intelligunt reginam, quòd ad latus regis recumbat. Ac præfectos illos aiunt, voluisse Danielem suspecti cum regina concubitus reum apud Darium facere. Vel ex latere regni: hoc est ex parte regni: inuestigabant enim, possent ne aliquod aduersus Danielem crimen ex parte regni, seu in negotiis regni inuenire. Sed nullum inuenierunt.*

h *Et quòd fidelis esset.* Hoc est, fidelitate præditus erga regem. Vel fide formata in Deum munitus. Est autem fides, ut apostolus ait vndecimo ad Hebræos sperandarum substantiarum rerum, argumētum non apparentium. Vnde in eadem epistola capite tertio. *Participes, inquit, Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus.* Id est, si fidem Christi firmam semper habuerimus. Fides enim principium est substantiæ spiritualis, per quam spiritualiter subsistimus & viuimus. Et rectè initium dicitur, quia sicut per animæ infusionem primò corporaliter, & inesse naturæ, ut ita dicam, incipimus subsistere: sic per fidei infusionem subsistere spiritualiter & inesse gratiæ inchoamus, sine qua fide ut cap. 11. eiusdem epistolæ ait diuus Paulus, *impossibile est placere Deo.* Ut vas sine fundo perdit aquam: sic homo sine fide amittit bona opera, quo ad meritum æternæ vitæ. Quemadmodum numus non valet sine sculptu-

ra principis, ita nec bonum opus sine fide.

i *Nisi forte in lege Dei sui.* Intelligebant nihil esse, quod Danielem à diuinæ legis obseruantia deterret. Ideo decreuerunt suadere regi, ut aliquid sanciret, quod non posset absque transgressione legis Dei seruari: ut ita ostenderent Danielem regis edicto nō obedire: quam ob causam eum ad exitium vocarent.

k *Tunc principes & satrapæ surrepserunt regi.* Codices correcti habet: *surreperunt*: à verbo surrepo, quod significat sensum ingredi, seque latenter insinuare. Quidam vertunt: *Aggressi sunt insidiosè regem.* Potest verti: *Conuenerunt coram rege.* Vel cōgregati sunt apud regem. Concordia impiorum nocet sepe numero viris piis, ut hoc loco, & multis aliis videre licet. Eam ob causam est aliquādo utilis eorum discordia, ut viri insignes pietate possint incolumes euadere. Ut canes venatici insectantes & exagitantés lepore, eum arripiunt, & dilaniant: at si secum contendant & pugnent, fugit ille: sic improbi homines qui scelere pascuntur, conspirantes aduersus virum aliquem virtutibus præditum, eum affligunt, & acerbis calamitatibus opprimunt: sed orto inter eos dissidio, habet, ille locum euadendi. Est quippe concordia salutaris & grata Deo: nam ut diuus ait Paulus cap. 14. prioris ad Cor. *Non est dissensionis Deus, sed pacis.* Sed quando pax est inter impios contra pios coniuratio, pestilens est, atque Deo inimica. Quemadmodum scorpio mortiferum continet venenum, aconitum non minus mortiferum, tamen datum hoc in potione aduersus scorpionum ictus, est promptum ac salutare remedium, quia dum venenum cum veneno pugnat & decertat, seruat homo: sic pestilentium ciuium discordia salutem aliquando fert viris iustis pietatem colentibus. Contra verò eorum consensus & conspiratio perniciofa est, quæ ut hoc loco vides, exitium Danieli parabat.

l *Dari rex in æternum viue.* De hoc schemate differuimus cap. 2.

m *Consilium inierunt.* Nimirum ad gloriam tuam amplificandam. Vafri ac callidi homines simulationis artificio periti, regem deceperunt, malum ei nomine boni suadentes. Specie honoris regis malitiam suam tegebant iustoque Danieli perniciem moliebantur. Simile edictum inuenies cap. 3. & 4. & 16. lib. Esther.

n *Mittatur in lacum leonum.* Proiciatur in foueam, ubi leones retinentur & seruantur, ut statim dilanietur. Crudelis lex profectò, impia, & iniusta. Lex debet esse igne amoris conflata & constituta: non alicuius perniciem respiciens, sed communem utilitatē. Id indicare volēs Moses c. 31. Deuteron. *Dominus, inquit, apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia: in dextera eius ignea lex, dilexit populos.* Hæc lex erat euāgelium amore plenissimū: lex charitatis, quæ deus tulit, igne amoris maximè ardentē, & incendio pietatis flagrantem. Ideo ignea erat: & in dextera, qua beneuolentia ostenditur, portabatur. Eam ob causam additur: *Dilexit populos.* Apparuit autē deus non in valle sterilli, sed in monte frugifero: id enim significat Pharan, authore diuo Hieron. hoc est, in ecclesia. Antea ostendebat deus amorem populo Israelitico: at postea omnibus populis. Nā ut verbis utar diui Ioannis c. 3. *Sic deus dilexit mundū, ut filiū suum vnigenitū daret.* Ignis huius legis amor erat, igno illo significatus, quo rebus ardebat, & non cōburebatur, ubi deus apparuit Moysi, qui erat ei legē laturus. Hic est ignis, qui cecidit in holocaustum Eliæ, illudque deuorauit. Hic etiā in mūdi exordio cecidit in sacrificiū Abel iusti: ita enim ait Moses c. 4. Gen. *respexit dominus*

*dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Iratusq; est Cain vehementer.* Aiunt ipsum Cain intellexisse fratris sui oblationem gratā Deo, quod ipse Deus igne de cælo missam in cinerē conuertisset. Huic sententiæ fauet trālatio Theodorionis ita habens: Inflammavit dominus super Abel, & super sacrificium eius: super Cain verò, & super sacrificium eius non inflammavit. Hoc igne erant animalia Ezechielis incensa: de quibus ipse ait c. 1. *Erat aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium.* Eo inflāmati duo illi discipuli, quibus apparuit Christus Deus noster eūtibz in castellū Emaus, dicebat, ut ait capite vltimo diuus Lucas: *Nonne cor nostrum ardens erat, dū loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Hic incendit discipulos Christi in die Pentecostes: de quo ait ita in Actis diuus Lucas ca. 2. *Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis.* De eo Christus c. 12. apud Lucā: *Ignem, inquit, veni mittere in terrā, & quid volo, nisi vt accendantur?* Aspiciuntur nomine ignis amorem significari eāq; ob causā diuinam legem igneam esse: quoniam domini nostri Iesu Christi euangelium est sancto amore refertum, & ardente pietatis studio inflāmatū. Ipse enim Christus qui in eo amorē docet, ob amorē venit in mundū, amore inflāmatum mortem sustinuit. Et ipse est amor, iuxta id quod ait cap. 4. epist. suæ primæ diuus Ioan. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet.* Ac ipse ait apud eundem Ioan. c. 13. euangelij: *Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Et cap. 15. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Præceptum ait, non consilium: & suum vocat, nō alienum. Eius est, quia ipse illud docuit, prædicauit, seruauit, prædicandum præcepit, & pro eo mortuus est. Lege sanctum Dei euangelium, videbis eius verbis eius verba ardente charitate flagrantia: quorum fundamentum est amor, quorum obseruantia est amor: quoniam nō possunt sine amore seruari. Ideo Paulus in epistola ad Romanos numeratis diuinis præceptis addit: *si quod est aliud mandatū: in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Origenes nobiscum legit: In hoc verbo instauratur: Ambrosius, consummatur: August. recapitulatur. Verbum Græcū *ἀνακαταστάσει* significat summam colligere, & in summam redigere, seu in caput reuocare. Voluit apostolus dicere, omnia Dei præcepta redigi ad præceptum amoris, in quo omnia comprehenduntur. Ideo subdit: *Plenitudo ergo legis est dilectio.* Et quoniam leges humanæ debent ad diuinam respicere, à qua sunt deriuandæ, & ad cuius auctoritatem sunt dirigendæ, opus est vt sint in amore fundata & constituta. Quare à viris pietate & charitate & sapientia præstantibus debent ferri & promulgari. Est enim lex ratio sapientis, iuris & iniuriæ regula, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principē expressa naturam, quæ supplicio improbos afficiat, bonos tueatur. Hæc autem lex quæ rex Darius consilio magnatum seductus sanxit, vt nemo à Deo nec salutē, nec gratiam, nec fauorem, nec bonum denique vllum peteret, nisi à seipso, ab omni ratione abhorrebat, à diuina lege discrepabat, & in exitium iusti Danielis ferebatur. Hinc discant reges & principes non esse facile consiliariis credendum, iis præsertim, qui odio & inuidia concitati perniciem aliis machinantur. Sunt enim nonnulli, qui nomine regis vtilitatis & gloria suadent constitui decreta, quibus eos quos prosequuntur odio, ad acerbam calamitatem, tristēque exitum vocent.

*Non itaque rex confirma sententiam.* Hoc est, confirma edictum: iube vt referatur in tabulas tui nominis signo firmatum, & publicè promulgetur: ita namque tuæ gloria, & nominis tui amplitu-

dini & celebritati conducit.

*p A Medis & Persis.* Hinc colligit Hieronymus vnum regnum fuisse sub Dario & Cyro Medorum & Persarum. Sed quo tempore id euenit, existimant nonnulli Darium in Media, Cyrum autem in Chaldaea exiisse.

*q Porro rex Darius proposuit edictum.* Hoc est, edictum diplomare confirmavit. Intolerabilis profectō vanitas, voluisse regem, vt ab illo tanquam à Deo omnia peterentur. Vt magnæ statuæ foris insignes, Herculem, aut Iulium Cæsare, aut viros alios illustri laude celebratos repræsentant, cum intus sint vacuæ, & inanes, aut plene fordibus: sic nonnulli principes purpura, auro, gemmis, & satellitibus regiam gerunt personā, cum sint intus vani & futiles, aut turpibus affectibus repleri. Huiusmodi fuit Darius, cum decretum illud impium confirmavit: & Nabucodofor in statuæ erectione, & alij, quos literæ diuinæ & humanæ memoriæ prodiderunt.

*r Ingressus est domum suam.* Vt scilicet Deum occultè oraret: iuxta id quod postea Christus docuit apud Mattheum 6. *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum: clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Præterea nolebat insidiis inimicorū patere, ne videretur tentare Deū: si se mortis periculo exponeret sine causa. Scriptum est enim c. 6. Deut. *Nontentabis Dominum Deum tuum.* Quem locum Christus Deus noster apud Mattheum & Lucā citauit. Ascendens Daniel in cœnaculum pius ad Dominum obsecrationes emitebat. Non in loco imo, sed excelsio preces fundebat ad Deū: quæ summè venerabatur. Rex David audita cede filij sui Absolom ascendit in cœnaculum portæ, & fleuit. Elias tulit filiū hospitiæ mortuū, & portauit in cœnaculū, vbi ipse manebat: & ibi eius precibus mortuus rediit ad vitam. Christus in cœnaculo comedit pascha cū discipulis suis. Ac super eos descendit Spiritus S. in cœnaculo, vt ait in Actis apostol. D. Lucas. In cœnaculo igitur positus Daniel ter in die flecebat genua sua, Deū orans, clauso ostio, sed apertis fenestris versus Hierosolymā respicientibus: vt oculos ad templum Domini dirigeret, quod absens apud Medos & Persas exul contemplabatur. Eiectus à patria inter inimicos constitutus ad sanctum Dei templum Hierosolymæ cōstructum respiciebat, ad eas oras ferens oculos, quod eos ducebat amor. Nos humanis occupationibus implicati, mundi negotiis irretiti, & in Babylonica captiuitate constituti, ex hac confusione ad cœlestē Hierosolymā respiciamus, ad visionē pacis, ad templum gloria: sempiternæ, ad domicilium mentium beatarum oculos animi coniciamus, eōsq; à rebus terrenis & caducis aliquādo seuocemus. Magni namque animi est cogitationem à consuetudine abducere, & mentem à sensibus ad intelligentiā reuocare. Meminerat Daniel verborum Salomōnis, quæ sunt capiti octauo li. 3. Regū mandata, & 6. Paralipomenon 2. quibus Deum obsecrauit, vt preces eorum qui à Hierosolyma exularent, audiret, si se ad templū illud conuerterent. Ideo versus Hierosolymā fundebat preces tribus tēporibus in die, hoc est, mane, meridie, & vespere: iuxta illud psalmographi: *Vespere, & mane, & meridie narrabo & enuntiabo: & exaudiet vocem meam.* diuus Hieronymus hoc loco ita ait: Tria tempora quibus Deo flecenda sunt genua, tertiam horā, & sextam, & nonam Ecclesiastica traditio intelligit. Huic sententiæ fauet Ecclesiastica historia, cum ita ait: Tribus horis orabant Iudæi in die, tertia, sexta & nona, tertia, quia tunc datus est eis decalogus legis in monte Sinai: & eadem hora orat Ecclesia, quia tunc datus est Spiritus sanctus Apostolis. Sexta orabant Iudæi, quia tunc erectus est serpens æneus in deserto, eadem orat Ecclesia, quia tunc Christus sus-

similitudo

Dari. 3.

Dent. 6. Math. 4. Luc. 4. 2 Reg. 18. 3 Reg. 17. Mar. 14. Luc. 22. Act. 1. c. 2.

Psal. 54.

Exod. 20. Actor. 2.

Num. 21. Mat. 27.



Exod. 27.  
Ioan. 19.  
Psal. 118.

pensus est ligno. Nona orabant Iudæi, quia tunc pe-  
tra dedit aquas in Cades: eadem ora Ecclesia, quia  
tunc de Christo hasta percussio exiit sanguis & aqua.  
Sed nõ solum his tribus temporibus, sed septies sin-  
gulis diebus orat Ecclesia Catholica septem horis  
canonicis, iuxta illud psalmographi: *Septies in die lau-  
dem dixi tibi.* Hoc fuit adumbratum c. 6. libri Iosue,  
cum corruit Iericho, quãdo sacerdotes septem buc-  
cinis circumierunt septies clangorem emittentes: tu-  
bis enim horarum canonicarum dæmonis machinæ  
euertuntur. De horis canonicis vide Hieronymum  
in epistola ad Demetriadē, & in epitaphio diuæ Pau-  
læ: Cyprianum in expositione orationis dominicæ:  
Basilium de institutione vitæ religiosorum; Chryso-  
stomū hom. quinquagesimonono. Cõsilium Agaten-  
se, & Laodicense: & nostra hac memoria Ioannem  
Eccium in libro qui inscribitur, Enchiridion loco-  
rum communium aduersus Lutherū. Id autem quod  
hic dictum est: *Ingressus est domum suam:* potest refer-  
ri ad mortis meditationem, vt per domum eius in-  
telligatur sepulchrum, quod est perpetuum vniuf-

cuiusque domicilium, iuxta illud psalmi 48. *Sepulchra  
eorum domus illorum in aeternum.* Ingressus est igitur  
daniel cogitatione in sepulchrum, & mortem in ani-  
mum reuocauit, ac memoria tenuit.

s Et adorabat. Correctiores codices habent: Et ora-  
bat. Et ita est in Chaldæo. Perpende. Volens daniel  
fundere ad Deum preces, exibat ex aula regis, & do-  
mum suam solus ingrediebatur. Intelligebat aulam  
principum non esse locum aptum precibus. Eodem  
modo cap. 8. Exodi scriptum legimus, Mosem & Aa-  
ronem aulam Pharaonis reliquisse, vt pro illo ad Deū  
preces emitterent. Erat enim plena ranis, hoc est, ma-  
ledictis, dolis, adulationibus, mendaciis, querelis. Nõ  
tamen sum nescius, fieri posse, vt in principum pala-  
tiis multi viri iusti inueniantur.

t Confitebaturque. Nimirum peccata sua. Vel acci-  
pitur confiteri pro laudare, & gratias agere: vt apud  
Matthæum capite vndecimo: *Confiteor tibi pater.* Et  
multis aliis in locis. De hoc schemate disseruimus  
capite secundo.

## OBSERVATIONES EX Chaldæo in

### CAPVT VI.

1 Placuit Dario. Græca translatio Theodotionis ha-  
bet ἡγάγετο δαγίς. Pro quo Latina ex Græca de-  
sumpta habet: Placuit in conspectu Darij: Enopion enim  
significat ante, coram, in conspectu: cui respondet vox דרד  
cedem Hebræa: qua hoc loco vtitur Daniel mutatis pun-  
ctis. Eam ob causam vertit Pagninus: Placuit coram Daria  
ues. At Latinus noster interpret recte expressit hunc He-  
braismum dicens: Placuit Dario. In originali Chaldæo est.  
שפך קדם דרד schephar Codam Dareiaue. Vocaba-  
lum Codham scribit Hebræicè דרד Cedem: quod præter  
significationes quas diximus, significat antiquitatem,  
initium, Orientem. Vtitur eo Moses capite secundo Gene-  
sis: pro quo Latinus interpret habet: à principio: dicens:  
Plantauerat autem dominus deus paradysum volupta-  
tis à principio. Et quia idem vocabulum significat O-  
rientem, vt diximus: translulerunt illic septuaginta inter-  
pretes: ad Orientem. At paraphrastes Chaldæus habet: ab  
initio. Potest quidem vox Hebræa tam ad tempus referri,  
quam ad locum. Et quia significat ante, & coram, vt di-  
ximus, verit Hieronymus illud tertij capitis Genesis:  
Eiecitque Adam: & collocauit ante paradysum vo-  
luptatis cherubim & flammeum gladium atque ver-  
satilem. Vbi aduertendum est nomen cherubim esse nu-  
meri pluralis. Septuaginta etiam habent: Ante paradysum  
voluptatis. At paraphrastes Chaldæus habet: Eiecit Adam:  
& collocauit ad Orientem horti voluptatis cherubinos, &  
acutum gladium versatilem. Pro antiquitate accipitur  
capite trigesimotertio Deuteronomij, vbi benedicens Mo-  
ses Iosue in duas familias diuisum, loquens de terra quã  
erat possessurus: de benedictione, inquit, terra eius. Et  
paulo post: de pomis fructuum solis & lunæ, de verti-  
ce antiquorum montium. Vbi pro antiquorum est ce-  
dem. Quare poterat verti: De vertice montium antiqui-  
tatis. Et repetens eandem sententiam ait: De pomis collium  
aeternorum. Hoc est, de fructibus collium summa antiquita-  
tis. Sensus est: Erit terra eius fertilissima, ferens fructus  
optimos, qui solent opportuno solis calore, & commoda  
lunæ humiditate maturefcere: qui in illa regione non so-

lunt in vallibus, sed etiam in montibus & collibus, qui fue-  
runt ab initio, nascuntur. Septuaginta translulerunt: De  
vertice montium principij. Et Pagninus: De vertice mon-  
tium Orientium. Hoc est, qui sunt versus Orientem. For-  
tasse ideo vocantur antiqui, quia illic quondam fuerat ha-  
bitatio Abrahæ, à quo familia illa originem ducebat. Vel  
quia, vt aiunt nonnulli viri docti, hortus amœnus dictus  
paradisus voluptatis fuit in Mesopotamia: ex quo eiectus  
est Adam, qui habitauit cum filiis suis non longè à para-  
diso: sed in Mesopotamia: & in terra illa, vbi postea A-  
braham habitauit, quæ appellata est terra promissionis  
vicina Mesopotamiae. Et quoniam regio illa fuit à primis  
hominibus culta, merito antiqua appellatur: cuius montes  
iure optimo antiqui vocantur. Vel dicuntur antiqui pro-  
pter fertilitatem & excellentiam: ad enim quod pretio-  
sum est, carum, & desiderabile, dicitur antiquum: vt  
Threnorum quarto: Candidiores nazaræi eius nixæ, ni-  
tidiore lacte, rubicundiores ebore antiquorum. Vn-  
de Latine dicimus: Nihil mihi erit antiquius: pro nihil mi-  
hi erit carius, nihil magis in optatis: Quo schemate vi-  
tur Marcus Tullius multis in locis.

2 Ex latere regni. Pagninus & Isidorus Brixianus ha-  
bent: Ex parte regni. At in Chaldæo est: Ex latere regni:  
vox enim דרד Tsad, qua hic vtitur Daniel, atus signifi-  
cat: vt Esaiæ sexagesimo: filix tuæ de latere surgent.  
Et Genesis sexto: Ostium autem arcæ pones ex latere.  
Arca illa fuit mundi salus: quæ ideo fenestram habuit in  
latere, quia adumbrabat Christum Iesum, qui cum sit sal-  
uator noster, fuit in latere percussus. Sed rectè meo quidem  
iudicio translulerunt Pagninus & Brixianus: nam hoc  
Danielis loco latius accipitur pro parte, vt in explanatio-  
ne ostendimus.

3 Nullamque causam & suspicionem reperire potue-  
runt. Editio Græca Theodotionis pro suspicionem habet ἀ-  
πείθεια, hoc est peccatum, aut errorem. In Chaldæo est דרד  
schechutha, à verbo schachath, quod significat cor-  
rumpere: vt Genesis 6. Corrupta est autem terra  
coram Deo. Vbi terra accipitur pro hominibus, qui Deo con-  
tempto se sceleribus contaminabant, & terrenam solum re-  
spiciebant. Ex hoc verbo est illud Osee capite decimoter-  
tio. Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium  
tuum. Ac si dicat Deus: Exitium tuum ò Israel prouenit ex  
te: salus autem & instauratio tua, non ex te dimanat, sed  
ex me. Potest enim homo per se gratiam amittere, &  
sibi ipsi perniciem moliri: sed per se ex viribus sine Dei  
auxilio

auxilio non potest gratiam recuperare: sed facientem, quod in se est, Deus non derelinquit. At gratia gratum faciens amissa viribus nostris non reddit. Id voluit Ieremias Threnorum quinto significare, cum dixit: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et dominus noster Iesus Christus apud Ioannem sexto. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et quarto decimo. Nemo venit ad patrem nisi per me. At verba illa apud Oseam possunt ita verti: Perdidit te o Israel. Subauditur, vitulus, quem me repudiato coluisti: sed in me auxilium tuum. Vt sit sensus: Ego tibi optularer, & aduersus hostes tuos ferrem opem, vt solius eram nisi tu me dereliquisses, & vitulos aureos coluisses à meque animam tuam alienasses.

4. Surripuerunt regi. Verbum Hebraicum est שָׁדַד *Ragach*, quod significat surripere, & non surripere. Ac in codicibus correctis est surreperunt: Et ita legendum est. Nam scribit Surripuerunt, fuit vitium librariorum aut typographorum, non autem interpretis, nec versionis vulgatae, quae rectissima est & integerrima: etiam in libris impressis sint errata ob incuriam negligentiam impressorum: quorum nonnulla hoc loco obseruabo: ne aliqui decipiantur. Capite Genesis tertio decimo scriptum est: Sed & Loth qui ierat cum Abram, fuerunt greges ouium. Est autem scribendum: qui ierat cum Abram: nam in Hebraico est verbum Halac, quod significat ire. Et in Graeco τὸ ὀνομαζόμενον. Hoc est, simul eunti, vel qui simul ibat. Eodem modo paraphrastes Chaldaeus habet: Sed & Loth qui abiit cum Abram fuerunt oues & boues & tabernacula. Capite vigesimo nono Deuteronomij vbi in codicibus Latinis communiter est: Videntes plagas terrae illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit dominus sulphure, & solis ardore: pro solis, debet scribi: solis: nam in Hebraico est שֶׁלֶט, quod Salem significat: & in Graeco: ἀλας, quod eandem habet significationem. Et paraphrastes Chaldaeus Salem etiam habet non solem: fuit enim terra illa sulphure & sale combusta, vt nihil in ea nasceretur. Psalmo vti & gesimo sexto: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae. Vt videam voluntatem Domini: scribendum est. Vt videam voluptatem domini. Est enim in Hebraeo haec vox Noham, quae voluptatem, dulcedinem, iucunditatem & pulchritudinem significat. Et in Graeco τὸ ἡδονα quae voluptatem etiam significat & oblectationem. Pro quo Hieronymus vertit: Vt videam pulchritudinem Domini. Psalmo quadagesimo primo. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: Pe spicuum est, tam ex litera Hebraea, quam Graecam scribendum esse: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Hebraice enim est מַיִם & Graece τὸ ὕδωρ: & utraque vox significat fontem, non autem fontem. Hieronymus etiam vertit: Sitiuit anima mea ad Deum fontem, viuum. Id quod vulgò legitur psalmo septuagesimo quinto. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum: legendum est: Ibi confregit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum. Ita habet & interpretatur Hieronymus in commentariis. Ita legit Augustinus & Arnobius. Potentiae arcum sunt sagittae, quae volant ex arcibus: pro quibus Hieronymus & Felix vertunt volatilia. Esse autem scribendum arcum in gemitivo numeri multitudinis, indicat litera Graeca, quae habet: ἄρτερον. Psalmo octuagesimo octauo Legitur: Auertisti testamentum serui tui: pro euertisti. Ita enim est in castigatioribus codicibus, esseque hanc veram lectionem, indicat translatio Graeca habens: ἀρτερον: & Hebraica habens verbum אָרַב. Naer: pro quo Ioseph Chimbi doctus inter Hebraeos vertit: Denastit. Psalmo 104. Pro: Et dedit terra eorum ranas: legendum est: Edidit terra eorum ranas nam nec in Hebraico, nec in Graeco praepositur coniunctio: & utrumque verbum, tam Hebraicum quam Graecum edere significat, & producere. Felix vertit: pro-

duxit, Hieronymus, ebulliuit. Sed neuter eorum habet coniunctionem. Illud psal. 106. Effusa est contentio super principes: debet legi: Effusa est contemptio. Id probat vox Hebraea נָדָה, quae significat despicientiam & contemptionem: pro qua Hieronymus transtulit despectionem. Similiter vox Graeca ἐξεδείκνωσεν sonat idem: pro qua Apollinarius antiquus author reddidit ignominiam & despicientiam. Illud psalm. 108. Qui altitit à dextris pauperis: legendum est: Quia altitit. Est enim perficuum esse in Hebraeo particulam ׀, quae significat quia: & in Graeco ὅτι, quae idem est. Id quod est in psal. 136. Beati, qui tenebit, & allidet paruulos suos &c. legendum est: paruulos tuos. Est enim, apud rophe diuini vatis ad Babylonem, cuius eersionem pradicat. Et non solum in Graeco, sed etiam in Hebraico est, paruulos tuos. Et ita legit Paulinus Nolanus, & Augustinus: & Chrysostomus in commentariis in illum psalmum. Ac ita est in antiquis & emendatis exemplaribus. Illud psalmi centissimi quinti: Et interfecta est terra in sanguinibus, potest legi: Et infecta est terra in sanguinibus: ita namque habet litera Hebraea. Pro quo transtulit Hieronymus & polluta est terra in sanguinibus: Felix autem: Infecta est. Theodoretus in commentariis legit, & explanat: infecta est. Similiter & Ruynerius, & Lyranus. Nihilominus tamen in Graeco est ἐπονορεύθη, à verbo πονορεύω, quod est interficere. Quae ob causam Augustinus in illum psalmum: Putaremus, inquit, hic scriptoris errorem esse: atque eum diceremus, pro eo quod est infecta, fecisse interfecta, nisi haberemus beneficium Dei, qui scripturas suas in multis linguis esse voluit, atque ita esse scriptum. Interfecta est terra in sanguinibus, inspectis Graecis codicibus videremus. Quid est ergo: interfecta est terra? nisi hoc referatur ad homines, qui habitant in terra tropica locutione: quae significatur, per id quod continet, id quod continetur. Haecenus ille. Itaque utrumque potest legi: Interfecta est & infecta est. Canticorum sexto: vbi vulgò legitur: Reuertere reuertere. Sunamitis: legi debet: Reuertere reuertere Sulamitis. Verba sunt puellarum ad sponsam has voces emittentium. Sulamitis est id quod pacifica & Hierosolymitana: nam olim Hierusalem appellabatur Salem, quod nomen pacem significat: vt psalmo 75. Factus est in pace locus eius: vbi in Hebraico pro pace est Salem: à quo nomine derivatur Sulamitis. Ita vocatur sponsa, quod sit pacifica: nam in hac vita non inuenitur animorum pax vera & germana, nisi in Ecclesia nomine sponse significata. Possumus etiam dicere, & rectius meo quidem iudicio haec verba esse Ecclesiae catholicae perfidam Iudeorum synagogam vocantis, vt ab infidelitate & erroribus ad fidem & veritatem reuertatur. Appellatur autem concio Iudeorum Sulamitis hoc est Hierosolymitana, quia praecipua eorum ciuitas fuit Hierusalem. Vocat autem eam Ecclesia, quater dicens, reuertere, quoniam in quatuor mundi praecipuis partibus dispersa est. Capite quadagesimo Esaias. Pro: Completa est malitia eius: scribendum est: Completa est militia eius. Nam in Hebraeo est nomen מַלְחָמָה quod significat militiam, & tempus definitum, & vitam humanam, quae, vt ait Iob capite septimo, est militia super terram. Et capite sexagesimo eiusdem Esaias: Filia tua de latere surgent: Pro surgent est in Hebraeo verbum יָצְאוּ, quod significat surgere, & educare. Quare scribendum est: Filia tua de latere surgent. Capite quinquagesimo primo Ieremias, pro: Interfucite omnem malitiam eius: scribendum est: Interfucite omnem militiam eius. Nam pro malitiam eius est in Hebraeo מַלְחָמָה. Hoc est, militiam eius, sine exercituum eius, Capite decimo euangelij authore Luca id quod vulgò legitur: Suspicions autem Iesus dixit: Homo quidam, & cetera. legendum est: Suscipiens, est enim in Graeco ἀναλαμβάνω, quod idem est ac suscipiens. Ac si dicat: Suscipiens sermonem & responsonem. Ita Eusimiis interpretatur,

hoc est, respondens. illud etiam capite 23. eiusdem euangelij: Et stabat populus expectans: legendum est: Et habat populus spectans: hoc est, videns contemplans, & cernens. Non ea qua fiebant, sperabat, sed videbat. id ostendit aperte litera Græca habens θεωρῶν à verbo θεωρῶ, quod significat intueri, videre: spectare. Hæc sunt qua mi-

hi viderunt in mentem, de quibus pium lectorem admonerem, que vitia nec sunt Latini nostri interpretis, ut diximus, nec vulgata aditionis: sed typographorum & librariorum: quorum incuria merito tribuuntur, quemadmodum hoc Danielis loco surripuerunt, pro surreperunt.

“Viri ergo illi curiosius inquirentes inuenerunt Danielelem orantem & obsecrantem Deum suum. Et accedentes locuti sunt regi super edicto. Rex nunquid non constituisti, vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vsque ad dies triginta, nisi te rex, b mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, c quod præuaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege. d Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto, quod constituisti: sed tribus temporibus per diem ora obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, e satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum: & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei: Scito rex quia lex Medorum ac Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielelem: f & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, si ipse liberabit te. Allatusque est lapis vnus, b positus est super os lacus, g quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielelem. Et abiit rex in domum suam: & dormiuit in carnatus, cibi que non sunt allati coram eo: super & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo confurgens festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquansque lacui Danielelem h voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum: i “Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putas ne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respõdens ait: k Rex in æternum viue: Deus meus misit angelum suum: & conclusi ora leonum. & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me. l Sed & coram te rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo: & Danielelem præcepit educi de lacu. Et nulla læsio inuenta est in eo: m quia credidit Deo suo. Iubente autem rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielelem, n & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filij, & vxores eorum: o & non peruenerunt vsque ad pavementum lacus, donec arriperent eos leones: & omnia ossa eorũ comminuerunt. p Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuersa terra. q Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant & paueant Deum Danielis: ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnũ eius non dissipabitur: r & potestas eius vsque in æternum. s ipse liberator atque saluator faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: t qui liberauit Danielelem de lacu leonum. Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnũque Cyri Persæ.

1. Mac. 2.

Sup. 2.

4.

Gen. 19

similia

a Viri ergo illi curiosius inquirentes. Curiositas est nimium diligens ac supervacanea inuestigatio rerum ad se non pertinentium. Non est viri prudentis inquirere de alijs, & in vita aliena esse curiosum. Vnde Ecclesiasticus cap. 3. In supervacuis, inquit, rebus noli scrutari multipliciter: & in pluribus eius operibus non eris curiosus. Vxor Loth, quia contra Dei præceptum respexit post tergum, volens scire, quid de alijs ageretur, conuersa est in statuam salis, quæ esset æternũ nimia curiositatis exemplum: per salem enim perpetuitas significatur. Quam ob causam capite Numerũ decimo octauo dicitur pactũ salis cui nulla ætas esset finem allatura. Aduersus curiosos ait ita libro decimo confessionũ Diuus Augustinus: Curiosum genus hominũ ad cognoscendam vitam alienam, desideriosum est ad corrigendam suam. Et Diuus Hieronymus in epistola de duobus filiis: Nugas, inquit, tenemus, & fonte veritatis amisso opinionum riuulos cõsectamur. Et Diuus Gregorius explanãs illud: In galbom emi quinque: Graue, inquit, curiositatis est vitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, vt aliena sciens, se nesciens sit. Et Menander: Ne velis vitia aliena inquirere. Vt vultures ad extincta corpora odore feruntur, sana verò non curant: sic inimicus nimis curiosus vitæ inimici, eius crimina inquit: nullũque est tam abstrusum, quod non olfaciat,

atque eò statim accurrat: cum rerum præclare gestarum suauitatem sensus stupore non sentiat. Ac, vt Plutarchus ait quemadmodum Lamia, vt fictis fabulis viri docti memoriæ prodiderunt, foris acutè videbant, cum domi oculos haberent reconditos in vasis, nihil penitus cernentes: sic curiosi rerum ad se minime pertinentium in alienis sunt perspicaces: ad sua cæcunt. Et quod est omninò intolerabile, virtutem eorum quos odio prosequuntur, vitio vertunt. Ita magnatibus Medorum, & Persarum ouenit, qui propria scelera non curantes curiosè inquirebant, virum Danielelem ad verum Deum preces fundentem inuenirent; id vitio tribuentes, quod erat laude dignissimum.

b Mitteretur in lacum leonum. Lacus hic domus erat instar foueæ, vbi nutriebantur leones: quò proiciebantur, qui grauissima scelera admittebant.

c Quod præuaricari non licet. Si iustum fuisset & rectum at: cum illud ab omni iustitia & ratione discreparet, non solum licebat illud præterire, sed etiam non licebat illud seruare. Nam iuxta apostolorum sententiam Act. 5. relatam. Obedire oportet Deo, magis quàm hominibus.

d Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua. Captiuum nominarunt Danielelem, vt regem magis ad iram prouocarent, qui ab homine captiuo cõtemneretur. Vir erat Daniel sapientia, & probitate præditus,

præditus, domi clarus, foris admirandus: cuius recte facta in hominum cætu celebrabantur. At cum eius inimici hoc viderent, eius laudes silentio præteribant: id autem quod tribuebant vitio, in medium proferebant, quod illum ad cædem vocabant. Vt gallinæ scalpentes si gemmas inveniunt, aut pretiosa monilia, reiciunt: quisquillas autè eligunt, aut sordes, aut vermiculos: quibus inuentis exultant: sic inuidi & male dicit prætermittis rebus præclare gestis aliorum, id solum eligunt, & ante oculos, omnium portant, quod aut delictum est, aut esse videtur: de eo loquuntur: & de re parua, ac nullius momenti, quæ nullo modo peccatum est, magnas excitant tragedias, eiusque inuentione delectantur. Pharisei & scribæ frangentes Dei præcepta inuehebantur in discipulos Christi, quod aliquando escam sumpturi manus non lauisent. Quia in re non solum discipulos, sed ipsum Christum reprehendebant. Quemadmodum solius iucundus qui claros, ac sanos oculos habent, iis est molestus, qui lipitudine aut alio oculorum morbo laborant: ita vir iustus & pius iustitiæ & pietatis colentibus, dulcis & gratus, illis est grauis & odiosus, qui egritudine oculorum mentis confecti fugiunt veritatis ac virtutis lucem, & flagitiorum tenebris oblectantur. Cain volebat videre

Matt. 15.

similitudo

Gene. 4.

Gene. 37.

Abel: nec filij Iacob fratrem suum Ioseph: nec pharisei Christum Iesum. Dicebant enim, ut est ca. 2. Sap. mandatum: *Circoueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis: & contrarius operibus nostris.* Et paulò post: *Gratus est nobis ad videndum: quoniam dissimilis est aliis.* Eodem modo magnates Medorum & Persarum, inuidia, & malitia concitati non poterant intueri Danielem, eamque ob causam ei insidias pararent, & ad indignissimam cædem vocauerunt. Sed pœnas luerunt Icerum suorum. Nam ut 17. Proverbiorum capit. ait sapiens: *Qui in ruina latatur alterius, non erit impunitus. e Satis contristatus est.* Quia intellexit causam insidiarum fuisse inuidiam: & videbat se esse suis verbis irretitum. Ac cum non posset liberare Danielem humano ductus timore, ne offenderet magnates, & legem suam videretur infringere, eum iussit proiecitur in lacum leonum, quem sciebat esse amicam, innocentem, & reipublicæ utilissimum. Vide quid secum afferat detrimenti timor ille, quem theologo vocant mundanum. De eo illud intelligitur primi cap. Ieremias: *Ne timeas à facie eorum.* Et illud saluatoris nostri apud Lucam 12. *Nolite timere pusillus grex.*

similitudo

f. *Miserunt eum in lacum leonum.* Proiecerunt illum in foueam, ubi leones nutriebantur. Vt gubernator quamuis peritus, vim tamen tempestatis fugere non valet: sic vir iustus quamuis sapiens, impetum tamen inuidiorum & concitatorum multitudinis vitare non potest. g. *Ipsè liberabit te.* Audierat enim tres pueros, quos Daniel sapientia & virtute anteibat, flammis vicissimæ Babylonicas, & sperabat, non esse leones Danielem occisuros. Sensus est: optarem te non tradi leonibus: sed quoniam aliter fieri non potest, deus te eripiet: nihil profectò mihi erit antiquius salute tua.

h. *Positusest super os lacus.* Id est, ad ostium foveæ & cavernæ leonum. Proiectus est in ingressum ac introitum domus illius subterraneæ à leonibus dilaniandus. Accipitur os lacus pro principio & introitu speluncæ. Eodem modo cap. 29. Genesis: *Vidit Iacob puteum in agro, & os eius grandi lapide claudebatur.* Et 42. *Singuli repererunt pecuniam in ore sacculi.* Ponitur os pro principio. Hoc ideomate utimur nos Lusitani, qui pro principio & summitate sacci dicimus (à bocardo sacco) Capite Iosue 10. dixit Iosue: *Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitant.* Hoc schemate usus est David psalmo 68. cum deum obsecrans ut eum à calamitatibus, quibus conficiebatur, eriperet, ne illis obrutus periret, aiebat: *Non me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me pro-*

*fundum: nec urgeat super me puteus os suum.* Vel, ut veriti etiam potest: *nec claudat puteus super me os suum.* Puteus in quem se videbat coniectum, erat ærumnarum vorago: & petebat à Deo, ne clauderetur os eius, ut nullus sibi exitus pateret. Aspicias igitur os accipi pro introitu & principio. Vnde os gladij idè est quod cuspis & principium eius. Et quicquibus cuspidis & puncti gladij intersectus est, dicitur Hebræo idiomate mortuus ore gladij: pro quo Lusitani dicimus (søy morto as estocadas) Capite 34. Genesis, ubi vulgata editio habet: Hemor & Sichem pariter necauerunt: habet litera Hebræa: Hemor & Sichem occiderunt in ore gladij. Loquens Moses de Seon rege Amorrhæorum cap. 21. Numerorum, qui occisus est à populo Israelitico: *Percussus est, inquit, in ore gladij.* Et 20. Deuteronomij dicebat Deus: *Interficiet in ore gladij.* Hethæum videlicet & Amorrhæum. Et sexto Iosue: *In ore gladij percusserunt.* Et Ecclesiastici 29. *Multri ceciderunt in ore gladij.* Et in euangelio auctore Luca capite vigesimoprimo: *Cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes.* Fortasse per os gladij intelligitur eius acies & acumen, ut idem sit occidi ore gladij, quod occidi gladio acuto, seu acie gladij: nam Græci gladium ancipitem vocant, *ἀσπίον*, hoc est dupliciore secatim. Accipitur etiam os pro consensu: nam capite nono Iosue, ubi nos habemus: *Congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Iosue & Israelem vno animo, eadèque sententia:* est in Hebræo: vno ore: hoc est vno consensu. Pro quo Septuaginta habent: omnes simul. Sed rectè interpret noster translulit sensum hebraismi. Eodem modo vigesimoquarto Genesis: nam pro eo quod est in hebraico: *Vocemus puellam, & interrogemus os eius:* vertit ille: *Vocemus puellam, & queramus ipsius voluntatem.* Pro quo Onchelus paraphrastes Chaldaicus habet. *Vocemus puellam: & audiamus, quid ipsa dicat.* De Israelitis seductis à Gabaonitis inquit scriptura cap. nono Iosue: *Susceperunt de cibariis eorum, & os domini non interrogauerunt.* Ac si dicat: Ideo fuerunt decepti, quia noluerunt hac in re Dei inquirere voluntatè. Ipse Deus apud Esaiam cap. 30. Iudæos vituperans quod ipso relicto propriis consiliis nitentur: *Ambulatis, inquit, ut descendatis in Aegyptum: & os meum non interrogastis.* Hoc est, me inconsulto vestris consiliis utimini: non queritis, quæ sit mea voluntas, sed quid vestra cupiat effrenata appetitio. Vel per os domini intelligitur diuinus vates, per quem tanquam per os loquitur Deus. Ac quoniam filius Dei est verbum patris, ipse pater os dicitur. Id intelligens Ecclesiasticus ca. 24. inducit sapientiam Dei hoc est, Dei filium ita loquentem: *Ego ex ore altissimi prodii.* Accipitur etiam os pro corde, ubi solemus, quod dicimus, prius verfare: ut psal. 6. *Os iusti meditabitur sapientiam.* Vel accipitur os iusti pro ipso iusto, per quem loquitur deus: iuxta illud Zachariæ aquid Luc. 1. *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius.* Ac ne plura conseret, hoc Danielis loco accipitur, ut diximus, pro introitu & ostio speluncæ leonum.

i. *Quem obsignauit rex annulo suo.* Ne magnates possent absente rege ostium aperire, & annulo magnatum ne ipse rex absentibus illis posset illud recerare. Hinc colliges antiquitatem annulorum, quorum gēma ut sigillo antiqui utebantur. Cap. 21. libri primi Reg. ait scriptura: *Signauit eas annulo eius.* Et cap. 3. Esther: *Et litera signata ipsius annulo.* Et copiosius cap. 8. eisdem libri. Sed de eius antiquitate vide ca. Gen. 38. & 41. de re lae differimus in dialogo nostro de causis. k. *Ne quid fieret contra Dani le.* De leonibus ferè securus rex homines pertimescebat. Eos crudeliores ipsis leonibus ducebat, & immaniores omni ferarum genere putabat. Abiit in auiam dolore pressus: & dormiuit in cœnatus. Hoc est, discessit cubitum ieiunus.

Dormire hoc loco non accipitur pro capere somnum, qui est omnium laborum ac sollicitudinum per fugium & quies: nam paulò post sequitur. *Et somnus recessit ab eo*: sed pro ire cubitum, & lectulo proflerni.

l *Voce lachrymabili*. Præ nimio dolore quo angebatur, non poterat lachrymas continere. Versabatur in gemitu & luctu, inter spem & desperationem constitutus. Et animi affectionem voce lachrymabili ostendi, ac regis dignitatis oblitus, victor ad captiuum, Dominus ad ferum cucurrit.

m *Daniel serue Dei uiuentis*. Ad differentiam falsorum Deorum, qui manibus fabricantur. Veritate compulsus fatebatur verum Deum, quem Daniel colebat, uiuentem esse. Ac non solum uiuit: sed est ipsa vita: & fons vitæ & honorum omnium. Ipse enim ait apud Ioannem 11. *Ego sum resurrectio & uita*. De illo ait Dauid psal. 35. *Apud te est fons uita*. Et ipse Dominus apud Ieremiam 2. *Me deliquerunt fontem aquæ uitæ*. Et Zacharias 9. *Dominus est oculus hominis*: Hoc est, fons, à quo homini bona cuncta dimanant. Vbi oculus pro oculo aquæ hoc est, pro fonte accipitur.

n *Rex in æternum uiue*. Schema hoc explanauimus cap. 2. Honorum debitum præstat regi, qui eum honore amplissimo ornauerat: sed gloriam miraculi tribuit uero Deo, quem ait misisse angelum, ut ora clauderet leonum. Ideo ait: *Deus meus*: nimirum quem colo, quem amplector amore, qui uerus est Deus, qui est fons vitæ, qui ad seipsum confugientes solet mirabiliter liberare. Hic misit angelum ora leonum concludurum. Ergo non fuit feritas leonum ablata, ut naturam amitterent, sed rabies refrenata tunc ac domita. Ioannes Damascenus libro 4. tribuit hoc Dei miraculum uirginitati Danielis Magnus Basilius in homilia de laudibus ieiunij, illud ieiunio tribuit. Alij illud ad innocentiam & simplicitatem. Danielis referunt: iuxta illud libri primi Machabæorum cap. 2. *Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum*. Diuus Paulus cap. 11. epistolæ ad Hebræos hoc miraculum uidetur tribuere fidei, cum ait *uiros sanctos per fidem ora leonum obturasse*. Omnes hi rectè dicunt: quoniam omnibus his uirtutibus erat Daniel mirabiliter ornatus. Ac uolebat Deus, ut ille ea eaderet miracula, ut gentes idolorum cultrices conuerterentur ad ipsum, & confirmarentur fideles, & ueri Dei nomen etiam inter nationes barbaras laudibus celebraretur.

o *Sed coram te rex delictum non feci*. Quoniam eius edictum fuerat iniustum, & impium, eamque ob causam non tenebatur Daniel illud seruare. Deceuerat enim parere regi, præterquam in rebus illis, quæ discreparent à lege diuina, & obsisterent rationi.

p *Quia credidit Deo suo*. Hoc est, quia se totum Deo suo commisit. Accipitur enim aliquando credere pro committere, ut Sapientia 14. *Exiguo ligno credunt homines animas suas*. Et Ioannis secundo. *Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis*. Felix ille qui ad Deum in rebus aduersis tanquam ad arcem tutissimam summa. cum fiducia confugiens se illi totum committit. Vel capitur hic credere pro confidere: ut psalmo uigesimosexto. *Credo uidere bona domini in terra uiuentium*. Et Marci 11. *Credite quia accipietis, & eueniet uobis*. Et 4. ad Romanos: *Qui contra spem in spem credidit*. Nam Abraham contra spem naturæ confidit spei diuinæ promissionis. Vel accipitur credere pro sperare: ut Matthæi octauo: *Vade: & sicut credidisti, fiat tibi*. Et ad Romanos tertio decimo: *Propior est nobis salus, quam cum credidimus*. Vel pro obedire: ut psal. 109. *Et crediderunt uerbis eius*. Et psal. 118. *Quia mandatis tuis credidi*. Has omnes significationes ad-

mittit uerbum credere hoc danielis loco. Sed ut mea fert opinio credere hoc loco est actus fidei charitate formatae plenæ fiducia in Deum. Pro quo alij uertendum putant, credere in Deum. Hæc est fides, de qua ait in prima epistola sua diuus Ioannes cap. 5. *Hæc est uictoria, quæ uincit mundum, fides nostra*. De hac fide Christus apud Matthæum 17. & apud Lucam eodem: *Si habueritis, inquit, fidem ut granum sinapis, dicetis monti huic Transi hinc illuc: & transibit*. At apud Matthæum subditur exemplum de monte: apud Lucam uero de arbore.

q *Et in lacum leonum missi sunt*. Ait Iosephus eos extenuasse miraculum: & dixisse regi, ideo leones non nocuisse danieli, quia erant carnibus fatiati. Quare iustum fuit, ut ipse proiiceretur in lacum ad ostendendam leonum satietatem. Proiecti autem sunt cum filiis & uxoribus, quia ut ait Albertus magnus, excitauerunt patres ac uiros ad sceris aduersus daniellem admittendum: aut fuerunt ad iutores, aut saltem assentientes. Quam ob causam easdem pœnas luerunt.

r *Et non peruenierunt usque ad pavementum lacus*. Erat enim introitus foueæ per gradus usque ad pavementum ad quod ob terribilem leonum rabiem famem non peruenierunt: quia fuerunt in ipsis gradibus interfecti & deuorati. Auxit Deus leonum ferociam ad vim miraculi ostendendam.

s *Tunc Darius rex*. Sex inuenio uocatos nomine darij apud Persas. Primus darius Cyaxares filius Astyagis: secundus darius Hystaspis filius tertius darius Artaxerxes Longimanus: quartus darius Nothus: quintus darius Artaxerxes Ochus sextus darius Codomanus, quem Alexander magnus superauit. Hic autem fuit filius Astyagis, quem Clemens primo stromate filium ait fuisse Hydaspis. Et apud daniellem in principio noni capituli dicitur filius assueri. Habuit enim pater eius multa nomina. Hos sex principes numerat Metasthenes in lib. de iudicio temporum sed mutatis interdum nominibus, quoniam plerique eorum duplici nomine uocabantur. Philo libro de temporibus secundo ait, primum darium uocatum fuisse Hydaspim, quem alij uocant Xiaxarem.

t *Pax uobis multiplicetur*. Hæc erat epistolæ regis darij saluatio. Eadem usus est Nabuchodonosor in epistola ad populum suum, ut supra uisum est in fine capituli tertij.

v *Deum Danielis*. Hoc est, uerum deum: qui etsi omnium est, danielis tamen dicitur ob eius singularem in ipsum deum cultum, & ob ipsius dei in illum liberationem, & immortalia beneficia.

x *Et potestas eius usque in æternum*. Hæc explicata sunt cap. 2. ac 3. ubi æternitas regni Christi fuit explicata.

y *Qui liberauit daniellem de lacu leonum*. Floruit daniel non solum regnante Nabuchodonosore, eiusque filio & nepote, sed etiam gubernaculum tenente dario Medorum rege, qui has literas pro eius honore & nominis amplitudine ad populum suum misit: & præcipue ad ueri Dei gloriam illustrandam, qui ipsum daniellem à faucibus leonum mirabiliter eripuerat. Multi inuidia moti in hunc diuinum uatem odium constabant, eiusque dignitatis florem infringere uelebant: Sed Deus illum in dignitate, & honore conseruabat. Nulla nubes odij, & inuidiæ ualet ueram pietatem, eximium decus, excellentem uirtutem perpetuò obscurare. Poterit quidem tempore aliquo offundere tenebras splendori illius: sed non tantum roboris habebit quin ipsa uirtus splendescat tenebris dissipatis. Fulgebunt iusti: & impij pœnas luent scelerum suorum: & perniciēs quam machinantur alijs, in ipsorum caput redundabit. Pharaon cum consiliarijs suis uoluit extinguere filios Israelis, & fuit

fuit cum omni exercitu suo mari Rubro obrutus, eiusque fluctibus submersus: populus autem Israeliticus transiit incolumis. Id cecinit iis verbis diuinus psaltes: *Tu confirmasti in virtute tua mare: contriuisisti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiophum.* Hoc ideo ait, Quia Aethiopes illi qui littora maris accolebant, potiti sunt spoliis Aegyptiorum, quos mare eiecit ad littora. Vel per populos Aethiopum intelligit feras deserti, quarum praedam ac pastum fuisse cadauera Aegyptiorum, multi memoriae prodiderunt. Balaach Moabitarum rex voluit Israelitas maledictis superare, quos virtute & fortitudine superare non poterat. At maledictio conuersa est in benedictionem erga Israelitas: & ipse maledictus remansit. Saul volebat occidere Dauidem: & fuit ab hostibus suis occisus. Superbus Aman suavit Assuero regi, vt populum Dei penitus deleteret: & Mardocheo viro pio ac iusto patibulum parauit. At ipse ignominiose periit, in eodem patibulo suspensus, quod ad eadem erexerat Mardochei: atque aliis liberatis solus ipse poenas luit flagitij sui: & exitium quod aliis fuerat molitus, in ipsius caput redundauit. Eodem modo Medorum ac Persarum magnates interitum quem in Danielem confluauerant, experti sunt: & a leonibus dilaniati, aliis exemplum praebuerunt. Vnde Salomon Prouerbiorum 7. *Iniquitates suas, inquit, capuit impius: & funibus peccatorum suorum constringitur.* Et cap. 11. *In impietate sua corrumpet impius, Et Esaias: Vainipio in malum: retributio enim manuum eius, fiet ei.* Quia quadraginta duo pueri lacerarunt ore suo iustum Elisaeum, fuerunt a duobus vrlis lacerati. Et Holopheraes proprio pugione fuit ingulatus. *Ecce parturit in iustitiam, inquit Dauid psalmo 7. concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, incidit in foveam, quam fecit: conuertetur dolus eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Solent enim impij in eam incidere perniciem, quam aliis ma-

chinantur. Et psalmo nono: *Infixa sunt gentes in interitu, quem fecerunt: in laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Idem verbum comprehendere significat, & illaqueare. Et Ecclesiasticus cap. vigesimo septimo. *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera: & qui foueam facit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, incidet in eo: & qui lacum alij ponit, peribit in illo.* Vt qui puluerem sursum in solem proicit, vt illum obscuraret, eodem puluere obcaecatur: sic qui innocentem vult laedere, seipsum laedit: & volens clareat nominis aliorum offundere tenebras, eisdem cooperitur: & alij in ore hominum cum gloria & dignitate versantur. Franciscus Sforcia inclytus Mediolani rex, ferebat pro insigni in aulais canem sedentem quiete cum hac litera: *Quietum nemo impunè laceffer.* Hoc erat eius insigne & monumentum: quo significare volebat, neminem debere viris probitate & pietate praestantibus afferre detrimentum, nisi vellet illud percipere. Vt enim iaculum si in corpus solidum incidit ac durum, solet aliquando in mittentem reuerteri: ita damnum in fortem ac constantem vitium iactum recidit interdum in illum, qui iecit: eoque vulnerat, qui aliu vulnerare conabatur. Capite Prouerbiorum vigesimo quarto ait Salomon: *Qui seminat iniquitatem, metet malum: & virga ira sua consummabitur.* Ac si dicat: *Qui seminat in iustitia, metet calamitatem: & virga qua in ira sua alios punit iniuste, eam ipsum iuste castigabit.* Vel, & virga deficiet: hoc est, priuabit eos Deus dignitate & autoritate, qua in alios iniuriosè vtantur. Id illis euenit, qui iusto Danielem pararunt exitium: ac illis qui tres pueros innocentes proiecerunt in flammam, vt supra visum est capite tertio: qua de re ea poteris videre, quae ibi obseruauimus.

## ANNOTATIO.

1 Donec arriperent eos leones. Theodotio habet *Donec dominati sunt eorum leones.* Pro arripere est in Hebraeo verbum schalat, quod significat arripere, vt hic: & dominari: vt capite Ecclesiasticus octauo: *Interdum dominatur homo homini in malum suum.* Significat etiam exuere, auctore Reuchlino, & Iosue quinto: *Solue calciam tuam de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est.* Haec est eius sententia: etiamsi alij dicant loco illo esse verbum Nafchal: quemadmodum capite tertio Exodi, vbi Deus idem etiam dixit Mosi. Appellabantur ea loca sancta ob Dei apparitionem. Ac fortasse huiusmodi loca olim patriarche simili ceremoni venerabantur: nec ad ea ingredi soliti erant nisi calcis solutis in reuerentiae signum. Vel ideo iubentur soluere calceos ex pellibus animalium mortuorum confectos, quia per illos opera mortua prohibentur: quae a pedibus, hoc est, ab affectionibus separanda sunt. Id voluit Christus dominus significare, cum dixit discipulis suis apud Mattheum decimo: *Nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris: nec peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam.* Diuus etiam Lucas cap. 10. de missione septuaginta duorum discipulorum tractans, ait dixisse illis dominum Iesum. *Nolite portare sacculum, nec peram, neque calceamenta.* Vbi diuus Gregorius: *Non debet, inquit, Christi discipulus stultorum operum exempla conspicere: ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt enim multi, qui prauitatem suam ex alienis prauitatibus euentur. Hi quid aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animalium mu-*

nire pellibus conantur? Haecenas ille. Existimo Christum Iesum verbis illis voluisse docere paupertatem: & inanem mundi tollere sollicitudinem. Eam ob causam haec sunt ab euangelistis memoriae prodita, & perpetuis monumentis consignata: quibus seruator noster discipulos suos ad vitandam cupiditatem caecam animorum dominatricem erudiuit. Cum euangelica philosophia sit in paupertate, & honorum mundi desipientia, ceterisque virtutibus constituta: voluit, vt hi quos ad eam nuntiandam & propagandam mittebat, eas opes & dignitates contemnerent, ad quas plerique mortalium auiditate inflammati rapiuntur. At inter Marcum & duos alios euangelistas videtur esse prima facie repugnantia: hi enim, vt ostendimus, asserunt fuisse apostolis, & discipulis calceamenta prohibita: Marcus vero cap. 6. ait, concessum illis fuisse vti sandaliis: sandalia autem calcei quidam sunt. At alie spectare si velis, & ad veritatis subtilitatem reuocare rationem, videbis aperte, nullam inter illos esse discrepantiam. Sandalia quae illis concessa sunt, plantam solum pedum tegunt ob itineris incommoda: nudam vero relinquunt partem superiorem. At calceamenta illis prohibita ea sunt, quae totos pedes vndique tegunt. Pro sandaliis apud Marcum est in Graeco σαρδάνια. hoc est, soleae superne funiculis quibusdam alligatae. Hoc calceamenti genus vocari sandalium asserit beatus Augustinus. Eo vocabulo vtiur diuus Lucas, & forum duodecimo cum ait: *ὄνασται τὰ σαρδάνια σου:* Hoc est: subliga soleas tuas, vel sandalia tua. Pro quo editio vulgata habet: *Calcias caligas tuas.* Sed in idem recidit. Fuisse autem apostolos soleis illis vsos, indicat Eusebius Emisse-

Emissus in homilia in cap. Lucae decimum. Huiusmodi calceos, sine sandalia sine soleas iussit angelus dno Petro ut sumeret. Nam hodie una ex illis soleis Roma inter ceteras eius reliquias seruat. Voluit Deus, ut eius discipuli haberent pedes coopertos ex parte inferiore, qua respicit terram, & nudos ex parte superiore, qua spectat in caelum. Nam affectiones nostrae pedibus significat & non debent tangere terram, nec respicere illam: sed ad superna dirigi, & caelestia contemplari. Ad res terrenas & caducas regenda sunt, & ad excelsas aeternasque aperienda, mundum firmiter contemnent, & ad Deum ardentem aspirantes. Accipi autem pedes pro affectionibus indicat David psal. 25. cum ait: Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine. Et 35. Non veniat mihi pes superbiae. Et 118. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Et filius eius capite 5. Proverbiorum. Pedes eius descendunt in mortem. Et Zacharias apud Lucam 1. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Eam ob causam voluit Christus pedes apostolorum abluere. De quo ait capite 1. Apocalypsis diuus Ioannes: Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Eam ob causam dixit Petro apud Ioannem 13. cap. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Nisi enim pedes, hoc est, affectus nostri fuerint abluti per Christum Deum nostrum, fieri non potest, ut gloriam sempiternam consequamur. Hi sunt pedes animae, de quibus vide Hieronymum illud diui Pauli ad Ephesios capite 7. explanantem: Calciati pedes in praeparatione euangelij pacis: Augustinum tractatione quinquagesimaseptima explanantem illud 5. cap. Cantic. Laui pedes meos, Ambrosium sermone 13. in psalmum 118. versiculum illum exponentem: Ab omni via mala prohibui pedes meos. Ab his pedibus sumus calceamenta soluturi: locus enim in quo stamus, hoc est, ecclesia catholica terra sancta est. Aspicias igitur verbum hoc Schalom significare solvere & exuere, & dominari, & arripere: & in hanc ultimam significationem accipi hoc Danielis loco ab interprete nostro Latino.

2 Pax vobis multiplicetur. In Chaldaeo est Schelamecon. Hoc est, pax vestra, vel pax vobis. Vox Hebraea est Schalom, vel ut alij scribunt, Salom, quae pacem significat: ut psalmo 37. Non est pax ossibus meis. Unde Salomon idem est quod pacificus: filius Davidis ex Bethsa-

bea. Et Salome pacifica: mulieris nomen apud Marcum 50. Et Salmanasar pax ligata: Rex Assyriorum, de quo loquitur scriptura 17. lib. 4. Regum. Accipitur pax pro bonorum copia: ideo apostolus in epistolis suis hac utitur salutatione: Gratia vobis & pax. Et Darius hoc loco: Pax vobis.

3 Porro Daniel perseverauit. Pro perseverauit est in Hebraeo verbum Tsalach, quod significat perseverare, & prosperè vitam degere: pro quo nosler interpret vertit aliquando prosperari: ut psal. 1. Omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. Et cap. Ierem. 12. Quare via impiorum prosperatur: Hoc ideo ait, quia solet aliquando piorum virorum animus angere, & commoueri specie felicitatis impiorum, videns eos opibus & potentia florere: ac nulla commendatione meritorum ad illustres dignitates per omnes honores gradus extolli. Id animo percipiens diuinus psaltes has voces emisit: zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. At pro super iniquos est in Hebraeo שׂוֹמֵר: hoc est, contra insanos. Eo vocabulo videtur David psal. 74. cum ait: Dixit iniquus: nolite inique agere. Pro quo poteris transferre: Dixi insanus: nolite insanire. Ex quo colliges, omnes improbos non solum stultos esse, sed amentes, & insanos: & ex consequente fruos. Est enim antiquorum sententia memoria prodita, & à viris sapientibus reserpata: nisi sapientem liberum esse neminem. Qui enim fieri potest, ut liber sit, qui seruus est cupiditatum, qui temeritate & insania ductus vanis paret appetitionibus, qui non refrenat libidines, non contemnit voluptates, non imperat iracundia, non coerct auaritia, non denique labes animi repellit? Verissima est illa Dei nostri sententia apud Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quare non est, cur ob impiorum res prosperas, & ad voluntatem fluentes ira concitemur, aut inuidia moueamur. Audiamus diuinum ac regium ratem dicentem psal. 36. Noli emulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Vbi pro prosperari est hoc idem verbum Tsalach. Eam ob causam potest hic Danielis locus transferri: Porro Daniel functus est prosperitate: vel prosperè egit: vel felicitatem cum vita coniunxit. Vel sic: Porro Danieli cuncta prosperè euenerunt. Theodotio vertit: prosperatus est. Et eodem modo Pagninus. Interpret Theodoretus trāstulit: Prosperè successere res Danieli. Quae omnia in idem recidunt.

## Argumentum capituli VII.

Narrat diuinus vates visionem sibi ostensam quatuor bestiarum, quam de quatuor mundi imperiis, Babylonico, Persico, Graeco, & Romano interpretatur. Vaticinatur de calamitatibus virorum fide, pietate, ceterisque virtutibus praestantium, quos Deus per varios casus plerumque, & acerbis angustias ad vitam ducit beatam & immortalem. Praedicat Antichristi tyrannidem: & aeternum Christi Dei nostri regnum: secundum eius aduentum, & vltimum iudicium, ubi impij ad aeternos relegantur ignes, sanctorum scelerum penas datori: iusti verò illam vitam consequentur in caelo, quae est vera vita nominanda, ubi omnibus qui iustitiam coluerint, & in gratia decesserint, scimus certum esse locum, ubi Beati auro sempiterno fruuntur.

## CAPVT VI.

**A**nno primo Balsasar regis Babylonis Daniel somnium vidit: visio autem capituli eius in cubili suo: & somnium scribens breui sermone comprehendit, summamque perstringens, ait: Videbam in visione mea nocte: & ecce quatuor venti caeli pugnabant in mari magno. Et quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diuersae inter se. Prima quasi leona, & alas habebat aquilae. Aspiciebam, donec euulsae sunt alae eius: & sublata est de terra: & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis viso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & sic dicebant ei. Surge, comede carnes plurimas. Post haec aspiciebā: & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post haec aspiciebam in visione noctis: & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam: & habebat cornua decem.

EXPLA-

## EXPLANATIO.

a *Anno primo Balsasar.* Quæ hoc septimo & sequenti capite narrantur, iuxta historiæ seriem priora sunt his, quæ duobus superioribus capitibus narrata sunt. Nam visio huius capituli septimi fuit anno primo Balsaris, & capituli octaui eius tertio: at ea quæ ca. 5. continentur, acciderunt ultimo anno, imò ultimo die eiusdem Balsarii: eoque mortuo tenente Dario clauum imperij, fuit Daniel in foueam leonum coniectus, & inde mirabiliter liberatus: cuius historia fuit ab eo memoria prodita, & capiti sexto mandata. At si diligenter aduertere & perpendere volueris, videbis Danielem hac in re à ratione haudquaquam discrepare. Nam prius scripsit prodigia omnibus perspicua & manifesta, quæ sub Nabuchodonosore, Balsare, & Dario, eorum ordine seruato mirabiliter acciderunt. Nunc verò narrat visiones sibi ostensas, quarum ipse solus erat conscius: quæ erant varinationes suo tempore implendæ, nullo interitu hominum extinguendæ, nulla obliuione posteritatis obscurandæ.

*Somnium vidit.* Hoc est: ostendit ei Deus visionem in somniis, cuius summam breui scribit sermone. Et exorsus est narrationem hoc modo.

*Ecce quatuor venti cæli.* Accipitur cælum pro aere, vt Genesis primo capite: *Et præsit piscibus maris & volutilibus cæli.* Et secundo: *Appellauit que Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volutilia cæli.* Psalmo decimo septimo: *Intonui de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando & carbones ignis.* Vbi diuinus psaltes de tonitruis, & grandinibus, & fulminibus ardentibus loquitur: quæ omnia sunt in aere. Esaias quinquagesimo quinto: *Descendit imber & nix de cælo.* Et Christus Deus noster apud Matthæum octauo, & Lucam nono: *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet,* & Ioânes octauo Apocalypsis: *Et vidi, & audiui vocem vnus aquila volantis per medium cæli.* Sed hoc in loco Apocalypsis potest cælum accipi pro ecclesia, per quam volant aquilæ, hoc est, concionatores euangelici verbum Dei prædicantes, qui per moram integritatem & doctrinæ altitudinem debent sublimius cæteris volare. At perspicuum est, cælum non solum hic apud Danielem, sed multis aliis in locis accipi pro aere. Appellatur autem venti aeris, siue ex aere, quia in aeris regione effluunt, & feruntur. Imò ventus, vt graues asserunt philosophi, est ipse aer ob terræ exhalationes motus & concitatus: aer enim effluens huc & illuc ventum efficit, aut ventus efficitur. Ac etiam si venti sint multo plures, fit tamen hoc loco mentio quatuor solum, quia hi quatuor sunt præcipui, & primarij: nimirum Subsolanus, Fauonius, Septentrio, Auster.

*Pugnabant in mari magno.* Hoc est, hi quatuor venti ab Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie flantes irruiebant in magnum mare, illudque perturbabant. Mare magnum est mundus, variis tumultibus exagitatus: iuxta illud Osæ undecimo: *Formidabant filij maris.* Et illud saluatoris nostri apud Matt. 13. *Simile est regnum cælorum sagena missa in mare.* Et illud Apocalypsis tertio decimo: *Vidi de mari bestiam ascendentem:* hoc est, Antichristum de mundo dimanantem.

b *Et quatuor bestie grandes.* Hoc est, quatuor regna seu imperia. Itaque mare est mundus, motus eius est turbulentus discordiarum ac bellorum tumultus: venti sunt vanitates, & cupiditas dominandi, & arrogantia, & spiritus superbiæ, ex quibus mundi perturbatio generatur: bestie sunt imperia, ex quorum au-

ditate rerum conuersiones oriuntur. Mouetur mundus, & turbatur ventis, cum homines superbi, vanitatibus inflati cupiunt, atque quærent dominationem: & ad opes, dignitates, & supremam potestatem rapiuntur: Vult hoc loco Daniel significare magnos motus, qui in principio horum quatuor imperiorum exorti sunt. Theodoretus per ventos intelligit rerum mutationes. Hieronymus verò angelicas potestates, quibus præcipua regna commissa sunt: iuxta illud capituli 32. Deuteronomij: *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.* Ita enim habet versio Septuaginta: licet editio vulgata iuxta litteram Hebræam habet: *Iuxta numerum filiorum Israel.* Citat Hieronymus hunc locum iuxta translationem Septuaginta, quemadmodum eum citet Gergorius in sermone angelorum: & Anselmus in libro Cur Deus homo. Et ait Hieronymus, ideo hos quatuor ventos dici ventos cæli, quia vnusquisque angelus cælestis facit pro regno, quod sibi creditum est. Quidam per bestias non solum regna, sed reges ipsos intelligunt.

c *Prima quasi leona, & alas habebat aquila.* Capite secundo narrat Daniel somnium Nabuchodonosoris, in quo vidit statuam, cuius caput erat ex auro, pectus cum brachijs ex argento, venter & femora ex ære, tibiæ ex ferro. Cum rex ille esset ob metalla hæc superbia elatus, per eadem accepit regnorum ænigmata: at cum Daniel ea contemneret, non per illa, sed per animalia sibi in visione imaginaria ostensa, eadem regna intellexit. Similiter Joel cap. 1. per quatuor plagas terram destruentes. Primum regnum Danieli ostensum fuit Babylonicum in statua Nabuchodonosoris significatum per caput aureum, hic autem per leonem, aut vt quidam ex Chaldæo transferunt, per leonem, propter eius præstantiam, potentiam, & fortitudinem. Vt enim Nabuchodonosor in statua comparatus est cum auro, quod cæteris præstat metallis: ita modò cum leone, qui est cæteris animantibus rationis expertibus excellentior: Fortasse dicitur rex Babylonis leo propter terrorem & immanitatem. Ita appellatur cap. 4. Jeremia, vbi diuinus vates ita inducit Deum cum Hierosolyma loquentem, eiusque vastitatem nunciantem: *Malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam: ascendit leo de cubili suo, & prædationem se leuanit.* Vbi per Aquilonem intelligitur Babylonia, & per leonem Nabuchodonosor, qui erat hierosolymam vastaturus. Et Ezechiel ca. 17. eum appellat aquilam grandem, ob eius superbiam & dominatum. Sed non sum nescius, appellari aliquando regem leonem & aquilam in bonam partem. Debet enim esse leo propter animi fortitudinem: aquila ob in agendis rebus celeritatem, et ingenij altitudinem et contemplationem: bos ob constantiam in laboribus ferendis: homo ob humanitatem et clementiam. Id existimat Galfridus significari 4. Ezech. animalibus. Aspicitur igitur regem Babylonis vocari leonem vel propter crudelitatem, vel propter fortitudinem & regiam præstantiam. Accipi autem leonem pro homine immanitate ac feritate insigni, indicat David, qui sciens parari sibi insidias ab impio Saule, confugit ad Deum, has ad illum voces emittens: *Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Ne quando rapiat vt leo animam meam.* Vbi anima accipitur pro vita, vt multis aliis in locis diuinarum litterarum. Et si Magnus Basilius, Ioannes Chrysostomus, & Theodoretus hunc locum de Absolone expl



explanarunt, qui in patrem suum irruerat, & impetū fecerat, & ad crudele exitium vocauerat: Hieronymus tamen cum omnibus ferè Hebræis illum ad Saulis immanitatem referendum arbitrantur. Sed parum refert exponi de vno aut altero, dummodo per leonem princeps crudelis intelligatur. In eandem significationem sumitur à Jeremia, cum ait Threnorum 3. *Factus est mihi leo in abscondito.* Et ab Ezechiele 19. *Leo factus est, & didicit capere prædam, hominēque comedere.* Accipitur etiam pro viro iustitia, magnanimitate & fortitudine præstante: vt 28. Prouerborum: *Iustus autem quasi leo confidens.* Et tertio libri 1. Machabæorum dicitur de strenuo Iuda Machabæo: *Similis factus est leoni in operibus suis.* Imò Christus Deus noster leo appellatur ob fortitudinem, & excellentiam, & regiam dignitatem. De illo intelligitur illud Apocalypsis quinto: *Vicit leo de tribu Iuda.* Nec solum in literis diuinis, sed etiam in humanis per leonem magnanimitas significatur. Eam ob causam aiunt, Almetum coniunxisse leonem cum apro, vt ostenderet esse animi fortitudinem cum corporis viribus copulandam: per leonem enim animi vim ac magnitudinem, per aprum verò corporis robur interpretantur. Hanc animi fortitudinem & celsitatem voluit significare rex Simandius seipsum in marmore sculptum in magnifico sepulchro suo in figura leonis relinquens: vt narrat lib. 2. Bibliothecæ Diodorus Siculus. Est etiam leo corporei roboris hieroglyphicum, vt indicat numus Antiochi, in quo sculptus est leo humi procumbens cum noctua superuolante. Quo rex ille voluit significare, vires corporis designatas per leonem, cedere sapientiæ per noctuam intellectæ: vt Pierius Valerianus existimat. Et quoniã leo diuidit prædam inter alia animalia, designat liberalitatem & magnificentiam, quæ est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio & administratio: quæ regibus maximè conuenit, & his, qui opibus & diuitiarum affluentia cumulantur. Hæ sunt rationes ob quas rex Babylonis in leonis figura apparuit Danieli. Sed editio nostra vulgata lænam habet, non leonem. Vbi Hieronymus: Regnum, inquit, Babylonicum propter sauitiam seu propter luxuriam & vitam libidini seruientem non leo, sed læna appellatur. Aiunt enim hi, qui de bestiarum scriplere naturis, lænas esse ferociiores, maximè si catulos nutriant: & semper gestire ad coitum. Hactenus ille. Porro mulieres libidini deditas per lænas intelligi, multis constat veterum scriptis & monumentis. Huius petulantiæ causa fortasse Ezech. cap. 9. Hierosolymam lænam vocauit.

d *Et alas habebat aquila.* Hoc est diuitiis affluebat. Nonnulli per alas aquilæ intelligunt superbiam, insolentiam, & vanitatem. Alij potentiam & velocitatem, & artem militarem, ac armorum peritiam, quibus rebus regnum illud se ferebat in sublime. Albertus magnus per alas intelligit exercitus hinc inde se extendentes, iuxta illud Eliaz cap. 8. *Erit extensio alarum eius implens latitudinem terra tuæ o Emanuel.* Alij per has alas nationes intelligunt ac gentes vicinas, quas Nabuchodonosor superauerat, & in dittonem suam redegerat.

e *Aspiciebam, donec euulsa sunt ala eius.* Id est, diligenter intuebar mentis oculis diuino lumine illustratis, alas illa euelli à læna. Significat ablatam potentiam Nabuchodonosori, quando incidit in amentiam: vel vniuerso regno Babylónico, quando fuit à Medis, ac Persis captum, & euersum.

f *Et sublata est de terra.* Bestia illa regnum Babylonicum designans amissa est, cum Balsasar fuit interfectus, & ciuitas euersa, & tota Chaldæa in Darij ditio-

nem redacta. Et tunc gens Babylonia stetit super pedes suos, & recepit cor humanum. Hoc est, in se reuerfa intellexit fragilitatem & imbecillitatem suam, & mundi inconstantiam & varietatem. Stare super pedes est non iacere, sed erigi & excitari non solum quo ad corpus ad ambulandum, sed quo ad animum ad intelligendum. Qua de re ea poteris videre, quæ observauimus in commentariis nostris in Ezechielem, verba illa secundi capituli explanantes. *Fili hominis sta supra pedes tuos.* Potesit totum hoc non de regno, sed de rege Nabuchodonosore explanari. Fuit enim regno privatus, & sublatus de terra, hoc est, de hominum familiaritate, & cum bestiis in agris & syluis versatus: sed in pristinum statum restitutus rediit ad mentem, & erectus est more humano, qui instar quadrupedum gradiebarur: hominisque figuram atque intelligentiam recuperauit. Vide caput quartum, & quæ ibi annotauimus: vbi inuenies Nabuchodonosorem ob superbiam & insolentiam regnum cum vsu rationis simul amisisse. Vt enim Cyclops absque oculis manus quoquo versum porrigebat nullo certo scopo: ita magnus rex si est cæca ac temeraria superbia raptus, quiduis ingreditur insano rerum tumultu, sed nullo certo iudicio. Ex quo efficitur, vt perniciem sibi ipsi inscius machinetur.

g *Ecce bestia alia similis vrsi.* Hac secunda bestia significatur regnum Persarum, quod ob durtitiam, & feritatem, & laborum tolerantiam cum vrsi comparatur. Animal est virtibus pollens, sed minus generosum leone: at in labore patientius, & in victu parcus. Quæ omnia Medis ac Persis congruebant: vt apud Trogum Pompeium, & Xenophontem, & alios historicos licet videre. Et vt vrsus in ortu suo, auctore Plinio, deformis est, sine oculis, sine pilis, sine cruribus: at mater eum lambendo sentit: ita conformatur, vt perfectum reddat: ita regnum Persarum initio sui dominatus sordidum fuit & abiectum: sed tempore succedente ita illud prudentia in moribus expoliuit, & in arte militari instruxit, vt paulatim ad summam nominis amplitudinem & claritatem perduceret. Significari autem in literis diuinis principes per vrsos asserit Augustinus sermone 204. & Eucherius in quartum Regum. Nam cum Elisæus ascenderet in Bethel, egressi sunt de ciuitate pueri eum illudentes, ex quibus duo vrsi de sylua egressi quadraginta duos lacerarunt. Id sub figura tunc gestum adumbrabat fore, vt duo imperatores Vespasianus & Titus post quadraginta duos annos à domini ascensu in cælum Iudæos occiderent, eorumque munitissimam urbem Hierosolymam funditus delerent, quod cælestem Elisæum mundi saluatorem irrisissent, & ad crudelissimam cædem falsis criminibus vocassent.

h *In parte stetit.* Hoc est, aduersus vnam tantum partem se erexit: solum in Babylonios irruit, non in Iudæos. Duo erant gentium genera in regno Babylónico, nimirum Chaldæi seu Babylonij, & Hebræi: Darius autem ac Cyrus intactis Hebræis in Chaldæos duntaxat impetum fecerunt. Intelligitur hoc de bello Babylónico: nam alioquin multum sanguinem aliarum nationum effuderunt Persæ duce Cyro, vt bellum testatur Scythicum contra Tomyrin: de quo videre poteris Herodotum in libro, qui inscribitur Clio, Iustinum libro primo, Orosum libro secundo. Vel *in parte stetit*: hoc est, euerfis aliis imperij sui partibus, amissis aliis regionibus sibi olim subiectis, in vna tantum remansit: vnam solum partem imperij retinuit.

i *Tres ordines erant in ore eius.* Id est, tria habebat imperia, Persicum, Medicum, Babylonicum: quæ cum fuissent distincta, fuerunt confusa, & ad vnum redacta.

*Surge.* Hoc ei dicebant era leles eius famuli. Sur- gere hoc loco idem est quod seipsum parare: vt Iosue *1. Surge, transi Iordanem istum.* Hoc est, para te ad Ior- danem hunc transeundam.

*Comede carnes plurimas.* Para te ipsum ad carnes permultas comedendas: da operam, vt magnam hominum multitudinem interficias. Sinecdоче figura est, vt caro pars hominis pro toto homine accipiat. Accipi autem carnem pro homine indicat Paulus Apostolus, qui cap. 3. ad Romanos ait: *ex operibus legis non iustificatur omnis caro.* Et c. 2. ad Galatas eandem scribens sententiam ait: *Scie stes quod non iustificatur homo ex operibus legis.* Accipitur etiam caro pro sola muliere: vt Ioannis 1. *Nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri.* Præterea sumitur pro peccatore, pro litera legis, pro appetitu sensitiuo, & pro aliis rebus: vt licet videre apud Abrosium libro de Isaac 2. apud Clementem Alexandrinum primo Pædago. 6. apud Augustinum 2. de Genesi contra Manichæos 12. apud Ilichium in Leviticum 7. Sed hoc Danielis loco accipitur pro homine in communi: & comedere carnes pro exercere in homines crudelitatem. Nō omnes concitabant regem ad illam, sed qui immanes erāt: ac fortasse tres illi, quos rex in excelsa dignitate constituerat, præter Daniele, qui fuit in loco cuiusdam ex illis constitutus. Quam ob causam forsitan dixit: *Tres ordines erant in ore eius:* hoc est, tres regni gubernatores, qui excepto Daniele crudelitatem exercebant, ad quam regem concitabant. Quemadmodū non poteris cognoscere sit necne integrum vas, nisi illud impleatur liquore: sic nec hominem, nisi ei fuerit magistratus commissus, & munus gubernandi cōmendatum. Qui enim priuati immanitatem coope- riebat, qua vti non poterant, eam in medium proferant, cum ad dominatum ascendunt. Nam vt car- bones candentes sub cinere in fabri ferrarij officina videntur extincti: ac flantibus foliis, ignemque ex- citantibus exardescunt, micant, & vrunt: sic antiqua odia, quæ in vita priuata videbantur extincta, flatu domini, imperijque potestate recrudescunt, vibrant, & crudeles vltionis flammam emittunt. Nec solum ipsi Persæ crudelitatem exercebant, sed regem ad illam exagitabant: cum nihil in principe perniciosius crudelitatem, nihil abiectius: contra verò nihil vtilius clementia, nihil præstantius. Id intelligens Sapiens ait capite 16. Prouerbiorum: *In hilaritate vultus regis vita: & clementia eius quasi imber ferotinus.* Hoc est, quasi pluuia desiderata terram nutriens, vt pulchros vberēsque fructus ferat. Et c. 20. *Misericordia & veritas custodiunt regem: & roboretur clementia thronus eius.* Et 25. *Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.* Aureum sceptrum regis As- fueri, quod extendit ad Esther, designat clementiam: sceptrum verò ferreum, de quo dicitur secundo psal- mo: *Reges pos in virga ferrea:* iustitiæ seueritatem, quæ non adhibetur nisi exigente necessitate. Nā tunc non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas. Ita ait in epistolâ ad Riparium diuus Hierony- mus: cuius sententiâ est in sacros canones relata vi- gesimatertia quæstione octaua Legi. Crudelitas enim est animi atrocitas & immanitas, legi naturæ, quam sequi debemus, inimica. Hæc nec sanguine ex- pletur, nec est vlla calamitate satiata: sed omnem repellens humanitatem, spumat ex ore scelus, anhelat ex intimo pectore sæuitiam. Contra verò clementia est animi lenitas & benignitas hominum naturæ cō- sentanea, per quam animus temerè in odium alicuius inuectionis concitatus comitate retinetur. Hanc ita coluerunt veteres Romani, vt in numis sculperent. Aeneas Vicus in commentariis in veterum impera- torum numismata, vnum describit habēs ex vna par-

te caput pietatis, & ex altera tria religionis instrumē- ta, lituum, guttum, securim. Hoc numisma fuit excu- sum ex auro per Hirtium prætorem post deuictos à Cæsare Pompeij legatos ipso iterum consule facto, vt Florus testatur libro quarto: & Dion Cassius qua dra- gesimo primo. Esse autem caput pietatis, perspicuum est ex numismate æreo Drusi Cæsaris, quod eandem omninò habet figuram cum hac subseriptione: *Pie- tas.* Et Hubertus Herbipolita in historiis imperato- rum aliud numisma depingit, in quo est imago pie- tatis cum cornuco piæ, & ciconia, quæ est pietatis symbolum, cum hac inscriptione: *Pietas.* Et in fastis describit aliud, in quo est sculptum templum pieta- tis. Ita antiqui pietatem venerabantur, vt ei templū dedicarent. Colere illam vt Deum fuit intolerabilis vanitas & superstitio: sed diligere illam fuit laudabi- le, eorūque gloriæ tribuendum. Et quamuis cle- mentia conueniat omnibus, maximè tamen principi, vt ait Seneca in libro de clementia, cuius est admira- bile ornamentum. Nam crudelitas parit odium, dissi- dium, & interitum: clementia autem beneuolentiam, concordiam, & perpetuitatem. Vt enim singula hasti- lia facile franguntur, coniuncta autem frangi haud- quamquam possunt: ita, qui à se inuicem dissident ani- mo & voluntate, facile superantur: concordem autem in superabiles perseverant. Nec solum clementia parit concordiam, sed multa alia bona nomine vitæ si- gnificata. Nam, vt capite vndecimo Prouerbiorum ait Sapiens: *Clementia preparat vitam:* & Apostolus capite quarto epistolæ prioris ad Timotheum: *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nec est, & futuræ.* At impij Persæ suadebant regi suo im- manitatem & tyrannidem, vt eum non regem effice- rent, sed tyrannum. Quid enim interest inter regem, & tyrannum, nisi quod hic vtitur crudelitate, ille au- tem clementia? Est enim imago quædam Dei, qui est clementissimus. De eo ait ita diuus Psaltes: *Tu Domi- ne Deus miserator & misericors, patiens & multa mise- ricordia.* Et iterum: *Suavis Dominus vniuersi: & misera- diones eius super omnia opera eius.* Et Ionas capite 4. *Scio, quia tu Deus clemens & misericors es, patiens, & multæ miserationis.* Eam ob causam, vt speculum quæ- uis auro gemmisque ornatum sit, nisi tamen similem repræsentet imaginem, inutile quidem erit: sic rex ta- meti sit indutus ornatu regio multo auro, multisque gemmis distincto, & illustratus diademate magnis ac fulgentibus margaritis illuminato, & illustri sceptro, aliisque insignibus regis splendidissimè excultus: erit tamen inutilis, nisi eum imitetur, cuius debet in terra gerere imaginem: nisi crudelitatem rationi ini- micam repellat. Et licet eum consiliarij ad immani- tatem moueant, & iram, non illis hac in re volunta- tem gerat, ne cum polybo quibusuis locis colorem mutante comparetur: cui similis est, qui quorumlibet moribus & consiliis accommodatur. Eam namque in ponderandis consiliis magna opus prudentia summè principibus necessaria. Nam quemadmodum non debet sumere citharam, qui nec canendi, nec pulsandi peritus sit: ita non debet rempublicam gubernan- dam suscipere, nisi qui sit prudentia præditus. Hæc eum docebit consilia crudelitatem illi suadentia repudiare, eumque ad clementiam suscipere. Nam vt ait capite secundo epistolæ suæ Iacobus: *Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.* Et Pau- lus quarto epistolæ ad Ephesios: *Estote inuicem beni- gni & misericordes, donantes inuicem, sicut Deus in Chri- sto donauit vobis.* Et ipse Christus dominus noster ca- pite 6. euangelij authore Luca. *Estote misericordes, si- cut & pater vester misericors est.*

Post hæc aspicebam, & ecce alia quasi pardus. Ter- tium regnum est Macedorum siue Græcorum, quod

cum pardo animali velocissimo, quod præcepseratur ad sanguinem, comparatur. Nihil enim fuit victoria Alexandri Magni celerius, nihil concitatus. Pardus est maculosus: maculas autem interpretatur nonnulli varias regiones & oras, quas Alexander subegit: vel labes & vitia, quibus se maculauit ac polluit. Per alas anis intellige eius liberalitatem, vel celeritatem: vel ea, quæ super alis primi animalis paulò antè obseruauimus. Per quatuor capita pardi intelliguntur quatuor præcipui duces exercituum eius: vel quatuor reges: qui illi successerunt: nempe Ptolemæus, Seleucus, Philippus, Antigonus. Pardus cum sit bestia maculis distincta, est pulchra & elegans, cuius fœmina appellatur panthera: quæ etiam si exterius videatur innocua, est tamen fallax, amaritudine plena, & humani sanguinis auida. Sunt, qui existiment idem esse pardum ac pantheram: fœminam autem pardalim vocari. Aiunt, multa animalia sectari pantheram eius odore ac pulchritudine delictata: quæ ab ipsa capiuntur, & dilaniantur: eamque esse eius in venando solertiam. Quapropter Aegyptiis eos qui propria vitia tegebant, & figuram virtutis ostendebant, imagine pantheræ notabant. Huiusmodi autem fuisse Græcos est multis in locis veterum historiarum perspectum & exploratum. Quare eorum imperium præsertim tempore Alexandri cum pardo comparatur.

n *Et potestas data est ei.* Ostendit, Alexandrum adeptum fuisse imperium non ob propriam fortitudinem, sed ob Dei voluntatem. Nam ut ait Daniel capite secundo de Deo loquens: *Ipse mutat tempora & ætates, transfert regna, atque constituit.* Et ipse Deus capite Prouerbiorum octauo: *Per me, inquit, reges regnant: & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Vnde apostolus capite tertio decimo ad Romanos: *Non est, inquit, potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, nimirum potestates, à Deo ordinatæ sunt.* Et Christus apud Ioannem 19. dixit Pilato: *Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Itaque potestas est à Deo, sed abusus eius ab hominibus.

o *Post hoc aspicebam in visione noctis: & ecce bestia quarta terribilis.* Quartum imperium ad Romanum per hanc quartam bestiam sine homine designatum: quod Daniel aspexit in visione noctis, hoc est, per somnium visione quadam imaginaria, mentis oculis diuino lumine illustratis. Erat hæc bestia terribilis ob terrorem, quem Romani aliis nationibus iniecerunt. Erat mirabilis ob eloquentiam, politiam, prudentiam, iustitiam, cæterasque morales virtutes. Erat fortis ob excelsi animi magnitudinē, & robur, quod est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio, ac dolorum contemptio.

p *Dentes ferreos habebat magnos.* Hoc est, magnam habebat potentiam. Vel per magnos dentes ferreos intelligitur Romani imperij crudelitas, præsertim tempore Neronis, & aliorum imperatorum, qui Christi fideles acerbissimis cruciatibus vexarunt, & ad cę-

des crudelissimas vocauerunt. Nulla fuit vnquam talis feritas, nulla tam immanis sæuitia. Sed Christi martyres pietate ac iustitia præstantes, animi alacritate, & magnitudine, & admirabili constantia omnia illa supplicia & tormenta pro Christo sustinebant. Per pedes quibus bestia illa cætera conculcabat, significatur imperij Romani tyrannis in tributis quondam intolerabilibus exigendis. Hæc quarta bestia non nominatur, quia nulla inuenitur, quæ possit cum Romanorum imperio in omnibus his, quæ de illo diximus, comparari. Ideo subditur: *D. Similis autem erat cæteris bestiis.* Aiunt tamen nonnulli in psalmo 79. intelligi populum Romanum nomine apri feræ indomitæ, quæ vineam sabaoth, hoc est populum Iudaicū vastauit. Ita enim scriptum est: *Exterminauit eam aper de sylua: singularis ferus depastus est eam.* Non de ecclesia catholica, quam apostolus in priore ad Timotheū capite tertio appellat *domum Dei*: sed de sylua, hoc est, de gentium infidelitate processit.

q *Et habebat cornua decem.* Hoc est, decem præcipua regna. Apud Zachariam capite primo quatuor cornua designant duo regna, nimirum Assyriorum, quod decem tribus captiuas abduxit: & Babyloniorum, quod duas tribus in Babylonicam coniecit feruitutem. Vtitur metaphora sumpta à bobus, quorum quilibet duo habet cornua: quam ob causam vbi dixit: *Ecce quatuor cornua, deiecit:* Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Israel. Fortasse hoc Danielis loco accipitur numerus definitus pro indefinito, ut decem cornua multa regna, aut multos reges significant. Darius enim sicut septenarius est plenitudinis numerus: & solet in diuina scriptura multitudinem nuntiare: ut Numerorum quartodecimo, vbi Deus loquens de Iudæorum sceleribus, quibus ipsū sæpe ad iram prouocauerant: *Qui viderunt, inquit, maiestatem meam, & signa, quæ feci in Aegypto, & in solitudine: & tentauerunt me iam per decem vices.* Iob capite 19. dicebat amicis suis, qui eum multis affecerat contumeliis. *En decies confundetis me: & non erubescitis opprimentes me.* Et primo Regum primo dixit Elcana uxori suæ Annæ: *Nunquid non ego melior tibi sum. quam decem filij:* Ecclesiastes 7. *Sapientia, inquit, confortabit sapientem super decem principes ciuitatis.* Et apud Matt. 25. omnis Christianorum multitudo cum decem virginibus comparatur. Vel decem cornua sunt decem reges, iuxta id quod ait diuus Ioannes capite decimo septimo. Apocalypsis: qui simul existentes prope mundi finem imperium diuident Romanum. Ita etiam ita diuus Hieronymus. Dicamus, quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt: in consummatione seculi quando regnum destruentium est Romanorum, decem futuros esse reges, qui urbem Romanam inter se diuidant. Petrus Comestor in ecclesiastica historia decem hæc cornua, ait ad mundi finem respicere: ad illòsque decem reges spectare, qui per decem soles in vaticinio Sibillæ significantur. Et infra dicitur: *Cornua decem ipsius regni decem reges erunt.*

## OBSERVATIONES EX Chaldeo in

### CAPVT VII.

1. Visio autem capitis sui in cubili suo. In Chaldeo

est: *וַיִּרְאֶה* *Vechezve*: in numero multitudinis. Et visiones capitis sui. Theodotio etiam habet *וַיִּרְאֶה*: hoc est, & visiones. Vna quidem visio est: sed quia multas habet partes, rectè per numerum pluralem significatur. Quare rectè vertit noster interpres in singulari: & rectè Theodotio in plurali. Vocabulum Hebraicum est *chezon*, à verbo *Chaza*, quod significat videre, & apparere: ut psal. 16. Ego autem

tem in iustitia apparebo: conspectu tuo satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quae verba possunt ita verbi: Ego autem in iustitia videbo conspectum tuum: satiabor, cum resurrexerit gloria tua. Sensus est. Videant vani homines diuitias suas fluxas & fallaces, qui inanibus bonorum simulachris delusi, solida & expressa bona despiciunt, & iustitiam detestantur. At ego iustitiam colens videbo aliquando faciem tuam: & tunc summus perfundar gaudijs, cum resurrexerit gloria tua, cum in die reditus tui ad vitam ego tecum resurrexero, & suauissima numinis tui visione, & admirabili pulchritudine oblectabor. Tunc summa afficiat voluptate, cum te Christe sancte videro à mortuis gloriosè excitatum. Est enim credibile fuisse Dauidem vnum ex illis, qui cum Christo resurgentes fuerunt ab inferis reuocati. De illis Matt. 27. Monumenta, inquit, aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Existimo ideo illos diuinos vates Iacob & Ioseph filium eius praecepisse, vt sepelirentur in terra promissionis, quòd resurgerent cum Christo, quem spiritu prophético sciebant esse tertio die à mortuis excitandum: illiusque esse diem, quem Abraham desiderabat: de quo dominus Iesus dixit Iudaeis apud Ioã. 8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Vbi verba haec vidit, & gauisus est, explananda sunt per futurum more Hebraeorum. Ac si dicat Christus: Satiabitur Abraham, cum resurrexero in gloria mea: quemadmodum Dauid. Sed quia pro gloria est in Hebraeo haec vox מורא, quae in eorum lingua significat similitudinem, possunt ita verbi haec: Satiabor, cum resurrexerit similitudo tua. Ac si dicat Dauid: Tunc ero repletus gaudio, cum ego qui sum ad similitudinem tuam, à limbo excitatus fuero. Vel sic. Exultabo, cum afflictus fuero ad similitudinem tuam. Verbum namque Cuts quod significat apparere, significat etiam affligi. Ac si dicat diuinus vates: Gaudio afficiat bone Iesu, cum me videro tormentis afflictum instar tui: intueor enim mentis diuino spiritu illuminatis te esse affligendum ab impijs Iudaeis: ac oblectabor: cum te imitatus fuero, & iniurias equo animo sustinero. Loquitur regius ac diuinus psalter cum Christo, cuius contumelias & cruciatus multus in psalmis praedixit: ad quem has voces emittit: Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua. Poteris per hanc Dei gloriam intelligere aeternam beatitudinem in caelis: vbi sancti diuina visione satiatur. Accipitur etiam verbum hoc chaza pro intelligere aut cognoscere: vt c. 26. Gen. vbi Palaestini dixerunt Isaac. Vidimus tecum esse dominum: Vbi videre accipitur pro cognoscere & intelligere. Et psal. 33. Gustate, & videre, quoniam suavis est dominus. Et 118. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Ac si dicat diuinus cithædus: Non me fugit domine Deus, quin potius aperte intelligo, alta maxima, superba propugnacula, inexpugnabiles vrbes, vastas statuas, tabulas, monilia, vasa celata, pocula ex auro fulgētibz distincta gemis, coronas pretiosas margaritis ornatas, & cetera huiusmodi, quae mortalibus consummata perfectaque videtur, habere finem, tempore labefactari, vetustate deleri. At mandatum tuum ita latum est, vt non solum duret in hac vi-

ta, sed etiam in altera: viri enim iustitia ac pietate praecellentes, qui te summo prosequuntur amore, & proxima rectè diligunt, tunc habent charitatem, & in caelo perfectiorem. Non tantum in huius vitae cursu Deum ac beatitudinem in oculis ferunt, sed postquam ex corporum vinculis relaxata è carcere euolauerint, & in splendidissimo candore secundum aeternarum collocati fuerint, inexplicabili charitate flagrabunt. Quapropter apostolus in priore ad Corin. c. 13. Charitas, inquit, nunquam excidit. Quae caduca sunt, cadunt, & subiiciuntur fini: at charitas manet in aeternum. Id intelligens Dauid has voces emisit: Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Hoc est, intellexi rem omnem terrenam, quamuis consummata videatur, interire: diuina autem praeceptum tuum de habenda charitate, aeternum esse. Vbi aspicias idem esse illo in loco videre quod intelligere. In hanc significationem accipitur ab apostolo, cum ait capite septimo ad Romanos: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Et à diuo Luca vndecimo capite: Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, &c. Videre corruptionem idem est quod corrumpi: vt psal. 14. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quae verba intelliguntur de Christo, vt apostoli cap. 2. Actuum testantur. Nam Deus pater haudquaquam tulit Christi corpus in sepulchro corrumpi. Eodem modo videre mortem idem est quod mori: vt psal. 88. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Visio autem significat diuinam vaticinationem: vt cap. 1. Esaiæ: Visio Elia filij Amos: vt ibi in commentarijs nostris ostendimus. Accipitur etiam pro re visa: vt capite 1. Ezech. Aperti sunt caeli: & vidi visiones Dei. Vbi pro aperti sunt, est in Hebraeo verbum pathach, quod praeter alia significat sculpere & pingere. Quare potest locus ille ita verbi: Scripti sunt caeli: & vidi visiones Dei. Vidit enim ea, quae illi Deus ostendit, sculpta in caelo, siue in aere: caelum enim siliquando pro aere sumitur. Potest nihilominus locus iste aliter explanari, vt ibi in nostris commentarijs poteris intueri. Vbi visiones in eadem significationem accipiuntur, quemadmodum hoc loco apud nostrum Danielem, pro rebus visis intellectui representatis. Sed Ezechiel vigilabat, Daniel autem dormiebat.

2. Euulsa sunt à facie eius. Ita est in Chaldeo, & in Graeco. Quidam tamen vertunt: A quo sunt detracta. Vt sit sensus: Ipsum cornu paruum euulsit iria cornua. Nec perperam: nam facies rei accipitur aliquando pro re ipsa: vt Exod. 33. Si facies tua non ierit, ne ducas nos hinc: pro quo noster interpres vertit: Si non tu ipse precedas, ne ducas nos de loco isto. Et 2. Par. c. 20. pro eo quod est in Hebraeo: Dedit faciem suam, vt quæreretur dominum, vertit noster interpres: Totum se consulit ad rogandum dominum. Id ostenditur aperte capite trigesimo tertio Exodi, vbi haec sunt verba: Non poteris videre faciem meam. Et volens Deus explicare, quid per faciem suam intelligeret, addidit: Non enim videbit me homo, & viuet. Ac si diceret: Non me poteris videre, quia nullas dum viuit, me videbit. Nemo in vita mortali potest oculis corporeis naturam meam intueri. Vbi vides faciem Dei accipi pro ipso Deo. Eodem modo apud Matth. 18. Angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei, qui in caelis est.

4 Considerabam cornua: & ecce cornu aliud paruum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni positi sunt: & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammæ ignis: rota eius ignis accensus. Fluuus igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Milia mil-

lium ministrabant ei, & decies mille centena millia assistebant ei.<sup>b</sup> Iudicium sedit, & libri aperti sunt.<sup>d</sup> Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi, quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius: & traditum esset ad comburendum igni.<sup>k</sup> Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus. Aspiciebam ergo in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. <sup>l</sup> Horruit spiritus meus: Ego Daniel territus sum in his: & visiones capiti mei conturbauerunt me.

Luc. 1.  
Mich. 4.  
Sap. 1.  
et 4.

a Considerabam cornua. Hoc est, cum conspicerem decem cornua quadrupedis, apparuit aliud cornu paruum: quod de medio eorum ortum est. Porphyrius existimat per cornu hoc paruum intelligi Antiochum Epiphanem: à quo ait interfectos esse tres reges, nimirum Ptolemæum Evergetem, & Ptolemæum Philometorem, & Artaxariam regem Armeniæ. Sed deceptus est ob historiarum ignorationem: nam duo illi Ptolemæi priusquam ipse nasceretur, mortui sunt. Diuus Hieronymus ait per cornu illud intelligi Antichristum. Ac hæc est communis opinio, in qua ferè omnes sunt, qui hunc locum explanarunt. Dicitur autem Antichristus cornu propter eius superbiam & potentiam, sed paruum, qui ignobilis erit, obscuro loco natus: sed quamuis sit paruum in principio: postea tamen crescet dæmonis favore, suamque potentiam longè latèque propagabit. Superabit tres reges per tria cornua significatos, nempe Aegyptiũ, Africum, & Aetiopicum: quibus interfectis alij etiam septem victori colla submittent.

b Ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. Id est, vidi in Antichristo esse magnam perspicaciam humanam per oculos hominis significatam, habebit enim ingenij vim & acumen. Hi autem oculi dicuntur hominis, ne eum dæmonem putemus, sed purum hominem, in quo tamen diabolus sit familiariter habitaturus. Dicuntur etiam oculi hominis, quia eius prudentia non erit diuina, sed humana, non spiritus, sed carnis: quæ occidit. Nam vt ait capite octauo epistolæ ad Romanos diuus Paulus: *Prudentia carnis mors est: prudentia, autem spiritus vita & pax.* Accipi oculũ pro iudicio humano rationi inimico, seu pro carnis prudentia, indicat Zach. 5. qui describens iustitiam Dei per amphoram seu iustam mēsurā significatam, qua ille decem tribus vitulos oreos colentes castigauit: & designans earum tribuum iudicium deprauatum, ait: *Hec est amphora egrediens: & dixit: hic est oculus eorum in vniuersa terra.* Potest nihilominus illic accipi oculus pro incorrupto & perspicaci Dei iudicio: non quo homines vident, sed quo à Deo videntur. At capite sexto apud Matthæum pro intentione accipitur, vbi scriptum est: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit.* Vnde oculus dexter pro recta accipitur intentione, sumpta metaphora à sagittariis, qui vno oculo aperto ferire solent, vt certius scopum attingant. Oculus autem sinister est oculus humanus, & propositum deprauatum: quam in significationem potest accipi hoc Danielis loco. De huiusmodi oculis non cælum, sed terram intuentibus ait diuinus psalter: *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Et Ieremias in peccatorum persona Thronorum quinto: *Contenebrati sunt oculi nostri.* Et Christus apud Matth. 7. *Eijce primum trabem de oculo tuo.* Et apud Lucam capite sexto. *Ipsè in oculo tuo trabem non vides.*

Psal. 15.

c Et os loquens ingentia. Id est, habebat os verbis superbissimis plenum. Ac si dicat: loquetur aduersus Deum & homines: erit eloquens, sed superbus, male-

dicus, iactabundus, fallax, & minax: & diuinitatem sibi samet & arrogabit. Eum appellat diuus Paulus capite secundo posterioris ad Thessalonicenses *hominem peccati, filium perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Omnia ea quæ hic ait Daniel, rectè Antichristo conueniunt: & vera est ac plana ecclesiasticorum scriptorum interpretatio. Nihilominus tamen existimo posse totum hoc de Mahumeto, quem alij Mafametum vocant, explanari. Hic enim paruum & abiectũ habuit initium. Natus est in Arabia in regione Ismaelica olim imperio Romano subiecta, imperij gubernaculum tenente Mauricio: cœpit coli imperante Phoca: sed Heraclio imperium gerente magnas vires acquisiuit, ingentes copias duxit, & eximiam sed falsam nominis amplitudinem & celebritatem adeptus, specie simulatæ sanctitatis, libertate carnis eccedente, infinitas gentes fefellit. Fuit ille pestis mundi funesta, & execrabile incendium: homo impius & audax, nullam consecutus eminentem virtutem, sed adumbratam imaginem gloriæ. Non satis habuit omnia scelera moliri, quibus læditur obedientia, & animus polluitur cum corpore, nisi etiã summi Dei religionem multis in locis deleteret, ad labefactaret. Hic tria cornua, hoc est, tres mundi partes Romano imperio olim subiectas superauit, nimirum Asiã, Africã, Europã: non vniuersas has regiones, sed earũ partes. Qui sectam Mahumeticam recipiebant, appellabantur Sarrecini, non à Sarah vxore Abrahæ, sed à Sarraca prouincia Arabiæ, authore Stephano, vbi secta hæc originem habuit. Ducunt enim genus ab Ismaele filie Agar: quam ob causam vocantur Agareni: non autem ab Isaac filio Saræ. Ideo non Sarahni à Sarah, sed Sarreceni à Sarraca dicuntur. Huius Sarrecæ in Arabia meminit Marius Niger in sexto Asiæ commentario.

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. In illa visione noctis per somnium cernebam hæc omnia mentis oculis lumine prophetico illustratis. Et allati ac positi sunt throni, seu sedes regiæ: & sedit Deus pater, qui ob æternitatem & iudicandi seueritatem *antiquus dierum* vocatur. Filius gignitur à patre: Spiritus Sanctus à patre filioque procedit. Et quamuis in trinitate sanctissima nihil sit prius aut posterius: nihil maius, aut minus, pater tamen dicitur principium sine principio, quia à nullo est factus, nec creatus, nec genitus, nec procedens: & ab illo procedit filius, & Spiritus Sanctus. Ideo, vt ait diuus Augustinus in quarto de trinitate, pater est principium totius diuinitatis. Quam ob causam *antiquus dierum* appellatur. Dicuntur autem *throni* in plurali propter tres sanctissimæ trinitatis personas. Vel propter apostolorum sedes, de quibus ait David psalmo 121. *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.* Et Christus Iesus apud Matthæum decimono: *Cum sederit filius hominis, sedebitis vos super sedes duodecim indicantes duodecim tribus Israel.* Nam hoc

hoc loco describitur Christi aduentus ad vltimum iudicium, quando iudicaturus est viuos & mortuos. De quo secundo aduentu loquitur Ioannes capite vigesimo Apocalypsis in hunc modum: *Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum: a cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt.* Dicuntur autem cælum & terra fugere à conspectu Dei, quia exurentur igne conflagrationis. Ita enim ait diuus Petrus capite tertio epistolæ saxe posterioris: *Adueniet die domini vt fur, in quo cæli magno impetu transibunt: clementia vero calore soluentur: terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Fugient quoque quodammodo, quando purgatis elementis & cælis noua fuerit illorum facies. Ac erunt omnes in conspectu throni: quia vt diuus ait Paulus in posteriore ad secundo Corinthios quinto: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Fortasse ideo throni multi dicuntur, quia sancti sunt sedes Dei. Vel per thronos intelliguntur spiritus illi angelici, quos diuus Paulus in epistola ad Colossenses thronos appellauit. Nonnulli ex Hebræis per hos thronos duas sedes intelligunt, vnâ Dei, alteram Messæ, quem purum hominem existimant fore: cum re ipsa sit verus Deus, & verus homo. Sed dices: Si Daniel hoc loco vaticinatur de secundo Christi aduentu, & vltimo iudicio, quando ipse Christus venturus est iudicaturus viuos & mortuos, cur meminit patris, & non filij? Respondeo, Danielẽm vtriusque meminisse, hic patris, & paulò post filij. Licet enim in vltimo iudicio apparitura sit persona filij, non tamen ibi deerit pater, & Spiritus Sanctus: ipse enim Christus ait apud Matthæum vigesimo sexto. *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Quibus verbis indicat secum patre sessurum.

Colof. 5.

*d Vestimentum eius candidum quasi nix.* Veltis Dei patris pura erat, niueum referens candorem. Incircumscribibilis & simplicissimus Deus veste non induitur corporea, sed splendore suo sempiterno ornatur, & pulcherrimus ostenditur. De illo ait diuus psaltes psalmo 92. *Dominus regnauit, decorem induit, & induit est dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Et psalmo 103. *Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut vestimento.* Vbi pro confessione alij gloriam transtulerunt. Volunt diuini vates per nitorem harum veltium diuinæ naturæ sanctitatem, claritatem, & lucem significare. Vel intelligunt per illum sanctos, quibus Deus circumdatus ad vltimum iudicium venturus est: de quibus ait capite 49. *Esa. Omnibus his velut ornamento vestiatis.* De quibus Zacharias 14. *Veniet, inquit, dominus Deus meus, & omnesque sancti cum eo.*

*Et capilli capitis eius quasi lana munda.* Ostenditur purum, sincerumque Dei iudicium, & iudicando sapientia & maturitas. Eodem modo de Christo ait Ioannes in Apocalypsi capite primo. *Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* Diuus Augustinus in libro de essentia diuinitatis ait, capillos Dei, & pedes, ac manus eius, cætera membra, quæ ei tribuit diuina scriptura, spiritualiter intelligi. Et paulò post: *Capillos eius sanctos angelos, seu vniuersos electos typicè accipi oportet.*

*e Thronus eius flamma ignis.* Id est, videbatur thronus eius igne inflammatus. *Ignis* significat lucem inaccessibilem, quam Deus inhabitat, vt in epistola priorẽ ad 1. Timotheum 6. ait apostolus. Et ipse Deus ignis dicitur: vt Moses & Paulus memoriæ prodiderunt, hic in epistola ad Hebræos, ille in Deuteronomio c. 4. nam probos illuminat, improbos vrit. Nec

Hab. 15.

solum thronus, sed rotæ eius igne splendido flagrabant. Alludit ad solia regum, quæ olim erant versatilia instar curruum triumphalium.

*f Fluuus igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Ostendunt verba hæc magnitudinem admirabilis luminis, & splendoris, qui ex Deo ad iustorum oblectationem, impiorum autem terrorem procedebat. Vnde diuinus citharædus psalmo 49. *Ignis, inquit, in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.* Et si hoc potest ad primum Christi aduentum referri, quando ipse assumpta humanitate splendidissimam diuinitatis suæ claritatem emisit, qua mortalium mentes illustrauit, & cæcos Iudæos perfidia obstinatos afflixit, permittens Hierosolymam euerti, eoque ferro fame ac peste consumi & perpetuo exilio multari: tamen referri possunt ad secundum aduentum, quando iusti gloriam sempiternam consequentur, impij autem ad inferos relegabuntur. At quia tradentur igni æterno ex sententia Dei, dicitur fluuius igneus rapidusque egredi à facie illius.

*g Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia.* Ponitur numerus definitus pro indefinito. Sensus est: Innumerabiles turmæ angelorum stipabant Deum. De illis scriptum est in psalmo 67. *Curus Dei decem millibus multiplex, millia letantium.* Ponitur autem numerus definitus pro indefinito est in sancta scriptura satis vsitatum: Prouerbiorum capite 24. *Septies in die cecidit iustus, & resurgit.* Psal. 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* Psal. 90. *Cadent à latere tuomille, & decem millia à dextris tuis.* Matthæi 18. *Nō dico tibi vsque septies, sed septuagies septies.* Id est, quoties peccauerit. Apocalypsis 7. *Quadragesima quatuor millia signati.* Ex hoc Danielis loco intelligimus angelos partim esse ministrantes, partim assistentes. Dionysius Areopagita plures ait esse assistentes quàm ministrantes. Id colligunt nonnulli ex hoc loco Danielis aientis: *Millia millium ministrabant ei: sed decies millies centena millium assistebant ei.* Maior enim numerus tribuitur assistentibus, quàm ministrantibus. Hanc Dionysij sententiam assertit diuus Thomas in prima parte summæ theologicæ, quæstione 112. vbi hanc materiam grauitè & sapienter tractauit.

*h Iudicium sedit, & libri aperti sunt.* Id est, Deus se ad iudicandum exhibebit: solent enim iudices sententiam ferre sedentes, vt quietem & tranquillitatem præ se ferant sine animi concitatione. Porro de Deo capite duodecimo libri Sapientiæ scriptum legitur: *Tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentiâ disponis nos.* Cum autem Deus sederit iudicium laturus, aperientur libri conscientiarum: & opera singulorum bona & mala cum cogitationibus & verbis illic erunt omnibus cognita & perspecta. Diuus Augustinus per hos apertos intelligit sanctos, in quibus impij poterunt videre ac legere bona, quæ facere debuerunt, & neglexerunt. Hi sunt libri, de quibus loquitur diuus Ioannes capite vigesimo Apocalypsis. At venerabilis Beda illum Apocalypsis locum explanans per hos libros intelligit diuinas scripturas veteris ac noui testamenti: quæ ideo dicuntur in iudicio aperiendæ, quia tuac earum veritas cunctis patebit.

*i Aspiciebam propter vocem sermonum grandium.* Id est, respiciebã execrationes, quas cornu paruũ magna & queribũda voce loquebatur. Et intellexi Dei iudiciũ venire ad impiorum iactantiã & superbiam puniendã. Vidi enim bestiam illã interfectam, & corpus eius traditum igni, & flammis æternis exponi. Id quod paulò antè vocauerat cornu, modò appellat bestiam, quã vidit æternis cruciatibus cõburi cũ corpore suo: hoc est cum illis, qui eam veluti caput sequebantur. Lo-

quitur de Antichristo, & eius sectatoribus. Vel de Mahumeto, eiusque impiam sectam amplexantibus. Vel de alio Christiane religionis inimico, qui multos ad impietates conuerterit, & à vera fide Christi, eiusque sancta ecclesia separauerit: eiusmodi fuit nostra hac in re infelici memoria Martinus Lutherus, filius diaboli terribissimus, omnium scelerum maculis notatissimus, immanis vitiorum vorago. Eum secuti Buccerus, Zuignolius, Oecolapadius, Calvinus, & cetera huiusmodi pestes, infinitos homines peruerterunt, ac in exitium æternum præcipitarunt. Fortasse bestia de qua hic loquitur, est bestia quarta, qua imperium Romanum designatur. Ac tunc erit sensus: Perpendebam sollicitè ordinè diuini iudicij propter magnas blasphemias, quas Antichristus emittebat: quapropter optabam videre huius rei exitium, præsertim circa hoc cornu. Et vidi quartam bestiam interfectam, in qua cornu hoc nascetur. Nam ante mundi finem euertetur imperium Romanum, & delebitur potestas eius. Et vidi proijci in gnum æternum debitas pœnas daturum corpus illius bestie, non rotum, sed illud, quod cornu illud sequebatur, quod aduersus Deum magnas voces emittebat. Sed quoniam

*Apo. 11.* in Apocalypsi Antichristus bestia frequenter appellatur, quæ occidetur à Christo, ut ait diuus Paulus *c. 2. posterioris ad Thef.* existimo per bestie interfectionem exitium Antichristi significari. Ille enim cum corpore suo, hoc est, cum eius sectatoribus ad æternos cruciatus relegabitur. De Antichristi interitu, eiusque satellitum pernicie, loquitur diuus Ioannes in fine capituli decimonomi Apocalypsis.

*Apo. 19.* & *Aliarumque bestiarum ablata esset potestas.* Vidi tunc consumpta esse & penitus deleta alia tria imperia, nimirum Babylonicum, Persicum, & Macedonicum. Non enim ultra erit imperium terrenum, sed diuinum. Possunt hæc verba ex Chaldæo ita transferri: Reliquarum bestiarum fecerant transire potestatem. Id est, iam autem angeli abstulerat ab aliis tribus bestiis dominatum.

*Et tempora vite constituta essent eis, usque ad tempus & tempus.* Id est, & singula imperia durarunt tempus illud, quod Deus illis constituit, alia breuius, alia longius. Sed omnia fuerunt consumpta ante secundum Christi aduentum. Tunc enim terrenus dominatus cessabit, iuxta illud apostoli in priore ad Corinthios: *Cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Sed non ita regnum tradet patri, ut à seipso abdicet: quemadmodum cum a patre accepit, non abstulit illi. Regnum hoc est ecclesia electorum, ut Photius & Cyrillus interpretantur. Eam Christus in fine mundi tradet Deo patri ab omni calamitate & perturbatione liberam, & ab omnibus tyrannorum ac dæmonum insultibus tutam: cum omnem & principum mundi, & dæmonum potestatem ac tyrannidem deleuerit.

*Et ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat.* Locutus est de Deo patre, nunc loquitur de filio: sed ea quæ de utroque dicit, simul vidit, etiamsi separatim ac seorsum describat. Eum quæ in visione statuæ Nabuchodonosoris appellauit lapidem, hic filium hominis appellat. Ac ut illic lapis omnia regna contriuit per metalla statuæ significata: ita hoc loco omnia regna delet per bestias intellecta. Appellatur autem Christus *filius hominis*, quia verus est homo, cui sit verus Deus: duas enim habet naturas: sed vna tantum persona est. Voluit hoc loco diuinus vates assumptionem carnis humanæ in filio Dei significare, quem asserit veterum esse ad iudicium cum corpore humano. Idem asseruerunt angeli dicentes *Act. 1. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum*

*euertem in cælum.* Et quemadmodum ascendit in nubem, iuxta illud *Act. 1. Nubes suscepit eum ab oculis eorum*: ita veniet ad iudicium in nube. Ideo canit ecclesia: *Ecce apparebit dominus super nubem candidam, & cum eo sanctorum millia.* Ipse Christus apud *Matt. 26. Videbitis, inquit, filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cæli*: Et apud *Lucam 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate.* Et Ioannes capite *Apo. 1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Nonnulli per has splendidas nubes intelligunt sanctorum splendores cum Christo venientium. Ipse enim veniet *quasi filius hominis*: ut hoc loco ait Daniel: hoc est, verus filius hominis: particula enim, *quasi*, hoc loco non similitudinem significat, sed certissimam confirmationem: ut apud *Ioannem c. 1. Vidimus gloriam eius, nimirum Iesu Christi, quasi gloriam unigeniti à patre.* Hoc est, talem gloriam conspeximus in Christo, qualem decet habere eum, qui est unigena, verusque Dei filius.

*Usque ad antiquum dierum peruenit.* Id est, peruenit Christus usque ad patrem: ad æqualitatem patris in vna essentia. Et in conspectu eius obtulerunt eum: nimirum angeli, qui in iudicio eum stipabunt, illi seruietes. Filius Dei ab æterno æqualis patri secundum diuinitatem, minor est patre secundum humanitatem. Ac in secundo aduentu veniet ad patris æqualitatem quantum ad manifestationem omnibus exhibendam: omnes enim tunc cognoscet esse eum filium dei naturalem. Christus secundum naturam assumptam veniet ad locum ultimi iudicij, qui quatenus deus ubique est: cui secundum humanitatem pater dedit potestatem iudicariam, & honorem, & regnum. Nam ab instanti incarnationis, ut verbis utar scholasticis, eo ipso quo Christi humanitas vnita est verbo hypostaticè, data est ei potestas in cælo & in terra, & honor & regnum super omnem creaturam. De illo ait Ioannes Baptista *c. 3. apud Ioannem Evangelistam: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.* Et ipse Christus apud *Matthæum 28. Data est, inquit, mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Sed in ultimo iudicio hæc ei dari dicuntur, quantum ad generalem & apertam omnium manifestationem, & completum usum, cum ipse omnes iudicabit, iustos ad sedes cælestes domosque æternas perducens, impios autem relegans ad inferos, suorum scelerum pœnas duros.

*Et regnum eius quod non corrumpetur.* Hoc fuit in 2. cap. explanatum. Ut illic qui statuam confregit, factus est mons magnus implens vniuersam terram, cuius regnum non euertetur: ita hic qui bestias consumpsit, & antichristum interfecit, rex est æternus, cuius imperium nullo fine claudetur, nulla posteritate delebitur, nulla temporum varietate dissipabitur. *Horruit spiritus meus.* Præ magnitudine visionis, & antichristi impietate, & seueritate diuini iudicij. Possunt hæc verba ita verti: Dereliquit me spiritus meus. Quasi dicat: territus sum, obstupui, & deliqui animi passus fui: Si Daniel territus est, quia oculis spiritus præuidit vltimum ac vniuersale iudicium, quid facient peccatores illud corporaliter videntes? Multi qui hic censentur iusti, illi pleni sceleribus apparebunt, & iuste damnabuntur. Nunc verè Christiani qui sese totos deo dedicauerunt, appellatur ab improbis deceptores, cum nihil illis sit antiquius veritate: sed illic eorum virtus apparebit. Cognoscuntur à deo, mundo minimè perfecti. Deo viuunt mundo moriuntur. De illis ait in epistola posteriore ad *Cor. c. 6. diuus Paulus: Ut seductores & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus.* Et ad *Colossenses tertio: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo:*

Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Porro tunc veritas indicabitur, & in medium proferetur: eorumque aperietur magnanimitas, quos mundus contemnebat, & pro nihilo putabat. Tunc, ut ait Apostolus capite quarto prioris ad Corinthios, *manifestabit Dominus consilia cordium: & laus erit unicuique à Deo.* Vt in sarcina minutarum mercium omnes illæ sunt opertæ & confusæ, pretiosæ cum vilibus, donec peruentum sit ad nundinas, ubi extrahuntur merces illæ venales, & positæ in locis suis singulæ indicantur, & cognoscuntur, & intelligitur vnus cuiusque vis, pondus, & pretium: sic in mundo hoc omnes sunt permitti & inuoluti, boni cum malis: sed cum venerit dies iudicij, in tempore illo totius vniuersionnes indicabuntur: collocabitur vnusquisque in loco suo: & patebit, quid quisque mereatur: omniumque virtutum ac vitiorum gradus apertissime videbuntur. Illic, ut ait Iesus Christus Dominus noster, *nihil erit operum, quod non reueletur: nihil occultum, quod non sciatur.* Vt in area sunt simul grana & paleæ: sed tempore triturationis colliguntur grana in horreum, paleæ autem in iumentorum stabulum, ita in hac vita sunt simul probi ac improbi: sed in vltimo iudicio qui iustitiam & pietatem coluerunt, ferentur in sedes cœlestes beatorum: qui autem se sceleribus polluerunt, mittentur in pœnas inferorum sempiternas. Et ut ait diuinus Baptista: *Vetilabrum in manu Dei est, & mūdabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili.* Iudex ille Christus Dominus æquus est, & verax: de quo ait psalmographus: *Iudicabit orbem terrarum in æquitate, & populos in veritate sua.* Et Ecclesiastes duodecimo: *Cuncta, quæ sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.* Et diuus Paulus decimosextimo Actorum: *statuit Deus diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate.* Nunc est tempus pœnitentiæ, tunc exercebitur iustitia. Eam ob causam diuus Ioannes capite 1. Apocalypsis postquam dixit: *Ecce venit cum nubibus, & videt eum omnis oculus, & qui eum perpuerunt:* addidit paulò post: *De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exiit.* Vt aries quando reuertitur retro, vehementius inuehitur in resistentem, eumque durius percutit: sic Deus qui videtur scelerum multorum in vita hac dissimulare, & veluti retro reuerti, in die extremi iudicij eos acerrimis efficiet supplicijs & ad pœnas asperriamas damnabit. Quapropter Deus eos in hac vita puniunt, cum videtur non punire: sed apparebit apertè animaduersio in vltimo iudicio. Quæ tammodum flumina illa, quæ se repente abscondunt sub terra, eò tamè feruntur, quò tendunt, & postea apparent super terram cum impetu fluentia: sic Dei castigationes licet aliquando in hoc mundo occultæ sint, in die tamè illo terribili iudicij in apertum proferentur: & in extremas & acerbissimas ærumnas impios relegabunt. Nullus erit, qui se possit excusare, quin in iudicio appareat coram Christo: ipse enim ait apud Ioel ca. 1. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi.* Et apud Mat. 25. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue: congregabuntur ante eum omnes gentes.* De eo scriptum est psal. 49. *Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.* Hericus dum est vacuus, fugit venatorem: at pomis onustus fugere non potest: ita peccator in hac vita potest per pœnitentiam fugere vltionem Dei: at in die iudicij grauidus pòdere scelerum nullo modo se in fugam conijcere valebit. Id intelligens Esaias ait cap. decimo: *Quid facietis in die*

visitationis & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Vt acus duæ sunt extremitates, altera qua suscipit fila, altera qua pungit: ita Christi duo sunt aduentus, alter quo suscepit peccatores ad pœnitentiam, ostendens misericordiam, alter quo impios multabit exercens iustitiam. Cum accepero tempus, ait ille psalm. 74. *ego iustitias iudicabo.* Et apud Sophoniam primò: *Scrutabor Ierusalem in lucernis & visitabo super viros defixos in facibus suis.* Id intuens diuus Bernardus: Si in Ierusalem, inquit, fit scrutinium, quid erit in Babylone? Et rectè quidem: nam, si iustorum vita per Hierosolimam significata est diligenter exploranda & perspicienda, quantò magis sceleratorum colluies per Babylonem intellecta? cufabuntur impij non solum à dæmonibus, & ab hominibus sceleratis, sed etiam à viris iustitia præstantibus, quos ipsi afflixerunt, iuxta illud libri Sapientie capite quinto: *Stabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt.* Nec solum homines, sed insensibiles creaturæ in eos inuehentur: Deus enim illis vretur aduersus eos, ut est eodem capite memorie proditum: *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Et paulò post: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Omnia in illo vltimo iudicio videbuntur impijs tristia, terribilia, metuenda. A dexteris, inquit diuus Ambrosius, erunt peccata, à sinistris dæmonia, subtus horrens infernus, supra iudex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia vrens. Vbi iustus vix saluabitur, miser impius quid faciet? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Hactenus ille. Si Adam fugere volebat presentiam Dei, quem ob morsum pomi prohibiti offenderat, quid illi facient, qui eundem Deum sæpe contempserunt, cuius legem infinitis maleficijs violauerunt? Hos statuet Christus ad sinistram, iustos autem ad dexteram, ut ipse apud Matthæum 25. testatur. Dextera enim signum est amoris. Quare Iacob filium suum dilectum vocauit Benjamin, hoc est, filium dexteræ, id est, sibi charissimum, quem habuit in senectute ex Rachele, quam singulari prosequatur amore. Porro Deus pater collocauit filium suum vnigenam à dexteris iuxta illud psalmi 109. *Dixit Dominus domino meo: sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quem locum ipse Christus apud Matthæum capite vigesimo de seipso interpretatur. Ad illum alludit Apostolus capite decimo quinto prioris ad Corinthios: Et primo ad Ephesios: *Constituit, inquit, eum ad dexteram suam in cœlestibus.* Et primo ad Hebræos: *Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.* Habitat enim Christus dominus in excelsis in eadem maiestate & dignitate cum patre ab eo dilectissimus. Ostendens autem electorum honorem, & amorem, quo eos prosequatur, illos ad dexteram constituet, quorum multos mundus sinistros esse putabat: contra verò ad sinistram collocabit, quos mundus dextros censebat. Huius rei figuram adumbravit Iacob, qui præter opinionem Iosephi super Manassem & Ephraim in benedictione manus mutauit. Et auditis sententijs ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Galaditæ, ut in libro Iudicum literæ diuinæ memorie prodidere, percusserunt & fugauerunt in bello Ephratæos. Ac occupatis vadis Iordanis, per quæ Ephratæi erant reuersuri, volentes scire essentne Ephratæi, qui transibant, dicebant eis, ut proferrent schibbolet: cum autem illi non possent schibbolet proferre, sed schibbolet, in Iordanis transitu in efficiebantur. Porro schibbolet, ut graues aiunt authores, significat spicam plenam granis, schibbolet autè spicam granis destitutam. Iordanis autem, teste Hier. idè est,



quod fluuius iudij. In illo Iordane: in illo terribili die iudicij interrogabimur, simus necne Christiani. At qui non potuerint proferre spicam cum granis, fidem cum bonis operibus in charitate, sed paleas vanitatum & flagitiorum, damnabuntur: illi vero salutem consequentur æternam, qui fidem ostenderit in charitate formatam, qui grana solidarum virtutum in apertum protulerint: quorum denique vita fuerit schibbolet. Sed prius erunt signa in sole, luna, & stellis, vt Christus ait: qui volens discipulos suos, omnes que pios ac iustos viros consolari, postquam hæc & alia dixit, quæ Lucas cap. vigesimoprimum mandauit, adiecit. *His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.* Si tunc piorum appropinquauerit redemptio, quemadmodum appropinquatura est, ergo hic mundus est eorum, vt ita dicam, captiuitas. De illa ait diuinus psal. 125. *Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.* Austro est Venus efficiens pluias copiosas, quibus torrentes mirum in modum augentur: & magno impetu fluunt. Orat igitur Deum diuinus vates, vt multitudo liberandorum à seruitute imitentur torrentes austro flante abundantes. Aspice domini Iesu Christi pietatem. Loquebatur de vltimi iudicij terrore & seueritate, & in medio præconiorum iustitiæ non obliuiscitur misericordiam. Ideo aiebat Habacuc cap. 3. *Cum iratus fueris, misericordiam recordaberis.* Imò ipsi terrores misericordiam eius ostendunt. Iudex cum vult reum comprehendere & punire, non illum prius hortatur: qui ei carcerem minatur, non vult illum in carcerem conicere. Eodem modo Deus qui nobis cæli caliginem, elementorum perturbationem, & inferni pœnas minatur, vult

similitudo

nos eripere. Ipse enim ait apud Ezechielem 33. *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur à via sua, & viuat.* Et apostolus cap. 2. prioris ad Tim. *Deus vult omnes homines saluos fieri.* Nihilominus tamen tantus erit terror iudicij vniuersalis vt dicat Iob cap. 14. *Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & contineas mihi tempus, in quo recorderis mei.* Ita erit formidabilis dies ille, vt desiderent homines in obscuris locis inferni abscondi, donec transeat furor iudicij, & tunc in cælum euocari. Sed tunc appropinquabit iustorum redemptio. Coniungit Christus misericordiam cum iustitia, vt aptam efficiat harmoniam. Dulcis sonus citharæ cum sonora voce humana efficiunt suauem quandam musicam, quæ nec iam sonus citharæ solùm est, nec vox duntaxat humana, sed admirabilis concentus ex illis conflatus quolibet illorum excellentior. Eodem modo iustitia cum misericordia copulata efficit temperatam quandam harmoniam: quæ nec est separata iustitia, nec separata misericordia, sed præcellens quædam musica his duabus rebus confecta, qualibet earum illustrior, dulcior, & præstantior. Qui ea vltus fuerit, viuat, iuxta illud proverbiorum vigesimoprimum. *Qui sequitur iustitiam, & faciet misericordiam, inueniet vitam.* Quod est intelligendum non solùm de vita hac fluxa & caduca, sed de æterna, cui nulla ætas est finem illatura. Hanc tribuet viris iustis Christus Iesus in die iudicij, cuius memoria horruit spiritus Danielis, vt ipse hoc loco testatur.

similitudo

q *Visiones capitis mei.* Id est, ea quæ in somniis vidi, me perturbant.

#### ANNOTATIO.

1 Donec throni positi sunt. Pro positi sunt est in Chaldaeo: *רמי* Remiu. Verbum Hebraicum est *רמי* Ramah, quod præter alia significat deicere: vt Exod. ca. 15. Equum & ascensorem deiecit in mare. Quare potest verti locus hic: Donec throni reiecti sunt: vel sublati sunt. Auferentur nanque omnium regnorum solia, peribit omnis mundi dominatus: at Christi regnum æternum est. Significat etiam verbum hoc fallere. Vnde vox hæc Remijah ab eo deducta significat proiectionem, & fraudem, & rem fallacem: pro qua editio vulgata habet dolosum cap. sept. Osee: Facti sunt quasi arcus dolosus. Hoc est, similes, arcui, qui cum sagittam videatur in vnâ mittere partem, mittit in aliam. Loquitur de hominibus, qui fallunt alios simulatione iustitiæ: qui vtuntur hypocrisi, non solida virtute. Alij verum: Facti sunt instar arcus proiectionis: hoc est, sagittas iaculantis. Quasi dicat: Crudelitatem naturæ hominum inimicam exercuerunt, sagittas acerbitalis suæ in alios iacientes, animique atrocitatem ex intimo pectore anhelantes.

2 Horruit spiritus meus: ego Daniel territus sum in his. Theodotio habet: Horruit spiritus meus: ego Daniel in habitu meo. Hoc est, territus est spiritus meus: & ita me habebam, vt dico. Pagnin. habet: Effossus est spiritus meus: ego Daniel habebam spiritum defossam in medio corporis. Sed si verbum verbo reddere volueris, poteris totum hoc ita vertere ex Chaldaeo: Excisus est spiritus meus: ego Daniel in medio vagina. Sensus est: Spiritus meus me ferè dereliquit, & à me recessit: & ego mansi in corpore quasi sine spiritu. Corpus humanum appellatur vagina: nam vt gladius est in vagina: ita anima in corpore. Ait itaque Daniel se mansisse in vagina sine gladio, vel mansisse sibi vaginam sine gladio, quod eundem habet sensum: quia quando exhorrescimus, & obstupescimus, videtur nos animus relinquere, & à nobis egredi: & ita manemus in corpore seu vagina sine spiritu, qui cum

gladio comparatur. ca. 24. Gen. vbi nos habemus: Stupefacti turbatique, &c. est in Hebræo: Egressum est cor eorum. Hoc est, relictum sunt sine spiritu: eamque ob causam stupefacti ac turbati. Illud Gen. 6. quod dixit Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum: potest transferri: Non erit in vagina spiritus meus in homine in æternum. Vt sit sensus: Spiritus quem dedi homini, non erit in illo instar gladij in vagina perpetuò: hoc est, non diu viuat. Vocat Deus spiritum suum illum, quem dedit homini. Sed quia pro manere est in Hebræo verbum *רמי* quod non solam permanere, & esse in vagina significat, sed etiam iudicare, ait Hieronymus in quæstionibus Hebræicis sensum horum verborum hunc esse. Non indicabit spiritus meus homines istos in æternum: non illos ad æternas pœnas damnabo, quoniam caro sunt, hoc est, fragilis conditionis: non eos ad æternos seruabo cruciatus: sed hic illis reddam, quod merentur. Quæ verba de illis intelliguntur, qui in pœnis pœnitentiam agunt. Ergo non seueritatem, sed clementiam Dei sonat peccatoris in hac vita castigatio. Vnde Osee 4. inducit Deum iratum ita loquentem: Non visitabo filias eorum, cum fornicatae fuerint, & sponsas eorum, cum adulterauerint. Et psal. 88. ait ipse Deus: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Diuus Ambrosius per spiritum Dei, hoc Genesis loco intelligit spiritum sapientiæ & cognitionis. Poteris per hunc spiritum Dei iram eius intelligere, & per carnem fragilitatem humanam. Quidam per spiritum Dei intelligunt ipsum Deum, & per carnem flagitia mortalium, vt dicat Deus: Non seram perpetuò hominum scelera: non disceptabo semper cum hominibus, quoniam se totos carni dederunt: sed veniet diluuium terrarum, & propè omnes interibunt. Verbum enim Hebraicum disceptare, etiam significat contendere, & certare.

Accesit

Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quarebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum: & docuit me. <sup>b</sup> Hæ quatuor bestie magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in seculum, & seculum seculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes vt vngues eius ferrei: comedebat, & comminuebat: & reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decem, quæ habebat in capite, & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos & os loquens grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos: & præualebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsum, & tempus aduenit: & regnum obtinuerunt sancti. <sup>f</sup> Et sic ait: Bestia quarta regnum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram: & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem, & eius regni decem reges erunt: & alius consurget post eos: & ipse potentior erit prioribus: & tres reges humiliabit. Et sermonem contra excelsum loquetur: Et sanctos altissimi conteret: & putabit, quod possit mutare tempora & leges: <sup>b</sup> & tradentur in manu sua vsque ad tempus, & tempora & dimidium temporis. <sup>e</sup> Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispareat vsque in finem. Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum regnum sempiternum est: & omnes reges seruient ei, & obedient. <sup>f</sup> Hucusque finis verbi. <sup>f</sup> Ergo Daniel multum cogitationibus meis conturbabar: & facies mea mutata est in me. Verbum autem in corde meo conseruauit.

<sup>a</sup> Accessi ad vnum de assistentibus. Id est, his visis me appuli intellectuali accessu ad quendam ex illis spiritibus cælestibus à concreione materia segregatis, qui Christo iudici in solio sedenti assistebant, quærens ab eo veram rerum omnium quas mentis oculis intuebar, interpretationem.

<sup>b</sup> Hæ quatuor bestie. Explanatur visio. Quatuor bestiis quatuor regna, vt diximus, significantur, scilicet Babylonicum, Persicum, Græcum, Romanum, quæ ideo dicuntur consurgere de terra, quia ex hominibus sunt in hoc seculo. Quare delebuntur, & consumentur. Sancti autem habebunt regnum Dei in cælis: de quo ait psalmogra. 114. *Regnum tuum regnum omnium seculorum.* Ideo ait statim Daniel: *Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi.* Vbi verba illa Dei altissimi, possunt referri ad regnum, aut ad sanctos: de quibus scriptum est cap. 5. lib. Sap. *Accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini.* Illis dicturus est Christus: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* De illo subdit statim Daniel: *Et obtinebunt regnum vsque in seculum, & seculum seculorum.* Vbi aperte loquitur de regno in cælis, non autem de regno terreno, ad quod cæci Iudæi aspirant: cuius desiderio tenentur.

<sup>c</sup> De bestia quarta. Qua imperium Romanum designatur. Cætera supra explanata sunt.

<sup>d</sup> Os loquens grandia. Hoc est, os iactabundum, & maledicum, Deum & homines lingua petulantissima confectans. Loquitur de Antichristo: de quo dictum est cap. 13. Apocal. *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias.*

*Faciebat bellum aduersus sanctos.* Significat calamitates quibus Antichristus opprimeret viros fideles: quorum multos occidet, & alios decipiet. Sed ex deceptis multis resipiscunt, & ad veritatem reuocabuntur. De illo ait Ioannes cap. 13. Apoc. *Est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos.*

<sup>e</sup> Et iudicium dedit sanctis excelsum. Deus pater dedit sanctis suis iudicem, nimirum filium suum vniuersalem. Vel dedit iudicium & potestatem iudicandi sanctis excelsum, hoc est, apostolis, qui sedebant cum Christo iudicantes duodecim tribus Israelis. Vbi dedit iudicium, id est tulit sententiam pro sanctis suis.

<sup>f</sup> Et sic ait. Nimirum angelus, qui intruxit Danie-

lem. Sequitur quartæ bestie interpretatio.

<sup>g</sup> Et alius consurget post eos. Nempe Antichristus: de quo ait in Apocalypsi diuus Ioa. c. 13. *Vide de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem.* Dicitur ascendere de mari, quia de seculo hoc quod est pelagus, & profunda vitiorum vorago, se est in superbiam, ferociam, & conuitia erecturus. Dicitur habere capita septem, propter omnia septem mortifera crimina, quibus erit contaminatus: & cornua decem contra decem Dei præcepta, quæ per psalterium decem cordarum, vt diuus ait Augustinus, significantur: de quo ait Dauid psal. 32. *In psalterio decem cordarum psallite illi.* Hic Antichristus viribus, opibus, & dominatu alios superabit, & reges Aegypti, Lybiæ, & Aethiopiæ vincet, execrationes & maledicta conferet in Deum, viros virtute præditos affliget: & id sibi assumet & arrogabit, vt existimet, posse se mutare tempora & leges, hoc est, solemnitates, quæ certis celebrantur temporibus, & legem veterem ac nouam. Vel per tempora intelliguntur cursus ac ordines temporum: & per leges diuinæ ac humanæ sanctiones, iuris atque iniuriæ regulæ, rectæque rationes imperandi atque prohibendi.

<sup>h</sup> Et tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hoc est, dabitur, seu permittetur ei hæc potestas in sanctos Dei tres annos cum dimidio. Per tempus iuxta Hebræorum consuetudinem intelligitur annus, & per tempora duo anni, & per dimidium temporis anni dimidium. Regnabit enim Antichristus annis tribus cum dimidio. Id voluit significare diuus Ioan. c. 12. Apoc. cum ait: *Datæ sunt mulieri alæ ducæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum: vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.* Hæc mulier est ecclesia, cui data sunt duo testamentum, vetus & nouum, quibus velutis aliis se per sapientiâ contemplatione ferat in sublime, & à cætu infidelium in solitudinē recipiat: vbi permanebit tribus illis annis cum dimidio quibus est scriptis, hoc est, Antichristi tyrani duratura. Id prædixerat paulò ante his verbis idem Ioannes: *Mulier fugit in solitudinē, vbi habebat locum paratum à Deo: vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.* Qui dies eandem summam temporis efficiunt. Id quod capite eiusdem Apocalypsis 11. prædixerat, his verbis: *Ciuitatem*

sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Hoc est, tres annos cum dimidio. Idem confirmat capite 13. cum ait: *Data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Non durabit amplius Antichristi saevitia: nam ut verbis utar Christi Dei nostri apud Matt. 24. *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur.* Ac ut diuinus ciuicæ psal. 9. *Non in finem obliuio erit pauperis: patientia, pauperum non peribit in finem.* Quamquam Deus videatur suorum obliuisci, eorumque calamitates contemnere, non tamen permittet eos perpetuo vexari, & anxietatibus vigeri: nec tyrannos in vita perpetuitate impunè grassari. Qui enim in viros pios ac iustos ventos excitant, & ad eorum perniciem abutuntur potentia, pœnas luent immanitatis suæ, & ad cæcas inferorum tenebras detrudentur. Indigni sunt luce: qui lucis largitorem aspernantur. Ipsi autem viri pietate & iustitia insignes gloriam consequentur cœlestem quos in cœlum merita vocabunt.

i Et iudicium se debet ut auferatur potentia. Hoc est, & Christus iudex omnium sedebit sententias laturus: & auferetur potestas Antichristi, & omnium tyrannorum. Quemadmodum in visione statuae, de qua cap. 2 late disseruimus, lapis contriuit omnia metalla: ita hic filius Dei euertet regna terrena per quatuor bestias significata. Sed illic loquitur Daniel

præcipue de primo Christi aduentu: hic verò de secundo. Primo dedit operam, ut Hebræos à ceremoniis & legibus antiquis traduceret ad longè præstantiorem sui colendi rationem, omnibusque mortalibus viam muniret ad vitam immortalem. At secundo apparebit iudex omnium in die iudicij: vbi qui se turpibus vitis contaminarunt, & terras fraudes conceperunt, relegabuntur in tartara, erique illis deuium iter, seclusum à concilio beatorum. At qui se totos manciparunt Deo, in beatissimas cœli sedes penetraunt, vbi æternis gaudijs, omniumque bonorum copia cumulati summo bono fruuntur.

k *Subter omne cœlum.* Infra cœli empyrij ambitum. Id est, quidquid sub cœlo continetur, ad gloriam sanctorum conduceret. Erunt enim in regno Christi in cœlis, quod est sempiternum.

l *Hucusque finis verbi.* Nimirum angeli. Hoc est, Hæstenus locutus est angelus, qui mihi visionem explicabat. Ego autem Daniel meis cogitationibus valde conturbabar. Eodem modo Esa. cap. 21. *Corruerunt cor meum.* Et Habacuc 3. *Audiuisti, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea.* His loquendi modis uti solebant diuini vates, cum volebant magnitudinem visionum significare. Hæstenus Daniel Chaldaico Syriacoque scripsit sermone. At cætera vsque ad finem libri sunt Hebraicis verbis exarata.

## ANNO TATIO.

1 Et sermones contra excelsum loquetur. Pagninus habet: *Et sermones ex parte altissimi loquetur.* Hoc est, dicit se esse missum à Deo patre: ut verba faciat hominibus verba sua attribuet Deo patri. Nam Antichristus dicturus est esse se filium Dei, & verum Deum: eiusque verba ex parte Dei esse. Symmachus trās tulit: *Et sermones quasi Deus loquetur.* Nam cum tantum sibi arroget, ut Dei assumat potentiam, verba etiam diuina sibi vendicabit. Horrenda profecto Antichristi superbia, & intolerabilis arrogantia.

2 Et tradentur in manu eius. Theodotio habet, *quod dicitur.* Hoc est, & dabitur, nimirum, regnum in manu eius. Permittet enim Deus, ut Antichristus regnet tres annos cum dimidio. Vel, Et totum hoc tradetur in manu eius: id est, in eius potestate: manus enim in diuinis literis pro potestate accipitur, ut Gen. 16. cap. *Ecce ancilla tua in manu tua est.* Et Iere. 37. *In manibus regis Babylonis traderis.* In hanc significationem potest sumi manus psalm. 6. *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Et sit sensus: *Eripe me domine ab impio Saule: & aufer gladium tuum ab inimicis potentia tuæ: hæc potestatem, quam à te acceperunt, ab eis, qui sunt hostes potentia tuæ: Euthymius pro frameam tuam, siue gladium tuum, legi framea tua, in allatio: Ac, dicit David: Gladii tuo domine libera vitam meam ab impio Saule, eiusque scitis, qui electioni tuæ de me facte aduersantur. Accipitur anima pro vita, ut multis alijs in locis. Vel eripe me ab inimicis potentia tuæ: nam qui me oppugnant, tecum pugnare videntur. At Hier. trās tulit ex Hebræo: *Salua animam meam ab impio, qui est gladius tuus, à viris manus tuæ. Potest verti totum hoc: Libera animam meam ab impio, qui est gladius tuus: ab inimicis, qui sunt manus tua. Dicitur quidem impius gladius Dei, quod Deus illo utatur pro gladio ad puniendam flagitia improborum, & ad virtutem piorum exercendam. Hac inter, retationi fauet locus ille apud Esaiam cap. 10. vbi Deus regem Assyriorum vocat virgā, qua alios percutiebat, cum ait: *Væ illi virga furoris mei, & baculus i-***

psc est: in manu eius indignatio mea. Eadē ratione vocauit David hostes suos manu Dei, Iob imitatus, qui dixit cap. 19. *Manus Domini tetigit me.* Interpretamē Chaldaicus habet: *Libera animam meam ab impio, quippe qui me retur gladio tuo interfici.* Accipitur etiam manus pro opere, ut apud Luc. 11. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Hoc est, estote parati ad mortem. Qui enim se induunt, ultimo loco sumunt cingulū, quo præcingunt: renes. Sintque lucernæ ardentes in manibus vestris: hoc est, sint intellectiones scientiæ illustrata in operibus vestris: coniungite facta cum intelligentiis: intelligite, quid facere debeatis, & facite, ut intelligitis: in eas actiones incumbite, ex quibus intelligitis verum decus redundare. Intellectio nostra est lucerna: quæ si est notione collustrata dicitur ardens, seu prælucens: manibus verò facta significantur. Poteris per lucernas ardentes in manibus ultimā ad moriendum præparationem intelligere: qui enim iam præcordis conceptam mortem continent, extremo illo afflatu solent candelam incensam manu tenere, & tremulis ac morientibus vocibus animam Deo commendare. Nonnulli per lumbos præcinctos intelligunt castitatem, per lucernas autem in manibus exempla virtutum. At Robertus Stephanus, & Erasmus Roterdamus in versionibus suis non posuerunt: In manibus vestris: Ita enim habent: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ accensa: & vos similes hominibus, &c.* Ex quorum versionibus sumunt multā occasionem editionem vulgatam emendandi. Quæ in re grauitat falluntur. Nam in veteribus codicibus tam Græcis, quam Latinis est tota hæc oratio: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Et ita habet editio vulgata, quæ est omnium certissima, grauisissima, integerrima. Quam ob causam omnibus alijs meritò anteponitur. Eam tenet & approbat, ac tenendam & approbandam præcipit sancta nostra mater Ecclesia Romana Catholica. Quare non sunt audiendi noui illi translatores, qui eam multis in locis mutilatam ac diminutam, in alijs verò redundantem & superuacaneam red-

reddiderunt, in alijs autem aliter apertissime deprauarunt. Illud non est diuina scriptura uertere, sed peruertere. Sed dices eos asserere in codicibus Hebraeis & Graecis esse aliquando lectionem diuersam à nostra Latina communi. Fateor: imò inter se ipsos differunt codices tam Hebraei, quam Graeci. Nam Iudei nominis Christiani inimici multis in locis sacra biblia Hebraea corruperunt. Similiter heretici Graeci codices Graecos deprauarunt. Eam ob causam iam nunc non est praecipue petenda sacrarum scripturarum ueritas ex exemplaribus Hebraeis, & Graecis: sed ex Latina uersione ab Ecclesia Catholica retenta & approbata, quam editionem uulgatam appellamus: quae est in Ecclesia antiquissima, summaque authoritatis, firmitudinis, certitudinis, & maiestatis. Hec est turris munitissima, & firmissimum Christiana religionis propugnaculum. Cum igitur exemplaria Hebraea uariant inter se, similiter & Graeca, aperte concludo, non esse iam ex illis ueritatem praecipue petendam, sed ex editione uulgata, quae est inuoluta & pura, quam ecclesia tot annis conseruauit, quae est semper eadem, de cuius laudibus nulla unquam aetas conticescit. Erasmus quae sunt multa exemplaria Graeca, & collegit quatuordecim, ut ipse ait, inter se disparia, & uarietate distincta. Robertus autem decem & octo: & mirum est, quanta uarietate diuersitate. Illud est certissimum, ex illis ea esse pura & castigata, quae editioni uulgatae suffragantur. Huiusmodi est codex Graecus uetustissimus manuscriptus, qui Roma in Bibliotheca Vaticana seruatur, uerus & incorruptus, qui omnino cum editione nostra uulgata concordat, congruit, & consentit. Si exemplar illud legeris, & cum uersione nostra Latina uulgata contuleris: uidebis nullam esse inter Graecum & Latinum discrepantiam, sed summam concordiam. At nec Erasmus, nec Robertus exemplar illud in uersionibus suis se cuti sunt. Ex quo effectum est, ut discrepant inter sese: quoniam exemplaria diuersa sequi uoluerunt. Sed hac in re uterque incidit in errorem in uersione cap. 12. Euangelij auctore Luca, ubi pro in manibus uestris, nihil, ut diximus, posuerunt. Legendum esse, in manibus uestris, indicat Augustinus sermone trigesimo nono de uerbis domini, cuius haec sunt uerba: Abstineret nos debemus ab omnibus illicitis concupiscentijs: hoc est, lumbos accinctos habere, & feruere, & lucere operibus bonis: hoc est, lucernas ardentes in manibus tenere. Hec ille. Hieronymus in commentarijs in Iosephum explicans uerba illa primi capituli: accingite uos: Qui sanctus, inquit, sacerdos est, & comedit pascha Domini, accingatur baltheo castitatis: & audiatur cum apostolis: Sint lumbi uestri praecincti: & lucernae ardentes in manibus uestris. Nonne uides Hieronymum citare textum euangelij, quemadmodum habet editio uulgata? Sunt haec Hieronymi uerba in sacro canonis relata de poenitentia distinctione prima. Qui sanctus. Eodem modo legit Gregorius in homilia in cap. 12. Lucae, cum ait: Protinus additur: Et lucernae ardentes in manibus uestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Theophylactus etiam in commentarijs non solum legis, sed etiam explanat. Eodem modo Petrus Chrysologus, uetustate & doctrina uenerandus sermone uigesimo secundo. Et antiquus Eusebius Emisenus homilia in cap. 12. Lucae. Consentunt omnes codices Latini: & octauum responsum officij confessorum non pontificum antiquitate in Ecclesia celebratum. Quare non deberent recentis translatoribus rebus nouis studere, & ab antiqua Ecclesia uersione discrepare, eam aliquando irridentes, aliquando improbant. Nec solum hoc loco ueritatem reliquerunt lectionem antiquam, sed etiam capite septimo Ioannis. Nam ubi nos habemus: Nondum erat spiritus datus: uerterunt Erasmus & Robertus: Nondum erat spiritus sanctus. Quae uerba uidentur impietatem

sonare. At multa exemplaria Graeca antiqua habent *de-  
doudop*. Et ita est in exemplari Vaticano uetustissimo &  
integerrimo. Ac ita legit Augustinus in commentarijs in  
illum locum: Hieronymus in epistola ad Hedibiam qua-  
estio. 9. Chrysostomus homilia in Mattheum 23. & in Io-  
annem 28. Didimus libr. 2. de Spiritu sancto: Victorinus  
contra Arrianos: Leo Magnus sermone tertio Penteco-  
stes: Theophylactus in Ioannem: & alij magni nominis scri-  
ptores: qui omnes legunt: Nondum erat spiritus datus.  
Omnino infinita prope loca, quae heretici nostri temporis  
in suis uersionibus, aut potius euerisionibus deprauarunt.  
Fuit sine dubio eorum editionum multis uero calamitas  
Ecclesiae: aut potius pestis funesta ueritatis: quoniam suis  
deprauatis editionibus fullunt multos, quibus pernicem  
machinantur. Cum aliquis ex illis uocabulum unum in-  
uenit, quod sibi non placeat, statim clamat delendam esse  
totam editionem uulgatam, & aliam denuo faciendam: et  
similis, qui totam Mineruam Phidias uult frangere, & alia  
fingere, ut catcei eius ligulam efficiat uenustiore. Et  
fracta pulcherrima imagine aliam conficit turpissimam.  
Utinam nec Hebraice nec Graeca lingua ueritas conser-  
uata, quae ad multorum exitium intemperatam et abu-  
tuntur. Est quidem linguarum cognitio ad sacrarum lite-  
rarum intelligentiam mirum in modum fructuosa ad my-  
steria profunda ex illis depromenda, & ad imaginem ueri-  
tatis in fonte contemplandam utilissima. Cuius etiam in  
Latinis codicibus est uarietas, causa typographorum, re-  
ctum uendum est ad Hebraea, Graecaque exemplaria, ut ue-  
ritas eluceat, & emineat: ut uerbi causa psalms 41. ubi  
nonnulli codices habent: Sicut anima mea ad Deum  
fontem uiuum: alij, Sicut anima mea ad Deum for-  
tem uiuum. Si utrunque consulas exemplar tam He-  
braicum, quam Graecum, uidebis statim, germanam lectionem  
esse ad Deum fortem: non fontem. Nam in Hebraeo est: *et  
qua* uox fortem significat, non fontem: similiter in Graeco  
est *et* *et* *et*, quae idem est quod fortis. Et ita legunt Hiero-  
nymus, Chrysostomus, & alij. Praeterea cum multa uoces  
sint aequiuocae, praesertim in lingua Hebraea, est diuina scri-  
ptura admirabili fecunditate referta, & diuinis myste-  
rijs sole ipso splendidioribus cumulata. Ex eius uentre  
flamina a quarum uiuentium dimanant: unde uiri sapien-  
tes, linguarum cognitione, uirtutumque ornamentis ex-  
culti, possunt admirabiles ac reconditos sensus exhaurire:  
quibus ueluti epulis suauibus, & nectare caelestium animi  
oblectantur, & ad aeternitatem aluntur. Porro ex una-  
quaque oratione fluunt salutes intelligentiae. Cum au-  
tem interpres non possit nisi unam depromere, & ex-  
plicare, manet scriptura granida, arcanaeque profun-  
dissimis plena: quae linguarum periti ex ipso fonte de-  
promunt, ad originem, primamque linguam recurren-  
tes, & cogitationes suas perpetuis monumentis confi-  
gnantes. Aspicias esse linguarum cognitionem utilissi-  
mam: non ad ueritatem oppugnandam, sed ad illam  
tuendam: non ad inferendum bellum ecclesiae sanctae ca-  
tholicae: sed ad seruandum illi: ad eiusque gloriam lau-  
demque celebrandam. Cognito linguae Hebraeae est mirum  
in modum utilis ad intelligentiam ueteris testamenti: si-  
militer & Graeca ad intelligentiam noui, & translationis  
septuaginta interpretum, quae sine dubio uera est, admi-  
rabilis, & diuina: id quod miraculum septuaginta cel-  
lularum testificatur. Nam cum singuli singulis cu-  
biculis separati transferrent, nihil in alicuius eorum  
codice inuentum est, quod in ceteris non inuenerit-  
tur: ut multi magni nominis auctores memoria pra-  
diderunt. Haec utriusque linguae & Graecae & He-  
braicae cognitione instructi uiri catholici uocem hanc  
manus, interdum accipiunt pro opere, ut apud Lucam  
duodecimo: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae  
ardentes in manibus uestris: inter alia pro potestate:  
ut hoc

vt hoc Danielis loco: Et tradentur in manu eius: inter-  
dum aliis modis, vt videre licet varijs in locis diuinarum  
literarum.

## Argumentum capitis VIII.

Narrat diuinus vates victoriam, quam rex Græcorum de rege Medorum & Persarum erat reportaturus sub specie hirci, viribus pollentis, magnum  
ac potentem arietem superantis. Postea vaticinatur de Antiochi impietate & tyrannide: ac de eius interitu & exitio, qui Antichristi figuram gessit.

## CAPVT VIII.

**A** Anno tertio regni Balsasar regis visio apparuit mihi. Ego Daniel<sup>b</sup> post id quod videram in principio, vidi in visione mea, cùm essem in Susam castro, d quod est in Aelam ciuitate. Vidi autem in visione esse me<sup>f</sup> super portam Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero, atque succrescens. <sup>b</sup> Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem. Et omnes bestia non poterant resistere ei, nec liberari de manu eius. Fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego intelligebam. <sup>k</sup> Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebatur terram. <sup>l</sup> Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam: & cucurrit ad eum impetu fortitudinis suæ. Cùmque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum: & percussit arietem, & comminuit duo cornua eius: & non poterat aries resistere ei. Cùmque eum misisset in terram, conculcauit: & nemo quibat liberare arietem de manu eius.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Anno tertio regni Balsasar regis. Hucusque scripsit Daniel Chaldaico sermone, nunc reuertitur ad Hebraicum. Cùm vigeret Babyloniorum regnum, & Balsasar eorum rex ad eximiam mundi gloriam floresceret, anno ante aduentum Christi 547. à mundo autem condito, 3415. iuxta Ioannis Benedicti supputationem, vidit Daniel mentis oculis diuina luce illustratis, esse regnum Persarum ac Medorum à Græcis euertendum, sub Alexandro magno rege Macedonia, Philippi regis filio: qui Alexander Darium vltimum Persarum regem superauit: & Mediam ac Persidem in potestatem ditionemque suam redegit. Lege Quintum Curtium, Plutarchum in vita Alexandri, Trogum Pompeium, Iustinum, Clitarchum, Polyeritum, Onesicritum, Aristobolum, Ioannem Monachum, & alios, qui res gestas Alexandri magni literis mandarunt, & videbis admirabiles eius victorias: ac tristem Darij Persarum regis interitum, & lamentabile Orientis exitum. De his multò antè quàm euenirent, vaticinatus est hoc capite Daniel. Narrat Plutarchus inuentas fuisse ante bellum illud Persicum quasdam tabulas, in quibus scriptum erat, fore vt Alexander vinceret Darium, & imperio Persarum ac Medorum potiretur. Fortasse erat in illis tabulis hæc Danielis vaticinatio monumentis consignata. Sed & Iosephus Flavius libro 11. antiquitatum narrat, ingressum fuisse Alexandrum Hierosolymam post Persarum victoriam, ostensumque ei fuisse librū Danielis, in quo scriptum erat, quendam Græcorum principem deuicturum potentiam Persarum: ipsum autè gaudio exultasse, quòd intelligeret se eum esse, quem Danielis vaticinatio significabat: eamque ob causam immortalibus honoribus Iudæos affecisse.

<sup>b</sup> Post id quod videram in principio. Hoc est, post primam visionem regnante Balsasare, quæ fuit primo

anno regni eius: hæc autem fuit anno tertio. Superior visio appellatur prima eorum, quæ fuerunt ostensæ soli Danieli, quarum ipse solus conscius erat. Qua de re disseruimus in explanatione capitis septimi.

<sup>c</sup> Cum essem in Susam castro. Explicat locum visionis. Susa vrbs magna fuit, regia, ac metropolis Persarum, à qua Susiana regio apud Persas nomen accepit: à Dario Hytaspis filio, vt ait Plinius libro 6. condita, seu potius ædificiis aucta. Strabo verò libro 15. fuisse eam conditam ait à Tithomo Memnonis patre. Stephanus existimat vocatam Susam à fontibus, quòd vox hæc in regione illa fontem significet. Athenæus libro duodecimo capite tertio: Susa, inquit, ob loci ipsius amantatem vocatam fuisse scriptum reliquit Aristobolus, ac etiam Chares: est autem Susum græca voce lilium. Fit huius vrbs mentio 4. cap. lib. primi Esdræ: & primo capite Nehemiæ: & primi Esther. Vide Iosephum libro decimo capite quartodecimo, & libro vndecimo, capite quinto Antiquitatum. Existimant nonnulli appellatam fuisse Susam urbem illam, vbi aiunt Daniele ædificasse turrem admirabilis magnitudinis & magnificentia, quæ longo post tempore noua videbatur, nulla vetustate confecta, vbi reges Persarum ac Medorum sepeliebantur. At Iosephus libro antiquitatum decimo memoria prodidit, hoc insigne sepulchrum fuisse extractum à Daniele in Egabatanis Mediæ: Susa verò non est in Mediæ, sed in Perside, vt cosmographi testantur. Appellatur vrbs hæc hoc loco castrum, quòd esset instar munitissimi castri fortissima. Potest hoc ita ordinari. Cùm essem in castro Susæ: hoc est, in quadam arce ciuitatis Susæ. Potest verti: Cùm essem in aula Susæ, vel in templo Susæ: nam vocabulum Hebræum significans castrum, significat etiam aulam ac templum.

Quod

d *Quod est in Aelam regione.* Id est, quod castrum est situm in regione illa, quæ dicitur Aelam. Fuit Aelâ ciuitas quædam celebris, à qua tota regio fuit etiam Aelam appellata, eiusque habitatores Aelamita: de quibus Lucas Astorum secundo: *Parthi, inquit, Medii, & Aclamitæ.* Pro Aelam vertunt nonnulli Elamitidem. Regio quæ postea dicta fuit Susiana, & postea Elemas, & Elamitis, fuit olim dicta Aelam ab Aelam filio Sem: cuius meminit Moses cap. 10. Genesis. Hoc loco Aelam accipi potest pro ciuitate, aut pro regione: rectius tamen pro regione. Et ita habent codices emendati: *in Aelam regione.*

e *Vidi autem in visione.* Nimirum intellectuâ & imaginaria. Referuntur hæc, quemadmodum multa alia non ad sensum exteriorem.

f *Super portam Vlai.* Vlai est nomen proprium cuiusdam portæ illius verbis: & significat paludem: erat enim palus ante portam illam. Solent aliquando portæ urbium nomina sortiri à rebus, quæ propè sunt: ut Romæ porta Collatina à Collatio oppidulo propè illam, authore Festo: & porta Collina à colle Quirinali, quæ postea dicta fuit Salaria à sale, quem per illam Sabini deferebant, authore Pomponio Læto. Symmachus pro super portam Vlai vertit: Super paludem Vlai. Septuaginta nobiscum vertunt: Super portam Vlai. Et rectè quidem. Alij transferunt: Apud fluium Eulæum. Porro Plinius libro 6. cap. 27. Susa, inquit, regia Persarum, in qua Eulæus circuit arcem. Fluius hic appellatus Eulæus à Plinio & historicis ac geographis est hic fortasse, qui Hebraicè hoc loco appellatur Vlai. Fieri enim potest, ut cum Daniel ea vidit, quæ huic capiti mandauit, esset apud fluium Vlai, quemadmodum Ezechiel cap. 1. apud fluium Cobar, cum ei Deus quatuor animalium ostendit visionem. His ita explanatis potest totus hic locus ita verti. Cum essem in arce ciuitatis Susæ, quæ est in regione Elamitide, videbat mihi esse apud fluium Eulæum, qui arcem illam circuit, & circumfluit. Sed non est perspicuum, an visum fuerit Danieli esse Susæ, cum ab illa corpore abesset, an re ipsa fuerit illic: tamen accomodatius literæ editionis vulgare, quæ est certior & virior, videatur fuisse tunc corpore in illa ciuitate, ad quam alicuius negotij causa profectus fuerat. Vel fuit illic translatus spiritu, & videbatur sibi illic esse: quemadmodum Ezechiel, qui fuit spiritu trāsatus Hierosolymam, cum esset corpore in Chaldaea, ut ipse capite octauo testatur. Hæc autem ut verbis utar theologorum scholasticorum, per corporalium rerum similitudines in interiore sensu imaginatiuo formatas angelico ministerio fiunt.

*Leuani oculos meos, & vidi.* De oculis mentis loquitur. Et si in imagine hæc aspiciebat, tamen interiores oculos extulit. Qua in re nos docet, ut ad cælestia aspicienda mysteria oculos mentis per purgatos ad cælum extollamus. *Vae illis, qui, ut ait Plalmo sextodecimo David, oculos suos statuerunt declinare in terram.* Oculus noster est intentio nostra, quæ voluntas dicitur, propositum, & scopus. Hæc debet ad cælum dirigi, non ad terram: ad Deum, non ad mundum. Ut templi machina nititur columnis, columnæ autem basilicæ vita hominis debet fulciri virtutum actionibus, illæ autem proposito seu intentione. Itaque propositum est totius fabricæ fundamentum. Illud autem per oculos significatur. De illis Sara filia Rague lis tertio capite Tobie: *Ad te domine, inquit, faciem meam conuerto: ad te oculos meos dirigo.* Et diuinus ac regius vates psalmo vigesimoquarto. *Oculi mei semper ad dominum.* Intelligentes viri pij & iusti esse illis præmia cælestia proposita, qui virtutis actiones dirigunt ad Deum, omnes curas & cogitationes confe-

runt in illum, eum cogitantes ad illum aspirant, seseque pro illo, cum opus sit, vinculis, telis, flammis, & omni tormentorum generi obicere proponunt. Ea ratione ductus idem diuinus psalter 120: aiebat: *Leuani oculos meos in montes, vnde veniet auxillium mihi.* Vbi per montes intelligit altitudinem diuinæ pietatis, & ipsum Deum in excelsis cælorum sedibus habitantem. Nam volens explicare quid intelligat per montes, addit: *Auxilium meum à domino, qui fecit cælum & terram.* Et alio in psalmo 122. *Ad te leuani oculos meos, qui habitas in cælis: & rursus, sicut oculi ancille in manibus domina: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum.* Ut flos herbæ illius, quam alij heliotropium vocant, alij solsequium, semper vertitur ad solem: ita propositum nostrum semper debet dirigi ad Christum. Quemadmodum ignis naturaliter tendit sursum in cælum: sic animus noster tendere debet sursum ad Deum. Ideo aiebat in tertio Lamento Ieremias: *Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælos.* Vbi per corda intentiones, per manus opera significauit. Imitaturi sumus aquilas, oculos ad fulgentes solis radios extollentes: ad Dei splendorem gloriâque intentionem nostram reuocantes. Id intelligens Salomon ait capite secundo Ecclesiasticus. *Sapientis oculi in capite eius. Caput autem nostrum,* authore Paulo in epistola ad Ephesios, cap. 2. & ad Colossenses, c. 1. *Christus est.* In eo locaturi sumus oculos nostros, iuxta id quod ait Zacharias cap. 3. *Super lapidem unum septem oculi:* Vbi numerus septem definitur accipitur pro indefinito more scripturæ: ut sit sensus: Super Christum lapidem firmum, qui apud Esaiam vigesimo octauo vocatur *lapis angularis probatus,* omnia nostra proposita per oculos intellectu figamus. Id voluit significare idem Zacharias cap. 9. cum dixit. *Dominus est oculus hominis.* Ach diceret: Deus est scopus ille, ad quem est homines intentio dirigenda. Non ad mundi diuitias: & vanitates debemus oculum dirigere & conferre, sed ad Deum. Eam ob causam ait Salomon cap. Proverbiorum vigesimotertio: *Ne erigas oculos ad opes.* Et eius pater Dauid psalmo 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* In omnibus operibus nostris debemus oculos animi extollere ad cælum, atque in Deum dirigere. Id voluit nos docere doctor cælestis Christus Deus noster, qui volens hominum multitudinem in solitudine, *subleuauit oculos,* ut ait Diuus Ioannes capite sexto, Et capite vndecimo: *Iesus autem, inquit, eleuatis sursum oculis dixit.* Et capite decimoseptimo. *Subleuatis oculis in cælum dixit.* Instruimur his locis debere nos oculos ad cælum eleuare, hoc est, mentem, propositum, & cogitationem in Deo constituere. At quemadmodum nonnullæ aues ex earum genere, quæ accipitres & rapaces vocantur, capta præda primo ei oculos auferunt, deinde lacerant, & occidunt: sic demon vbi hominem deceptum diripit, primo nititur ab eo oculos totius boni propositi auferre, deinde illum dilaniat, tollens ei aures, ne audiat verbum Dei, & linguam, ne de peccatis confiteatur: & ita æternum illi machinatur exitium: Homo ille de quo loquitur Luc. capite vndecimo, à quo dominus Iesus eiecit demonium, mutus erat: ita enim ait: *Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum.* Notum illud appellat effectiue, quod hominem efficeret mutum. Mattheus cap. 12. ait eum fuisse etiam cæcum. Chryostomus Theophylactus, & alij aiunt surdum quoque fuisse. Abstulerat ei diabolus præcipuas potentias. Id adumbratum fuit in Samson, quem apprehenderunt Philistini, & statim ei oculos eruerunt. Et in habitatoribus Tabes Galaad, quibus Naas Ammonites voluit oculos

M m dextro

similitudo

similitudo

similitudo

similitudo

similitudo

Indic. 16.  
1. Reg. 18

dextros auferre. Palæstina siue Philistina idem est quod ruina apposta, seu ruina poculi. Vnde Palæstini siue Philistini idem sunt quod cadentes potione, vt in libro de nominibus Hebraicis ait Diuus Hieronymus: per quos demones significantur, qui potione superbia inebriati, è cælo ceciderunt. Naas autem significat serpentem, auctore Pagnino in libro nominum Hebraicorum. Eo vocabulo vtitur scriptura cap. 3. Genesis, cum ait: *Serpens erat callidior cunctis animantibus.* Quid ergo per Naas nisi dæmon serpens antiquus significatur? Ac quid per oculos dextros nisi intentionem in Deum intelligere debemus? Vt inter multas stellas nauæ ad vnam respiciunt, quam septentrionalem, seu polum arcticum, vocant: sic verè Christiani vnum Deum ante oculos ponunt, què intuentur, in illo animi propositum locantes, eumque in mente defixum habentes. Abiis longè absunt, qui ob mundi gloriam in actiones virtutum incumbunt, non ad placendum Deo, sed ad rumusculos inanis laudis aucupandos. Ideo Christus Deus noster apud Matthæum 6. *Attendite, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est.* Et paulò post: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Hypocrita similis est vulpi, cuius pellis melior est carne: bonam enim habet exteriorè speciem, sed intus execrabile propositum. Eam ob causam Christus Herodem apud Lucam 13. vocauit vulpem. Quemadmodum vasa foris pulchra ac munda, intus autem pestilente veneno plena multos fallunt: ita eruditi artificio simulationis pulchritudine externarum actionum ornati, animi autem proposito flagitiosi multos fallunt, tum maximè cum id agunt, vt boni viri esse videantur. Id intuens Christus dominus, has queribundas, & lamentabiles voces ad illos emittebat: *Va vobis scribæ & pharisæi hypocrite, quia mudatis, quod desoris est calicis, & parosisidis: mus autem pleni estis rapina, & immunditia.* Vita hypocritarum est aceruus carbonum frigidorum niuis extremitate coopertus. Quærentes inanem mundi gloriam sunt solida gloria destituti, & optantes vtilitatem fluxam, æternam sibi perniciem machinantur. Omni enim vera gloria sunt nudati, qui non Dei gloriam quærunt, sed propriam: qui, intentione corrupta ad fallaces mundi dignitates aspirant, & relicto Deo ad illas incensi desiderio rapiuntur. Ideo ait Ecclesiasticus cap. 1. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum.* Et dominus Iesus apud Lucam duodecimo: *Attendite à sermone phariseorum, quod est hypocrisis.* Id fuit significatum verbis illis Deuteronomij 20. *Non indueris vestimèto, quod ex lana lignoque contextum est.* Et adumbratum vndecimo Leuitici, vbi Deus prohibet comedere cygnum, & struthionem, & mergulum: quibus hypocrisis significatur. Cygnus enim plumas habet cadore præditas, carnem verò nigram: struthio pœnas habet, quibus volaturus videtur, sed non volat mergulus auis est, at non fertur in sublime, sed mergitur aquis. Ita virtutum simulatores foris sunt albi, intus nigri: videntur extolli ad cælum per virtutis ac contemplationis volatum, cum à terra & aqua, id est, à rebus terrenis & fluxis non surgant. Non ad Deum mentis aciem dirigunt, nec animi oculos extollunt: sed ad huius seculi vanitatem, & ad vtilitatem à vera honestate seiunctam. In hoc enim verbo lapsa consuetudo declinavit, à via, sensimque eò deducta est, vt vtilitatem ab honestate abducens, consti tuerit vtile esse aliquid, quod nõ sit honestum: quod est vitium intolerandum, & funestas pernicies. Ad vtilitatem illam sumus rapiendi, quæ est vera, & cum virtute copulata: quam cõsequemur, si ad Deum omnes nostras actiones, cogitationes, & voces retu-

lerimus. Nam vt Diuus ait Augustinus in caput sextum Matthæi: Quod non bona intentione facis, non tibi proderit: quia quomodo feceris, non quomodo illi euenerit, tibi imputandum est. Et Diuus Gregorius vigesimo octauo Moralium: Omni, inquit, cura seruandus est à malitiæ puluere oculus: ne hoc quod in actione rectum hominibus ostendit, apud semetipsum per vitium simulationis intorqueat. Et in libro 1. dialogorum Intentio peruersa si fuerit, pratum est omne, quod sequitur. Diuus Ambrosius lib. 1. de officiis: Affectus tuus pretium imponit operi tuo. Diuus Bernardus de præcepto & dispensatione: Bonum prorsus condemnat intentio praua. Seneca epistola 109. Multum ad rem pertinet, quo proposito ad rem accedas. Capite Gen. 4. scriptum ita est, *Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius.* Prius dicitur repexisse Deus ad Abel, quàm ad munera eius, quia plus aëdit ad propositum actionis, quàm ad actionem ipsam. Sunt quædam actiones, quæ ex se nec bonæ, nec malæ videntur: sed ex proposito, quo fiunt, iudicantur. Visa muta imagine pulchritudine ornata nescit mēs tua in ea intente, cuius illa sit: sed si pictor circuit eius caput splendido ac radiante diademate, statim intelligis esse alicuius viri sancti: si verò ei vngues leonis ad pedes addit, iudicas esse dæmonis alicuius: & ita ei nomen imponis. Eo dem serè modo factum quod ex se indifferens apparebat, ex animi proposito denominatur. Si propositum in Deum refertur, in eiusque honore figitur atque constituitur, imponitur diadema splendore illustratum, estque opus bonum: si verò sit deprauato proposito, manet vnguis fœdatum, & opus corruptum. Auditis Dei promissis risit Abraham, risit & Sarah. Sed Sarah fuit eam ob rem reprehensa à Deo, Abraham autem nequam. Nam vt ait diuus Augustinus in quæstionibus in Genesim: & in libro sexto decimo de Ciuitate Dei: risus Abraham ortus est ex gaudio, risus verò Sarah ex diffidentia. Eam ob causam eam obiurgauit Deus, non autem illum, cuius bonum animum cognouit. Ipse enim ait in Euangelio: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quare oculos nostros simplices ac puros erigamus ad Deum: quæ caduca & vana sunt, sed eximia plerisque ac præclara videntur, ratione stabili firmæque contemnamus: & omnem nostram mentem in Deo collochemus. Ac ita Christi gloriam quærentes, veram expressamque gloriam consequemur.

g *Ecce aries vnus stabat ante paludem.* Hoc est, ante portam, quæ appellabatur Palus, Hebraicè autem Vlai. Vel re ipsa ante paludem, quæ erat iuxta portam illam. Vel ante fluuium t ulæum. Per hunc arietem significatur vltimus darius, & per hircum, qui eum vicit, Alexander magnus, qui de eo victoriam reportauit. Vel per arietem significatur regnum Persarum ac Medorum: & per hircum regnum Macedonum. Sed in idem recurrit. Habebat aries duo cornua propter duos populos Persas & Medos. Ac quia populus Persarum erat nobilior & præstantior populo Medorum, ideo per cornu succrescens significatur.

h *Porro vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem.* Vidi regnum Persarum & Medorum seipsum fundere & propagare ad Occasum, Septentrionem, & Meridiem. Vel, vidi ipsorum regem darium ad has tres mundi partes se extendentem. Aries autem propriè darius est.

i *Et ego intelligebam.* Nimirum, quodammodo in cõmuni. Nã in superiore visione his similia cõspexerat, quæ ad regnorũ mutationè esse cognouerat. Sed nõ omnino hæc animo percipiebat. Vel, & ego attente considera-

militudo

similia.

Matt. 23.

similia.

similia.

similitudo

Gen. 17.  
Gen. 18.Matt. 6  
Luc. 11

considerabam. Accipitur enim intelligere hoc loco, pro considerare quemadmodum capite sequente, vbi scriptum est. *Ego Daniel intellexi.*

*k* *Ecce autem hircus caprarum.* Hoc est, filius capræ id est, iuuenis. Regnum Græcorum significat: vel rectius ipsam regem Græcorum Alexandrum magnum: qui exiens è Græcia tanta velocitate orbem peragravit, & vicit, vt volare, & terram non tangere videretur. Ideo ait: *Et tangebatur terram.* Hyperbolicè significat cursuum ac victoriarum Alexandri celeritatem. Is profectus à Macedonia, quæ est ad occidentem respectu Persidis, domuit Persas multitudine innumerabiles, locis infinitos, omni copiarum genere abundantes. Ac id tam admirabili confecit celeritate, vt nullæ disunctissimæ oræ citius passibus cuiusquam videantur potuisse peragrari, quàm Alexandri non dicam cursibus, sed victoriis lustratæ sint. Eam ob causam Apelles cum in tabula quadam pingeret Alexandrum, posuit in manu eius fulmen, quod mundum terret breuissimo spatio. Est enim fulmen summæ celeritatis indicium. Porro tabula illa, vt Plinius ait posita est in templo Dianæ Ephesinæ.

*1* *Porro hircus habebat cornu in signo inter oculos suos.* Hoc est, regnum Græcorum habuit quandam principem admirandum, nempe Alexandrum, qui fuit inter oculos, id est, inter philosophos enutritus: fuit enim discipulus Aristotelis, & cum magnis viris in philosophia versatus. Vel sic rectius: Porro Alexander habebat regiam potestatem præclaram, qua maiores suos vincebat fortitudine & liberalitate. Hæc inter oculos eius dicitur esse, vt Alexandri ingenium, & mentis acies, atque iudicium significetur, significatur enim re ipsa Alexander per hircum. Accipitur oculos pro prespicacia & iudicio vt Deuteronomij, c. 16. *Munera excæcant oculos sapientum.* Et psalmo. 18. *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* *Cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.* Alexander ira, ac impetu fortitudinis concitatus, inuasit Darium, educto exercitu in expeditionem in illud. Eum ter vicit: & duo cornua eius, hoc est, duo regna ipsius nimirum Persidem, & Mediani confregit: donec interfecto Dario vulneribus confosso, translatus est ad Alexandrum totum Persarum ac Medorum imperium. Sed diceas: Cur rex Persarum est hoc loco cum ariete comparatus? Respondendum esse existimo eam ob causam id effectum esse, quia aries vires habet in capite, per quod principium intelligitur, non autem

in parte posteriore, per quam finis significatur. Darius enim fuit fortis in principio: sed postea languit, & vires amisit. Huc accedit, quod aries non pugnat nisi prouocatus, & iniuria lacessitus: rex enim Darius non sumpsit arma nisi læsus & irritatus. Vnde olim qui volebant ostendere se violatos, & coactos bellum gerere, soliti erant arietem per fœcilem ad hostes præmittere: furor namque fit sæpenuero læsa patientia. Aries est natura mansuetus: sed si lacessitur, ira concitatus fortiter pugnat. Explicans Hieronymus verba illa 25. capitis Ieremæ: *Vox clamantis pastorum, & ululatus optimatum gregis:* ait per arietes significari principes indoctos. Id quod nostra versio habet: *Et ululatus optimatum gregis,* potest etiam verti: *Et ululatus arietum gregis.* Arietibus etiam aliquando Apostoli significantur: vt ait Augustinus lib. 18. contra Maximam iuxta illud psalmi vigesimo octauo. *Afferre domino filios arietum.* Id est, afferre Deo vosmetipsos, quos per euangelium Apostoli duces gregum genuerunt. Possunt nihilominus per filios arietum more hebrææ linguæ intelligi arietes, per quos principes significantur. Vt sit sensus: Vos o filij Dei o Apostoli afferre ad Dominum principes ac magnates gentium: conuertite illos ad fidem concionibus vestris. Hic videtur esse germanus huius loci sensus: nam paulò post sequitur: *Vox Domini super aquas multas.* Vox Domini est euangelij annuntiatio: aquæ multæ sunt gentes & populi & linguæ, vt ait capite decimo septimo Apocalypsis Ioannes. Vel, vt ait Basiliius, vox domini est: Ioannes Baptista de quo prædixerat Esaias: c. 40. *Vox clamantis in deserto.* Hæc vos fuit super aquas prædicans baptismum pœnitentiæ. Illic autem Deus maiestatis intonuit in Christi baptismo: venit enim vox de celo dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui.* Itaque voce intelligitur. Ioannes, arietibus autem magnates. Appellatur ergo Darius aries quod princeps esset, & non nisi lacessitus cum Alexandro pugnaret, & quod ab eo fuerit victus ostendens in principio fortitudinem, & in fine imbecillitatem. Alexander autem quia eo fuit fortior, & robustior, & insolentior, & audacior: & petulantior, per hircum significatur. Est enim hircus signum principis superbi, petulantis, & imperiosi. Ita accipitur apud Zachariam cap. 10. vbi Deus ait: *Super hircos visitabo.* Hoc est, in principes insolentes animaduertem.

Mar. 1.  
Iann. 1.  
Matth. 3  
Marc. 1.

## OBSERVATIONES EX

Chaldeo in

## CAPVT VIII.

**Q**uod est in Aelam regione. Pro regione est in Hebræo מדינא Medinah: quod nomen significat prouinciam, vt Thernor. 1. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Significat etiam iudicium: vt cap. 5. Iudicium: Sedetis supra in iudicio. Potest verti: Sedetis supra locum quendam ita nominatum: Aiunt enim Hebræi esse nomen cuiusdam viæ celebris. At capite 5. Iosue est nomen proprium cuiusdam vrbis. Hoc vocabulo vtitur Esaias capite 10. pro quo interpret noster Latinus vertit iudicium, cum ait: vt opprimerent in iudicio pauperes. Verti poterat: Vt opprimerent prouinciæ pauperes. Idem enim nomen prouinciam significat, & iudicium. Hoc autem Danielis loco sine dubio pro prouincia accipitur, siue pro regione. Et quamuis in nonnullis codicibus sit: Quod est

in Aelam ciuitate: puriores tamen habent: In Aelam regione. Nihilominus tamen Symmachus habet: In Aelam vrbe. Et tunc est ordo: Cum essem in quodam castro regionis Susiane, quod est prope ciuitatem Aelam: Sed Septuaginta nobiscum habent: In regione: & multò rectius. Et pro Aelam habent Aelmaidem, quod idem est.

*2* omnes bestiarum non poterant resistere ei. Theodotio habet: Et omne bestia non stabant in conspectu eius. Quod in sensu idem est Bodem fere modo habet Pagninus, nimirum: Et omnes bestie non stabant coram ipso. Pro bestijs est in Hebræo hoc nomen חַיָּה Chaiyah, quod significat bestiam, feram animal: vt capite 37. Genesis: Fera pessima comedit eum. Id dixit Iacob videns vestem Ioseph filij sui sanguine conspersam. Et rectè quidem, nam inuidia illi vendidit, & afflixit: ac nulla est fera immanior illa. Est etiam Caiab verbum significans viuere: vt Prouerborum, 4. Custodi præcepta mea, & viues. Verba sunt ecclesie illam seruatoris nostri sententiam continentia apud Mattheum decimonono. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Zacharias decimo indicat Christum mittentem discipulos suos per diuersas ac distantes orbis

M m 2. serrarum



terrarum oras euangelium nunciaturus: ac dicentem: Seminabo eos in populis: & longè recordabuntur mei: & uiuent cum filiis suis. Loquitur de vita gratia, quam habituri erant, & re ipsi habuerunt aposto: cum his, quos per euangelium gignebant, & filios vocabant. Ita Dicitur Paulus in p̄torum ad Corinthios: In Christo Iesu, inquit, per euangelium: & vobis genui. Et quia verbum hoc significat viuere, ideo nomen quod hoc loco utitur Daniel, præter numeratas significationes significat vitam, & animam, & exercitum militum viuentium. Illud psal. 67. Increpa vitas arundinis: potest verti. Increpa vitas arundinis. A: si dicat Dauid Increpa homines inconstantes in vita, qui instar arundinis hæc atque illac vento agitantur, & facile moventur. Vel increpa exercitus arundinis, hoc est fustes seu bastas portantes. Vt sit sensus: Disperde domine exercitus inimicorum nostrorum lanceis armatos. Vtitur etiam idem diuinus psaltes hoc nomine psalm. 73. pro quo interpret noster habet bestias: cum ait; Ne tradas beltijs animam confidentem tibi. Quæ verba possunt verti ex Hebræo: Ne tradas exercitibus, nimirum hostium nostrorum, animam confidentem tibi; vel animam turturis tua. Vbi per animam intelligitur vita. Sensus est: Ne tradas Domine in bello hoc vija congregationis Israelis exercitibus hostium nostrorum. Cæterum gentis Israelitica vocat turturam ob innocentiam & imbecillitatem. Pro animali accipitur hoc nomē ps. 103. Animalia pusillacū magnis. Quare illud Ezechielis primi, Spiritus vitæ erat in rotis: potest verti: Spiritus animalis erat in rotis. Vtitur etiam idem Ezechiel hoc eodem vocabulo, cum ait eodem capite: Similitudo quatuor animalium. Quæ quatuor animalia iuxta Origenis sententiam, quam sequitur Gregorius Nazianzenus, sunt quatuor anime rationis participis vires siue affectiones homo enim est vis rationis, leo vis irascibilis, vitulus vis concupiscibilis, aquila conscientia vel quis imposita, quæ à Diuo Paulo multis in locis spiritus appellatur. Veritas Casariensis Episcopus per hæc quatuor animalia quatuor illas excellentes virtutes ait significari, quæ Dei potentiam deservant circa mundum ex quatuor elementis constat. Theodoretus quatuor spiritus quos Deus quatuor elementis præfecit, ex quibus constat vniuersitas. Polychronius quatuor spiritus quatuor mundi partibus Orienti, Occidenti, Meridiei, ac Septentrioni præpositos. Catina Syrius per leonem intelligit tribum Iuda, per vitulum tribum Leui, per hominem totum populum Israeliticum, per aquilam diuinam, vltionem, quæ ab eo meritis pœnas expetiuit. Lyranus per quatuor animalia quatuor ecclesias Patriarchales asserit designari, Hierosolymitanam, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam. Rabbi David quatuor imperia, Babylonicum, Persicum, Græcum, Romanum. Rabbi Salomon quatuor mentes beatas his quatuor imperijs præpositas. Iustinus martyr omnia illa quatuor animalia ad Nabuchodonosorem existimat esse referenda: fuit enim bos quia cum bestijs verjans, fœnam comedebat ut bos, ut ait Daniel capite 4. Fuit leo, quia vi idem ait eodem

loco iuxta Græcam editionem, capilli eius instar capillorum leonis creuerunt. fuit aquila, quia unguis eius unguibus aquilæ similes fuerunt. Fuit homo, quia ad se rediens fuit humanitate præditus, eoque munere multis in rebus sanctus, cuius colendi causa eum Deus ad pristinam hominis figuram reuocauit. Voluit Deus hæc quatuor animalia varietatem Nabuchodonosoris significantia ostendere diuino patri Ezechiel, ut eum doceret populi Israelitici mutationes, qui ex libertate ductus in Babylonicam seruitutem, in eandem erat libertatem restituendus. Id quod rotæ etiam significabant: per rotas enim rerum vicissitudines ac varietates designantur. Hæc sunt doctorum viorum sententiæ, cum quibus ego nullo modo sum comparandus. Quid autem ego existimem per animalia hæc designari, poteris in nostris in eundem Ezechielem commentarijs intueri.

3 Porro hircus habebat cornu insigne. Pro insigni est in Hebræo: Chazuth: à verbo Chazab, quod significat complicare, pacisci, & videre: Vnde Chozeh, idem est quod complicatio & pactum: Esaiæ cap. 28. Cum inferno fecimus pactum. Verba sunt impiorum: qui pœnarum æternarum obliui, sceleribusque nefarijs contaminati dicebant: Non metuemus inferos, quia cum illis pactum pepigimus, ne nos reciperent. Potest accipi infernus pro sepulchro: ut sit sensus: Ita viuimus, ac si non esset mors: quoniam pactum ac fœdus sanciuimus cum sepulchro, ne nos unquam coerceat. Insana profecto vox, & intoleranda temeritas. Cum igitur verbis hoc Chazab significat implicare, & videre, potest verti locus hic Danielis: Porro hircus habebat cornu implicatum, seu ramosum, instar scilicet cornu ceruini. Vel visibile: ut vertit Pagninus: hoc est magnum: Pro quo Latinus noster interpret rectè vertit insigne.

4 Efferatus est in eum. Theodotio nobiscum habet ἐξήρατο ἐν τῷ εἰς αὐτόν, Pro efferatus est, in Hebræo est verbum מָרָר Marar, quod significat exacerbare, ut psalm. 106. Quia exacerbauerunt eloquia Dei. Ab hoc verbo est merorim, pro quo noster interpret Exodi. 12. vertit lætætas agreßes. Est etiam vocabulum, pro quo Osee 12. transtulit amaritudines. Ita enim propheta inducit Deum loquentem: Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. Sed quia verbum hoc Marar significat etiam extollere, potest verti locus ille: ad iracundiam me prouocauit Ephraim excelsis suis. Hoc est idolis suis. Quidam vertunt: statuis suis, vel, titulis suis: quod idem serè est: Illud etiam Ieremie 31. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam; verti potest: Pone tibi titulos seu signa excelsa: ut sit sensus. Nota & observa vias illas, quibus adductus fueris ad tyrannum: easque titulis seu lapidum acernis aliisque signis excelsis designa: ut cum in patriam redieris: possis vias agnoscere, quibus iuisti. Et quoniam verbum hoc, ut diximus, significat extollere, vertit Pagninus locum hunc Danielis: Eleuatus est contra eum. Poterat etiam verti: Acerbus factus est contra illum, vel ira concitatus in eum irruit, & impetum fecit.

<sup>a</sup>Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: <sup>b</sup>cumque creuisset, <sup>c</sup>fractum est cornu manum, <sup>d</sup>& orta sunt quatuor cornua subter illud, per quatuor ventos cæli. <sup>e</sup>De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine: & de stellis, & conculcauit eas. <sup>f</sup>Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, <sup>g</sup>& deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, <sup>h</sup>propter peccata, <sup>i</sup>& prosternetur veritas in terra: <sup>k</sup>& faciet, & prosperabitur: <sup>l</sup>Et audiui vnum de sanctis loquentem: <sup>m</sup>& dixi vnus alteri nescio cui loquenti: <sup>n</sup>Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est: & sanctuarium & fortitudo conculcabitur? <sup>o</sup>Et dixit ei: vsque ad vesperam & magne, <sup>p</sup>dies duo millia trecenti: <sup>q</sup>mudabitur sanctuarium. Factum

Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. <sup>7</sup> Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait Gabriel fac intelligere istam visionem. <sup>8</sup> Et venit, & stetit, iuxta vbi ego stabam. Cumque venisset, pauens corruit in faciem meam. Et ait ad me: <sup>9</sup> intellige fili hominis: quoniam tempore finis complebitur visio.

a *Hircus autem caprarum.* Hoc est, regnum Græcorum, quod cum esset amplissimum, amisit Alexandrū Magnum, cuius interitu mansit diminutum. Vel & melius hic hircus est ipse Alexander, qui regni illius tenuit clauum: hic enim magnam mundi partem superauit, & ditionem suam redegit. Nam postquam percussit Dariū regem Persarum, vt primo cap. libro 1. Machabæorum monimentis consignatum, constituit prælia multa, obtinuit omnium munitiones: & interfecit reges terræ: & pertransiit vsque ad fines orbis terrarum: & accepit spolia multitudinis gentium: & seruit terra conspectu eius. Hæc ibi. Lege Quintum Curtium, & Plurarchum, & alios, quos in principio explanationis huius capituli citauit, si Alexandri magnificentiam, magnitudinem, & victorias scire volueris.

b *Cumque creuisset.* Hoc est, cum Alexander fortitudine polleret: cum ad summam mundi gloriam floresceret: cum maximam esset nominis amplitudinē, & claritatem consecutus. Potest hoc referri ad regnū Alexandri: sed hoc loco rectius ad ipsum Alexandrum refertur.

c *Fractum est cornu magnum.* Hoc est, fracta est magna Alexandri potentia, & extincta morte, quæ nemini parcat. Ita inuehitur in principes, ac in agricolas æquat enim sceptrā aratris, & coronas ligonibus. Nā vt in libro secundo Regum capite quatuordecimo scriptum est: *Omnes morimur & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Nulla sæculi huius potentia, nullus dominatus potest morti resistere. Hanc veritatem voluit Ecclesiasticus in medium proferre cap. 10. cōm dixit: *Omnis potentatus breuis vita.* Et paulò post: *sic & rex hodie est, & cras morietur.* Et psalm. 81. *Ego dixi: dii estis, & filij excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Alloquitur reges, & gubernacula rerum publicarum tenentes: quos ob officij, quo funguntur, dignitatem & præstantiam, deos ac Dei filios dignatur appellare: quibus reuocat in memoriam, eos non magis mortem vitaturos: quàm quoscunque homines infimo loco natos, esseque aliis principibus similes, qui è vita excefferunt. Quemadmodum omnia flumina tendunt ad mare, siue magna sint, siue parua: sic omnes homines ad mortem, siue principes existant, siue plebeij, siue nominis amplitudine, & generis nobilitate præstantes, siue obscuris orti natalibus, nullaque illustri commendatione excellentes. Nullus mortem potest fugere: omnis vitalia lumina relinquunt, non solum senes, sed etiam adulescentes. Moriendum certè est, & id incertum, an ipso die. Migrant ex hac vita adulescentes, quemadmodum cum vis flammæ opprimitur iniecta aquæ multitudine: senes autem nulla adhibita vi, quemadmodum cum ignis suæ sponte consumptus extinguitur. Sed omnes exeunt de vita, & citò aut serò dissoluuntur. Nam vt diuus asserit Paulus cap. 9. ad Hebræos: *Stantur est hominibus semel mori.* Vt stellæ quæ in Oriente nasci videntur ab ortu commeantes, radiisque micantes tēdunt ad occasum, vbi occultantur, & ab oculis nostris remouentur: sic mortales omnes in ortu apparentes tendunt ad interitum: & quanuis illustri laude celebrati proficiscuntur ad exitum vite, & ad occasum ocyus aut tardius descendunt, vbi ab hominum conspectu separantur. Et ita in eas oras migrant, ad quas eorum merita illos vocant. Itaque omnes conficiunt

morte extremam diem vitæ. Et vt quidam ait poeta: Omnia sunt hominum tenui pendentia filo: Et subito casu quæ valere ruūt. Quid inanius vmbra? quid inconstantius? quid imbecillius? Et tamen cum ea vita hominum comparatur. Lib. 1. Paralipomenon ca. 29. verba sunt hæc: *Dies nostri, quasi vmbra.* Diuinus ac regius vates psalm. 101. *Dies mei, inquit, sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.* psalmo 108. *sicut vmbra cum declinat ablatas sum.* Non incipienti vmbra vitam suam comparat, sed inclinata, iamque in tenebras euascenti. De huiusmodi vmbri inclinatis est illud poetæ: *Maioresque cadunt altis de montibus vmbra.* In libro Sap. cap. 2. ita scriptum legitur: *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis.* Et paulò post: *vmbra enim transitus est tempus nostrum.* Et capit. 5. *Transferunt omnia illa tanquam vmbra.* Nihil illa fragilius, nihil fugacius. Hac ratione ductus psalmographus vitam suam fugam psalmo 55. vocauit. Quod enim nos habemus: *Deus vitam meam nunciaui tibi:* potest etiam verti: *Deus fugam meam nunciaui tibi.* At rectè septuaginta Interpretes pro fuga transtulerunt vitam: nam nihil fugit celerius illa. *Homo, vt ait quartodecimo, quasi flos egreditur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* At nos huius veritatis obliui nec aspicere curamus. Quemadmodum qui iter facit aere nebuloso & caliginoso, retro manentem intuetur, nec subsequētē, sed illam duntaxat, quam habet præsentem, & pedibus conculcat: sic homines obliui mortis, nec exordiū vitæ, nec finem eius respiciunt: illud solum considerant, quod pedibus ac manibus attingunt. Nec præteritum, nec futurum, sed præsens tantum illis obscura nebula obliuionis coopertis ante oculos versatur. Vt textor habens telam quam conficit, in licitorio circumuolutam: nec videt, quod texuit, nec quod est texturus, sed illud duntaxat, vbi radius, quo subtegmen inseritur statim, versatur: ita ille cui excidit omnino ex animo memoria mortis, nihil videt ex vita, nisi quod adest, vbi cogitatio rerum præsentium reuoluitur. Nec principium intuetur, finem: nec diem natalem, nec naturæ dissolutionem: nec ingressum in hanc vitam cum lachrymis, nec discessum ex illa cum gemitibus. Sed ventura est mors, à qua nullis poterit diuitiis impius liberari, & tandem in ignes æternos relegabitur. Cuidam potenti, sed impio regi dictum est, vt refert Esaias capite decimoquarto. *Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes: ad infernum detraheris in profundum lacu.* De eo, qui opibus & deliciis affluebat, est apud Lucam capite 16. mandatum: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Si se mortis memoria præparauissent, non tam infelici exitu vitam terminarent. Nos imitemur græues vigilantes, quæ disponentes excubias vnum pedem habent elatum, in quo tenent lapillum, vt si fuerint correptæ somno, cadat lapillus, ad cuius sonum excitentur. Ita nos ne remissè dormiamus, & arcto inertie somnio sopiti opprimamur, excitemur ad somnitum lapidis cadentis, ad sonitum sanitatis, quæ nos deficit, ad sonitum vitæ, quæ sensim labefactatur consumitur. Amplectamur mortis memoriam: cogitemus frequenter, esse nos ab hac caduca migraturos: vt ita vitiis abstrati, & virtutibus muniti, alamus pietatē in Dei potentia & misericordia contemplanda. Ad id nos hortatur ecclesiasticus, cum ait cap. septimo.

Memorare nouissima tua, non peccabis in eternum. Et sancta mater ecclesia, cum imposito cinere in frontibus nostris: Memento, inquit, homo, quia cinis es, & in cinerem reuertaris. Porrigit nobis die illo speculum veritatis, ubi nostram videamus fragilitatem. In hoc speculo vidit Esaias, ca. 40. quod dixit: *Omnia caro & osenum, & omnia gloria eius quasi flos egri: Et c. 4.* Iacob. apostolus: *Qua est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps, exterminabitur.* Hanc vitæ imbecillitatem, & mortis certitudinem debemus memoria complecti & sepire. Augustinus libro exortationum: Nihil, inquit, sic reuocat à peccato, quam frequens mortis meditatio. Hieronymus in epistola ad Cyprianum: Memento mortis tuæ, & non peccabis: qui enim quotidie recordatur esse moriturum, contemnit præsentia, & futura festinat. Gregorius libro duodecimo Moralium: Perfecta vita est mortis meditatio, quam dum iusti sollicitè peragunt, culparum laqueos euadunt. Bernardus, in quodam sermone: Miser homo quare omni hora te non disponis? Cogitate iam mortuum, quem seis necessitate moriturum. Seneca in epistola vigesima quinta. Nihil æque tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facies, respice ad mortem. Vt pauo vanitate elatus ob plumarum pulchritudinem, quibus conficit gyrum, si ad turpes pedes respiciat, statim deponit ambitum illum: sic mortales diuitiarum affluentia, aut generis nobilitate, aut corporis pulchritudine, aut dominatus potentia, aut famulorum abundantia inflati, intueantur pedum vilitatem, considerent mortem, respiciant ad finem: & ita deponent vanitatis gyrum: atque superbiam, fastidium, & arrogantiam relinquent. Seuerus imperator vnam sibi præparauit: in qua mortuus sepeliretur. Cùmque eam ad se perferri iuberet fixit oculis in illa, eam manibus contrectans dixit: Tu eum capies, quem totus orbis terrarum capere nunquam potuit. Ita hoc narrat Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita eius. Interrogatus Musonius qui præclare posset extremum diem terminare? respondit: Qui semper postremum vitæ diem sibi instare proposuerit. Author est Maximus sermone trigesimo sexto. Antiphones, authores Stobæo dicere solebat esse mortalia ab hominibus memoria repetenda, quandoquidem omnes sunt à vita discessuri. Nemo enim est, qui possit mortem vitare hoc intelligens Socrates cuidam, qui ei dixit: Athenienses te morte afficiendum decreuerunt, respondit: Et eos antè natura: vt refert in sermonibus Maximus. Cùm imperator Constantinus cuidam Persarum principi Romæ magnitudinem, magnificentiam, & celebritatem ostenderet, ab eoque peteret, quid de illa sentiret, ait Fulgus libro septimo eum respondisse: Etiam Romæ, sicut cæteris orbis terrarum locis homines moriuntur. Hac breui responsione voluit hominum imbecillitatem fragilitatemque significare nullamque locum esse in hoc seculo, ubi mortales possent mortem fugere, quæ propter incertos casus quotidie imminet: & propter vitæ breuitatem nunquam longè potest abesse. Id mente percipiebat Iob capite trigesimo cùm ad Deum has voces emitteret: *Scio, quod morti trades me, vbi constituta est domus omni uiuenti.* Nihil certius morte, nihil incertius est illa. Ideo dicebat celestis magister Christus Deus noster apud Matt. 25. *Vigilate itaque, quia nescitis diem, nec horam.* Sed quemadmodum flores salutares suauem odorem redolentes, cùm non possint ob imbecillitatem diu manere extillati durant in liquore suo: sic vitæ humana cùm sint fluxæ & inconstantes, eamque ob causam non possint secundum naturam cursum diu permanere, durant post mortem liquore virtutum, nominis

similitudo

similitudo

claritate, rerum præclare gestarum memoria. Quare mortem in memoria habeamus, mundi diuitias, & cætera, quæ deceptis mortalibus illustria videntur, parua ducamus, & ad diuinum numen, ad sedes mentium beatarum toto pectore aspiremus. Quid profuit Alexandro eius potentia? quid fallax mundi gloria? quid hominum opinio vanitatum plerunque ac vitiorum laudatrix? Narrat Diuus Antonius quarta parte summæ theologiæ fuisse memoriæ proditum, conuenisse quosdam philosophos mortuo Alexandro, quendamque dixisse: Hic qui terram heri conculcabat, hodie ab ea conculcatur. Heri possidebat eam: nunc possidetur ab illa. Heri non sufficebat ei totus mundus: sufficiunt ei quatuor vlnæ terræ. In morte Alexandri variant historici: nam nonnulli aiunt, eum postquam summum imperium, & admirabilem nominis splendorem adeptus est, fuisse tanto, tamque acerbò dolore confectum, vt rueret ad interitum voluntarium, mortemque sibi ferio conscisceret. Iustinus lib. duodecimo ait eum accepto poculo in conuiuio repente veluti telo confixum ingemuisse, tanto dolore fuisse cruciatum, vt gladium posceret in remedium: sed fuisse vi veneni extinctum: authorem autem insidiarum Antipatrum extitisse. Multi ex illis qui aiunt, fuisse ei veneno vitam ereptam, asserunt fuisse ex aquis Stygiis potionem illam, magna, vt Plinius inquit, infamia Aristotelis excogitaram. Solinus capite quartodecimo monumentis consignauit, fuisse Alexandrum vinolentia oppressum: & extinctum. Qui alios superauit fuit, vt ille ait, à vino superatus, vique ebrietatis morte deletus. Iuisse autem Alexandrum vinolentum asserit Athenæus capite vñ decimo, libro decimo. Plutarchus has & alias opiniones de eius interitu asserit in eius vita, quam grauius & eleganter literis mandauit. Cecidit itaque Alexander ille, qui solus totum terrarum orbem terreat: & fuit in medio potentia suæ misere consumptus, vt hoc loco ait Daniel.

d *Et orta sunt quatuor cornua subter illud.* Hoc est, & mortuo Alexandro orti sunt loco eius quatuor reges: Ptolemæus, qui tenuit Aegyptum, Philippus, qui obtinuit Macedoniam, Seleucus, qui occupauit Syriam, & Chaldæam, & nonnulla regna Orientis, Antigonus, qui regnauit in Asia. Inter hos quatuor reges diuisum fuit imperium Alexandri per quatuor ventos cæli, hoc est, per quatuor mundi partes, vnde perflant quatuor præcipui venti.

e *De vno autem ex eis.* Id est, de Seleuco rege Syriæ egressum est cornu modicum: hoc est, Antiochus Epiphanes, qui in principio exiguam habuit potestatem. Et hoc cornu factum est grande: quia hic Antiochus cùm esset Romæ obses, exiit ex vrbe, & in scio senatu arripuit imperium Syriæ: & appellatus est Epiphanes, hoc est, illustris. Ac intulit bellum Ptolemæo Aegyptiorum regi, quem superauit. Leg. lib. 1. Machabæorum, vbi hæc, & alia reperies ad huius loci Danielis intelligentiam conducentia. De hoc Antiocho ait ita Athenæus cap. 12. lib. 10. Antiochus rex qui vocatus fuit illustris, erat bibax: qui obses fuit apud Romanos, vt Ptolemæus Euergetes lib. 1. & 5. commentariorum narrat Polybius eum insanum appellat lib. historiarum 26. non autem illustrem, erat enim illustris nomine, factis autem minimè.

f *Contra Meridiem.* Hoc est, contra Aegyptum, quæ est quodammodo ad Meridiem respectu Syriæ. Et contra Orientem, hoc est, contra Persidem. Et contra fortitudinem, hoc est, contra Hierosolymam, vbi Deus qui est ipsa fortitudo, colebatur. Vel contra Dei populum, qui in ipso Deo fortis erat.

g *Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli.* Id est, & creuit hoc cornu, creuit robur, ac potentia Antiochi

tiocli contra filios Israelis, qui cœlesti fortitudine muniti soliti erant pugnare, & olim angelorum valabantur custodia. Quum ob causam hoc loco fortitudo cœli, & stellæ vocantur. Poteris rectè per fortitudinem cœli exercitum cœli interpretari. Vt sit sensus: comparauit copias, quas duxit cœtra pios Israelitas, qui colant Deum cœli quare exercitus cœli dicantur. Theodotio habet: Vsq̄ ad militiam cœli. Quod in idem recidit.

*Et cœtra de fortitudine & de stellis.* Prostrauit multos ex Iudæis, de quibus victoriam reportauit. Per stellas intelligit sanctiores, aut duces, aut sacerdotes, aut insigniore sapientia præstantes, in medio tenebrarum nitore ac splendore literarum fulgentes. Idem enim Daniel capite. 12. *Qui, inquit, ad iustitiam erudunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates.* Vel per exercitum cœli intelligit stellas, quæ in cœlo sunt inftar exercitus in castris. Volens Daniel explicare quid per exercitum cœli intelligeret, adiecit: *& de stellis.* Ac si diceret. Prostrauit de fortitudine cœli, hoc est de stellis. Et ita accipitur particula, &, pro id est. Colliges ex hoc loco, Iudæos illius temporis fide munitos vocari stellas: cum quibus Moses cap. 1. Deuteronomij eos comparauit.

*Et vsque ad principem fortitudinis.* Erexit se etiã contra Deum, qui est princeps fortissimus: & princeps Hierosolymæ quæ paulò an è appellata est fortitudo: & princeps, ac dux Israelitici populi. Nam tanta superbia & insolentia est elatus Antiochus, vt sanctum Dei templum pollueret, ipsūque Deum execrationibus ac maledictis lacesseret, vt libri Machabæorum memoriæ prodiderunt. Poteris per principem fortitudinis ducem exercitus intelligere, aut summum Iudæorum sacerdotem. Quidam per illum intelligunt Iudam Machabæum, qui fuit illustris Iudæorum dux.

1. Mac. 1.

1. Mac. 2.

3.

1. Mac. 1.

*Ab eo tulit iuge.* Antiochus adeo summum Iudæorum sacerdotem ipsosque Iudæos afflixit, vt cogentur intermittere sacrificia. *Iuge sacrificium* vocat omnes ceremonias & immolationes, quæ fiebāt quotidie mane ac vespere. Ordo est: tulit ab eo, hoc est, à principe fortitudinis perenne sacrificium. Alij legunt: ab eo ablatum est: hoc est, ab Antiocho. Alij vero: Vt per illum iuge sacrificium tolleretur.

*Deiecit locum sanctificationis eius.* Id est, violauit templum Dei. Posuit enim in illo imaginem Iouis: & multis illud impuritatibus contaminauit, ita Deo propter peccata populi permittente. Templum Dei in sancta scriptura appellatur locus sanctificationis, sanctum sanctuarum, domus Dei, torcular, domus orationis, ariel, atria domini, ædificium domus Domini. Sed per illud adumbrabatur ecclesia, quæ appellatur in litteris diuinis templum, Sion, Hierosolyma, columba, sponsa, amica, luna, sagena, ciuitas gentium robularum, speciosa, cœlum, columna & firmamentum veritatis, tabernaculum, mons sanctitatis, ciuitas regis, domus Iacob, vinea electa, regnum Dei aurora, ciuitas Dei, domus Dei, mater, fons saluatoris, fons Israel, tora pulchra, solium David, Ierusalem noua. In ea est iuge sacrificium, hoc est sanctum eucharistiæ sacramentum, quod sceleratus Antiochus, id est, impius. Oecolampadius abstulit à multis Germaniæ ecclesiis quem in hoc nefario sacrilegio, & horribili impietate secutus est flagitiosus Zuinglius: & postea pestis, Caluinus, duo vasa iniquitatis beliantia, quos infiniti alij huiusmodi heretici sunt secuti, qui se ab ecclesia sancta catholica separarunt, & synagoga Saranæ, hæresum, impietatum, & maleficiorum plenissimæ dederunt. Aiunt blasphemii illi in hostia consecrata non esse corpus Christi, nec sangui-

nem in calice. At Christi euangelium asserit contrarium: diuus enim Matthæus cap. 26. euangelij ita ait: *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: hic enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Apertissimè Christus dixit: *Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus.* Quibus verbis poterat hoc clarius & distinctius explicare? Idem aiunt Marcus capite 14. & Lucas vigesimo secundo. Ioannes etiam capite sexto ait dixisse Christum: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et paulò post: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Vbi obseruanda est particula, *verè.* Est enim in hostia consecrata Christi corpus verè, non figuratè: realiter non per similitudinem. Diuus Paulus cap. 12. epistolæ prioris ad Corinthios: *Dominus Iesus, inquit, accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* Quibus verbis apostolus clarissimè, verissimè, & asseuerantissimè affirmat, oblatum fuisse apostolis verum Christi corpus, & verum eius sanguinem: ac datam fuisse apostolis potestatem conficiendi sanctum hoc sacramentum. Huc accedit consensus totius ecclesiæ catholicæ: multa vniuersalia concilia: omnes antiqui patres sapientia & sanctitate admirandi: omnis cœtus catholicorum doctorum, & potentissima miracula in hoc sanctissimo sacramento diuinitus ostensa. At hæretici negligunt ecclesiam, & Dei miracula clarissima. Superbia inflati contemnunt theologos catholicos doctrinæ ac virtutis ornamentis exultos: nec solum recentiores literarum eruditione insignes, & religione præstantes, sed etiam antiquos patres sanctitate conspiciendos, singulari morum grauitate, eximieque doctrinæ gloria florentes inuehuntur. Negligunt sancta vniuersalia concilia in Spiritu Sancto congregata, contemnunt sacros canones, & sancta summorum pontificum decreta: lacerant, & deprauant sanctam scripturam, corrumpunt sanctum Christi euangelium, conculcant Diuum Paulum apostolum, eiusque cœlestem adolterant doctrinam: violant Iesu Christi Dei nostri sacramenta: antiquissima dogmata è tempore apostolorum in ecclesia catholica matre nostra introducta, instituta, & perpetuò seruata despiciunt. Euertunt templa Deo dicata corrumpunt virgines Deo sacras, polluunt se infinitis sceleribus: conantur euertere ecclesiam, & vocant se ecclesiæ reformatores. Quid plura? Peruertunt sanctum Christi euangelium: nihil est illis antiquius, quàm illud corrumpere, & de medio tollere: & non pudet eos se euangelicos appellare: cum nihil minus quàm euangelium obseruent. Euertunt euangelium, & vocant se euangelicos. Ad id furoris diabolici venerunt, vt infinitos viros pietate, ac religione præcellentes interficerent, ea sola de causa quod iuxta sanctum Iesu Christi euangelium, & veram sanctæ Romanæ ecclesiæ doctrinam in fide catholica admirabili constantia muniti permanerent. Quo iure ô Lutherani, ô Zuingliantæ, ô Calvinistæ, qua lege, qua ratione homines pios interficitis, eiq; ad interitum crudelissimum vocatis? Quare obedientiam regibus, & pontificibus ex iure diuino debitam relinquitis? Quare omnia diuina & humana iura repudiatis? Quare venerandos sacerdotes in ecclesiis, inter ipsas Christi aras interficitis? Ô cœlum, ô terrâ! Ô impia hæreticorum facinora! Quid dicam? Quo me vertam? Te lacrimis, vocibus, & gemitibus oro

Christe sancte, te ex intimo pectore precor, & obsecror: vt hereticostenebris coopertos splendore tuæ misericordiæ & sapientiæ illustres: vt repudiatas erroribus suis intelligant verum tuum euangelium, & seruent illud, & ad ecclesiam sanctam Romanam vniuersalem reuocentur, & ad te ipsum toto pectore conuertantur. Et ita desinent impium imitari Antiochum, qui perenne sacrificium impedire conabatur.

**I** *Propter peccata.* Nimirum populi Israelitici. Perpende, peccata populi in causa esse, vt Deus permittat ecclesiam calamitatibus & persecutionibus affici, & iuge sacrificium intermitti.

**m** *Et prosternetur veritas in terra.* Id est, & decidet in terram verus Dei cultus tempore Antiochi. Poteris per veritatem viros veritatis amatores intelligere. Vel Dei legem veritatis plenissimam. Vel veritatem in verbis, fidemque in promissis. Erat tunc veritas veluti demersa, fraudibus omnia tenebantur à plerisque: cuncta ferè erant tenebris circumfusa. Ac vt verbis vtar Esaia cap. 59. *Corruit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi.* Poteris per veritatem intelligere iustitiam: nam Theodotio habet: Et proiecta est in terram iustitia. Accipi autem veritatem pro iustitia indicat versiculus ille psalmi 24. *Vniuersa via domini misericordia & veritas.* Et illud psalmi 39. *Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.* Et illud etiam psalm. 90. *Scuto circumdabit te veritas eius.* Hoc est, seruabit te vndique Deus iustitia sua fidei, si ad illum confugeris, eique totum te commiseris. Eius iustitia erit clypeus, quo vndique protegeris. Scutum mundi protegit ex vna tantum parte, at scutum diuinæ iustitiæ circuit, & ex omni parte seruat & protegit. Accipitur quoque veritas pro iustitia cap. 20. Prou. *Misericordia & veritas custodiunt regem.*

**n** *Et faciet & prosperabitur.* Hoc est, hæc omnia mala faciet Antiochus: & prosperè res illi succedent. Rebas vtetur secundis, & ad voluntatem fluentibus. Aspicias hoc loco, impios aliquando propter aliorum peccata rerum prosperarum in hac vita potiri. Antiochus ingressus Dei templum illud violauit, & abstulit ab eo candelabrum luminis, vt primo capite libri primi Machabæorum scriptum legimus, & incolumis euasit. Poteris in ea intelligendi ratione, quam theologi moralem vocant, ad mortus animi moderandos & in gyrum rationis ducendos hunc locum explanare. Per Antiochum impium tyrannum, qui ingressus in templum rapuit secum lumina, poteris amorem proprium intelligere, quo quis se amat intemperanter. Hic enim tyrannus cum ingreditur in cor nostrum, contaminat illud aufert ab eo lucem, illudque ornamentis spoliatur. Et ita manet cor nostrum tenebris coopertum, & inquinatum. Quod templum sit illud, indicat Diuus Paulus cap. 3. epistolæ prioris ad Corinthios, cum ait: *Nescitis, quia templum Dei estis & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et cap. 6. superioris: *Vos estis templum Dei viui.* Amor proprius nos tetrus tenebris obscurat: & cordi nostro caliginem offundit. Cum enim ingreditur in nos, eripit nobis candelabrum luminis, hoc est, cognitionem nostri, nosque crassis tenebris circumfusus relinquit. *Euanuerunt*, inquit apostolus 1. ad Rom. *in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Et 4. ad Ephesios: *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cecitatem cordis ipsorum.* Hæc cecitas prouenit ex amore proprio, à quo multa dimanant maleficia. In epistola posteriore ad Timotheum cap. 3. ait Diuus Paulus: *Erunt homines seipso amatores, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, &c.*

Cum dixit fore homines proprio amore incensos, statim multitudinem scelerum nominauit ab eo exeuntem: quibus homines seipso inordinatè amantes contaminantur. Appellatur hic nimius, ac proprius amor philautia, quæ est fundamentum omnium vitiorum. Vt ex puncto quod centrum vocant, exeunt lineæ ad extremitatem: sic ex philautia in sphaera vitæ nostræ dimanant lineæ flagitiorum ad exitij nostri circumferentiam. Quare danda opera est, ne Antiochum nefarium tyrannum, hoc est, amorem proprium inordinatum in templum animi nostri ingredi sinamus, ne luce cognitione nostri cæterisque bonis spoliemur.

**o** *Et audiat vnum de sanctis loquentem.* Audiuo interno, auditu vnum de sanctis angelis loquentem: & alterum angelum inferiorem, qui ab hoc angelo loquente quærebat, quanto tempore duratura esset tyraonis Antiochi in Iudæos. Ostendit hic locus angelos superiores interrogari ab inferioribus, eosque illustrare. Idem colligitur ex Zacharia dicente capite secundo: *Ecce angelus qui loquebatur: & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum iustum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem.* Id docet multis verbis Diuus Dionysius Areopagita in libris de cœlestis hierarchia, quem non solum theologi, sed magni etiam philosophi sequuntur. Afferunt enim inferiores intelligentias vultus suos in lumina superiorum intelligentiarum cōiicere, ab illisque illuminari. Deus enim reducere ad se solet media per prima, & vltima per media.

**p** *Et dixit vnus sanctus alteri, nescio cui.* Id est, interrogauit alter angelus inferior angelum illum eximium, quem ego nescio: cuius nomen non est mihi perspectum. Interrogauit inquam, quo vsque visio, id est, lex diuinitus ostensa, & perenne sacrificium intermitterentur: & quandiu duraret peccatum desolationis & violationis, quæ facta est in templo: & quanto tempore sanctuarium, hoc est, templum ipsum, & fortitudo, hoc est, Hierosolyma, vel exercitus Iudæorum conculcarentur. Potest totum hoc ita etiam explanari. Quæsiuit inferior angelus à superiore, quo vsque esset intermittenda visio, hoc est, vaticinatio: & duratura esset sacrificij cessatio: & quando delendum esset peccatum, propter quod tollitur sacrificium, & templum, exercitusque Dei conculcantur. Oratio est imperfecta magnam habens vim ad affectum exprimendum: loquitur enim angelus more eorum, qui anguntur dolore, qui solent sermones imperfectos proferre. Ita Dauid cum teneretur ardente desiderio adeundi ad templum Dei à quo ob Saulis impietatem abesse cogebatur, eamque ob causam dolore premeretur, has voces emisit: *Et enim passer inuenit sibi domum, & tartur nidum, vbi ponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum, rex meus, & Deus meus.* Ac si diceret: Inueniunt aues locum, vbi cubilia sibi nidisque cōstruant ac figant, vt possint cum pullis suis conuiescere: at ego ad aras tuas, in quibus acquiesco, domine exercituum rex meus & Deus meus: Subaudi, adire non possum. Non perfecit orationem ob dolorem & singultus: nam animi affectio verba solet interrumpere. Eodem modo dominus Iesus apud Lucam decimono videns ingrati Hierosolymam profusus lachrymis dixit: *Quia si cognouisses & tu: & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Figura est apostrophen, quam Latini reticentiam vocant: cum inter nos ea suppressimus, quæ dicturi videbamur.

**q** *Et dixit ei vsque ad vesperam & mane.* Responso est angeli superioris ad alterum angelum. Quidam codices habent: Et dixit mihi: vt sermo superioris angeli

angeli ad Danielelem referatur. *Vespera & mane* vocat diem naturalem, qui nocte constat & die. Ita intelligitur illud Genesis cap. 1. *Factumque est vespere & mane dies vnus.* Hoc est, & ita transactus est dies primus. Per *vesperam* intelligitur nox, per *mane* verò dies. Aliquando tamen per *vesperam* intelligitur spatium illud, quod est inter soles occasum & noctem, quod appellatur crepusculum: vt Exodi 12. *Immolabis eum vniuersa multitudo filiorum Israhel ad vesperam.* Pro quo nonnulli vertunt ex Hebræo: admisiones, nimirum diei & noctis; idem enim vocabulum *vesperam* significat & missionem. At hoc Danielis loco per *vesperam & mane* dies naturalis designatur. Vel *v/que ad vesperam & mane*: hoc est, secundum noctium dierumque successionem. Potest hoc ita etiam verti: A vespere ad mane: id est, a dolore ad letitia.

*¶ Dies duo millia trecenti.* Bis mille trecenti dies efficiunt annos sex, menses tres dies viginti. Hoc tempore dixit ei angelus duraturam Iudæorum calamitatem sub Antiocho, & templi violationem, ac iugis sacrificij intermissionem, & commemoratam vastitatem. Et ita euenit re ipsa. Et quia quilibet horum dierum est naturalis, continens diem artificialem & noctem dixerat: *Vsque ad vesperam & mane*: & adiecit statim: *Dies duo millia trecenti.* Lege Machabæorum libros, & historiam Iosephi, & inuenies centesimo quadragesimo tertio anno à Seleuco, qui primus regnavit in Assyria post Alexandrum, ingressum fuisse Antiochum Hierosolymam, & vniuersa vastasse: reuersumque anno tertio statuisse in templo statuam Iouis, quæ vsque ad Iudam Machabæum ibi permansit. Bis ingressus est Antiochus Hierosolimam: primo ingressu vastauit urbem, & spoliavit templum secundum verò posuit in templo statuam Iouis, quæ ibi tres annos permansit. Et ita spatium sex annorum non refertur ad collocationem statuæ, sed ad urbis vastitatem, templique spoliationem. Porro in historia ecclesiastica scriptum legimus, à primo ingressu Antiochi in sanctam ciuitatem, vsque ad templi murationem per Iudam Machabæum per successionem diei ac noctis interfluxisse annos sex, menses tres, dies viginti: Quod cum Danielelem omnino concordat. Admirabilis profectò est hæc Danielis vaticinatio, quæ non solum annos, sed menses, & dies aperitissime continet & numerat. Tam dilucidè ac perspicuè hoc prædixit, vt auderet impius Porphyrius asserere commentitiam esse totam hanc vaticinationem. Non intellexit sacrilegus præuidisse diuinum vatem hæc omnia animi oculis diuino lumine illustratis: potuisseque dicere cum Dauide: *Incerta & occultata sapientia tua manifestasti mihi.*

*¶ Et mundabitur sanctuarium.* Hoc est, & Iudas Machabæus templum perpurgabatur. Quemadmodum facta fuerit perpurgatio hæc, est literis mandatum libr. 1. Machabæorum cap. 4.

*¶ Eactum est autem, cum viderem ego Daniel visionem.* Id est, dum autem ego Daniel hoc intuerer, & in visionem hanc animam intenderem, nihil erat mihi magis in optatis, quam eius intelligentiam & interpretationem distinctè ac planè cognoscere nondum enim perspicuè singula animo percipiebam. Ac cum huius rei intelligentiam quærerem, ecce stetit in conspectu meo quasi species vlii: non vir, sed angelus quidam in figura & imagine viri. Fuit autem hic angelus iuxta vitorum sapientium sententiam Michael: qui in terriori conspectu Danielis per imaginariam formam apparuit.

*¶ Et audiui vocem viri inter Vlai.* Et auribus internis percepi vocem angeli, qui erat inter Vlai: id est, inter portam ita appellatam. Vel inter paludem & portam. Vel, in medio fluminis Eulæi. Hæc omnia, vt

ostendimus, possunt huic nomini accommodari. Hic autem angelus Michael dixit angelo Gabrieli: *Gabriel fac intelligere istum, visionem.* Hoc est, doce hunc Danielelem visionem hanc. Quidam codices habent, istam visionem: sed correctiores habent, istum, vt referatur ad Danielelem. Et ita est in Græco, & in Hebræo. Erat Michael princeps synagogæ Iudæorum: ideo ad eorum vtilitatem & consolationem dabat operam, vt diuinus vates à Gabriele instrueretur.

*¶ Et venit.* Nimirum Gabriel ad visionem mihi explanandam: & accessit prope locum, vbi ego stabam: eoque accedente ego territus prociidi in faciem meam. Existimo non timore alicuius mali in terram lapsum fuisse Danielelem, sed ob reuerentiam erga illos spiritus beatos: & ob visionis & illuminationis excellentiam, magnamque animi attentionem. Cum enim intendimur ad vnum, debilitamur ad alterum. Ex quo efficitur, vt ad contemplationem magnopere intenti semoueamur à corpore: corpus autè ab animo femorū atque relictum ruit, & prolabitur. Infra enim ait idè Daniel cap. 10. *Vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo: sed species mea immutata est in me, & emarui: nec habui quicquam virium.* Et Esaias c. 21. *Corruui, inquit, cum aud rem: conturbatus sum, cum viderem.* Illud est, aduertendum, non cecidisse Danielelem retrorsum, sed in faciem suam. Ideo ait hic: *Corruui in faciem meam.* Iusti enim à fronte cadere dicuntur, impij autem à tergo: nam, qui decidunt, ante faciem vident locum ruinæ, possuntque se faciliè erigere, & manibus adiungere: non autem qui retrorsum ruunt. *Abraham viso domino*, vt dictum est capit. Genesis 17. *bis cecidit in faciem suam.* Considerata imbecillitate propria, & diuini numinis præstantia cecidit pronus ante oculos suos diuino splendore perterritus. *Moses cum Aaron*, vt ipse cap. 14. Num. scriptum reliquit, *in terram proni ceciderunt.* Iosue etiam prociudit in faciem suam, vt liber eius cap. 5. testatur. In libro 2. Paralipomenon capite 20. est monumentis consignatum, regem Iosaphat ciuèsque Hierosolymæ corruisse à fronte in terram coram Domino, eumque coluisse. Ezechiel capite 2. *Vidi, inquit, & cecidi in faciem meam.* At de impio illo & ingrato populo Iudaico qui Christum Deum nostrum ad cædem crudelissimam vocauit sub nomine ascensoris equi ait ita Jacob capite Genesis 49. *Fiat Dan coluber in via, carastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.* Per Dan intelligitur Samson: & per illum Christus, ad cuius vocem ascensores equi, hoc est, Iudæi in honore cõstituti retro ceciderunt. Pateris per ascensores equi in sensu historico, & germano Philisthæos illos intelligere, quos Samson deiecit, & prostrauit. Est enim perspicuum fuisse Samsonem ex tribu Dan. Heli cui Deus per Samuelem exitum fuerat minatus, quod in nefarios filios suos non, vt æquum erat, animaduerteret, nec debita seueritate à flagitijs separaret, cecidit retro: & fractis seruicibus extremum vitæ edidit spiritum. De impijs diuinam vaticinationem contemnentibus ait capite 28. Esaias: *Vt vadant: & cadant retrorsum: & conterantur, & alloquentur, & capiantur.* Et sacrilegi illi qui crudeliter manus in Christum iniecerunt, illumque innocentissimum agnum per summum scelus aligarunt, vt Diuus ait Ioannes capite 18. Evangelij, *auerunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Audita branda, ac suaui Christi voce feri homines, & immanitate barbari fuerunt percussi, perterriti, & à tergo prostrati. Aspicis igitur viros pios, qui se iustitia muniunt, si ruunt, à fronte ruere: impios autem à tergo.

*¶ Intellige fili hominis.* Ne cælestium spirituum visione, tantarumque rerum illustratione superbiret, & sãctitatis opinione inflatus se ferret in sublime, quin potius

3. Reg. 4.  
1. Reg. 3.

potius humanā fragilitatem in memoriam reuocaret filius hominis vocatur. In diuinis enim literis idem est filius hominis ac verus homo, imbecillus: & laboribus expositus. Eam ob causam Christus Deus noster cum excelsa ac diuina haberet nomina, se in euangelio filium hominis sæpenumero appellabat: vt nobis humilitatis exemplum præberet, & hac nomenclatione nos à vanorum titulorum cupiditate & amplitione seperaret. Ideo dicebat apud Matthæum 8. *Vulpes foueas habent, & volucres calididos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.* Et capite decimosexto: *Quem dicunt homines esse filium homines?* Et vigesimo: *Filius hominis tradetur principibus sacerdotum.* Et apud Marcum decimotertio: *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus.* Et apud Lucam nono: *Filius hominis non venit perdere.* Et multis aliis in locis se filium hominis appellauit, vt nos ad verā animi demissionem moueret. Vt auis ad ascendendum valde, priusquam volet, se abiicit & demittit, vt maiore conatur feratur in sublime: sic debemus demittere nos ipsos, & inclinare, ac submissius gerere: vt maiore impetu ad excelsum cælum ascendamus. Nam vt Christus ait Dominus noster apud Lucam decimoquarto: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Cum ad cælum penetrare sine veris virtutibus nullo modo valeamus, veras autē virtutes habere sine humilitate non possimus, apertè concluditur, sine humilitate non esse nobis aditum ad sedes æternas reseruatam. Quemadmodum ramus arboris in trunco habet viriditatem, sectus autem & auulsus arefcit: sic virtus in stipite, hoc est, in humilitate, quæ est arboris vitæ Christianæ truncus, permanet, & virefcit: at ab humilitate disuncta & diuisa vires amittit, & consumitur. Nunc verò quod sine animi dolore dici non potest, sunt multi, qui non solum humilitatem non habent, sed etiam superbia gloriantur. Videbis enim multos, qui superbiam tanquam regium diadema illustremque coronam in capite imponunt. Illud Psal. 7. *Ideo tenuit eos superbia:* potest verti ex Hebræo: Ideo coronauit eos superbia. Et ita transtulit Xantes Pagninus. Cū Esaias in superbos Iudeos inueheretur cap. 28. *Væ, inquit, coronæ superbie.* Pro quo Septuaginta habent. *Væ coronæ iniuriæ.* Sunt namque superbi & insolentes homines propensi ad iniuriam in alios inferendam. Deus ornat vnumquemque suorum gloria & honore, iuxta illud Psalmo 8. *Gloria & honore coronasti eum:* mundus vero suos arrogantia & superbia. Nolunt illud perspicere, quod ait Ecclesiasticus ca. 10. *Quid superbis terra & cinis?* Nec illa

similitudo

fructu

Dei veba tertij capitis Genesis: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Verba illa secundi capitis Genesis: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra.* possunt verti ex Hebræo: formauit igitur dominus Deus hominem puluerem de terra. Et ita habet paraphrasis Chaldaica. Vbi vides hominem esse puluerem terræ: eamque ob causam debere superbiam, elationem, & fastidium vitare. Id volens angelus docere Daniele, eum filium hominis hoc loco vocauit. Qua de re ea poteris videre, quæ in nostris in Ezechielem commentariis disseruimus, verba illa secundi capitis explanantes: *Fili hominis sta super pedes tuos.*

2 *Quoniam in tempore finis complebitur visio.* Hoc est, quia explebitur hoc visum, quando finiti fuerint duo illi mille & tercenti dies, quorum paulò antè facta fuit mentio. Potest hoc ita explanari. Complebitur hæc visio non statim, sed tempore longo quidem, nihilominus tamen finiendo. Expleto definito tempore finem habebit hæc sub Antiocho calamitas. Vnde quidam codices ad marginem habent: *Ad tempus finis erit visionis.* Potest etiam ita verti: *Quoniam in temporis fine complebitur visio.* Id est, durabit Antiochi tyrannis in Iudæos sex annis, & tribus mensibus, & vnginti diebus: & in fine huius temporis cessabit calamitas, & succedet prosperitas. Quidam hoc referunt ad extremum iudicium in fine mundi: & per hunc tyrannum intelligunt Antichristum etiam in sensu literali. Non est inconueniens vnum eundemque locum duos habere sensus literales. Illa Ierem. c. 31. vaticinatio: *Vox in excelsis audita est: ploratus: & ululatus: Rachel plorans filios suos:* intelligitur de lachrymis & lamentis matronarum Iuda & Benjamin, cum viderent filios suos duci in Chaldæam: nihilominus tamen eam Diuus Matth. c. 2. iuxta alterius intelligentiæ veritatem, ad interfectionem transtulit innocentium: & per Rachelem quæ sepulta est in agro Bethlehém, mulieres intelligit Bethlehemiticas interitum filiorum suorum infantium deplorantes. Et vterque sensus est verissimus & literalis. Id quod de Christo vaticinatus est Esaias cap. 53. *Verè languores nostros ipse tulit:* Diuus Matthæus cap. 8. ad corporum agrotationes eorum transfert, quos Christus sanabat, à quibus morbos depellebat: Diuus autem Petrus cap. 2. epistolæ suæ primæ, de peccatis nostri interpretatur. Et vterque sensum literalem verè & mirabiliter expressit. Multa præterea huiusmodi in diuinis literis multos habent sensus, non solum mysticos, sed etiam historicos, & literales.

## ANNOTATIO.

1 Contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Pro contra fortitudinem est in Græco *ἄπὸς τῆς δύσεως.* Hoc est ad Occidentem. In Hebraico est *מִצָּרְפַּת* *Veel Hatefui.* Pro quo Pagninus transtulit: *Et ad terram desiderabilem.* Vocabulum Hebræum, *Tseui,* significat gloriam, fortitudinem, decorem, desiderium, amorem præcipuum, amœnum, iucundum egregium. Eo vtitur Esaias loquens de Messia capite 28. pro quo Latinus noster interpres transtulit gloriam, dicens: *In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ.* Quod Ionathas paraphrastes Chaldeus vertit: *In tempore illo erit Messias Dominus exercituum in coronam letitiæ.* Vbi pro Domino est in Hebræo *Iehouah,* nomen Dei ineffabile, quod soli conuenit Deo: quod Ionathas attribuit Messie, qui verus est Deus hoc nomine vtitur Ezechiel cap. 20. cum ait: *Quæ*

est gregia inter omnes terras. Inde terra promissionis eo nomine dicta est quod esset vberissima & fertilissima. Hac ratione ductus Rabbi Leui Benierfon hunc Danielis locum explanans: *Factum est, inquit, magnum contra Meridiem, hoc est contra regem Aegypti: & contra regem Aegypti: & contra Orientem, hoc est contra terram Persarum: & contra Tseui, hoc est contra terram Israel.* Hec illè. Illud quoque Danielis cap. 11. *Stabit in terra inclita: potest verti: Stabit in terra desiderij, seu desiderabili, vel in terra gloriæ, aut decoris, aut præcipua: quibus nominibus terra sancta vocabatur.*

2 Robur autem datum est ei cōtra iuge sacrificium. Pro robur est in Hebræo nomen *Tsaba,* quod significat tempus statutum, & militiam: vt Iob 7. *Militia est vita hominis super terram.* Quod potest etiam verti: *Tempus præfixum*

prefixum est vita hominis terram. Eodem modo id quod est apud Esaiam cap. 40. Completa est militia eius: vti potest: Completum est tempus eius. Vbi aduertendum est in codicibus minimè correctis pro militia esse militiam ob typo raphorum incuriam. At rectè quidem vita nostra appellatur militia: ipse enim Iob ait capite. 14. Omnibus diebus quibus nunc milito. Et Diuus Paulus capite primo prioris ad Timotheum: Hoc præceptum, inquit, commendo tibi, vt milites in illis bonam militiam, Et capite 2. posterioris ad eundem: Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Nam qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Et cap. 4. eiusdem epistole: Bonum certamen certauit. Ad Romanos capite 13. Corinthios, Ephesios, cap. 6. & Thessaloc. ienses instruit ad arma spiritualia sumenda. Significat etiam vocabulum hac fortitudinè: vt apud Danielelem 10. Et verbum verum, & fortitudo magna. Quod poterat transferri: & verbum verum, & tempus magnum. Vt sit sensus: vera hæc vaticinatio, sed non implebitur nisi post longo tempore. Vel, & verbum verum, & exercitus magnus. Subaudi, apparuit illi. Significat enim exercitum & virtutè: vt ps. 23. Dñs virtutù ipse est rex gloriæ. Pro quo quidam veritè: Dominus exercituum ipse est rex gloriæ: Vbi pro exercitiibus quidam angelos intelligit, quidam astra cali. Eodè modo ps. 32. Verbo domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et psalmo 102. Benedicite domino omnes virtutes eius. Hoc est, omnes angeli, vel omnia sydera, quæ instrat exercituum in globis caelestibus videntur. De his angelis, aut vt alij aiunt, de his syderibus ait Christus Deus noster apud Mattheum 24. & apud Lucam 21. Virtutes cælorum mouebuntur. Sum: autem virtutes cælorum pro stellis indicat locus ille decimi capitis Deuteronomij: Cùmque reperti fueris, qui adorent solem & lunam, & omnem militiam cæli. Et 4. Regum 17. Adorauerunt vniuersam militiam cæli. Pro eo enim accipiunt virtutes cæli, & militiam cæli. Vnde dominus Deus Tsabaot apud Esaiam sexto idem est dominus Deus virtutum, seu exercituum. Hoc est dominus Deus angelorum aut cæli & stellarum. Cùm igitur vocabulum hoc Tsaba, siue Saba, quo hoc loco vtitur Daniel, multa significet non est mirum variè transferri. Noster interpretæ habet. Robur autem datum est ei. Alij, fortitudo data est ei. Pagninus & tempus dabitur. In nonnullis codicibus est ad marginem certum tempus datum est ei. Quidam totam hanc orationem ita vertunt. Exercitus autem traditus est cum perenni sacrificio per scelus. Poteris rectè ita vertere: Exercitus autem traditus est propter peccatum contra iugè sacrificium. Ac si dicat: Traditus est impio Antiocho exercitus Iudæorum propter scelera, quæ in perenne sacrificium intemperanter admiserant.

3 Dies duo millia tercenti. Ita etiam habet versio Theodorionis. Particula duo aliquando præponitur, vt hic aliquando postponitur. vt capite 10. Luca: Designauit dominus & alios septuaginta duos. At Erasmus Roterodamus asseueratè affirmat discipulos illos non fuisse nisi septuaginta tantum: nec esse in Græcis exemplaribus particulam, duos, & in vulgata editione redundare. Quare versio eius habet: Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta: misitque illos binos. Contendit autem confirmare hoc authoritate Hieronymi, Ambrosij, & Cyrilli, qui loquentes de illorum discipulorum missione, aiunt Christum consi gnasse septuaginta, & misisse eos, nullam de duobus mentionem facientes. Tenuis profectò, atque exilis probatio. Si Græcum exemplar antiquissimum & grauitissimum vidisses, quod in Vaticana seruetur bibliotheca, non tam audacter assereret particulam, duos, in Græcis nusquam reperiri. Nam Græcus ille codex habet: Designauit dominus & alios septuaginta duos: quemadmodum habent alij, quos Erasmus aut non vidit: aut non vidisse simulauit. Quod autem affert ex nonnullis magni nomi-

nis scriptoribus nullius est momenti. Solent enim authores graues magnum numerum rece. sere, paruulum autem ei additum silentio præterire. Vnde effectum est, vt mentionem facientes illorum discipulorum, quos Lucas capite 10. ait fuisse septuaginta duos, breuitatis causa citent septuaginta. Id quod in primis veteris testamèti interpretibus aspiciamus: qui cùm fuerint septuaginta duo, nimirum sex selecti ex singulis duo decim tribubus: ab ijdem tamen authoribus quos pro se citat Erasmus, & ab omnibus alijs tam veteribus, quam recentibus, sub titulo septuaginta allegantur. Fuisse autem translatores illos septuaginta duos, indicat Iosephus duodecimo Antiquitatum, Tertullianus in apologetico aduersus gentes, Epiphanius libro tertio aduersus hæreses, Augustinus libro decimo octauo de ciuitate Dei, Philo Iudæus, Iustinus martyr, Eusebius Casariensis, & alij, sed præcipuè Aristæus illius temporis historicus, qui eorum non solum numerum, sed etiam nomina literis mandauit. Quemadmodum igitur legis veteris interpretes fuerunt septuaginta duo, sed sub nomine septuaginta citantur: ita discipuli illi quos dominus designauit, fuerunt septuaginta duo, sed à nonnullis, qui in eorum incidunt mentionem, septuaginta, dicuntur. Eodem modo Romani centum illos & quinque iudices, quos ex singulis triginta quinque tribubus tres seligebant, centum viros appellabant. Refutauit Brasmi rationes: nunc contrariam partem veram esse demonstrabo. Eusebius Emisenus Græcus author, antiquus & eruditus, locum illum Luca explanans: Beatus Lucas, inquit, euangelista sic ait: Designauit dominus & alios discipulos septuaginta duos. Et paulò post ait, duodecim filijs Iacob fuisse adumbratos, & septuaginta duos discipulos in septuaginta duobus viris quos Moses ex senioribus Israelis iubente Deo elegit Clemens summus pontifex huius nominis primus, discipulus beati Petri apostoli, asserit etiam discipulos, illos fuisse septuaginta duos, capite quinquagesimonono libro secundo apostolicarum constitutionum. Huius sententiam sequitur venerabilis Beda, in quo diuinum sapientia lumen eluxit: qui libro in Lucam tertio eundem legi numerum, eandemque agnoscit lectionem. Quid dicam de diuino illo admirando Aurelio Augustino, qui admirabili ingenij acuminè præditus, omnibus disciplinis eruditus, innumera atque præclara sapientia sua monimenta reliquit tanta eruditione & sapientia referta, vt verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. Hic non solum legit nobiscum septuaginta duos, sed etiam ait hunc numerum collegio discipulorum illorum maxime conuenire. Libro enim euangelicarum questionum secundo ita ait: De septuaginta duobus discipulis: sicut viginti quatuor horis totus orbis peragitur, atque à sole lustratur: ita mysterium illustrandi orbis per euangelium trinitatis in septuaginta duobus discipulis intimatur. Viginti quatuor enim ter in septuaginta duobus ponimus. Hæc ille. Sed dices Clementem & Augustinum non fuisse natione Græcos. Fateor fuisse alterum illum Romanum, alterum Afrum: sed ambos sapientes & Latinos, ac sermonis Græci nõ ignaros. Et vterque legit septuaginta duos. A Clemens fuit coæuus Luca euangeliste, cuius euangelium Græce scriptum, aiunt illum in Latinum sermonem conuertisse. Sed quoniam ad Græcos authores confugis, nonne Eusebius Emisenus, quem tibi citauit, fuit Græcus? Nonne Epiphanius etiam Græcus fuit? Quis dubitat? Hic epiphanius vetustate & sapientia insignis, qui Græcos suæ ætatis grauitate dicendi superauit, in fine prima partis aduersus hæreses, vbi de numero discipulorum, quos Christus misit euangelium concionaturos, sententiam suam literis mandauit hæc scripta reliquit. Misit autem & alios septuaginta duos ad predicandum. Et paulò post: Et reliquos septuaginta duos. Ac non multos post loquens de Diuo Paulo: Quem, inquit, reperimus Diuum Lucam de numero septuaginta duorum existentem sibi socium fecisse. Nonne aspicias quam apertè & distinctè asserat fuisse disci-



discipulos illos septuaginta duos? Græcus erat, & Græcos codices legebat, & vera eorum lectione instructus, hunc fuisse eorum numerum affirmavit. Intuere quam valida ac gravis tibi citem testimonia, & perspice nostræ vulgata lectionis vetustatē. Electi sunt duodecim apostoli, ut prius duodecim tribus Israël erudirent, & deinde omnes gentes: quibus episcopi succedunt. Postea fuerunt septuaginta duo discipuli missi, qui nuntiarent veritatem septuaginta duabus linguis, in confusione turris Babilonicæ per orbem dispersis: quibus presbyteri mox in eam succedunt. Ac ne vageur longius oratio mea, Hippolitus, cuius meministi Hieronymus in libro de viris illustribus episcopus metropolis Alram, & Gelasius pontifex maximus testatur: ut Græcus, & in divinis scripturis eruditus, qui floruit imperij clauum tenente Alexandro Severo anno do-

mini 220. afferit apertissime discipulos illos quos Lucas ait missos fuisse à domino, fuisse septuaginta duos: eosque nominatim appellat in catalogo, quem edidit: ubi non solum eorum numerum, sed etiam nomina retulit. Idem fecit post illum Dorotheus Tyri episcopus, qui sub Iuliano imperatore & anno domini 360. magnam nominis claritatem consecutus obiit Iesu Christi fidem martyrium sustinuit: atque eximiam honestamque vitam præclara gloriaque morte consignavit. Hi duo illustres viri nomina omnium septuaginta duorum discipulorum in tabulas retulerunt: quas apud Georgium Ederum virum doctum in Oeconomis, seu partitionum theologicanum lib. 4. poteris videre. Quare non est, cur Erasmus, & alij velint Latinam nostram vulgatam editionem ut vitiosam, & hoc loco redundantem vituperare.

<sup>a</sup> Cùmque loqueretur ad me, collapsus sum & pronus in terram. <sup>b</sup> Et tetigit me, & statuit me in gradu meo: dixitque mihi: ego ostendam tibi, <sup>c</sup> quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: <sup>d</sup> quoniam niam habet tempus finem suum. <sup>e</sup> Aries quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum rex Græcorum est. Et cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius confurgent, sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cùm creuerint iniquitates, <sup>f</sup> confurget rex impudens facie, & intelligens propositiones: & roborabitur fortitudo eius, <sup>g</sup> sed non in viribus suis. Et supra quam credi potest, vniuersa vastabit, <sup>h</sup> & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam: <sup>i</sup> & dirigerur dolus in manu eius: & cor suum magnificabit & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum confurget, <sup>k</sup> & sine manu conteretur. Et visio vespere & mane quæ dicta est vera est. Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui & a grotavi per dies. <sup>l</sup> Cùmque surrexissem, faciebam opera regis: & stupebam ad visionem: <sup>m</sup> & non erat, qui interpretaretur.

<sup>a</sup> Cùmque loqueretur ad. Id est, cùm autem Gabriel mecum loqueretur, ut mihi visum explanaret, ego stupore veluti somno oppressus proci in terram tanta visione perterritus. Huius ruina causa supra explicata est. Eodem modo Ioannes ca. 1. Apocalypsis: cùm vidissem, inquit, eum cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.

<sup>b</sup> Et tetigit me. Nimirum angelus: Et statuit me in gradu meo: hoc est, posuit me in statione mea, quia in terra prostratus iacebam: erexitque me: & steteri erectus in loco, ex quo cecideram. Voluit et angelus stuporem leuare, & solatium præbere. Ita Ioannes primo Apocalypsis: Posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere. Et Ezechiel 2. Cecidi in faciem meam: & audivi vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis sta supra pedes tuos, & loquar tecum. Et in gressus est in me spiritus postquam locutus est mihi: & statuit me supra pedes meos. Et Daniel psal. trigelimo octavo. Eduxit me de lacu miseria, & de luto fecis, & statuit supra petram pedes meos: & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Ac si dicat: adiuvit me Deus, & erexit me de voragine, in qua iacebam, & collocauit me in loco tranquillo ac tuto: novamque mihi suppeditavit materiam misericordiae suae celebrandae. Vult in his locis divina scriptura docere, opus esse ad susceptionem illustrationis diuinæ elevatione mentis in Deum. Oportet in splendore admirabilem mysteriorum caelestium mentis aciem intendere, & animum in caelum tollere: ut possis excelsa ac splendida mysteria conspiceret, & caelestibus epulis pasci: ut alens animum ad æternitatem, res humanas, caducas, & in casu positas contempnas ad divinas autem, æternas & immortales aspices. Poterit quippe

impie vaticinari, si Deus voluerit, & gratia gratum faciente destitutus ventura prædicere: sed ad altam tutamque diuini numinis contemplationem, sublimemque raptum, quo animus diuino amore incensus Deo ipso oblectatur, opus est gratiam habere, animum erigere, virtutumque ornamentis excolere. Quando autem domum prophetiae aliquibus datur propter eorum & aliorum utilitatem, & propriam mentis illustrationem, illis solet dari, qui sunt gratia & charitate muniti, Sapientiae enim Dei, ut est capiti septimo libri Sapientiae mandatum, in animas sanctas se transfert, & amicos Dei ac prophetas constituit.

<sup>c</sup> Quæ futura sunt in nouissimo maledictionis. Id est, ego tibi ostendam, quæ ventura sunt in ultimo tempore tyrannidis Antiochi. Impium Antiochum appellat maledictionem in abstracto: ac si dicat: non solum est maledictus, sed ipsa maledictio. Poteris per maledictionem cultum idoli intelligere: & ita tempus maledictionis est tempus illud, quo idolum duravit in templo Hierosolymæ: & in tota ciuitate à gentibus violata & possessa cultus viguit idolorum. Vel accipitur hic maledictio pro ira Dei: Theodotio enim habet: In extremis iræ. Idem vocabulum Hebræum vtrunque significat iram & maledictionem.

<sup>d</sup> Quoniam habet tempus finem suum. Hoc est, nam præfiniti temporis finis erit: & in tempore quod finitur, hæc euenient. Post tenebras erit lux. Est enim aliquando Antiochus à vita migraturus. Nam ut ait Ecclesiasticus capite quattodecimo: Generatio carnis & sanguinis alia finitur, & alia nascitur.

e *Aries quem vidisti.* Hoc est Darius. Hæc supra explanauimus. Sequitur: Ipse est rex primus. Hoc est, primarius & præcipuus. Significat Alexandrum magnum: quo mortuo in Chaldæa surrexerunt quatuor duces eius, qui post illum regnarunt. Primo capite libri primi Machabæorum scriptum legimus, ipsum Alexandrum uiuentem pueris suis regnum suum diuisisse. At illi se in fortitudine cum illo non adæquarunt. Ideo dicitur hoc loco: *Sed non in fortitudine eius.* f. *Co-surge rex impudens facie.* Hoc est Antiochus Epiphanes. Pro impudente facie, potest verti: fortis facie, vel seuerus, aut immanis. Pro, & intelligens propositiones, potest verti: & intelligens ænigmata. Prouerbiū erat, quo significabantur, qui ob ingenij acumen alios decipiebant: & calliditate, malitia, ac artificio fallendi præditi erant. Sensus est: Consurget rex ita fortis facie, vt non erubescat, sed sit callidus, & astutus.

g *Sed non in viribus suis.* Non ex ipso erit tanta fortitudo, sed ex diuina permissione. Voluit Deus per illum punire Iudæorum populum iusto iudicio suo: quemadmodum olim fecerat per Assyriorum regem: de quo ait apud Esaiam 10. *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eius indignatio mea.* Quidam hoc de viribus Antiochi referunt ad Alexandri comparationem, dicentes eas tenues esse, si cum Alexandri viribus comparantur.

h *Et prosperabitur, & faciet.* Hoc est, prosperabitur in omnibus, quæ fecerit. Prospero mundi statu utetur: omnia illi erunt secunda: & faciet, quæ volet arbitrio suo. Ita euenit Antiocho: sed tandem miserè à vita migravit, & præcepit ad pœnas æternas ruit. Idemque euenturum est Antichristo, cuius figuram gessit Antiochus. Et quia improborum felicitas, & secundus vitæ cursus videntur vim diuinæ iustitiæ redarguere, hortatur diuinus psalter viros pijs, ne eam ob causam grauitè commoueantur: quoniam res impiorum secundæ breues sunt & fugaces, & æterna illis pariunt supplicia. Ideo ait psal. 36. *Noli emulari in malignantibus, nec zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum citò decident.* Et paulò post: *Noli emulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.* Et reddit rationem: quia flagitiosi peribunt: hæreditas autem iustorum in æternum erit.

i *Et dirigetur dolus in manu eius.* Hoc est, & fiet fraudes & fallaciæ operatione eius. Ipsi opera plena erunt dolis & machinis. Accipitur manus pro operatione, vt Iosue 21. *Dominus præcepit per manum Moysi.* Et 22. *Iuxta imperium domini in manu Moysi.* Et psalmo 17. *Secundum puritatem manuum mearum retribuit mihi.* Esaiæ primo: *Manus vestre sanguine plene sunt.* Acto- rum 5. *Per manus apostolorum fiebant signa & prodigia magna in plebe.* Sed quoniam Antiochus fauebat machinis & dolis, potest hoc ita explanari. Et fiet doli auxilio eius. Capitur enim manus pro auxilio & fauore, vt psalmo 36. *Dominus supponit manum suam.* Ac si dicat: Et si iustus decidat, non collidetur: nam eum Deus auxilio suo iuuat, eiq; se inclinanti fert opem. Si inciderit in calamitatem, nõ illi succumbet: quia Deus illum manu, hoc est fauore & præsidio suo sustentat. Et Ecclesiastici 13. *Humiliare Deo, & expecta manus eius.* Ac si dicat: Si te coram Deo demisse prostraueris, & humilitatem colueris, vnum si habeto, nõ tibi defuturum esse auxilium eius. Vel, dirigetur dolus in manu eius: hoc est in exercitu eius. Vt sit sensus: Non solum ipse erit fallax & vaser, sed exercitus eius dolis utetur. Accipi autem manum pro exercitu indicant verba illa capitis 20. Numerorum. *Egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti.* Et verba illa primi Machabæorum c. vndecimo: *Ocurrat ei*

*in manu valida.* Et Acto- rum duodecimo: *Misit rex Herodes manus, vt affligeret quosdam de ecclesia.* Pro exercitu accipitur etiam à Cicerone in oratione pro Cæcina aiente: *Qui manum fecerit, copias parauerit.* Sumitur quoque manus pro promissione iureiurando confirmata: vt decimoquarto Genesis, vbi iurans Abraham: *Leuo, inquit, manum meam ad dominum excelsum, quòd à filo tegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt.* Ita Dau d psal. 62. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Qui autem periurio contaminantur, dexteram dicuntur habere mendacem. De illis ait psalmographus. *Quorum os locutum est vanitatem, dextera eorum dextera iniquitatis.* Quæ verba possunt ita transferri ex Hebræo: *Quorum os locutum est mendacium: dextera eorum dextera est mendax.* Pro iniquitate enim est in Hebræo nomen Xacer, quod iniquitatem significat & mendacium, & mendax. Est igitur illorum verborum sensus. Eripe me domine ab hominibus per fidis, qui ex fallacijs & fraudibus constare videntur: quorum os loquitur mendacium, quorum iurandum mendax est, quorū animi sunt periurio contaminati. Eam ob causam potest hic Danielis locus ita explanari. Et dirigetur dolus in manu eius: hoc est, erit mendacium in eius iureiurando: nullam seruabit fidem in promissis, nullam iuratus veritatem in verbis. Extendere manus est orare, & preces ad Deū fundere, vt apud Esaiam capite primo, *Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: ait dominus.* Exodi decimo septimo: *Cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel.* Nam vt ait libro. Officiorum tertio Ambrosius, Moyses cum taceret, clamabat, cum otiosus staret, præhabatur: & de hostibus quos non contrigerat, triumphabat. Et vt verbis utar Chrysostomi sermone de Mose: fit Mose orante occulta pugna, sed manifesta victoria, vnus orat, vt multi seruentur. Ponere manus super os est tacere, vt capite Michææ septimo: *Ponunt manus super os.* Præterea manus significat potentiam, pactum, consilium, flagellum, & alia, quæ possunt huic loco accommodari. Sed ex omnibus his interpretationibus illa mihi magis placet, in qua manus accipitur pro operatione. Vt enim in loco illo de Christo intel lecto Esaiæ capite quinquagesimo tertio: *Voluntas domini in manu eius dirigetur:* per manum intelligitur operatio: ita hoc Danielis de Antichristo: Et dirigetur dolus in manu eius. In operibus Christi fiebat Dei voluntas: in operibus autem Antichristi, dolus & mendacium. Antiochus enim, vt diximus, Antichristum adumbrabat. Potest verti locus hic: Et prosperabitur dolus in manu eius. Vide occulta, sed iusta Dei iudicia, qui permittit aliquando, vt doli & fraudes impiorum illis prosperè succedant. At pœna illis æterna reseruetur.

*Contra principem principum.* Id est, contra Deum quem Ioannes capite decimonono Apocalypsis regem regum vocat, & dominum dominantium. In templo enim eius idolum posuit Antiochus: & aduersus ipsum Deum protulit execrationes & maledicta. Vel ideo dicitur contra Deum consurgere, quia contra sanctos eius surrexit. Saulo enim Christianos affligenti dixit Christus, vt Acto- rum nono asserit diuus Lucas. *Saule saule cur me persequeris?* Persecutiones seruis suis à Saulo illatas Christus sibi ipsi inferri testatur. Et Ioannes capite terriodecimo Apocalypsis ait: *Quorum nomina non sunt scripta in libro agni, qui occisus est ab origine mundi.* Tunc enim incepit occidi non in se, sed in electis suis, quando pius iustusq; Abel pastor ouium occisus est per inuidiam: qui pastorem illum celestem adumbravit, qui de se ait apud Ioannem: *Ego sum pastor bonus.* Fuit persecutus in Abraham, venditus in Ioseph, exul in Mose, qui vt ait apostolus,

Genes. 4.

Ioan. 10.

Gen. 12.

Gene. 39.

Nn Præ-

Exod. 2.  
Hebr. 11.  
Apo. 17.

prætulit improperium Christi omni thesauro Aegyptiorum. Scio tamen posse verba illa ita ordinari: *Quorum nomina non sunt scripta ab origine mundi in libro vite agni, qui occisus est.* Potest etiam locus ille de occisione Christi in beata diuinæ mentis præscientia intelligi. Nam cum Deus crearet Adam, præuidit eius peccatum, & præordinauit Christi mortem pro totius mundi salute. Id intelligebant apostoli, cum dicebant Act. 4. *Domine conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populus Israel facere, quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Fuit etiã Christus occisus ab orbe condito in victimis, oblationibus, hostiis, sacrificiis, quæ Christum venturum, mortemque subiturum adumbrabant: eumque futurum esse verum illud sacrificium ostendebat, quod se in crucis ara pro nobis deuouit atque constituit, ut mundi crimina deleret: & animos nostros expiaret.

*k* *Sine manu conteretur.* Id est, percutietur sine humane opera: excedet à vita morte non vi allata. Fuit enim Antiochus percussus plaga insanabili, & intolerabili fœtore: Scaturiebant de corpore eius vermes: ac viuentes in dolore carnes eius effluebant. Eum qui paulò antè sydera cœli contingere arbitrabatur, nemo poterat propter fœtoris intolerantiam portare. Et ita peregrè in montibus, doloribus incredibilibus oppressus, miserabili obitu ex vita migravit. Lege caput nonum libri secundi Machabæorum, vbi hæc inuenies scripta. Quid ei attulit vtilitatis falsa mundi felicitas, siquidem tam infelici sine clausit suum diem? Psal. 1. vbi diuus psaltes *virum iustum cum arbore florente & fructuosa comparauit*, contulit impios cum puluere à vento dissipato, dicens: *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem projicit vëtus à facie terræ.* Ut

Similia.

enim puluis fragilis est, & facile euanescit: ita impius tametsi rebus vtatur secundis, & ad voluntatem fluctibus, imbecillus tamen est, & facile consumitur. Et quemadmodum aer agitatus puluerem hæc atque illac projicit & dissipat: sic effrenata cupiditas nefarios homines exagitat: & quocumque æstus flagitiorum impulerit, eo miseri præcipites ruunt. Qui modò ad mundi gloriam florescebant, statim euertuntur: & quæ fuerant diu multoque labore quæsitæ, vna hora delentur. Qui eam nominis celebritatem existimabant comparasse, quam ipsa perpetuitas intueretur, æternam memoriam dedecoris posteritati relinquunt. Ac nonnulli non solum amittunt vitam, verum etiam nomen: obruitur cum illis eorum memoria, & obliuione hominum penitus extinguitur. *Vidi impium super exaltatum, inquit, salmographus, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat, quæ sivi eum, & non est inuentus locus eius.* Et alibi. *Incepisti gentes, & perijt impius: nomen eorum delesti in æternum, & in seculum seculi.* Si voluerimus ad veritatem reuocare rationem, intuebimur viros pios ac iustos quamuis calamitatibus pressos, consequi tamen prosperos exitus, impios autem & sceleribus contaminatos, ex illultri & florente rerum statu in maximas ærumnas, & illas quidem perpetuas præcipitari. Ut nex non

Psal. 56.

extinguit stellas cœli: sic calamitas mentes iustorum in cœlo in hærentes non obscurat. Sed vt solis splendor syderum fulgorem aufert: ita rerum prosperarum claritas solet mentium nitorem opprimere & delere. Viri pietate & iustitia præstantes religionem alunt, in Dei bonitate & pulchritudine contemplanda: ac in calamitates acerbissimas adducti dum vndique premuntur, non opprimuntur: cadentes fortiores surgunt: in luctu & lachrymis gaudio & voluptate triumphant: in media morte versati viuunt, atque florescunt. Ex rebus illis quibus alij frigent, ipsi incen-

Psal. 9.

duntur: & ex illis admirabilis quædam erga diuinum numen in animis ipsorum exardescit amoris magnitudo. Et tandem in domicilio mentium beatarum gloriam sempiternam consequuntur. Contra verò homines flagitiosi qui pascuntur maleficiis, in medio rerum prosperarum sunt ærumnosi: & inter voluptates à furiis exagitantur. Omnes eorum contentiones inanes & fallaces eos decipiunt: in medio spatio sæpe franguntur & corruunt: & antè in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicerent potuerunt. Id intuens animo. Ecclesiasticus capite 40. *Substantiæ, inquit, iustorum sicut fluuius siccabuntur: & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.* Comparat eos cum tonitruo magno, quod terret mundum, sed statim consumitur: nã illi ex alto dignitatis gradu præcipitati, ad exitum ruunt sempiternum. Quemadmodum mare in stabile semper est, quod motu instabilis lunæ moueatur: ita gloria eius qui est in fallaci mundi felicitate constitutus, inconstans semper est, quod inconstantis mundi vicissitudine agitur, & varietate. Luna nullam habet firmitudinem, mare nullam certitudinem, mundus nullam constantiam, impius felix nullam in felicitate perpetuitatem. Vnde psalmographus: *Inimici domini, inquit, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Verba illa eiusdem diuini psaltes: *Homo cum in honore esset, non inuelle it: verti possunt ex Hebræo: Homo cum in gloria esset, non permansit. Quibus verbis rerum secundarum affluentia instabilitas significatur. Ac etiam si toto vitæ cursu mundi gloria permaneat cum homine impio, in morte certè eum derelinquet. Nã vt verbis vtat diuini citharædi: Cum intererit, non sumet omnia: nec descendet cum eo gloria eius.* Quare illos ego duco felices & sapientes, licet ærumnis angantur, qui pietatem, cæterasque colunt virtutes: quos honestas ipsa trahit ad verum decus: qui contemptis rebus humanis cœlestia bona consecantur. Illos verò ærumnosos censeo, etiamsi affluat diuitiis, & in ore hominum versentur cum gloria, qui animum turpi dedecore cõtaminant: & virtutum ornamentis nudati in obscœnis voluptatibus cæterisque sceleribus versantur. Huiusmodi fuit Antiochus, quæ dominus sine manu humana contriuit. Theodotio refert hoc ad aliorum interitum, quos Antiochus occidebat ita enim transfert. Quasi oua manu ipsos cõteteret. At Latina nostra lectio vulgata multò rectior est, & literæ Hebrææ conuenientior.

*Et visio vespere & mane.* Hoc est, cæterum vera est visio hæc, in qua facta fuit mentio de vespere & mane, & de numero illo dierum, qui fuit ab angelo definitus: habebit enim in tempore illo effectum suum. *Tu ergo visionem signa.* Quare tu claude visum hoc, illudque tege sigillo, quia non implebitur modò: sed post multum tempus. Quidam ita explicant: Tu ergo scribe visionem hanc. Sed verbum Hebræum significat claudere, & abscondere. *Ego Daniel langui.* Id est, fracto animo fui: & flaccescens incidi in ægrotationem, qua dies aliquot laboraui. Potest verti: Ego Daniel destitutus sum viribus. Significat visionis magnitudinem, & acerbum mœrorem, quo ob calamitates quibus Iudæi erant afficiendi, angebatur. Nouerat id, quod postea dixit apostolus ad Romanos duodecimo: *flendum esse cum flentibus, & gaudendum cum gaudentibus.* Fortasse voluit Deus, vt Daniel ægrotaret, essetque afflictionibus confectus, ne altitudine visionum, quas solus intelligebat, extolleretur. Paulus quippe dicebat capite duodecimo epistolæ secundæ ad Corinthios: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satana, qui me cola phizet.* Per hunc autem stimulum carnis & angelum Satana intelligit

similia

Psal. 9.

Psal. 41.

Supr. 2.  
& 6

Ier.

Ier.

2. Esd.

Es.

tel liget

telligit Photius omnes apostoli afflictiones.  
**I** Cumque surrexissem faciebam operare regis. Id est, cū conualescerem, & à morbo euaderem, in negotia regni incūbebā regia: negotia tractabā: Fuit quippe Daniel à rege electus ad regni negotia gerenda: vt supra visum est capite secundo & sexto. Sed oritur dubitatio, de quo rege hoc intelligatur, de Balsafare rege Babyloniorum, an de Dario rege Medorum & persarum: De rege Babylonia videtur intelligi non posse: nam regio Elam, & ciuitas Susa vbi Daniel hęc vidit, sunt in Perside, vt paulò antè ostendimus: & erant regis Persarum, qui ad illas oras secū duxit Daniēlem, interfecto Balsafare: vt supra visum est. Quare rex hic, cuius negotia Daniel gessit, videtur fuisse Darius, non autem Balsafar, qui iam excesserat à vita. Sed huic explanationi obstat id quod ipse Daniel ait in principio huius capituli, nimirum aspexisse visionem hanc anno tertio regni Balsafaris, priusquā Darius cepisset Babylonem. Quare exultimo regem hanc fuisse Balsafarem, vt ipse Daniel in exordio vi-

sionis asserere videtur. Nec officit, & obfistit dicere Daniēlem fuisse tunc Susa regione Elemaide: quia etsi corpore erat in Babylonia, spiritu tamen erat in Perside, vbi ei videbatur esse, cū ei apparuit hęc visio. Vel fortasse regnante Balsafare profectus est Daniel in Persidem ad negotium aliquod conficiendū, & munus obeundum: & cū ibi esset in celebri ciuitate nomine Susa, ea vidit quæ huic capiti mandauit. Et postea conualescens Babylonem reuersus, regis Balsafaris negotia ministrabat: publicique muneribus præpositus in opera reipublicæ incūbebat. Reddebat enim, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo. Hanc exultimo esse germanam huius loci intelligentiam.

Matt. 22.  
Luc. 21.

*Et non erat qui interpretaretur.* Id est, qui mihi singula exponeret: nam angelus nomina regum non mihi explanauerat. Vel non erat, qui visionem hanc publice explicaret. Vel ego solus eam intelligebam, & interpretabar: nec erat alius, qui hoc facere posset.

ANNOTATIO.

**X** Et copia rerum omnium occidet plurimos. Pro copia rerum omnium est in Hebræo vnicum vocabulum, *zaminum* זמין Xaluah, quod significat quietem. Et quia in animi quiete multa bona continentur, accipitur pro abundantia bonorum, & prosperitate. Et quia, qui diuitiis affluunt, solent in errores incidere, & obliuisci aliorum, accipitur pro errore, & temeritate, & obliuione. Et quia nimia quies parit otium, & ex otio oritur dolus, accipitur pro otio, & dolo. Et quia dolus auerit hominem à Deo, accipitur pro auersione: vt cap. Prou. 8. Auersio paruulorum interficiet eos. Potest verti: Otium paruulorum interficiet eos. Homines enim inertia desidiosissima dediti, qui in otio hebescent & languent, quamuis sint atate senes, pueri tamen sunt: quod nihil efficiunt, quod post eorū mortem os vixisse testetur. Eos interficit otium, quo diffuunt: remissio namque & animi relaxatio exitium illis, perpetuamque ignominiam parunt. Potest transferri tota

illa oratio. Error aut temeritas paruulorum illos occidet. Vel prosperitas stultorum perdet eos. Solent enim in sancti bonis rebus secundis perniciem sibi parare. Vel obliuio insipientium euertet illos. Obliuiscuntur enim mortis, aliarumque rerum, quæ dicuntur nouissima: de quibus ait Eccle. cap. 7. Memorare nouissima tua: & in æternum nō peccabis. Cum igitur Xaluah multa significet, variè explicatur. Interpres noster habet: In copia rerum omnium: & rectè quidem. Theodotio: *Αλωδια φθουρα πικρα*: Hoc est dolo interficiet multos. Pagn. In dolo vastabit multos. Potest rectè verti: In pace occidet multos. Hoc est impetum faciet in multos nihil tale sufficantes, vt pote in pace & quiete degentes. Vel, in abundantia occidet plurimos. Hoc est, ipse Antiochus affluens potentia & diuiciarum copia exitium multis molietur. Vel, ipse multis diuitibus rerum prosperarum copia cumulatis, pestem ac perniciem machinabitur.

Argumentum capituli IX.

Implorat suppliciter Deum diuinus vites, vt Hebræos à Babylonia liberet seruitute, eorūque res afflictas & prope incertas recreet, atque sustentet. Sanctus erat vir hic nullis mortiferis labibus imbutus, nullis rerum aduersarum scilicet fractus, & de gradu pietatis delectus: & tamen se fatetur inuisum & cum sceleratis recesset. Cum autem pijs ardentibusque precibus fundet ad dominum, apparuit ei angelus Gabriel, qui ei septuaginta hebdomadas ostendit: & prædixit tempus inaurationis Hierosolymæ, & Christi mortis, qui erat venturus, vt mortalibus viam muniret ad gloriam sempiternam consequendam.

CAPVT IX.

**A** N<sup>o</sup> anno primo Dari, filij Assueri, de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldaeorum, anno vno regni eius: ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad dominum Deum meum: & deprecari in ieiuniis, sacco & cinere: & orau dominum Deū meū: & confessus sum, & dixi Obsecro domine Deus magne & terribilis, & custodiens pactū, & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus: & recessimus & declinauimus à mādatis tuis ac iudicij. Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo: regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda & habitibus Ierusalem, & omni Israel, iis qui prope sunt, & iis qui procul in vniuersis terris: ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te domine. Nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt: tibi autē domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuius vocē domini

Nn 2 mini

Deut. 17. mini Dei nostri, ut ambularem in lege eius, quā posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israel prauaricati sunt legem tuam: & declinauerunt, ne audirent vocem tuam. Et stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Mosi serui Dei, quia peccauimus ei.

## EXPLANATIO.

a In anno primo Darij. Hic est Darius ille, ut diuus ait Hieronymus, qui cum Cyro euerit Babylonem, & triumphauit de Chaldæis, secumq; Danielē in Mediam ac Persidem duxit. Non est ille, cuius secundo anno, ut ex Aggæo & Zacharia constat, instauratum est templum Hierosolymæ: nec ille, quem Alexander magnus superauit. Sed est filius Assueri: non illius, de quo libro Esther cap. 1. loquitur scriptura, qui multo post extitit: sed alterius, qui appellabatur alio nomine Astyagis, hic Darius ducebat originem à Medis: & primus occiso rege Balfasare, redegit Chaldæam in ditionem suam, regnumque Babyloniorum imperium Medorum ac Persarum subiicit.

Vno anno regni eius. Hoc est primo anno ab euerfa Babylone. Solent enim Hebræi nomine vnus intelligere primum: ut Gen. 1. c. Factum est vespere & mane dies vnus. Id est, & ita tractatis est primus dies naturalis. Vbi fit prius mentio vespere, quam mane, quia Hebræi diem à vespera incipiebant: l. c. 16. euangelij auctore Marco. Valde mane vna sabbatorum venit ad monumentum. Pro quo Lucas cap. 24. ait: Vna autē sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum. Ac si dicerent: Prima die hebdomadæ, quæ est dies prima post sabbatum. Hoc est ipsa die dominicæ resurrectionis.

b Ego Daniel intellexi in libris. Hoc est diligenter, & attento animo consideravi in vaticinationibus Ieremiæ numerum annorum exilij Babylonicæ. Capite etiam superiore accipitur intelligere pro considerare, vbi Daniel ait: Et ego intellegam. Vel intellexi in libris, hoc est animo ac intelligentia percepi numerum annorum vilitatis Hierosolymæ ex libris vaticinationum Ier. Cap. 25. & 29. prædixit Ieremias duraturam esse Babylonicam seruitutem annos septuaginta: illisq; finitis & fluxis redituros esse Iudæos in patriam suam, & urbem ac templū instauraturos. Et ita euenit: ut ex c. 1. li. 1. Esdræ, & ex c. vlt. 2. Paralip. perspicue liquet. Has vaticinationes ait hoc loco Daniel, se legisse, & intellexisse, Deumque pro earum impietione orasse. Cū Daniel legeret Ieremiam, & in has incideret vaticinationes de reditu Iudæorum, times ne peccata populi illam Dei promissionem impedirent, aut retardarent, se ad preces conuertit. Nam Dei promissiones clementia plenæ intelligendæ sunt, nisi impedimentum ab eo, cui fiunt, ponatur. Ipse enim Deus ait in hunc modum apud Iere. capite 18. Subito loquar de gente & de regno, ut adificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, poenitentiam a me super bono, quod locutus sum, ut facerem ei. Id intelligens diuus Hieronymus: Hæc res, inquit, non facit Daniele negligenti, sed magis prouocat ad rogandum: ut quod Deus promisit per suam clementiam, impleat per eorum preces, ne negligentia & superbia pariat offensam. Quæ verba sunt in sacros canones relata, de poenitentia dist. 1. Prædixerat.

c Et posui faciem meam ad dominum Deum. Hoc est, respexi in cælum, ut Deum orare & deprecari. Vel, conuerti faciem meam versus Hierosolymam, vbi verus Deus olim colebatur. Ad locum illum respexi, vbi quondam fuerat templum Salomonij Deo dedicatum. Potest facies hoc loco accipi pro animi inten-

tionem: ut psal. 26. Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ac si dicat Dauid: Tu domine obsecraui cor meum: te intentio conscientie meæ quæsiuit: fauorem tuum semper imporabo. Vbi facies primo loco pro animi proposito sumitur, secundo vero pro fauore. In hanc significationem accipitur psalm. 78. Ostende nobis domine faciem tuam, & salui erimus. Et cap. 7. Iob: Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum: Sumitur aliquando facies Dei pro eius presentia, iudicio, & præcepto: ut psal. 67. Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Hoc est à presentia Dei: vel iudicio eius: vel præcepto illius. His modis potest accipi capite quarto Gen. Egressusque Cain à facie domini, habitauit profugus in terra. At hoc Danielis loco, ponere faciem, idem est quod oculis mentis & corporis aspicere: ut apud Ezech. capite sexto. Pone faciem tuam ad montes Israel. Vidimus enim supra cap. 6. Danielē in cenaculo suo fenestris apertis versus Hierosolymam Deum coluisse, & oculos tam animi quam corporis ad templum sanctum leuasse.

d Rogare & deprecari in ieiuniis sacco, & cinere. Ut Deum rogarem & deprecarer ieiuniis & debilitatus, sacco indutus, cinere aspersus. Potest tota hæc oratio ita explanari: Conuerti faciem meam ad dominum Deum: ac ad preces fundendas me abstinentia, cilicio, & cinere præparauit. Hic enim erat Iudæorum mos, cū accibus calamitatibusangebantur. Colligis ex hoc loco, ieiunium, & cilicium, & animi obiectionem, ac veram humilitatem per cineris aspersionem designatam, esse excellentes ad orationem præparatione. Ut pulsator musicus prius lyre temperat nervos, & præparat ad musicum sonitum ac postea pulsat, & suauem efficit concentum: sic qui pius ac ardentis preces ad dominum fundere voluerit, prius debet chordas animi poenitentia præparare, & postea admirabilem obsecrationis harmoniam conficere. Vnde Ecclesiasticus cap. 8. Ante orationem, inquit, præpara animam tuam. Et psalmographus: Præparationem cordis mei audivit auris tua. Præparatur autem cor poenitentia, & humilitate, & ardente diuini ignis, amore. Quæ admodum thuris odor non ascendit sursum, nisi exeat ex acerra candentibus plena carbonibus: sic obsecratio ut feratur in sublime, egressura est ex animo amore Dei inflammato. Ideo dicebat diuinus citharædus psal. 140. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sed hæc oratio debet ex animo proficisci contrito & poenitente: Est enim poenitentia remedium salutare ad funestum flagitiorum telum ex cordibus expellendum. Ut ceruus saucius quærit distantum herbam medicam, quæ illi sagittam foras eiciat: sic peccator scelere percussus debet ad poenitentiam confugere, quæ ei iaculum in animo fixum extrâ depellat. Quæ admodum ager confusus, vberes pulchrosque ferens fructus est conseptus dumis ac spinis, ne ne committatur direptioni: ita qui vult excellentibus virtutū fructibus abundare, debet se asperitate victus, cultus, & tegumenti vallere atq; munire, ne à furibus animorum spoliatur. Poenitentia ut ait Tertullianus, & post eū Hieronymus, est secunda tabula post naufragium. Ac ut ait Augustinus in libro de poenitentia, ad agendam poenitentiam non sufficit

sufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, nisi & de his, quæ facta sunt, satisfacias Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosynis. Apud Ezech. c. decimo octauo ait ita Deus: *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris. Et apud Ioel secundo. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Et apud Lucam 13. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Et diuus Ioannes Baptista: *Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquauit enim regnum celorum.* Et rursus: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Quare debemus delicias & illecebras contēnere: pœnitentiæ asperitatem diligere, & insignes scelerum labe animo conceptas acerbissimis lachrymis delere. Et ita liberabimur mundo, & incolumes euademus. Nam vt canis non audet hericium spinis vndique redimitum, & septum percutere: sic nec mundus eos lædit, quos videt spinis pœnitentiæ indutos ac munitos. Pœnitentia igitur preparati debemus pias ac flagrantes preces mittere in cœlum, & oculos extollere in mōtes cœlestes, vnde nobis veniat auxilium. Si hoc faciebat noster Daniel, qui animum à corporis contagione seuocarat, totumque sese ad sanctorum imitationem contulerat: quanto magis in id incumbere debent, qui se vident sceleribus faucios, & flagitiis imbutos: Quid potest illis esse ad vtilitatem accommodatius: Quid ad veram animi pulchritudinem cōsequendam præstantius, quàm esse salutari pœnitentia munitos, diuinòq; præsidio septos? Eam ob causam aiebat diuinus ac regius vates: *Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Et diuus Petrus apostolus Actorum tertio: *Pœnitimini, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Et diuus Paulus in posteriore ad Corint. cap. 7. *Nunc gaudeo, non quia cōtristati estis: sed quia cōtristati estis ad pœnitentiā: qua enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiā in salutem stabilem operatur.*

**e** *Confessus sum.* Mea scilicet, & aliorum crimina. Assumit personam populi peccantis. Cùm vnus esset & populo, enumerat ex persona sua populi peccata. Vel confessus sum, id est Deo gratias egi, cūq; laudibus celebraui.

**f** *Deus magne, & terribilis.* Nimirum aduersus eos, qui te contemnunt: Hæc eadem verba videre poteris in obsecratione Nehemæ li. 2. Esdr. c. 1. Explicās diuus Cyprianus hunc Danielis locum in tractatione de lapsis, sermone quinto ait: Daniel post fidei ac innocentie suæ multiplicem gratiam, post dignationem domini circa virtutes ac laudes suas sæpe repetitam, ieiuniis apud Deum promerere nititur: in sacco & cinere volutatur: exomologesin faciens, & dicens: Domine Deus magnus & metuendus.

**g** *Custodiens pactum & misericordiam diligentibus te.* Ex hoc loco colligit Hieronymus, non statim futurum esse omne id, quod Deus pollicetur: sed illis complere Deum suæ misericordie promissiones, qui eum amore prosequuntur. Quod intelligitur, quando Deus non absolute pollicetur. Huiusmodi homines Deus mirabiliter diligit, iuxta illud Ecclesiastici cap. 34. *Oculi Dei in diligentes se.* Et paulò post: *Protektor potentie, firmamentum virtutis, &c.*

**h** *Peccauimus.* Statim in principio obsecrationis se peccatorem fateatur, iuxta Prou. c. 18. illud *Iustus prior est accusator sui.* Et illud Esa. ca. 43. *Narrat, si quid habes: vt iustificeris.* Pro quo septuaginta interpretes verterunt: *Dic tu prius iniquitates tuas vt iustificeris.* Quemadmodū medicus in via iacens non solet transeuntibus sana membra ostendere, sed laucia, & vul-

neribus confecta, vt eos moueat ad misericordiam: sic nos non sumus Deo virtutum actiones ostensuri, sed peccata, & animam flagitiis percussam, vt eius moueamus pietatem. Nam vt diuus ait August. & citatur à Prospero Aquitanico in tractatione sententiarum: apud iudicem iustum & misericordem qui se accusat, excusat. Id fecit Publicanus, qui ascendens in templum oraturus, percutiens pectus suum dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori.* Contrà verò Phariseus in oratione multum sibi assumpsit, & arrogauit. Ex quo effectum est, vt Publicanus exiret inde iustificatus, Phariseus autem haud quaquam. Sed vide quot verba Daniel hoc loco inculcet idem significantia: *Peccauimus, inquit, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis. Vbi iudicia & mandata pro eodē accipiuntur.* Figura est schesis onomaton. Ea vitur David psal. 106. cū ait: *Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.* Et Esaias c. 1. *Va genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filius sceleratis.*

**i** *Non obediimus seruis tuis prophetis.* Hi concionabantur, nuntiabant Dei verba: populum instruebant sermone & exemplo vitæ, & ad virtutem excitabant. Et quia non solum diserebant de virtute, sed in eius actiones incumbabant, serui Dei hoc loco merito vocantur. Nam concionatores qui bene docent, sed male viuunt, similes sunt tabulæ ludi latruncolorum diuisæ in domos, alias candidas, alias nigras. Actiones quas docent, sunt domus candidæ, in quas verò incumbunt, nigræ. Eorum vita cum doctrina coniuncta est pellis tigridis, maculis candidis tetrisque distincta. At eum debent imitari, de quo ait ca. 1. Actorum apostolorum diuus Luc. *Cepit Iesus facere & docere.* Quippe vt ait diuus Paulus in priore ad Cor. capite 4. *Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* At multi qui alios docent, ita se labibus contaminant, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Quemadmodum tabula diuersorij inuitat transeuntes ad hospitium peropportunum, vt declinantes aeris iniurias se intus recipiant, cū illa perpetuò sit foris suspensa in aere, ætibus, pluuijs, & procellis obnoxia: sic multi alios hortatur ad virtutem, & gloriam rectè factorum, cū ipsi sint vitiis contaminati, omnique vera gloria destituti. David prius petebat à Deo probitatem, quàm scientiam, cū diceret: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.*

**k** *Tibi Domine iustitia, nobis autē confusio faciei.* Hoc est, tu, Domine es iustus, & ipsa iustitia, nos autem erubescences pœnas nostris sceleribus debitas persoluimus. Tibi tribuenda est iustitia, nobis autem iusta castigatio. Confusio faciei idem est quod pudor pœnæ, & ignominie: vt psal. 43. *Tota die verecundia mea contra me est: & confusio faciei meae cooperuit me:* Hæc Danielis verba poteris videre cap. 1. Baruch.

**l** *Viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem.* Hoc est, tribui Iuda & Benjamin cum Hebræis aliarum tribuū, qui in vastitate Samariæ per Assyrios confugerunt ad urbem Hierosolymam. Et omni Israeli, id est decem tribubus, quæ fuerunt in Assyriam translata, vnde nunquam ad Samariam, vbi habitauerant, redierunt. Ierusalem est nomen Hebræum & significat pacis visionem. Ob eam causam Eucherius libro 2. in Genesim reprehendit Egesippum asserentem constare Ierusalem ex Græco & Latino idiomate. Samaria etiam nomē est Hebræum, quod ab Hebræis dicitur Sameron & Semron: & significat custodiam & adamantem. Est igitur sensus: Tam duabus tribubus, quàm decem est confusio: & omnibus denique Hebræis tam propinquis, quàm remotis. Decem tribus fuerunt eueria per Assyrios, diuè verò per Babyloni-

nios: nam duo illa regna nimirum Assyrium & Babylonium erant diuisa: sed postea fuerunt coniuncta: & ex duobus vnum coagmentatum, quod Babylonicum appellatur.

*1* Tibi autem Domino Deo nostro miseriordia & propitiatio. Scilicet est. Paulò ante dicera: Tibi Domine iustitia: nunc ait: Tibi Domine misericordia. Quem appellauit iustum, nunc appellat misericordem. De eo ait diuinus vates psal. 114. *Misericors Dominus & iustus: & Deus noster miseretur.* Vnde principes, & qui reipublice tenent gubernaculum, daturi operam sunt, vt iustitiam cum misericordia coniungant: iuxta illud Prou. c. 21. *Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.* Quemadmodum ex duobus odoramentis musco & ambato efficitur suavis pastillus: sic ex iustitia & misericordia conflatur admirabilis compositio & confectio.

*m* Quia recessimus à te. Id est, quia in te peccauimus: peccare enim est à Deo recedere. Hæc verba possunt etiam verti ex Hebræo: *Quamuis recesserimus à te. Ac si dicat: Non est cur desperemus: nam etsi legem tuam violauimus, magna tamen est misericordia tua.*

*n* Et stillauit super nos maledictio & detestatio. Non totam in nos iram effudisti, quam sustinere non possemus: sed sensum nos puniisti guttis & stillis furoris tui, vt correcti ad te conuerteremur. Vel idè ait: stillauit, quia omnis pœna huius vitæ est veluti stilla ad mare cum æterna pœna comparata. Et quia pœna quam nobis infligit Deus, vt conuertamur ad illum, ex eius misericordia & mansuetudine dimanat, est profecto dicendum, magnam esse Dei iram aduersum nos, cum nobis non irascitur. Id intelligebat David, cum dicebat 9. psal. *Exacerbauit dominum peccator secundum multitudinem iræ suæ non queret.* Quidò Deus ad iram incitatus ab impio, eum non querit, nec punit, sed relinquit, tunc multitudinem iræ suæ ostendit. Id voluit ille significare, cum apud Ezech. ca. 16.

has voces emisit: *Requiescet indignatio mea in te & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius:* Hoc est, summo hoc supplicio te afficiam, quòd te modò non castigabo, vt te æterno supplicio castigè. Quemadmodum qui in arcu sagittam tenet, quò magis ad se flectit funiculum, eò durius percutit: sic Deus quantò longius differt flagellat, tantò durius punit. Patientia eius est grauissima pœna, summàque animaduersio. Idè dicebat Ier. cap. decimoquinto. *Noli in patiètia tua suscipere me.* Ac si diceret: *Noli me Domine vita priuare tempore humanæ prosperitatis, quando tu veluti mei oblitus me reliqueris, & à me castigationem auerteris.* Vt agricola non percutit terram aratro, quam scit nullas esse ob sterilitatem fruges effusuram, sed quam scit esse frugiferam: sic Deus impios sæpè in hac vita sinit impunitate gaudere: pios autem calamitatibus premit & percutit, ex quibus vberas frugum prouenit, & vera gloria efflorescit. Calamitas comparatur cum mari: iuxta illud psalmographi: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sed vt in mari inueniuntur pretiosæ margaritæ: sic in calamitate innumerabilia bona: illis præsertim, qui ad Deum toto animo confugiunt, quos nullæ possunt erunæ à virtute dimouere, & ab incepto honestatis curtu retardare. Huiusmodi erat Daniel, qui ait: *Et stillauit super nos maledictio detestatio, quæ scripta est in libr. Mosi.* Hoc est in Deuter. ca. 28. vigesimo septimo & vigesimo octauo vbi maledictiones suppliciorum & pœnarum in eos scripte sunt, qui legem Dei violarent: & benedictiones in eos, qui illam custodirent. Quæ postea prolata sunt in monte Gazerim & Hebal. Pro, & detestatio, habet Septuaginta, & post eos Pagninus, & iusiurandum. Nam cum iuramus, solemus dicere: *Si ita non est, veniat super me intolerabilis calamitas.* Ex quo effectum est, vt detestatio, & execratio, & calamitas pro eodem accipiantur.

## ANNOTATIONES EX Hebræo in

### CAPVT IX.

Ego Daniel intellegi ex libris. Quidam pro intellexi vertunt attentè consideravi. Verbum Hebræicum est *בין* Beian, quod vtrunque significat & intelligere, & considerare, seu animaduertere. Pro intelligere accipitur psalmo centesimo trigesimo octauo. Intellexisti cogitationes meas de longè. Hoc est non solum actiones meas, sed etiam cogitationes tibi domine nota sunt: nec solum dum eas in corde verso, quin potiùs priù quam quicquam cogitem. Voluit his verbis diuinus psalter admirabilem Dei cogitationem significare. Sed quia pro, cogitationes meas, est in Hebræo *רצון* Lerchi, cuius singulare est *רצה* Reagh, quod præter cogitationem significat amorem & calamitatem, possunt verti verba illa: Intellexisti amores meos à longè. Ac si dicat: Tibi domine est cognitus & perspectus amor, quo ego te multo ab hinc tempore persequor. Vel sic intellexisti afflictiones meas procul: id est priù quam me premerent. Significat etiam verbum hoc erudire: pro quo noster Latinus interpres vertit dare intellectum: vt psalmo 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Vbi pro, declaratio, vertit Hieronymus ostium. Possunt verba illa ex Hebræo transferri: Ostium verborum tuorum illuminat, & erudit humiles seu simplices. Non enim tantum

interiora & secretiora diuina scriptura illuminant, sed etiam ipsa ianua & primus aditus lucem præbet, & animos non superbiorum, sed humilium solet illustrare. Pro considerare accipitur verbum hoc c. Pro, uerbiorum septimo. Considera uerò ordem inuenem. Etcapite trigesimo septimo Iob: *Considera mirabilia Dei. Quam ob causam non perperam hunc locum ita nonnulli vertunt: Ego Daniel attentè eo sideram in libris.*

Numèrum annorum. Pro, annorum, est in Hebræo *שנה* Lanah, quod nomen significat mutationem, & iterationem, & annum: quòd anni mutantur, & solis cursus vt antea ueretur. Eo utitur psalmographus: cum ait psalmo 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentibus octoginta anni: et amplius labor et dolor.* Nam quod restat post annos octoginta, plerumq; est morbis, & angoribus, & molestiis. Nihil nobis addidit dolorem & cruciantes ægrotudines potest acerbius accidere, quam longa uita, & tempore producta senectus. Possunt nihilominus hæc uerba ita ex Hebræo transferri: *Dies annorū nostrorū quibus uiuimus, sūt septuaginta anni aut ad summū octoginta anni, & præcipuū eorū labor & dolor.* Quid est enim præcipua pars uitæ nostræ quam laborum corporis, & contentionum animi rota quadam uia, ac mærorum, acerbis, lachrymarum, cruciatuum, arumnarum officina? Annus variè numeratur iuxta diuersarum nationum consuetudinem. Hoc autem Daniels loco, quemadmodum aliis diuine scripture annus est duodecim mensium spatium. Si autem

autem scire volueris nomina mensium apud Romanos, Aegyptios, Hebraeos, Græcos, Britanos, Cyprios, Chaldaeos, Athenienses, Aethiios, Macedones, Bithyios & alias nationes, vide Bedam presbyterum in libro de temporum ratione, & Ioannem Nouiomagum in scholiis in eadem libro, & Theodorum Gazam, & Eucherium lib. 2. instructionum ad Salonium, & Liliam Gregorium in libro de annis & mensibus. Nec audiendi sunt, qui aiunt annum in enumeratione annorum antiquorum partem accipi pro spatio quatuor tantum mensium: nam ex ipsis sacris literis liquet, annos illos esse tuos, quemadmodum sunt modis, & nihil in re, aut parum differre. Itaque in sancta scriptura a mens est spatium mensium duodecim. Ita accipitur capite quinto Genesis, ubi scriptum est: Factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni non gentia triginta. Et capite 9. Impleti sunt omnes dies Noe nongentorum quinquaginta annorum. Et alijs in locis. Quinetiam antiquissimi auctores longissimum fuisse profetarum vitam memoria prodiderunt: qui in re cum diuinis literis concordarunt. Et nonnulli faciunt mentionem illius Noe, qui in eluione terrarum arcam fabricauit. Hi sunt: Berofus Chaldaeus, Manethon Aegyptius, Mochus, Eflus, Ezechias, Hellanicus, Acusilaus, Nicolaus historicus, Ephorus. Quorum duo vltimi mentionem faciunt quorundam antiquorum, qui annos mille vixerunt. Quae de re vide Iosephum capite octavo libri primi antiquitatum Iudaicam.

Vt ambularem in lege ipsius. In translatione Theodotionis est: Vt ambularem in legitimis eius. Quod idem est: lex enim Dei nominis legitimorum significatur: vt capite 12. Leuitici: Custodite legitima mea. Verba sunt Dei legis suae obseruantiam commendantis. Et capite vigesimo eiusdem libri: Nolite ambulare in legitimis nationum. Lex diuina appellatur in sancta scriptura testimonium, iudicium, eloquium Dei, iustitia, mandatum, praeceptum, vita, lucerna, vinum, lac, lumen, pabulum, iugum, via salutis, verba Dei, statuta, & legitima. Nonnul-

li vertunt: Vt transigeremus vitam ex legibus ipsius: sicut, vt viueremus secundum legem ipsius. Nec perperam omnino: nam in Hebraeo est verbum Ialac, quod significat ambulare, quemadmodum Habac: in diuinis autem literis idem est sapere ambulare ac vincere. Ita accipitur capite 26. Leuitici: Si in praeceptis meis ambulaueritis, dabo vobis, &c. Hoc est, si secundum praecepta mea vixeritis. Eodem modo psalmo 118. Beati immaculati in viam, qui ambulant in lege domini: Et Prouerbiorum 10. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et capite Michae 6. ambulasti in voluntatibus eorum. Pro quo codices vitiosi habent: in voluptatibus. Sensus est: Et vitam ad eorum consilia traduxisti: iuxta eorum vixisti voluntatem. Vnde diuus Paulus cap. 8. epistola ad Romanos: Non secundum carnem, inquit, ambulamus. Et 13. eiusdem. Sicut in die honeste ambulemus. Hoc est, ita vt in tempore legis gratia honeste viuamus. Et capite 5. ad Galatas: Spiritu ambulate. Quasi dicat: Ita vitam digne, vt suis spiritus: qui enim adheret Deo, vt idem ait apostolus in priore ad Corinthios, vnus spiritus est. Ambulare coram Deo est dare operam virtuti, vt ca. 17. Genesis, ubi Deus dixit Abrahamo: Ambula coram me. Ac si diceret: Incumbe in studia grata mihi. Vnde rex Ezechias cap. 33. apud Esaiam: Memento inquit, quomodo ambulauerim coram te in veritate. Hoc est, memor sis obsecro clementissime Deus, quemadmodum cum labor ad veram laudem directum iter susceperim, & iustitiam ac pietatem sine simulatione coluerim. Vt enim opponit hypocrisis, & simulationi.

Ne audirent vocem tuam. Pagninus vertit: Vt non obtemperarent voci tuae. Sed in idem recidit. Audire enim pro obedire saepenumero usurpatur. In Hebraico, est verbum Xumagh, quod significat audire, parere, cogitare. Quare potest etiam verti locus hic: Ne cogitarent legem tuam. Ac si dicat: Ne legem quidem tuam custodierint, nec dum illis in mentem venit.

**C** Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum, quale nunquam, fuit sub omni caelo, secundum quod factum est in Hierusalem. Sicut scriptum est in lege Mosi: omne malum hoc venit super nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremur veritatem tuam. Et vigilauit dominus super malitiam: & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quae fecit: non enim audiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus a ciuitate tua Hierusalem, & a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum Hierusalem & populus tuus opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui: & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est. Propter te ipsum inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim iustificationibus nostris prosterimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis miseris. Exaudi Domine, attende, & fac: ne moreis propter te ipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum.

Ex. 1.  
Ex. 125.

**a** Et statuit sermones suos. Hoc est, & ostendit Moses re ipsa veros esse sermones suos: & posse nobis mala illa minitari, esseque id, quod praedixit, venturum.

**b** Magnum malum quale. Hoc ait propter vrbis vastitatem, & Hebraeorum eandem: & praecipue propter templi Dei eersionem. Vel est hyperbole figura in diuinis literis vltata.

**c** Non rogauimus faciem tuam. Magna profecto du-

rities, & intolerabilis stupor: in calamitatibus quibus ob scelera opprimimur, non confugere ad Deum, ab eo petentes vt peccata nostra, propter quae affligimur deleat, nosque ab ærumnis eripiat. Quemadmodum vulnere percussus, si quando ei adhibetur remedium, non sentit ferrum chirurgi, & vulnus sine gemitu tracta ur, mortis signum praese fert: sic flagitiis corruptus si non sentit castigationem Dei, nec eius mouetur supplicio, in summo periculo versatur. Vnde Ier.



cap. 5. Percussisti, inquit, eos, & non doluerunt. attriuisisti eos, & remiserunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Et cap. 51. Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus eam.

d Et cogitaremus veritatem tuam. Id est, considerare mus ac intelligeremus verissimas esse promissiones tuas. Vel per veritatem Dei intelligit diuinam de qua ait Dauid psal. 118. *Omnia mandata tua veritas.* Vel, omnia Dei verba: quam ob causam dicitur Deus veritatis: vt psal. 30. *Redemisti me domine Deus veritatis.* Vnde ipse Deus à nobis veritatem requirit: vt eodem psal. *Quoniam veritatem requirit dominus.* Nam vita colentis veritatem est musica apta lyra: mendacium autem inter veritates est chorda inepta concertum labefactans inter temperatas & æquales. At multi ipsam veritatem aspernantur. Deus qui de se ait apud Ioannem cap. 14. *Ego sum vias veritas, & vita: dicebat apud eundem capite octauo. Si veritatem dico, quare non creditis mihi?* Imò eum audire nolabāt eam ob causam, quia veritatem dicebat. Nam vt Terentius ait: Obsequium amicos, veritas odium parit. Quibus verbis offendit, quid fiat, non quod fieri debeat. Mirum quippe est, ex tam pulchra matre tam turpem filium oriri. Et quod mirabilius videtur, ipse filius cum mendacio copulatus vult abscondere matrem eamque sepelire: sed tempus eam in lucem profert. Ideo Aulus Gellius ait, dixisse quendam poetam esse veritatem temporis omnia aperientis filiam. Et Pindarus: Tempus, inquit, certam veritatem prodit, quodque later in obscuro, enarrat. Sed multò grauius hoc ait his verbis Christus Deus noster Matthæi decimo. *Nihil opertum quod non reueletur, nihil occultum quod non sciatur.* Triumphat veritas de tempore. Tanta est eius vis & præstantia, vt non solum Christiani, sed etiam gentes lumine naturali illustrata eam summis laudibus extulerint. Pythagoras, vt refert Aelianus lib. duodecimo de varia historia, duas res longè pulcherrimas ait esse hominibus diuinitus datas, nimirum veritatem & beneficentiam, cum Deorum immortalium operibus comparandas. Non discrepat ab eo Demosthenes, qui auctore Maximo sermone octauo interrogatus quid Deo simile haberent homines? respondit: benignè facere, & veritatem diligere. Est enim veritas lux omnibus tenebris resistens. Vt candela cum emungitur, videtur extinguī, sed non ita est: nam licet lumen eius inclinetur, postea tamen clarius lucet, quam antea: ita veritas, etsi ad tempus vi ac artificio videtur extinguī, inuitis tamen illis apparet illustrior: & tunc clarius lucet, quam si non fuisset impugnata.

e Et vigilauit dominus super malitiam. Subaudi nostram. Tunc Deus dicitur super malitiam nostram vigilare, cum nos statim corripit & mulctat. Tunc autē dicitur dormire super malitiā nostram, cum nos impunitos relinquit. Vel vigilauit super malum pœnæ, vt illud adduceret super nos, Hoc est, festinauit vt hanc nobis infligeret calamitatem. Vigilare enim aliquando accipitur pro accelerare, vt ca. 1. Ierem. *Vigilabo ego super verbo meo, vt faciem illud.* Et quadragesimo quarto ait Deus aduersus impios Iudæos, qui se contulerant in Aegyptum: *Ego vigilabo super eos in malum.* Hoc est, festinauit parabo illis calamitatem. Et 2. cap. Baruch: *Vigilauit dominus in malis, & adduxit ea super nos.* Quam ob causam hoc Danielis loco verunt nonnulli: Et festinauit dominus super malitiam.

f Et adduxit eam super nos. Subaudi malitiam nostram: nimirum vt eius pœnas lueremus.

g Qui eduxisti populum tuum. Commemorat antiquum Dei beneficium, vt grati animi significatione

miseri cordiam sibi conciliet ab ipso Deo, eumque ad similem prouocet clementiam. Hæc historia narratur cap. 14. Exodi, & aliis in locis diuinarum literarum: quam Hebræi ob illius magnitudinem & præstantiam crebris vsurpabant sermonibus. Inuenies hæc eadem ferè verba cap. 2. Baruch.

h Fecisti tibi nomen secundum diem hanc. Id est, celebratum est nomen tuum ad hanc vsque ætatem: fuit enim tam admirabile beneficium illud, vt nulla potuerit obliuione deleri. Vel secundum diem hanc, id est, vt patet hac die. Vel quod retines die hac. Tunc enim filij Israelis, quæ Deus pro illis fecerat in Aegypto, laudibus celebrabant. Accipitur nomen pro fama, vt ca. 6. Ios. *Fuit dominus cum Iosue: & nomen eius divulgatum est in omni terra.* Et cap. 18. 1. Regum: *Et celebre factum est nomen eius nimis.* Et 22. Prouerborum: *Melius est nomen bonum, quam diuitia multa.* Et Canticorum primo: *Oleum effusum nomen tuum.* Vbi oleum accipitur pro vnguento odore & suauitate condito. Quemadmodum enim pretiosum vnguentum reddit odorem, cum spargitur: ita fama prædicatione propagatur.

i Domine in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua. Ira in nobis non fit sine mutatione, at Deus est immutabilis, etiam cum irascitur. Ipse enim ait apud Malachiam cap. 3. *Ego dominus & non mutor.* Et Exod. ca. 3. *Ego sum, qui sum.* Hoc est, ego sum, qui nunquam mutor. Ita locum illum explanat Hilarius in secundi psalmi enarratione. Et additur statim: *Sic dices filij Israel: Qui est, me misit ad vos.* Ac si dicat: Duxit vos ad Aegyptum quidam Ioseph mutabilis: reducat vos inde alter Ioseph immutabilis, Sed videndum est, quid significet iustitia hoc loco. Vt Latini nomine iustitiæ omnem virtutem vocant: ita Hebræi absolutam bonitatem. Ex quo efficitur, vt sensus huius loci sit: A te mirum in modum peto domine, vt iuxta bonitatem tuam auertas iram tuam à nobis. Vel accipitur hic iustitia pro seueritate: sed tunc manet concisa hæc oratio: quæ hoc modo complebitur: Domine vt iuste punis flagitia, quod sis iustus: sic etiam remoue à nobis iram tuam, quod sis misericors. Vt iustus es, ita clemens esto. Tu es fons omnis bonitatis, à quo dimanat aqua iustitiæ & misericordiæ: sentimus vnam, sentiamus alteram. Potest locus hic aliam habere intelligentiam. Iustitia exigit misericordiam, quando eum postulat, qui iuste punitur: est enim iustum, vt ei tribuatur misericordia, qui eam lachrymis & lamentis, & pœnitente animo, & rationibus pietatem mouentibus implorat. Ac quoniam ò Deus sancte nos agnoscimus scelera nostra, & animo ob debitum mœrorem fracto & deiecto, in naufragio nostro confugimus ad portum misericordiæ tuæ, in qua locamus spem nostram, iustus iudicaberis, si in nos misericordiam cõtuleris. Promittis misericordiam eam toto pectore petentibus: promittere hanc misericordiam est misericordia, sed eam præstare est iustitia: exigit enim iustitia, vt præstes, quod promittis. Ergo iuxta hanc tuam iustitiam impareire nobis misericordiam eam suppliciter ex poscentibus, & lamentabilibus vocibus ex intimo pectore productis postulantibus. Hunc existimo esse huius loci verum ac germanum sensum, Itaque iustitia hoc loco, si alitè perpendas, accipitur pro misericordia. In hanc significationem accipitur psalm. 5. vbi ait Dauid: *Domine deduc me in iustitia tua.* Et psal. 30. & 70. *In te domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.* Et trigesimo quarto. *Iudica me secundum iustitiam tuam domine Deus meus.* Non petiti à Deo Dauid, vt eum iudicet secundum seueritatem & iustitiam vlticem, sed secundum misericordiam.

Psal. 113.  
Sap. 11.

similitudo

similitudo

Sap. 5.

Matth.  
Ioan.

Ma

miseri cordiam, quæ est effectus iustitiæ, quam ob causam iustitia appellatur. Nam ipse ait psal. 142. *Exaudi me in tua iustitia: & non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Si Deum obsecrat, ne cum illo intret in iudicium, quia nullus coram eo iustificatur, quare ait: *Exaudi me in tua iustitia? Et iudica me secundum iustitiam tuam domine?* Nisi quia his in locis iustitia accipitur pro misericordia. Est igitur sensus huius psal. 142. Pollicitus es domine opem laturum iis, qui ad tuum sanctissimum numen confugerint: cum autem ego opem tuam supplex implorem, ita promissis tuis: & utere mecum misericordia: & non intres in iudicium cum seruo tuo: nam si sine misericordia exerceris iustitiam, nullæ mihi spes salutis ostenditur. Nemo enim coram te poterit causam suam tueri, si vilis exigere omnia, quæ tibi oprimo iure debentur. Precatur igitur David Deum, ut eum iudicet secundum iustitiam non prout sumitur pro seueritate, sed pro clementia. psal. 23, ubi nos habemus: *Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo:* pro misericordia est in Hebraico Tsedhacah, quod nomen significat iustitiam. Ideo transtulit Hieronymus: Accipiet benedictionem à domine: & iustitiam à Deo salutis suæ. Sed intelligentes septuaginta, iustitiam illo loco accipi pro misericordia, transtulerunt elemosynam, hoc est misericordiam: quorum translationem sequitur in psalmis interpres noster Latinus. In hanc significationem accipitur psal. 71, ubi David filio suo Salomoni misericordiam à Deo & iustitiam precatur, cum ait: *Deus iudicium tuum regida, & iustitiam tuam filio regis:* Vbi per iudicium intelligitur iustitia, & per iustitiam misericordia. Eodem modo psal. 88. *Iustitia & iudicium preparatio. S. dis tua.* Et volens explicare quid intelligeret per iustitiam & iudicium, subdit statim: *Misericordia & veritas procedent faciem tuam.* Aspicias iustitiam accipi pro misericordia, & iudicium pro veritate, hoc est, pro iustitia. In

hanc significationem existimo accipi cap. 28. *Esaia: Iudicium in pondere, & iustitiam in mensura.* Et capite 22. *Jeremia: Facite iudicium & iustitiam.* Et cap. 3. epistola ad Romanos: *Nunc autem sine lege iustitia Dei manifesta est.* Quare hoc Danielis loco iustitia accipitur pro misericordia. Quam ob causam septuaginta interpretes transtulerunt: *Domine in omni misericordia tua auertatur obsecro furor tuus, &c.* Quod nostram confirmat explanationem.

*k Et à monte sancto tuo.* Id est, a templo sancto tuo. Vel à monte Sione in diuinis literis frequenter celebrato.

*l Ostende faciem tuam super sanctuarium tuum.* Id est, illud vultum tuum super templum tuum sanctum. Intuere illud benigno alacri vultu. Ostende ergo illud fauorem tuum. Ita psal. 79. *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Quidam vertunt. Illud vultum tuum super sanctuarium tuum: iuxta illud psal. 118. *Faciem tuam illumina super seruum tuum.* Illuminare faciem super aliquem, est illi fauorem ostendere: ut alibi ostendimus.

*m Et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum.* Hoc est, intuere Hierosolymam, in qua colubaris: & nomen non falsorum Deorum, sed tuum inuocabatur. Vel quæ vocabatur nomine tuo, id est, ciuitas veri Dei. Schema est in literis diuinis vlitatum: ut paulò post, hoc eodem capite. Et apud Esa. 62. *Facti sumus quasi in principio, cum non dominaretis nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos.* Hoc est, cum non vocaremur tui, cum nondum appellaremur populus Dei. Et capite secundo Iacobi apostoli: *Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super vos?* Id est, quo vos vocamini. Ac fiduciat: Nomen Christi quo vos appellamini, execrantur.

*n Attende & fac.* Attende precibus meis, & fac domine, quod precor: præbe mihi aures, & oranti sero pem.

*a* Cùmque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, ut prosternerem preces meas in conspectu Dei mei pro monte sancto Dei mei: adhuc me loquente in oratione mea, *b* ecce vir Gabriel quem videram in visione à principio, citò volans terigit me in tempore sacrificij vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi: dixitque: Daniel nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. *f* Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, ut indicarem tibi: quia vir desideriorum es. Tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem. *g* Septuaginta hebdomades abbreviata: super populum tuum, & super urbem sanctam tuam: *h* & consumetur præuicatio, & finem accipiet peccatum: & deleatur iniquitas, *i* & adducatur iustitia sempiterna, *k* & impleatur visio & propheta, *l* & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte: *m* ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Ierusalem, *n* vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta dux erunt. *o* Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. *p* Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. *q* Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: *r* & finis erit vastitas: *s* & post finem belli statuta desolatio. *t* Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: *u* & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. *v* Et erit in templo abominatio desolationis. *w* Et vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

*a Cùmque adhuc loquerer.* Sensus est: Nondum absolueram preces, cum mihi Dei angelus apparuit, ut me doceret, & mœrore leuaret. Capite Esaia 65. ait Deus: *Ante quàm clament, ego exaudiam.* Id est priusquam finem faciant orationibus. Quod statim verbis his explicat apertioribus. *Adhuc illis loquentibus ego audiam.* Et cap. 58. ait idem Esaias: *Inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum.* Hoc de viris piis est intelligendum, quibus ait Christus apud Mat

thæum 7. & Lucam 11. *Petite, & accipietis.* Et psalm. 80. *Dilata os tuum, & ego implebo illud.* Et capite decimo octauo prouerbiorum: *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à domino.* Quod potest verti ex Hebræo: Et educet voluntatem à domino. Hoc est, consequetur à Deo, quicquid petierit. Contra verò de impiis oblitatis ait Deus apud Esaiam capite primo. *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Illud autem quorum peccata delentur vera

similitudo

similitudo

animi contritione, inter pios computantur. Vt enim mare reuicit foras cadauera, sic contritio cadauera, sic contritio flagitia. Vt ex mari egrediuntur flumina aquarum: ut ait cap. 1. Ecclesiastes: sic ex vehemere contritione flumina lachrymarum.

b. *Ecce vir Gabriel.* Angelum Dei virum appellat non à sexu, sed à virtute. Vel, ideo vir appellatur, quia in figura apparuit viri. Multi angeli in specie corporea virorum apparuerunt: quam ob causam viri appellantur. Sed fiat ne angeli corporei, an omnino corporis expertes, grauis est inter viros sapientissimos controversia. Diuus Augustinus libro 2. de Genesi ad literam capitè decimo septimo ait angelos tã bonos, quàm malos corporeos esse: quorũ corpora subtilia quidem, in tertio eiusdem operis libro cap. 10. ait esse aerea. Eius ad literam hæc sunt verba. Et si demones aerea sunt animalia quoniam corporum aereorum natura vigent, & propterea morte non dissoluntur, quia præualeat in eis elementum, quod ad faciendum, quàm ad patiendum est aptius. Et in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 11. dicit, nihil incorporeum credendum esse nisi Deum solum, Et cap. 12. creaturam omnem corpoream esse ait: & angelos virtutesque omnes cœlestes corpora habere. Et 3. libro, de trinitate tradit capite 1. angelos spirituale corpus habere: non cui subdantur sed quod subditum gerant. In explanatione in psal. 85. affirmat corpora beatorum futura esse post reditum ad vitam, qualia sunt corpora angelorum. Ac vt studeã breuitati, idem Augustinus psal. 145. & lib. 11. de ciuitate Dei cap. 23. & lib. 15. cap. 23. & ad Nibiridium epistola 115. asserit angelos esse corporis participes. In hac sententia fuit prius Origines lib. 2. Periarchõ capit. 2. & aliis in locis: Philo in libro de opificio sex dierum; Lactantius Firmianus; Hilarius, Athanasius, Methodius, Magnus Basilius: & alij magni nominis authores: quorum sententiam sequuntur Ioãnes Damascenus libr. 2. ca. 3. suæ theologiæ: & lib. 3. aduersus Iconomatas: Ioannes Cassianus cap. 13. libri 7. collationum: Auicebron in libro fontis vitæ: & philosophi Platonici ferè omnes. Georgius Venetus tomo 7. cantici tertij harmoniæ suæ, ait omnes Academicos asserere saltè malos angelos esse corporeos. Præterea in synodo secunda Nicæna, actione quarta, productus & lectus est lib. beati Ioan. episcopi Thesalonicensis: cuius ad literam hæc sunt verba: De angelis & archangelis, & eorum potestatibus, quibus & nostros animas adiungo, ipsa catholica ecclesia sic sentit esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes & inuisibiles: verum tenui corpore præditos, & aereo siue igneo: vt scriptum est psal. 103. & Heb. 1. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos igne vrentè. Sic autem multos sanctorum patrũ sensu cognouimus: quorum est Basilius cognomento magnus; & beatus Athanasius, & Methodius: & qui stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus & informabilis est. Intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ: & imitabiles pictura existunt. Quare etiam in loco existunt, & circumferentiam habent. Quanquam autem non sunt vt nos corporei, vt pote ex quatuor elementis, & crassa illa materia: nemo tamen vel angelos, vel demones, vel animas dixerit incorporeas. Hactenus Ioannes Thesalonicensis: cuius sententiam synodus illa non improbauit: quin potius visa fuit approbare: etiam si non decreuerit esse de fide tenendam: Et nostra memoria cardinalis Caietanus in epistolam ad Ephesios cap. 2. demones ait esse spiritus. Hæc est magnorum aucthorum sententia, in qua constare videntur. Ab illis discrepat & dissentit Dionysius ille Areopagita, quem possumus iure optimo cœlestem ac diuinum

theologum appellare. Hic cap. 1. cœlestis hierarchie angelos appellat non solum incorporeales & immateriales substantias, sed etiam deiformes simplicitates. Gregorius etiam Nyssenus in tractatione de oratione explicans verba illa: *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra:* angelos asserit esse corporis expertes. In ea sententia est Chrysostomus homilia 22. in Genesim: & 17. atque trigesima secunda in epistolã primam ad Corinthios: & in commentariis in caput sextum Esaiæ. Et Cyrillus in caput decimum euangelij Ioannis. Theodoretus in caput 12. Danielis, & in caput primum Zachariæ. Thomas Aquinas in prima parte summae theologiæ: qui in principio quaestionis quinquagesimæ sic ait. Primò considerandum est de creatura purè spirituali, quæ in scriptura sacra angelus nominatur. Et primo articulo asserit angelos esse omnino incorporeos. Eius sententiam multi doctores tam scholastici, quàm qui diuinam explicant scripturam, sequuntur. Eam confirmare videntur patres sacri consilij generalis Lateranensis sub Innocentio tertio pontifice maximo celebrati: qui statim in primo decreto verba hæc perpetuis monumentis consignarunt. Deus est vnum vniuersorum principium, creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit naturam, spiritualem & corporealem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem, ex spiritu & corpore constitutam. Hactenus illi. At qui nolunt à contraria sententia dimoueri, verba hæc nõ negant, sed interpretantur. Aiunt verum esse, angelos creaturas esse spirituales: atque si cum rebus concretis ex quatuor elementis comparentur, incorporeas rectè appellari: quemadmodum tepidum cum calido collatum vocatur frigidum: & aer dicitur spiritus, & respectu corporum concretorum ac solidorum videtur incorporeus: & ita appellatur à nonnullis, qui tamen re ipsa corporeus est. Hoc modo aiunt esse verba concilij intelligenda. Nihilominus nec animas, nec angelos aiunt esse omnino corporis expertes. Quomodo hoc intelligatur, nondum est ab ecclesia definitum. Si autem à me quæras vtra harum partium tenenda sit, ingenuè fateor me nescire. Ille hoc nouit, qui angelos ipsos creauit. Quid hac in re verum sit, Deus ipse viderit: quid verisimillimum, magna quaestio est quam ego illis relinquo rationibus cõquisitis disputandã, qui ingenij pollentes acumine, & vtriusq; philosophiæ diuinæ & humanæ eruditione exculsi nomẽ suum æternitati cõmendarunt. Sed vtilius esse existimo huiusmodi quaestiones difficiles & abstrusas cum modestia & timore tractare, aut silentio præterire: quæ parũ cõducunt ad animarũ vtilitatẽ & pietatem, quàm de illis audacter disserere, & aliquid temerè affirmare.

c. *Quem videram in visione à principio.* Quem aspereram in visione superiore, præcedente capite descripta. Diuini vates intelligebant ob illuminationẽ Spiritus Sancti visiones illas à Deo esse. Atqui propheta non sunt, possunt aliquando falli: quia vt ait apostolus cap. 11. posterioris ad Corinthios, *Satanas transfiguratur se in angelum lucis.* Vt autem verum numisma diuinæ reuelationis à falso denario illusionis diabolicæ secerni possit, quinque requiruntur, nimirum humilitas, patientia, veritas, prudentia, charitas: vt ait Ioannes de Gerson in tractatione de distinctione verarum visionem à falsis.

d. *In tẽpore.* Quãdo solebat fieri sacrificiũ vespertinũ. Appellabatur tẽpus illud tẽpus cõstitutũ, nimirũ ad offerenda holocausta. Ita illud intelligitur cap. vlt. lib. 2. Regum: Immisitque dominus pestilentia in Israel de mane vsque ad tempus constitutũ: & mortui sunt

ex po-

ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta milia virorum. Minatus fuerat Deus missurum se pestem tribus diebus: sed tanta est eius misericordia, vt vno tantum die miserit eam, quæ solùm durauit à mane vsque ad vesperam, seu vsque ad sacrificiũ vesperinum, quod loco illo tempus constitutum appellatur. Existimant nonnulli tempus constitutum loco illo esse totos illos tres dies, quibus Deus minatus est pestem: sed priorem explanationem rectiorem esse existimo.

*e Nunc egressus sum.* Subaudi, à conspectu Dei: nõ vt ab eo discederem, qui vbique est, sed vt te docerem. Dicuntur angeli egredi quando ad homines mittuntur.

*f Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* Id est, cum tu inciperes effundere preces, exiit sermo Dei, & sententia rerum futurarum, quas ego veni nuntiatum tibi. Ac si dicat: Cum tu orares Deum, ipse mihi præcepit, vt tibi quæ sequuntur, indicarem, quæ quidem futura sunt.

*g Quia vir desideriorum es.* Id est, quia res magnas desideras quia ad Dei laudem & populi Israelitici consolationem desideras arcana & occulta mysteria intelligere: quia rerum expetendarum es magnopere cupidus, & feruente desiderio flagras. Vel quia desiderabilis es, dignus qui ameris, & desidereris. Nonnulli vertunt: Quia vir desiderabilium es. Hoc est, in quo sunt multa desiderabilia.

*h Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt.* Hoc est, quadringenti & nonaginta anni constituti sunt, & præfiniti, & diuinitus præordinati atque præcisi. Duplex est hebdomada, vna dierum, quæ continet septem dies, vt constat ex cap. 23. Leuitici, altera annorum, quæ continet septem annos, vt liquet ex capite 25. eiusdem Leuitici. Et nullo alio modo accipitur meo quidem iudicio in tota sacra scriptura, vt liquet inuenienti. Cum autem hoc Danielis loco hebdomada nullo modo possit accipi pro hebdomada dierum, quæ septuaginta eiusmodi hebdomadæ nondum implent annum vnum cum dimidio: & in tam exiguo tempore non fuit ciuitas instaurata, & Christus occisus, & sacrificia antiquata: quæ omnia erant in his septuaginta hebdomadis euentura, aperte ostenditur accipi pro hebdomada annorum. Et in hac sententia sunt etiam expositores Hebræi, vt ostendit Galatinus lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis. Si autem rectè numeraueris, inuenies 490. annos: hanc enim summam constituunt sine dubio septuaginta hebdomadæ annorum. Vt autem hæc Danielis hebdomadæ perspicue intelligantur, reuocanda est in memoriam Ieremiæ vaticinatio ca. 25. mandata: tibi enim prædixit diuinus ille vates duraturam esse Babylonicam Iudeorum seruitutem annis septuaginta, totidemque regnũ Babylonium permanfurum: illisque expletis esse Persas ac Medos delendum. Hæc autem Ieremiæ vaticinatio fuit anno 4. incepto, vt ipse ait eodem ca. 25. regni Ioachim, quando Hierosolyma fuit à Nabuchodonosore Babylonicorum rege expugnata: tunc enim inceptit Hierosolymæ vastatio, & multi ex Iudeis fuerunt in Chaldæam abducti: eoque tempore inceptit captiuitas Babylonica, anno primo nimirum transacto Nabuchodonosoris, vt ibi ait Ieremias, & nos in commentariis in primum caput Danielis copiose ostendimus. Ac quia quando Iudæi ingressi sunt Babylone, iam erat transactus annus vnus cum dimidio regni Nabuchodonosoris, implendi erant septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ anno secundo post euersionem regni Babylonicæ. Septuaginta anni durationis regni Babylonicæ expleti sunt, quando Balsar vltimus Babylonicorum rex fuit interfectus, & Darius imperium Chaldæorum in diuionem suam

Sap. 1.

Sap. 5.

redegit: septuaginta autem anni seruitutis Babylonicæ expleti sunt anno secundo huius Darij, qui duos tantum annos nondum completos post captã Babylone vixit. Huic successit Cyrus, qui statim anno primo sui imperij soluit Hebræorum seruitutem, eosque liberos misit Hierosolymam. Ac ita impleta est Ieremiæ vaticinatio: vt literæ diuinæ cap. 1. lib. 1. Esdræ memoria prodiderunt. Igitur primus annus imperij Cyri regis Persarum ac Medorum erat septuagesimus seruitutis Babylonicæ. Ita quoque asserit Iosephus lib. 11. antiquitatum cap. 1. Cum autem euersum esset Chaldæorum siue Babylonicorum regnum à Dario Medeorum rege auunculo Cyri, & iam Darius anno vno regnasset in Chaldæa, legit Daniel vaticinationes Ieremiæ, & intellexit imminere, ac appropinquare tempus liberationis Iudæorum, quæ futura erat anno venturo. Et ita euenit: nam illo sequente anno & rex Darius excessit à vita, & Iudæi fuerunt restituti per regem Cyrum, qui statim post Darii totius imperij clauum obtinuit. Igitur primo anno Darij dum Danielias ad Deum preces emitteret, ab eo petens ne Hebræorum scelera eorum ereptionem, quæ iam imminere, impedirent, aut retardarent, apparuit illi Gabriel angelus, qui ei nuntiavit implendam esse Ieremiæ vaticinationem de reditu ac restitutione Iudæorum tempore, quo Ieremias fore prædixerat, nimirum fluxis annis septuaginta, qui anno sequente explebantur. Cum autem deus solitus sit dare sæpenumero viris pijs ac iustis plusquam illi petunt ab eo, nuntiavit Daniel per angelum Gabrielem tempus non solum liberationis à seruitute Babylonica per Cyrum regem terrestrum, sed etiam à seruitute peccati per Iesum Christum regem cœlestem: futuramque esse liberationem hanc ab illo die, quo ei angelus loquebatur, vsque ad septuaginta hebdomadas annorum: hoc est, vsque ad annos 490. Et in vltima harum septuaginta hebdomadarum futuram esse mundi redemptionem per Christum. Ac si dicat angelus. Tu Daniel oras pro liberatione vnus populi expletis septuaginta annis: & Deus indicat tibi redemptionem omnis generis humani expletis septuaginta hebdomadis. Non tantum futura est liberatio tui populi, quando Iere. prædixit: sed totius vniuersi, quando ego prædico. Ieremiæ ostendit Deus septuaginta annos vsque ad ereptionem populi Israelitici ab exilio Babylónico per Cyrum, qui à ceruicibus Hebræorum iugum seruire deiiciet, eosque in libertatem vindicabit: tibi autem ostendit septuaginta hebdomadas annorum vsque ad ereptionem totius mundi à seruitute peccati per verum Messiam, qui à dæmonum faucibus liberabit mortales, quibus aditum referabit ad æternas cœlorum sedes, ad gloriam immortalem consequendam. Hæc septuaginta hebdomadæ incepterunt à prolatione angeli: hoc est à tempore illo, quo eas angelus Danieli nuntiavit. Id ostendit ipse angelus: cum ait: Scito ergo, & animaduerte, ab exitu sermonis, &c. Id est, à tempore, quo hic meus sermo exit à me. Et durarunt vsque ad mortem Christi: & expletæ sunt anno tertio cum dimidio post Christi mortem: quo tempore fuit euangelium Hierosolymæ plenè nunciatum. Itaque durarunt annos quadringentos & nonaginta. Nam ab illa angeli pronuntiatione vsque ad principium instaurationis templi, fluxerunt duo anni: & templum instauratum est annis quadraginta sex, iuxta illud Euangelij auctore Ioanne cap. 2. *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc.* Si autem eos simul iungas, efficies annos quadraginta octo: templum v. d. illud secundum durauit annos quadringentos & octoginta & aliquot menses, vsque ad euersionem eius per Titum Vespasianum: qui omnes simul

iuncti

uncti efficiunt summam annorum quingentorum & viginti octo cum dimidio: quibus si detrahantur triginta & octo cum dimidio, qui interfluxerunt inter finem vltimæ hebdomadæ & exitium Hierosolymæ, manent quadringenti & nonaginta anni: quam summam constituunt septuaginta hebdomadæ anorum. Inter Christi mortem & euersionem templi fluxerunt anni quadraginta duo, vt ait Eusebius Cæsariensis: & liquet ex annalibus imperatorum Romanorum: sed à fine vltimæ hebdomadæ vsque ad templi euersionem non præterierunt nisi triginta & octo cum dimidio: nam vltima hebdomada expleta fuit anno tertio cum dimidio post Christi mortem: Christus enim mortuus est in medio vltimæ hebdomadæ, vt hoc loco ait Daniel. Præter hanc annorum supputationem ponam alteram cum hac mirabiliter congruentem. A primo anno Darij quando hebdomadæ incæperunt, qui primus Babylonicum occupauit imperium, vsque ad vltimum Darij, in quo euersum fuit imperium Persarum, fluxerunt anni 191. author est Methastenes Persa in libro de iudicio temporum. Et tunc incæpit imperium Græcorum, quando Alexander Magnus Darium vltimum superauit, & Persas, ac Medos in ditionem suam redegit. Durauit autem imperium Græcorum vsque ad mortem Rompeij, & principium Romani imperij sub Iulio Cæsare primo Romanorum imperatore annos ducentos & viginti, vt ex vera constat historia, etiam si nonnulli variant scriptores. Sed hæc est vera annorum ad calculum reuocatio. A principio autem imperij Romani vsque ad Christi mortem fluxerunt anni septuaginta sex, vt liquet ex annalibus Eusebij Cæsariensis. A morte autem Christi, quæ fuit in medio vltimæ hebdomadæ vsque ad finem eiusdem vltimæ hebdomadæ, præterierunt tres anni cum nonnullis mensibus, quos hic prætermitto. Numerata omnes annos, inuenies quadringentos & nonaginta: qui summam efficiunt septuaginta hebdomadarum annorum. Has septuaginta hebdomadas diuidit angelus in tres partes, quarum prima continet septem, altera sexaginta duas: tertia vnam, quæ est vltima. Ratio autem huius diuisionis est hæc. A tempore pronuntiationis illorum verborum angeli vsque ad finem septem hebdomadarum, quod tempus continet quadraginta nouem annos, Iudæi erant restituendi, & templum instaurandum, & mœnia ædificanda: quod ita euenit. In aliis hebdomadis sexaginta duabus, erant Iudæi variè cursum vitæ in Iudæa confecturi, modò rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus, modò aduersis & resstantibus. Id quod eodem contigit modo. In vltima autem hebdomada, quæ erat à Christi baptismo incæptura, erat idem Christus tribus annis cum dimidio concionaturus, illisque exactis ad eadem crucis à Iudæis vocandus, atque acerbissimis cruciatibus interficiendus. Id quod effectum est, vt ipse nobis morte sua vitam tribueret, & sanguine suo pro nobis fuso scelera nostra deleteret, animosque nostros expiaret. Mortuus est autem anno ætatis suæ trigesimo tertio, nimirum impleto anno 32, & inchoato alio. Hoc ait Ignatius in epistola ad Trallianos, & Epiphanius lib. 3. hæresim, & est communis sententia. Sustinuit autem Christus Deus noster mortem in medio vltimæ hebdomadæ: nam illa continebat septem annos: & inter baptismum Christi: & eius mortem tres anni cum sex mensibus circiter interfluxerunt. Hanc vltimam hebdomadam ideo Daniel separauit à cæteris, quia de ea erat multa dicturus, & in ea effecta sunt admiranda mysteria redemptionis humanæ per Dominum nostrum Iesum Christum. Mortuo autem Christo, veteris legis sacrificia cessarunt. Sed erat synagoga cum honore sepelienda. Ac quia sacrificia illa, quæ

Christi figuram gerebant, quiescerunt, cum Christus efflans animam dixit in cruce: Consummatum est, vt Hieronymus, Chrysostomus, & ceteri patres asseruerunt, ideo ait hoc loco angelus: In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium. Sed quia impij Iudæi Christum sanctum, verum suum Messiam, qui eos liberatum venerat, ad interitum crudelissimum falsis criminibus vocarunt, & huic impietati pestilentem contumaciam à furore & perfidia inductam adhibuerunt, fuerunt à Romanis victi, & acerbissimis calamitatibus oppressi. Machinati sunt sibi ipsis, & corporum & animorum exitium: extincta est nominis eorum claritas & amplitudo: fuit sanctum ac celebre templum flammis expositum: & ipsi denique dignitatem suam penitus labefecerunt, urbemque florentissimam fonditus euertent. At quia hæc vastitas non erat ad breue exiguumque tempus duratura, sed omnium seculorum memoria permansura, ait angelus: Et vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio. Hanc arbitror esse germanam, ac veram harum hebdomadarum intelligentiam: quam in fine capituli dilucidabo. Nunc ad literæ seriem explanandam accedamus.

i *Super populum tuum.* Hoc est, super populum Iudaicum, qui tuus est sanguine, & affectu, pro quo preces emittis: sed qui ob eius scelera non meretur dici populus Dei, sed tuus. Ita Mosi dixit Deus, cum filij Israelis vitulum coluissent: *Vade descende: peccauit populus tuus.*

k *Super urbem sanctam tuam.* Id est, super Hierosolymam, quam sanctam existimas. Vel in qua Deus tuus efficiet mysteria redemptionis humanæ. Diuus Mattheus capit. 4. vocat Hierosolymam ciuitatem sanctam.

l *Et consumetur prauaricatio.* Id est, vt finiatur flagitium, & deleatur peccatum meritis passionis Christi: de quo Ioannes Baptista apud Ioannem Euangelistam cap. 1. *Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et Esaias 53. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra.* Et pauò post: *Posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Et ipse apud eundem Esaiam 43. *Ego sum ipse, qui doleo iniquitates tuas.* Omnia peccata virtute meriti Christi quantum est ex sufficientia eius, dimittuntur in sacramentis ab ipso Christo institutis: & per veram contritionem cum fide ipsius Christi. Ideò de illo ait cap. primo Apocalypsis Ioannes: *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Et diuus Petrus cap. 2. prioris epistolæ suæ: *Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.* Est igitur horum verborum sensus. Non solum ò Daniel Deus liberabit populum tuum ab exilio: sed genus hominum à peccatis per Christum filium suum vnigenam, verum Deum, & verum hominem, quem mittet in mundum, vt eius deleat peccata: qui quatenus homo versabitur inter homines, & subibit mortem: & quatenus Deus delebit hominum peccata. Colligis ex hoc loco Christum esse verum Deum: nemo enim delet iniquitates, nisi Deus, qui est salutis animarum nostrarum præcipuus author: & esse verum hominem, qui cum hominibus versatus est. Eum vidit diuinus psalteris oculis cum hominibus versantem, cum inducit populum Iudaicum, non vniuersum, sed coetum piorum ita loquentem psal. 45. *Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.* Et in fine versus adicitur Sela: quasi dicat: ò rem admirabilem & præclaram videre Deum factum hominem. Vbi aduerte pro Domino esse in Hebraico Iehouah nomen Dei ineffabile, quòd soli Deo tribuitur. Ac si dicat: nobiscum est, nobiscum viuit, & comunicat verus Deus humanatus. Et quia mysterium hoc erat absconditum, ponit

ponit in titulo eiusdem psalmi: Pro arcanis: nimirum Christi. De eo ait ita Baruch ca. 3. *Hic est Deus noster, & non estimabitur alius aduersus eum. Hic adiuuabit omnem viam disciplina: & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.* Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hæc ille. De Christo prædixit Esaias c. 53. *Ecce Deus noster veniet, & saluabit nos.* Et 40. *Ecce dominus Deus in fortitudine veniet.* Et Michæas quinto, vbi locutus est de temporali natiuitate in oppido Bethlehemitico, loquitur de æterna dicens: Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis eius. Ideo dicebat Christus dominus apud Ioannem 8. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Alludit ad verba illa Exodi cap. 3. quæ dixit Moysi: *Ego sum, qui sum.* Et apud Ioannem 10. ait: *Ego & pater vnum sumus.* Non dixit, vnus, sed vnum, vt vnitatem nature significaret: nec sum, sed sumus, vt distinctione innueret personarum. Ac idem pater in Christi baptismo & transfiguratione 3. & 7. *Hic est, inquit, filius meus, in quo mihi bene complacui.* Et diuus Petrus Matthæi 16. *Tu es Christus filius Dei viui.* Et diuus Paulus cap. 9. epistolæ ad Romanos: *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in secula.* Et cap. secundo ad Philipenses: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Vbi Chrysostomus & catholici doctores formam interpretantur substantialem. Ac si dicat: Cum Christus Iesus esset eiusdem cum Deo patre substantiæ & nature, eique æqualis & consubstantialis, & ideo rerum omnium dominatum haberet: tamen seipsum abiecit, naturam accipiens humanam. Vbi aspicias, quàm aperte apostolus Christum appeller Deum & hominem. Id quod hoc capite ostendit Daniel. Cum enim dixit, delenda esse peccata per Christum, indicauit eius diuinitatem: cum verò postea dixit eum esse occidendum, indicauit eius humanitatem. Deus enim mori non potest, quatenus Deus est. Verè tamen dicimus mortuum fuisse Deum, quia mortuus fuit Christus, qui est Deus & homo: mortuus autè est, non quatenus Deus. *Et adducatur iustitia sempiterna.* Id est, & adducatur per Christum iustificatio, quæ in via incohatur, & in patria perficitur: quam ob causam vocatur æterna. Vel nominatur æterna respectu iustitiæ veteris legis, quæ his verbis repellitur: quia cum esset in vmbriis posita, erat per legem nouam abroganda. Iustitia enim accipitur pro iustificatione, vt capite secundo epistolæ ad Galatas: *Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Ac si dicat apostolus: Si lex vetus sufficiebat ad iustificationem nostram, frustra mortuus est Christus: sed quia lex non sufficiebat, venit Christus, & pro nobis mortem sustinuit, vt nos iustificaret, & ad gloriam sempiternam perduceret. Eodem modo accipitur capite secundo epistolæ Iacobi apostoli: *& reputatum est illi ad iustitiam.* Et capite primo Lucæ: *vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Vel accipitur hoc Danielis loco iustitia pro iuris æquitate, quæ est habitus animi communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem, puniens delicta, & præmio afficiens virtutes. Hæc appellatur in diuinis literis virga Aaronis, ventilabrum, & gladius ex vtraque parte acutus. Christus enim via iustitiæ genus hominum liberauit, luens pœnas scelerum eorum. Ideo ait ipse apud Ioannem: *Nunc iudicium est mundi.* Et psal. 118. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Et psalm. quinquagesimo octauo. *Quæ non rapui, tunc exoluebã.* Et Esaias cap. quinquagesimo tertio. *Verè dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portauit.* Voluit diuinitus pater, vt filius eius pro nobis pateretur: & vt iustitiã suã indicaret, proprio filio suo non pepercit, vt verbis vtat apostoli. Hoc voluit idem apollo-

lus significare cap. tertio epistolæ ad Romanos: cum dixit: *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum.* Vel accipit Daniel iustitiã pro euangelio, quem ad modum accipitur capite quadragesimo quinto Esaiæ: *Egredietur de ore meo iustitiã verbum.* Et capite decimo Osee: *Cum venerit docebit vos iustitiã.* Et capite tertio secundæ ad Corinthios: *Si ministratio damnationis in gloria est, multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.* Vbi apostolus per damnationem intelligit legem veterem, quæ suos præuicatores morte damnabat: per iustitiã verò legem nouam, quæ est iustificationis ministratrix. Fortasse per iustitiã sempiternam intelligit Daniel Christum Deum nostrum: de quo ait apostolus cap. primo epistolæ prioris ad Cor. *Qui factus est nobis sapientiã, & iustitiã, & sanctificatio, & redemptio.* Hac iustitiã quærere debemus iuxta illud Christi seruatoris nostri apud Matthæum sexto. *Quærite primò regnum Dei, & iustitiã eius.* Intelligi autem hoc Danielis loco per iustitiã Christum asserit Rabbi Barachias in libro de ordine mundi, Rabbi Moses Barnahaman, & Rabbi Ioseph.

*Et impleatur visio & prophetia.* Et implebuntur vaticinationes de Christo. Visio & prophetia pro eodem accipiuntur. Vnde idem Christus tempore mortis eius imminente: *Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.* Et diuus Ioannes ca. 19. *Sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dixit: Sitio.* Et paulò post: *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.* Apud Matthæum capite 11. & Luc. 16. ait Christus: *Omnes propheta & lex vsq; ad Ioannem prophetauerunt.* Nimirum de Christo venturo. Ioannes cap. 1. autem non de venturo vaticinatus est, sed de præsentem, quem digito ostendit. *Et vngatur sanctus sanctorum.* Hoc est Christus, qui secundum assumptam humanitatem vnctus est oleo lætitiæ, & vberissimo fonte gratiæ copiosius omnibus sanctis illius consortibus & cohæredibus. Nam illis fuit vis Spiritus sancti per partes communicata: illum autem totum tota effusa largissimè repleuit. De hac vnctione ait psal. 44. diuinus vates: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de Christo interpretatur. Et ipse Christus apud Esaiam 61. ait: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Ad quæ loca alludit Petrus Apostolus ca. 10. Acto. cum ait: *Iesum à Nazaret vnxit Deus Spiritus sancto & virtute.* Eam ob causam appellatur Christus: nam Christus idem est quod vnctus: vncti autem erant reges & sacerdotes: Christus verò rex est, & sacerdos, & sanctus sanctorum, non solum ob sanctitatis præstantiam, sed etiam ob eius efficientiam. Ait enim Ioannes c. 1. *De plenitudine eius omnes nos accepimus.*

*Ab exitu sermonis.* Id est, ab egressu horum verborum meorum: ab hora pronuntiationis huius sermonis mei de ædificanda vtraque Hierosolyma, nimirum terrena in Iudæa, & spirituali, quæ est ecclesia in toto orbe terrarum. Qui sermo qui exit modò à me, exiuit à Deo mihi illud ostendente, vt ego illud tibi aperirem. *Vsque ad Christum ducem.* Ducem etiam eum appellat Deus pater apud Esaiam c. 55. *Ecce testem populis dedi eum ducem & præceptorem gentibus.* Et apud Michæam quinto: *Et tu Bethlehem terra Iudæ nequaquã minima ex principibus Iudæ: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel.* Ita hic locus citatur apud Matthæum capite secundo. Quod autem ait: *Vsque ad Christum Ducem hebdomadæ septem, & hebdomadæ sexaginta duæ;* refertur ad tempus illud, quo

O o Christi

Luc 18.

Hebr. 1.

Ioan. 12.

Exod. 3.

Matth. 4.

*Matth. 3.* Christus se cepit ducem populi declarare: quando in eius baptismo aperti sunt cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. *Et ecce vox de celo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Tunc repletæ sunt sexaginta nouem hebdomadæ, & incœpit septuagesima, & vltima.

*r. Et rursum edificabitur platea & muri.* Subaudi Hierosolymæ: pro qua oras: nimirum in primis septem hebdomadis. Sed erit in angustia temporum: hoc est in calamitatibus & molestiis, quibus illo tempore ob vicinorum populorum impedimenta Iudæi afficientur. Id ita euenisse liquet ex libris. Esdæ multis in locis.

*s. Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus.* Subaudi, additis aliis septem, quæ omnes sexaginta nouem efficiunt. Igitur post hebdomadas sexaginta nouem, hoc est hebdomada septuagesima occidetur Christus, verus ac proprius Dei filius. Vnde Apostolus 8. ad Romanos: *Qui proprio filio suo non peperci, &c.* Vbi Hilarius lib. 6. de trinitate ait, naturæ veritatem significanter expressit, vt qui superius filios plures per spiritum adoptionis demonstrat, nunc vnigenitum Deum proprietatis ostenderet. Hic in medio vltimæ hebdomadæ fuit pro nobis occisus. Vide quàm apertè hic Daniel vaticinetur de morte Christi.

*t. Et non erit eius populus, qui cum negaturus est.* Hoc est, & populus Iudaicus qui negaturus est Christum dominum, non erit eius amplius: non erit deinceps populus Dei. Negarunt Iudæi Christum, quando apud Pilatum dixerunt: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Et paulò post: *Non habemus regem, nisi Casarem.* Hoc autem nõ de omnibus intelligitur, sed de illis duntaxat, qui noluerunt ad Christum conuerti, qui impietati sue pertinaciam adhibuerunt.

*v. Et ciuitatem & sanctuarium dissipauit populus cum duce venturo.* Id est, & exercitus Romanus cum duce suo Tito Vespasiano euertet Hierosolymam, & sanctum Dei templum. Locutus est de acerbissima Christi nece: nunc de eius loquitur vltione, quæ postea venit anno ab illa 42. Quidam vertunt: Populus ducis venturi: vt exitium templi tribuant exercitui Romano, non autem Tito, quem aiunt illud seruare voluisse. Euerio Hierosolymæ fuit post septuaginta hebdomadas: sed quoniam pœna illa ideo inflicta fuit Iudæis, quia Christum immanissimè vocarunt ad crucis interitum, meritò fuit addita huic vaticinationi.

*x. Et finis eius vastitas.* Et finis vrbs ac templi erit euerio per Romanam exercitum inducta. Sensus est. Et vltimo prælio euertetur ac vastabitur ciuitas, & templum delebitur, & incendio flagrabit.

*y. Post finem belli statuta desolatio.* Id est, finito bello Romanorum aduersus Iudæos erit desolatio à Deo statuta & præfinita. Erit ciuitas illa desolata ex Dei statuto. Quidam vertunt: Ad finem belli statuetur feditio. Ac si dicat: Prope finem obsidionis labefactabuntur vires Hierosolymæ propter feditiones, & bella interna ac ciuilia.

*z. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna.* Reuertitur ad id, vnde exierat oratio. Vltima, inquit, hebdomada confirmabit Christus legem euangelicam multis rebus, verbis, factis, & signis. Vel multis hominibus. Et rectè ait, multis, non omnibus, quia vt diuus ait Ioannes capite primo: *In propria venit, & sui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Christus quantum in se fuit, omnibus euangelium confirmavit: sed nõ omnes illi credere voluerunt. Euangelium in literis diuinis dicitur nouum testamentum, mensa, lux, benedictio, lex noua, dies, clypeus, virga virtutis, cornu sa-

lutis, spiritus, verbum domini, aqua, veritas, aqua sapientiæ salutaris, lux magna, dies virtutis, virtus Dei, fœdus & pactum. De hoc fœdere & pacto loquitur hoc loco Daniel. De eo dixerat Deus apud Ieremiã trigessimoprmo. *Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti.* Et paulò post explicans, quod esset hoc pactum nouum, quod se confirmaturum pollicebatur: *Dabo, inquit, legem meam in visceribus eorum.* Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos de euangelio, quod nouum appellat testamentum, interpretatur. Nouum testamentum derogauit vetus. Nam hæc testamentorum vis & natura, vt prius per posterius derogeretur. Hoc nouum testamentum fuit morte Christi confirmatum: nam vt iura statuunt, & diuus asserit Paulus in epistola ad Hebræos, *vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.* Hanc existimo esse confirmationem, de qua præcipue hoc loco loquitur Daniel. Huic expositioni fauet versio Theodotionis ita habens: *Et confirmabit testamentum multis hebdomada vna.*

*aa. In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium.* Id est, in medio vltimæ hebdomadæ mortuo Christo cessabunt omnia veteris legis sacrificia. Nam cum essent Christi figuræ atque vmbra, erant in eius morte antiquanda & finienda. In epistola priore ad Corinthios ait apostolus res illa in figura Iudæis contigisse. Et in epistola ad Hebræos cap. 10. *Lex, inquit, vmbra habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hoc est, non ipsam propriam lucem. Figura autem cessat adueniente veritate, & vmbra adueniente luce. Esse autem euangelium veritatem, indicat illud Ioannis 1. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Et illud apostoli ad Galatas 3. *Quis vos fascinauit non obedire veritati? Est etiam lux, iuxta illud Esaiæ 9. Habitantibus in regione vmbra mortis lux orta est eis.* Et illud apostoli in epistola ad Romanos 13. *Induamur arma lucis.* Diuinus pfaltes vno & eodem versu euangelium vocat lucem & veritatem psalmo 24. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Quemadmodum veniente & coruscante

sole stellæ non apparent: ita adueniente Christo, mûdumque morte sua illustrante, sacrificia Mosaica eua nuerunt. Durante lege vetere erant sacrificia Deo grata, quia bona futura adumbrabant, pietatem & religionem offerentium declarabant, & idolorum cultum excludabant. Sed non qua ratione erant carnalia, nec ex parte operis operati, vt theologi scholastici loquuntur. Erantq; tantum vsque ad Messiam duratura, qui erat legem gratiæ laturus. At veniente lege noua erat vetus abroganda: ipse enim Deus ait in hunc modum apud Ieremiã capite trigesimo 1. *Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua apprehendi manum, vt educerem eos de terra Aegypti.* Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum: & ipsi erunt mihi in populum. In hanc sententiam citat apostolus hunc locum ad Hebræos octauo, vbi pro fœdere & pacto legit, *testamentum.* Hoc promissum confirmauit Deus apud Baruch capite 2. cum dixit: *& statuam illis testamentum alterum sempiternum: vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.* Et per Esaiã capite 55. dixerat. *Inclinate aurem vestram, & venite ad me, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum.* Hoc sempiternum pactum est sanctum Christi euangelium: quod non de monte Sinai exiuit, sed de Sio-

ne.

Hebr. 8. 9. &amp; 10.

Hebr. 9.

1. Cor. 10.

1. Reg.

simili

similibus

Hebr.

Ioan.

ne. iuxta illud Esaiæ capite 2. *De Sion exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem: vbi per legem & verbum domini euangelium significatur.* Nonne intueris, quàm aperte loquatur de lege noua legis veteris abrogatrice? Apud Esaiam primo ait Deus loquens cum Iudæis temporis euangelij: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Holocausta arietum, adpem, pinguium, & sanguinem hircorum nolui: ne offeratis mihi hæc vltra.* Et apud Amos cap. 5. *Si obtuleritis holocausta & munera vestra, non suscipiam.* Et per Ieremiam 6. *Holocausta vestra non sunt accepta, & victima vestra non placuerunt mihi.* Et apud Dauidem psal. 39. conferens filius cum patre sermones has voces emittit: *Sacrificiū & oblationem noluisti: aures autē perfecisti mihi. Holocaustū, & pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio. In cap. libri scriptū est de me, vt facerem voluntatē tuam.* Intelligi hunc locum de Christo cum Deo patre loquente asserit diuus Paulus cap. 10. epistolæ ad Hebræos. Sed verba illa: *Aures autem perfecisti mihi:* possunt verti: *Aures autem perforasti mihi: hoc est, voluisti, vt tibi parerem.* Vel, corpus autem aptasti mihi: vt legit apostolus in epistola ad Hebræos. Hoc est, induisti me corpore: voluisti, vt essem homo, quò pro peccatoribus crucē subire: & ita veteris legis sacrificia & hostiæ cessarent. Vaticinans Oseas c. 9. de tempore legis nouæ, quando iam essent abrogata Iudæorū sacrificia. *Non placebunt, inquit, domino sacrificia eorum.* Aspicias ipsam legem veterē asseruisse fore, vt ipsa abrogaretur, & altera ferretur in æternū duratura. Ipse sui ipsius cædē prædicebat, & literis explicabat instar Viri, qui secū portabat literas nec ē suam continentes. Et quia lex vetus erat antiquanda, & noua ferenda, dicebat apud Esaiam Deus cap. 43. *Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua.* Vnde diuus Paulus in epistola posteriore ad Corinthios ca. 5. *Vetera, inquit, transierunt: ecce facta sunt omnia noua:* Vt peritus pictor volens imaginem quandā fingere omnibus numeris absolutam, prius præparat tabulā, efficiens in ea lineas rudi quodā carbone, non quæ permaneat, sed quæ ad colorū picturā solum durent: imagine verò perfecta lineæ illæ euanescent: ita sapientissimus Deus admirabilē legem gratiæ conditurus, instituit prius veteris legis sacrificia & ceremonias tanquam lineas & umbras, quæ vsque ad viuorū nitidorūque colorum picturam dūtatar perdurarent. At consummata noua lege, enuntiatoque sancto Christi euangelio omnia illa vetera lineamenta euauerunt. In agno immolato adumbrabatur Iesu Christi seruatoris nostri mansuetudo: in tauro fortitudo: in vitulo abundantia gratiæ cælestis: in oue fructus paciētiae: in columba simplicitas: in turture dilectio erga sponsam, quæ est ecclesia: in hircō, ariete, & hædo nostrorum peccatorum impuritas, quorum ipse erat pœnas daturus. Occidebantur & sacrificabantur animalia, quia Christus erat occidendus & sacrificandus. Deo in lege vetere effundebatur sanguis, & vt ait apostolus ad Hebræos: *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* Et vt ipse ait ad Romanos cap. 10. *Finis legis Christus est.* Illa vetera sacrificia erant quædam lineamenta, quæ perfecta imagine in Christi morte, cum ipse dixit: *Consummatum est: & cessarunt, & enuntiato euangelio ad nihilum reciderunt.* Et quia hoc fuit in medio vltimæ septuaginta hebdomadarum, ait hoc loco angelus in medio hebdomadæ deficient hostia & sacrificium.

*bb Erit in templo abominatio desolationis.* Id est, euetetur templum Hierosolymæ ab exercitu Romanorum. Exitium illud appellatur abominatio propter ignominiam sancto Dei templo illaram: & abomina-

tio desolationis propter eiusdem templi euerfionem. Romani duce Tito Vespasiano filio Vespasiani Hierosolymam expugnarunt templum Dei vastarunt, & Iudæos crudelissimè vexauerunt. Lege Iosephi historiam de bello Iudaico: qui hæc oculis vidit, verifque monumentis consignauit. Iudæi illi qui viso templo vastato permanebant Hierosolymæ, occidebantur immaniter, aut coniciebantur in vincula: qui verò se fugæ mandabant, poterant quodammodo immanem illam vitare perniciem. Eam ob causam dicebat Christus Deus noster, vt aiunt euangelistæ: *Cū videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta statem in loco sancto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: erit enim tribulatio magna.* Et quoniam vastitas illa templi futura erat perpetua, ait angelus Danieli: *Et vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.* Nunquam enim postea templum illud instauratum est, vt antea, nec instaurabitur. Ob eam causam illud Aggæus propheta capite secundo vltimum appellat siue nouissimum, cum ait: *Magna erit gloria domus istius nouissima priusquam prima.* Hoc ideo ait, quia Christus in illo posteriore templo presentatus est, docuit, & miracula edidit. Nam ædificiorum pulchritudine & magnificentia fuit à priore superatum. Sed dices fortasse: cur dedit Deus templum illud Iudæis, si illud erat illis euerfurus? In promptu est responsio. Quia Deus multa largitur in vno tempore, quæ aufert in altero, similis prudenti pædagogo, qui aliud docet discipulum in pueritia, aliud in iuuentute. Quemadmodum peritus colonus aliud agit in agro tempore hyemis, aliud tempore veris, sed nō propterea mutat rationem agriculturæ: sic Deus aliud fecit tempore legis veteris, aliud tempore nouæ: sed nec ob id est sui dissimilis. Templum illud ex lapidibus mortuis constructum figura erat ecclesiæ ex lapidibus viuis constitutæ. Quam ob causam ait diuus Paulus priore ad Corinthios capite tertio. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et in posteriore capite 6. *Vox estis templum Dei viui:* Ecclesia autem constituta, & euangelio longè latèque propagato consumpta fuit figura, & templum in quo vetera immolabantur sacrificia, funditus deletum. Nam quemadmodum medicus intelligens perniciosam esse aquam frigidam ægroto, schyphum seu poculum ei infringit, ne amplius bibat: ita Deus videns exitiosa esse Iudæis post plenam euangelij prædicationem veteris legis sacrificia, templum illis evertit, ne amplius illa facerent. Vt fracto vase medicus ægroto ab aquæ potione etiam inuitum deterret, & abducit: sic vastata Hierosolyma, & templo direptioni ac flammis commissio Deo populum Iudaicum vel inuitum ab antiquis victimis se iunxit, atque separauit. Mirum est profectò concedi Iudæis totum orbem terrarum ad habitandum, vbi illis non licet facere sacrificia: solam autem Hierosolymam illis interdici, vbi illis licebat immolare. Magnū quidem Dei iudicium, diuturnaque dignū obferuatione. Imperij Romani gubernaculum obtinente Iuliano, quem vocant apollatam, conuenerunt infiniti propè Iudæi Hierosolymam multis ex regionibus, vt illam cum templo instaurarent. Imperator enim ille cum à fide Christi defecisset, nihilque ei esset antiquius, quàm Christianam religionem labefactare, dedit Iudæis illis magnam & pecuniarum, & artificum copiam, vt in Christi ludibrium & despectum antiquam urbem renouarent. At Deus compressit nefarios illos conatus: nam cum Iudæi cœpissent nudare fundamenta, multamque hausissent terram magnus exiuit ignis, qui illos excussit, illorūque impiam pertinaciam fregit. Quam ob rem desti-



terunt ab incepto, ne omnes igne illo extinguerentur. Narrat hoc diuus Ioannes Chrysostomus oratione secunda aduersus Iudæos. Sed & Theodoretus libro vigesimo Ecclesiasticæ historiæ ubi hoc copiose scribit, asserit præter hoc Iudæos comportasse gypsi & calcis multa modiorum millia, quæ irruens impetus venti repente dispersit. Et ait conspectum fuisse in cælo signum crucis fulgidum: ipsorumque Iudæorum vestes fuisse crucibus non tamen fulgidis, sed coloris atrii repletas. Scribit etiam historiam hanc Eusebius Cæsariensis libr. 10. Ecclesiasticæ historiæ cap. ultimo: & multo copiosius Nicephorus Callistus tomo 10. capite 32. & 33. ubi multa notatu dignissima literis mandauit. Aspicias igitur non potuisse Iudæos Hierosolymam cum templo instaurare, post illatam à Romanis euersionem, quam hic Daniel *abominationem desolationis* appellauit. Nonnulli per abominationem desolationis intelligunt detestabilem veterum sacrificiorum oblationem, post planè enuntiatam euangelij veritatem. Alij statutam Tiberij Cæsaris, quam Pilatus statuit in templo. Alij statutam Adriani imperatoris, quam ipse in templo iussit collocari. Alij impiam Antichristi doctrinam. Alij ipsum Antichristum. Sed quia Christus Deus noster loquens de hac abominatione desolationis monet, vt qui eam viderint, fugiant ad montes ne in vrbe acerbissimis afficiantur vulneribus: existimo nomine eius significari templi oppugnationem, vel impium Romanorum exercitum templum inuadentem ad illud spoliandum & euertendum. Huic expositioni fauet litera Hebræa, quæ potest verti: Erit expansio abominationis desolationis: Hoc est extensio vexilli exercitus Romani. Potest quoque hic locus verti: Erit per aliam abominatio euersionis. Hoc est delebitur templum per exercitum gentilium: ala enim aliquando accipitur pro exercitu. At rectissima est litera editionis vulgatæ habens. *Erit in templo abominatio desolationis.* Et ita habet versio Græca Theodotionis. Et ita Christus dominus hunc locum in euangelio citauit. Capite duodecimo loquitur etiam Daniel de abominatione desolationis: de qua ibi Deo adiuuante disseremus.

*cc vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.* Perseuerabit vastitas templi vsque ad finem mundi. Nunquam Iudæis templum illud restituetur. Id voluit diuus Paulus significare, cum dixit in epistola priore ad Thessalonicenses: *Peruenit ira Dei super illos vsque in finem.* Habes huius capituli explanationem perspicuam meo quidem iudicio, & veram: ex qua colliges exactas esse ac finitas septuaginta hebdomadas, de quibus hic loquitur Daniel. Liqueat ex hac Danielis vaticinatione Christum Deum, verum Messiam iam venisse. Iudæosque illum expectantes in errore intolerabili versari: Nam quocumque modo has septuaginta hebdomadas assumpseris, & à quocumque tempore eas inceperis, videbis clarius luce meridiana eas esse completas: & ex consequente Dei filium à cæli fastigio ad terram descendisse, humanam naturam induisse, & in crucis ara animam effluisse, vt homines diuino lumine illustraret, & ad vitam immortalem perduceret. Sunt huius loci variæ doctorum sententiæ, ubi scilicet faciendum sit harum hebdomadarum initium. Iulius Africanus qui floruit imperium tenente Marco Aurelio Antonino in quinto temporum volumine, ubi hanc vaticinationem de Iesu Christo Deo nostro interpretatur, à vicesimo Artaxerxis regis Persarum anno, ait has hebdomadas principium habuisse: cuius sententiam sequitur Theodoretus in commentariis in hunc locum. Eusebius Cæsariensis in octauo demonstratio-

nis euangelicæ libro, ab anno primo Cyri regis Persarum. Eodem modo Clemens Alexandrinus. Hippolitus multo antè, nimirum quadragesimonono ante Cyrum. Origenes in decimo Stromatum volumine à primo anno Darij filij Artaxerxis, à die quo angelus has hebdomadas Danieli nunciauit. In qua sententia multo copiosius & apertius est Tertulianus in libro aduersus Iudæos. Nicolaus Lyranus duas habuit opiniones: nam prius existimauit has hebdomadas incepisse anno vigesimo Artaxerxis: postea verò multo antè, nimirum anno quarto Sedechiæ circa finem. Hanc enim secundam opinionem sequitur Paulus Burgensis in additionibus, Raymondus in Pogione, Franciscus Varablus in annotationibus. Rabbi Salomon doctus inter Iudæos, ait has hebdomadas incepisse ab euersione primi tēpli, & finem fecisse in euersione secundi. Hanc explanationem sumpsit ille ex libro illo Talmud, qui inscribitur Ceder holam: & ex libro, qui inscribitur Abodazara, ubi affirmatur. In hac sententia fuerunt multi Iudæorum Rabbinæ, quos, citat Finus Hadrianus in Flagello Iudæorum cap. quinto libri quinti. Verum ubicunque has hebdomadas incipias, videbis eas tempore Christi impletas fuisse, aut circa eius tempus, nempe in euersione templi Hierosolymæ per Tytum Vespasianum anno quadragesimo secundo post Christi mortem: etiam iuxta Iudæorum sententiam. Quare omnis illis adimitur excusatio: ita enim cum illis hæc pugnat vaticinatio, vt nullo modo possint euadere. Sed nulla teneat admiratio, quod tantam videas in huius loci explanatione authorum varietatem in temporum supputatione. Nam cum numerent tempora per regum ac principum vitas, quorum certus annorum numerus non possit ex diuina colligi scriptura, recurrunt ad annalium memoriam, & historias humanas: cum autem illæ sint dispares, & varietate distinctæ: nam quædam plures annos numerant, quædam pauciores, & vnusquisque suum sequatur scriptorem, sunt etiam illi diuersi. Quidam aiunt Cyrum triginta annos vixisse: alij viginti duos: alij quatuor tantum. Quidam à primo anno Cyri vsque ad vigesimum Artaxerxis centum & quindecim annos numerant: alij verò quadraginta & septem duntaxat, aut circiter ad calculum reuocant. Hac ratione ductus Iosephus in libro contra Appionem. Scimus, inquit, in quot locis Hellicanus de genealogiis & temporibus ab Agesilao discrepet: & in quot Herodotum corrigat Agesilaus. Ephorus Hellanicum in pluribus ostendit esse mendacem, & Ephorum Timæus, Timæum posterius. Herodotum cuncti. Hæc ille. Nec Latini historici, nec Græci, nec Hebraici omnino conueniunt & concordant in temporum numeratione, & ad calculum reuocatione. Illud est certissimum Iesum Christum Dominum se in crucis ara sacrificium constituisse in vltima harum septuaginta hebdomadarum, in medio hebdomadæ, fuisseque has hebdomadas finitas & expletas anno tertio cum dimidio circiter post eius mortem: quo tempore Apostoli euangelium in Iudæa nunciarunt, in cuius confirmationem miracula multa ediderunt. Vnde exordium sumpserint, magna controuersia est. Sed inter omnes illi mihi magis placent, qui eas aiunt incepisse ab eodie, quo eas angelus Danieli nunciauit. Id explicat ipse angelus, cum ait: Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, vt indicarem tibi. Hic sermo à Deo egressus est, fundente Daniele preces ad illum, qui sermo erat de his septuaginta hebdomadis, quas ei angelus indicauit. Et paulò post ait idem angelus: *Scito ergo, & animaduerte: ab exitu sermonis, vt iterum edificetur Hierusalem, &c.*

Hoc

Hoc est à pronuntiatione huius sermonis mei de septuaginta hebdomadis qui sermo exiit paulò antè à Deo, & nùc exit à me: nã ipse mihi indicauit illũ, vt ego tibi illum indicarem. Ab egressu, inquam, huius sermonis vsque ad generis hominum redemptionem per Christum erunt septuaginta hebdomadæ: quæ explebuntur anno circiter tertio cum dimidiò post eius acerbam cædem: nam ipse in medio hebdomadæ immolabitur: erit que perpetuum sacrificium: & tunc veteris legis sacrificia cessabunt. Hæc est vera, vt ego mihi statuo: huius loci explanatio, omnibus aliis literæ congruentior, instituto diuini vatis propior, & annorum numero accommodatior. Aliarum quædam multò plures continent annos, quædam multo pauciores: hæc autem medium amplectens veram sequitur annorum supputationem à magnis ac sapientibus viris approbatam, partim ex sanctis literis, partim ex historicis Græcis Latinis, Persis, Hebræis verè depromptam. Supputationem autem supra digessi, verba illa explanans: Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt. Tanta est huius vaticinationis vis, vt illa conuictus ac constrictus Rabbi Samuel literarum diuinarum peritus, in epistola quodam ad Rabbi Isaac ingenuè fateatur, venisse Christum, iuxta Danielis hebdomadas. In ea sententia existimo fuisse Iudæos illos, qui miserunt sacerdotes & leuitas interrogatum Ioannem, capite primo esset ne ipse Messias, vt ei traderent regnum, si seipsum Christum fateretur. Nam præter hunc Danielis locum videbant impletum esse oraculum patriarchæ illius Iacob, in quo diuinum quoddam fidei & vaticinationis lumen prisca illis temporibus mirabiliter eluxit. Cùm enim ad exitum vitæ vocaretur, has voces emisit: *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium.* Nam tempore Christi adæptus est principatus à tribu Iuda: nunquam postea Iudæi habuerunt sceptrum, nec dominatum, nec principem de genere Iuda: nec vnquam habebunt: quoniam adueniente regno æterno Christi Dei nostri, fuit regnum illud temporale à Iudæis penitus ablatum. Herodes enim alienigena Antipatri Ascalonitæ, & matris Cyprides Abicæ filius, à Romanis suscepit Iudæorum principatum, quo tempore natus est Christus, quem diuini vates prædixerant esse à cœlesti patre in mundum mittendum. Eam ob causam dixit Iacob: *Donec veniat, qui mittendus est.* De illo dicebat Moses cum Deo patre loquens capite quarto Exodi: *Mitte, quem missurus es.* Erat enim missurus verbum, quod erat à principio: de quo ait diuinus psaltes psalmo centesimo sexto. *Misit verbum suum: & sanauit eos.* Et psalmo 147. *Emitte verbum suum, & liquefaciet ea.* Esaias capite decimosexto. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filia Sion.* Et capite decimonono: *Mittet eis saluatorem, qui liberet eos.* Et capite 48. inducit Christum ita loquentem: *Dominus Deus misit me.* Et Amos capite quarto ait: *Ecce Dominus mittens eloquium suum.* Vbi septuaginta interpretes habent Christum suum. Vnde Diuus Paulus in epistola ad Galatas capite quarto: *Misit Deus, inquit, filium suum sanctum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.* Illud expectabant antiqui patres, eius aduentum cupiebant fideles, de eo vaticinabantur diuini vates, cuius sanguine erant mundi maculæ abluendæ, & iniquitates expiandæ. At nonnulli Iudæi obstinati aiunt modò, per sceptrum non intelligi principem nec dominum, sed calamitatem, qua illi vsque ad Messie ad-

uentum opprimuntur. Sed septuaginta interpretes qui fuerunt natione Iudæi, vtriusque linguæ Græcæ & Hebræicæ periti, & diuina claritate illuminati, transtulerunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius. Et paraphrasis Chaldaica summa apud Hebræos authoritatis, habet: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec scriba à filiis filiorum eius. Thargum etiam Hierosolymitanum habet: Non deficient reges de familia Iehudah. Quare non sunt recentes Iudæi audiendi contra tantam nubem testium: præsertim cum omnibus diuinam legem accuratè intuentibus sit exploratum & perspectum, vocabulum sceptrum dominum ac principatum, seu principem aut regem, atque regiam dignitatem significare. Pro principatu accipitur in oratione Esther capite decimo quarto libri eius mandata: *Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt.* Pro rege autem apud Ieremiam capite quinquagesimo primo, cùm ait: *Qui fecit omnia, ipse est, & sceptrum Israelis hereditatis eius.* Hoc est, Deus est, qui regnat in Israele, & ipse est rex eius. Nec obstat, quod aiunt cæci Iudæi, vocabulum Xeuet pro quo Latinus interpres veritè sceptrum, significare etiam virgam: & ex consequente flagellum & calamitatem, non autem regem. Nam capite Numerorum vigesimo quarto vbi vulgata editio habet in vaticinatione Balaam: Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel: pro virga est in Hebræo idem nomen Xeuet: pro quo Onchelus paraphrastes Chaldaicus transtulit regem: ita enim habet: Cùm consurget rex de Iacob, & vngetur Christus de Israel. Verba illa Esaiæ capite vndecimo. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: vertit in hunc modum Ionathas Chaldaicus: Egredietur rex de filiis Isai, & Christus de filiis filiorum eius.* Vbi tam per virgam, quàm per florem interpretatus est regem Messiam: Ieremiam secutus, qui capite primo Deum virgam vigilantem appellauit. Porrò Pierius Valerianus sceptrum ait esse regni hieroglyphicum. Præterea si in oraculo Iacob acciperetur sceptrum calamitate, sequeretur inde solum à tribu Iudah esse illam auferendam, non autem ab aliis: & ad hoc venturum esse Messiam tantum, vt solam vnã tribum molestiis leuet, & omnes alias in arunnis relinquat, gentesque omnes penitus contempnat. O cæcitatem intolerabilem, & amentiam deplorandam: Quomodo ergo pater dixit filio suo psalmo secundo: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ?* Et psalmo sexagesimo sexto: *In omnibus gentibus salutare tuum: Nonne diuinus ille vates Esaias qui animum suum ab impuritate contagione seuocaret, & ad rerum diuinarum contemplationem contulerat, spiritu prophético illuminatus inducit Deum patrem capite quadragesimonono ita cum Messia loquentem: Parum est, sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas: dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Aggæus quoque propheta lumine vaticinandi diuinitus illustratus capite secundo has voces emisit: *Veniet desideratus cunctis gentibus.* Nonne vides Christum esse omnium tribuum ac gentium seruatorem & consolatorem? Si ille pro vnã tantum tribu erat venturus, corsum dixit Iacob in eodem oraculo: *Et ipse erit expectatio gentium?* Pro quo alia trãslatio habet: *Et ipse erit congregatio gentium.* Sed non est mirum cæcos fallacèsq; Iudæos huiusmodi interpreta-

Gen. 49.

Gen. 49.

tiones plenas dolis, & caullationibus, & impietatib. excogitare: nam cum eorum ratio sit obscurata flagitiis, impedita obstinatione, & à diuina voluntate penitus auersa, quid aliud, quam huiusmodi monstra machinabitur? Alij Iudæi fatentur sceptrum hoc loco Genesis accipi pro principatu, sed non esse vaticinationem illam de Christo explanandam: quoniam in Hebraico est: Donec veniat siloh, per quem non Christum, sed locum quendam interpretantur. Ac alias ineptias fingunt ridiculas & impias. Sed eorum error refellitur & refutatur paraphrasi Chaldaica, quam illi ex de greto Talmudico negare non possunt. Illa enim ita habet: Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec scriba à filiis filiorum eius, donec veniat Messias, cuius est regnum, & ei obedient populi. Nonne vides aperte per siloh intelligi Messiam? Non ait: Donec veniat locus: sed donec veniat Messias. Ita quoque Rabbi Salomon, R. Moses Gerundensis, R. Moses Aegyptius, & R. Leni hunc locum interpretantur. Afferunt enim intelligi de Christo: quod poteris apud Paulum Burgensem in Scrutinio, & apud Marsilium Ficinum in libro de religione Christiana videre. Rabbi etiam Cabadias, qui legem transtulit literis Arabicis, hunc locum de Messia interpretatur. Et eodem modo Rabbi Chimhi magni nominis inter Iudæos. Vocabulum siloh quod est in Hebræo, deducitur à verbo Salah, quod significat mittere: vt psalmo centesimo quarto. *Misit ante eos virum.* Et capite Ezechielis secundo. *Mitto ego te.* Quam ob causam recte Latinus noster interpres transtulit: *Qui mittendus est.* Similiter apud Ioannem capite nono. *Vade, laua te in natatoria Siloe, quod interpretatur missus.* Siloh enim & Siloe ab eodem verbo salah, quod mittere significat, deriuantur. Sed quoniam sil, significat filium, ait Pagninus in Thesauro siloh significare filium eius, posseque verti: Donec veniat filius eius: nimirum Iuda. Dixerat enim:

Non auferetur sceptrum de Iuda. Et per filium Iuda intelligit Christum, qui secundam carnem de tribu Iuda descendit. Sed in Bibliorum versione habet: Donec veniat Messias. Potest nihilominus siloh deduci à verbo salah, quod significat in pace & quiete esse. Vnde siloh significat quietem, felicitatem, pacem, & pacificum: quæ omnia Christo conueniunt: quem Esaias nono vocat principem pacis. De quo ait apostolus ad Ephesios capite secundo. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Hac ratione ductus existimat. Vatablus posse verti hunc locum: Donec veniat felicitas: vel author felicitatis. Sed ex his interpretationibus illa eminet inter omnes, quam reddidit Latinus noster interpres: Donec veniat, qui mittendus est. Hæc est clarior, germanior, & excellentior, quæ aperte ostendit, fore vt filius Dei verus Messias mitteretur à patre: eumque venisse tempore Herodis, quando Iudæis ablatum est sceptrum: à quo tempore nullum postea regem habuerunt de genere Iuda, nullum ducem eiusdem tribus, qui eorum rempublicam gubernaret. Hoc oraculum Iacob & multa alia, quæ breuitatis causa silentio prætereo, ostendunt perspicue Iudæorum ignorantiam & cæcitatem Messiam venturum sperantium. cum iam venerit, quem ipsi recipere noluerunt, quin iam ad eadem crudelissimam nocarunt. Quare sunt neglecti, & calamitosi: nec habent templum, nec sacrificia, nec sacerdotes, nec prophetas, nec terram promissam: imò nec spem, cum sint fluxa & expletæ septuaginta hebdomadæ: de quibus hoc loco loquitur Daniel, intra quas erat Christus venturus, & occidendus. Non me fugit obstinatos Iudæos afferre caullationes ad deprauandum hoc caput Danielis, sed ineptas, ac planè nullius momenti: quibus rectè respondet Petrus Galatinus libro quarto arcanorum catholicæ veritatis: & nonnulli alij, qui nomen suum immortalitati commendantur.

## ANNOTATIO.

Et cogitaremus veritatem tuam. Versio Theodotionis habet: Et intelligemus in omni veritate. Pagnini autem: Ad intelligendum veritatem tuam. Pro, cogitaremus, est in Hebræo v. rbum סָחַל Sacal, quod significat cogitare, intelligere, considerare, prosperari, aspicere, commutare. In hanc ultimam significationem accipitur capite quadragesimo octauo Genesis: Extendens Iacob manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manassis, qui maior natu erat, commutatus manus. Quod potest verti ex Hebræo: Intelligens, siue prudens manibus: sapienter enim manus imposuit. Hac ratione ductus vertit Onchelus paraphrastes Chaldaus: Docuit manus suas. Ita direxit illas, ac si essent consilia verum futurarum. Nam etsi Manasses erat maior natu, Iacob tamen intuebatur eum fore minorem benedictione & felicitate: quem admodum postea euentus probauit. At septuaginta interpres nobiscum habent: ἐναλλάξ τὰς χεῖρας, hoc est, commutans manus. Pro aspicere accipitur capite tertio Genesis; vbi de ligno scientie boni & mali scriptum est: Erat aspectu delectabile: Hoc est ad aspi-

ciendum iucundum. Pro quo nonnulli vertunt. Erat ad intelligendum appetibile. Sep tuaginta verterunt: pulchrum ad intelligendum. Potest rectè verti: Desiderabile ad intuentium. Rapiebat enim oculos intuentium ipsum. Sed rectissime vertit interpres noster: Aspectu delectabile. Pro prosperari accipitur iuxta nonnullorum Hebræorum sententiam capite decimo octauo libri primi Regum. Id enim quod nos habemus: In omnibus quoque viis Dauid prudenter agebat: vertunt illi: Omnibus quoque viis Dauid prosperabatur.

Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Septuaginta habent: Destructur vntio: & iudicium non est in eo, hoc est, euertetur sacerdotium Iudæorum: & non erit in illo iudicialis potestas: finientur sacerdotes legis veteris, qui ungebantur oleo: & neminem amplius iudicabunt: auferetur enim ab illis sceptrum, & principatus. Hoc indeo dictum est, quia duces qui post captiuitatem Babyloniam Hebræorum rempublicam gubernabant, erant sacerdotes de tribu Leui, & de tribu Iuda: hæ enim dua familia erant matrimonii coniunctæ: à quibus tempore

pore Christi ablata est omnis potestas. Et iam nec ungebantur nec summo fungebantur sacerdotio, nisi qui illud à gentilibus Iudæa gubernaculum obtinentibus emebant. Donec vrbs fuit penitus eversa, & templum funditus deletum: & Iudæi partim interfecti, partim capti, & acerbissimis calamitatibus affecti: & nunquam amplius sacerdotium, nec umbram eius habuerunt. Venit enim excelsus æternusque sacerdos Christus Deus noster secundum ordinem Melchisedech: & fuit Aaronicum sacerdotium abrogatum. De Christo enim cecinerat diuinus ac regius vates psalmo centesimonono. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quem locum diuus Paulus in epistola ad Hebræos capite quinto & septimo, de Christo interpretatur. Sacerdotium Aaronicum fuit sine iureiurando institutum, velut commutandum, & delendum: sacerdotium verò Christi cum iureiurando, vt hoc modo ostenderetur æternum fore. Iurauit dominus, inquit Dauid, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hæc est editionis Græcæ interpretatio vera & perspicua. Eam sequitur Augustinus in oratione contra Iudæos, Paganos, & Arrianos capite duodecimo. Et multi alij doctores. Sed si verbum verbo reddere volueris, vertes: Occidetur Christus: quemadmodum habet vulgata nostra editio. Et ita vertunt Hebræi. De eo prædixerat Esaias capite quingessimotertio. Ipse vulneratus est propter infirmitates nostras, attritus est propter icelera nostra. Et paulo post: Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quali agnus coram tondente se obmutescet. Et Ieremias in quarta lamentatione: Spiritus oris nostri Christus dominus: captus est in

peccatis nostris: cui diximus: in umbra tua viuimus. Tanto amore nos persecutus est, vt pro nobis sanguinem funderet, & mortem acerbissimam sustineret. Hac admirabili charitate nos voluit attrahere ad seipsum. Ipse enim ait apud Oseam capite vndeesimo. In funiculis. Adam traham, eos in vinculis charitatis. Ac si dicat: Fera solent trahi funibus per vim: at ego attraham homines: ad me operibus amore plenissimis. Pro, in funiculis Adam, habent Septuaginta: ἐν διαφθορᾷ ἀνθρώπων. Hoc est in morte hominis. Ac si dicat: Ego factus homo moriar pro hominibus. Quod poterat maius esse amoris signum, quàm pro nobis mortem subire? Voluit nos ad se trahere morte sua, quam tulit in cruce à terra eleuatus. Id dixit ipse apud Ioannem capite duodecimo. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Quæ fortiora vincula nos ad seipsum trahendum poterant esse, qui suauiores funes, quàm mori pro nobis suspensum in patibulo, iniurijs affectum, & vulneribus sauciatum?

Finis eius vastitas. In Græco est ἐκποτισθεὶς ὡς ἐν παρακλυσμῷ. Id est, succidentur sicut in eluuiione. Isidorus Brixianus transtulit: Finis eius cum diluuiio. Pagninus eandem retulit sententiam his verbis: Finis eius cum inundatione. Vt sit sensus: Populus Romanus in ultimo prelio inuadet Hierosolymam tanta vi, tam vehemente conatu, vt eam capiat, euertat, & spoliet: & instar eluuiionis omnia deletat, & obruat. Comparat vltimum impetum belli, & extremam vrbs oppugnationem cum eluuiione omnia vastante: & cum aquarum voragine vi facta, omnia obruente. Sed quia eluuiio omnia vastat, rectè habet editio nostra vulgata: Finis eius vastitas.

## Argumentum capitis X.

Narrat diuinus vates apparuisse sibi angelum lineis in indutum vestibus, qui ei indicauit preces suas esse à domino exauditas, et que dimicationes angelorum nuntiauit. Describit tempus & locum huius visionis, quam duobus sequentibus capitibus absoluit. Mittebat Deus ad eum angelos, qui ei futura nuntiarent, & per fugium ac solatium præberent: quia ille à complexu patriæ, & à seipso auulsus, profusus lachrymis colebat abstinentiam, vita gubernaculum Deo tradebat, illi dignitatem & salutem suam committebat, & cognitionis maximarum desiderio flagrabat.

## CAPVT X.



Anno tertio regni Cyri regis Persarum verbum reuelatum est Danieli <sup>b</sup> cognomento Baltassar: & verbum verum, & fortitudo magna. Intellexitque sermonem: <sup>d</sup> intelligentia enim est opus in visione. In diebus illis ego Daniel iugebam trium hebdomadarum diebus: panem desiderabilem non comedi: & caro & vinum non introierunt in os meum: sed neque vnguento vnctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima & quarta <sup>g</sup> mensis primi eram <sup>b</sup> iuxta fluuium magnū qui est Tigris. Et leuauit oculos meos, & vidi: <sup>k</sup> & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro abrizo & corpus eius quasi Chrysolithus, & facies eius velut species fulguris: & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri qui erant mecum, non viderunt: sed <sup>l</sup> terror nimis irruit super eos: & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: <sup>m</sup> & non remansit in me fortitudo: sed & species mea immutata est in me: & emarcui, nec habui quicquam virium.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Anno tertio regni Cyri. Anno primo Darij regis Medorum vidit Dei angelum, qui ei ostendit septuaginta hebdomadarum mysterium. Mortuo Dario anno secundo regni sui tenuit clauum totius imperij Cyrus, qui statim primo anno sui principatus Hebræos in pristinam restituit dignitatem. Anno vero tertio eius reuelatum est Danieli verbum, de quo hic loquitur: hoc est sermo propheticus: vel veritas verbo nuntiata, quam hoc capite, & duobus sequentibus mandauit. Potest accipi verbum pro re, vt sit sensus. Indicata est ei res quædam ventura. Accipitur enī verbum pro quacunque re: vt cap. vigesimo libri 4. Regum: Non fuit verbum quod non monstrasset eis. Et cap. 7. Faciemus hæc verba, quæ locuti estis. Potest etiam hoc Danielis loco verbum accipi pro prophetia: quemadmodum accipitur cap. 9. Esaiæ: Verbum misit dominus in Iacob. Et 46. Ieremiæ: Verbum quod locutus est dominus ad Ieremiam.

<sup>b</sup> Cognomento Baltassar. Primum eius nomen fuit Daniel, quo in Iudæa appellabatur. Sed postea fuit illi impositum in Chaldæa hoc nomen Baltassar: vt fuit cap. 1. perspectum.

<sup>c</sup> Et verbum verum. Id est, & res quam vidit, verè futura est, & fortitudo magna: hoc est, magna vis erat in verbo illo. Vel accipitur fortitudo pro exercitu: vt sit sensus, magnus exercitus angelorum apparuit illi, tametsi solus vnus locutus fuit ei.

<sup>d</sup> Intelligentia enim est opus in visione. Hoc est, oportet hominis intellectum per purgari ad visionem oculis mentis perspicendam. Sumitur intelligentia pro intellectu expurgato. Vel ita oportet diuinum vatem intelligere vaticinationem: vt propriè ac perfectè propheta dicatur. Eam ob causam: nec Pharaon videns in somnio boues & spicas nec Nabuchodonosor videns statuam, nec Baltassar videns articulos manus in pariete scribentes verè propheta fuerunt: quia veram earum rerum intelligentiam non percipiebant. Quod est etiam de Caipha dicendum: cum dixit apud Ioannem 11. Expedi nobis, vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Nam etsi cum esset pontifex anni illius prophetauit, vt diuus

ait Ioannes, non tamè verè ac propriè propheta fuit quia verus sensus vaticinationis illum fugiebat. Tetigit Deus linguam eius, non autem cor. Prophetia est donū Dei, vt ait in epistola priore ad Cor. diuus Paulus cap. 12. & diuus Petrus in posteriore sua ca. 1. Sed non propterea cōcluditur, vt qui est hoc munere præditus, sit in gratia gratum faciente constitutus. Docet enim diuus Paulus in priore ad Cor. ca. 13. prophetiā non habere necessariam cum charitate connexionem cum ait: Et si habuero omnem prophetiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Id ostendit Augustinus libr. 2. ad Simplicianum. Potest hoc deduci ex euangelio Matthæi cap. 7. vbi scriptum legitur, multos dicturos esse in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: Quibus dicturus est Deus: Non noui vos: discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Balaam homo improbus vaticinatus est, vt proditiū est memoriæ ca. 22. Numerorum. De eo ait in epistola sua Iudas apostolus: Va illis qui in errore Balaam mercede effusi sunt. Saul concitatus ira & inuidia, inflammatus furore, cum quæreret innocentem Dauidem, cui perniciem machinabatur, totoq; ex ore illi crudelitas emicaret, vaticinatus est: idemque fecerunt serui eius, vt literæ diuinæ ca. 19. primi Regum memoriæ prodiderunt. Aspicias igitur, posse improbos homines vaticinari. Nihilominus magnopere conducit ad eximiam vaticinationis lucem comparandam iustitiam & pietatē colere, mentis acie per purgatā extollere in cælum, cogitationem à consuetudine abducere, & animum à sensibus reuocare. Sed etiāsi propheta esse possit sine charitate, non tamè sine vaticinationis cognitione. Nā vt hoc loco ait Daniel: Intelligentia est opus in visione: hoc est in prophetia. At nō semper necesse est, vt quæ diuinus vates intuetur, primò intelligat. Nā Daniel noster aliqua vidit, quæ nō intellexit, nisi postquā ei fuerunt ab angelo explicata, vt ipse c. 7. & 8. & hoc decimo faretur.

<sup>e</sup> In diebus illis ego Daniel iugebam trium hebdomadarum diebus. Hoc est, anno tertio Cyri ego Daniel me dedidi lacrimis, & lamentis tres hebdomadas dierum. Hoc dicit ad differentiam hebdomadarum annorum

Gen. 41.  
Danie 2.  
Danie 5.

similitud.

Esa. 38.

4 Re. 21.  
2. Pa. 3. 2

Iob. 3. 7

Psal. 51

similia.

norum, de quibus capite superiore locutus est. Duplex est enim hebdomada, vna dierum, vt hic, altera annorum, vt ibi. Pro trium hebdomadarum diebus, poteris vertere ex Hebræo: tres hebdomadas dierum. Et ita habet versio Theodotionis. Sed eadem est sententia. Plorauit Daniel propter peccata sua, & populi: præsertim propter illorum Hebræorum desideria, qui in Chaldæa manebant: in quibus videbat memoriam sanctæ ciuitatis obliuione deletam. Multi enim in Babylonica regione nutriti, nolebant ad instaurandam Hierosolimam reuerti. Ipse autem Daniel manebat cum illis, vt eos instrueret, ne Dei legem repudiarent. Hanc esse causam lachrymarum Danielis tradit Theodoretus hoc loco: & Petrus Comellor in historia scholastica. Fortasse ideo lugebant quia eo tempore nunciatum est in Chaldæa, Iudæos qui erant in Iudæa ob iniurias vicinorum populorum ab vrbe ac templi structura impediti. Eam ob causam Deum cum lachrymis precabatur, vt opem ferret Iudæis, eoque mœrore leuaret, atque ad urbem, sanctumque templum ædificandum erigeret. Probabile est, plorasse Danielem præcipue, vt Deus sibi res futuras apperiret: ipseque se ad illas mentis oculis aspiciendas præpararet: Nos eadem penitentia muniti ad Deum conuertamur: iuxta id quod ipse ait apud Ioelem ca. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu.* Tela lini quamuis ex filis excellentibus confecta, dum tamen est in tetrina, est nigro quodam colore & impuro coinquinata: at extracta inde, & immerfa in aquas interueniente calore solis, redditur alba ac pulchra. Ita anima nostra ad imaginem Dei creata dum est in mundi tetrina negotiis seculi irretita, est secleribus contaminata: sed inde abducta, & lachrymis penitentiae lota, interuenientibus radiis solis iustitiæ, candida efficitur, & eximia pulchritudine decoratur. Id intelligens Dauid lachrymis opertus dicebat psal. 50. *Lauiabis me, & super niuem dealbabor.* Imitemur illum lachrymis, & Danielis pietatem intueamur, qui rotas tres hebdomadas lachrymis & parsimonia victus consumpsit. Cum vellet impetrare à Deo res magnas, ad lachrymas & preces confugiebat. Ad illas confugit rex Ezechias in acerbis calamitatum angustis constitutus, quibus eum Deus mirabiliter liberauit. Etenim dixit per Esaiam: *Audiui orationem tuam, & lachrymas tuas.* Idem fecit Tobias ærumnis confectus: de quo ita ait diuina scriptura: *Tunc Tobias ingenuit, & cepit orare cum lachrymis.* Et fuit à Deo exauditus, & ereptus. Et Raguel: *Non dubito, inquit, quod Deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit.* Et Dauid: *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Magna est viris piis consolatio scire, esse lachrymas suas in conspectu Dei, eumque videre illos lugentes. Non solum Deus lachrymas videt, sed exaudit. Nulla sunt tormenta bellica, nulla tonitrua, quæ vehementiorem reddant sonitum, quam piæ & ardentes lachrymæ, ideo dixit Deus Ezechie apud Esaiam capite 38. *Audiui orationem tuam & lachrymas tuas.* Non ait: & vidi lachrymas tuas: sed, & audiui lachrymas. Id intelligens Dauid alloquens Deum psal. 38. aiebat: *Auribus percipe lachrymas meas.* Et psal. 6. *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei.* Eam ob causam dicebat Iudith cap. 8. *Indulgentiam Dei suscipis lachrymis postulemus.* Magna profecto licitate laborat, qui ne vnam quidem lachrymam fundit. Vt terra arida ob aquæ penuriam producit dumos & serpentes: sic anima sine lachrymis vanitates & sordes. Quemadmodum agri nisi pluat, nullum ferent perfectum fructum sic homines nisi imbre rigentur lachrymarum,

steriles reddentur. Tanta est in precibus vehementia lachrymarum vis, vt penetrent in cælos, Deumque cogere videantur. Vnde Hieronymus: *Oratio Deum lenit: sed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit.* Et rursus: *Vincit lachryma inuincibilem, ligat omnipotentem, inclinat virginis filium.* Illud velim tibi persuadeas, ignem purgatorij vt lachrymarum, quas & peccati contritio, & amor virtutum effundit, extingui. At ignis charitatis nulla extinguitur lachrymarum aqua: est enim diuinus amor ignis, qui aquis nutritur & fouetur. In corde viri pij ad diuinum numen semper aspirantis est Aetna ardens, & Nilus fluens. Vbi fuerint lachrymæ, vt in libro de salutaribus documentis ait Augustinus, ibi spiritualis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat. Sed has lachrymas diluit Deus iuxta illud Apoc. ca. 2. 1. *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum.* Felices lachrymæ, vt verbis vtat Bernardi in tractatione de contemptione mundi, quas benignæ manus conditoris abstergent: & beati oculi, qui talibus liquefieri elegerunt. Aquæ maris Rubri operuerunt Aegyptios: aquæ verò piarum lachrymarum obruunt peccata. Hæ lachrymæ, vt diuus ait Basilius in libro de libero arbitrio, sunt epulæ animæ: iuxta illud psalmographi: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Viri iusti & pij dolore affecti admirabilem in lachrymis percipiunt consolationem. Calamitates & ingrauescentem rerum aduersarum molem non possent aliquando ferre, sed mœrori & ærumnis succumberent, nisi animum ferè labentem lachrymis sustentarent. Suspiciunt in cælum oculis lachrymantibus, & pia deuotione aquarum abundantiam profundunt. Sicut post vehementes pluuias efficitur aer purus atque tranquillitas: ita post lachrymarum imbres, sequitur mentis serenitas atque securitas. Illæ flunt de cælo, hæ autem ascendunt in cælum. Post illas profunditur terra fecunditate post has, profunduntur lugentes vero gaudio: iuxta illud diuini psaltis: *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Quanta sit lachrymarum utilitas docet Cassiodorus in psalmos, cum ait: *Fletus est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum.* Non immerito Iob cum existimaret se vocari ad exitum vitæ, has voces emisit ad Dominum cap. 10. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum.* Non perebat vitam ad risum sed ad lachrymas: non ad vanam mundi lætitiã, sed ad veram animi oblectationem: non ad pestilentes delicias & illecebras, sed ad salutarem penitentiam & pietatem. Eodem modo lachrymosus Ieremias capite 9. *Quis, inquit, dabit caritati meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* Ac si diceret: *Vtinam caput meum conuerteretur in aquas, quæ per oculos meos tanquam per venas dimanarent.* Nihil erat illi tunc antiquius, nihil magis in optatis, quam habere in capite perennem aquarum abundantiam, & oculos in fontes lachrymarum conuersos. Nunquam ille hoc dixisset, nisi utilitatem lachrymarum cognosceret. Vt arbor fert fructus: sic lachrymas deuotio. Vt fructus corpus reficiunt: ita lachrymæ animum consolatione permulcent. Vt in feminibus est spes frugum: sic in lachrymis spes verorum gaudiorum. Eam ob causam dicebat apud Matthæum capite quinto, & vigesimo sexto, Christus Dominus: *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.* Felices lachrymæ, quæ admirabilem ferunt consolationem. Ad eas confugit Petrus, qui amarè fleuit, vbi dominum negauit: & Magdalena cum

Hieron.

Exod. 14.

Psal. 14.

Psal. 125.

similitudo

similis

similitudo

Esa. 38.

4 Re. 21.

2. Pt. 1. 2.

Tob. 3. 7.

Psal. 55.

similia.

Luc. 7. cum pedes Domini rigauit lachrymis, & terfis capillis: & alij infiniti: inter quos fuit Daniel, vt ipse hoc loco testatur.

f *Panem desiderabilem non comedi.* Id est cibum suauem epulasque delicatas illis diebus non edi. Nominem panis in sacris literis quicumque cibis saepe significatur, vt alibi ostendimus. Sed quia sequitur: Et caro & vinum non introierunt in os meum: videtur accipi panis hoc loco pro solo pane.

Exod. 12 g *Mensis primi.* Hoc est Martij, qui vocatur Nisan à Iudæis. Exeuntibus illis mense Martio ex Aegypto dixit Deus: Mensis hic vobis principium mensium primus erit in mensibus annis.

h *Iuxta fluum magnum qui est Tigris.* Hic est vnus ex quatuor fluminibus paradisi terrestri, vt capite Genesis secundo. Vocatur autem Tigris ob velocitatem cursus à tigride bestia mirabili celeritate currente, vt diuus ait Hieronymus. Plinius & Solinus aiunt appellari ita, quia eodem nomine Medi vocant sagittam. Dicitur Hebraicè Hidecel, hoc est acumen velocitatis. Iuxta hunc fluum vidit Daniel sequens mysterium quemadmodum alterum cap. 8. iuxta fluum Euleum: & Ezechiel aliud iuxta fluum Chobar. Et Ioanni Baptistæ iuxta Iordanem aperti sunt cœli. Obserua quàm familiaria sunt flumina diuinis vatibus.

Matt. 3.  
Ezech. 3.

i *Et leuavi oculos meos.* Nimirum mentis & corporis: ac visione intellectuali & corporali hæc quæ sequuntur, aspexi.

k *Et ecce vir vnus.* Hoc est, angelus in figura viri apprensus. Symmachus vertit: quasi vir. Non enim vir erat, sed similis viro. Theodoretus existimat esse angelum Gabrielem. Erat indutus lineis, ad angelicum candorem significandum. Erant renes eius accincti auro obrizo, hoc est puro & eccellente, igne perpurgado, per quod feruor charitatis intelligitur: Cinctura renum significat eum esse ad Dei mandata paratū. Quidam vertendum putant: Et renes eius accincti auri, zona. Erat corpus eius quasi Chrysolithus, hoc est, erat eius color similis colori cœli fulgentibus stellis distincti, quo immortalitas designatur. Chrysolithus est lapis pretiosus, de quo copiosè differuimus

in primum caput Ezechielis in annotationibus ex Hebræo. Et facies eius velut species fulguris, hoc est splendida instar splendoris coruscantis. Ac si diceret: à facie eius splendor eximius exibat: per quem excellentia gloriæ eius significatur. *Oculi eius vt lampas ardens.* Id est, clari & splendidi erant eius oculi, perspicacitatem cognitionis eius designantes. Per brachia significatur angeli fortitudo in actionibus: per pedes eius velocitas in motionibus: per vocem eius sonoram, quæ erat vt vox multitudinis, vis in doctrina, & veritatis explanatione. Eodem modo ca. 1. Apocalypsis scriptum est: *Vox illius tanquam vox aquarum multarum.* Describit hic Daniel angelum sibi apparentem, vt per corporis figuram explicet proprietates.

l *Terror nimis irruit super eos.* Si angelum non viderunt, quomodo trepidarūt? Viderunt quidem angelum, sed non perceperunt, quid diceret: ideo dicuntur non vidisse visionem. *Animalis namque homo,* vt ait Paulus in priore ad Corinthios, *non percipi ea, quæ sunt spiritus Dei.* Daniel autem angelum vidit, audiuit, & intellexit. Vel non viderunt angelum, sed audierunt iuxta se magnam illam vocem, quæ teruit illos. Hæc est sententia Hieronymi, Theodoret, Dionysij Carthusiani, & Petri comestoris in historia scholastica. Aiunt nonnulli simile quicquam in Pauli conuersione accidisse, vt narrat Actorum nono diuus Lucas. Nam Paulus vidit, & audiuit: qui autem eum comitabantur, audierunt vocem, sed neminem viderunt. At re ipsa non audierunt vocem Dei, vt ipse Paulus testatur cap. 22. Actorum, cum ait: *Qui mecum erat, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum.* Quare id quod dictum est capite nono, eos audisse vocem, intelligendum est de voce Pauli, non autem christi.

m *Et non remansit in me fortitudo.* Quia timuit valde. cum terremur timore, currit sanguis & spiritus ad roborandum cor, vbi est fons timoris, & remanent alia membra tremētia, concussa, & frigida propter defectum sanguinis & spiritum. Eam ob causam sequitur: Sed & species mea immutata est in me. Nam ex timore oritur pallor, & manet facies exanguis.

## OBSERVATIONES EX

### Chaldeo in

### CAPVT X.

1 **E**T fortitudo magna. Pro, fortitudo, est in Hebræo **צבא** Tsava, quod nomen fortitudinem significat & virtutem, vt psal. 67. Dominus dabit urbem euangelizantibus virtute multa. Hoc est dominus dabit concionatoribus euangelicis verba magnæ fortitudinis, quibus & miracula edat, & in animos penetrēt, eosque ad Christum conuertant. Sed quia vocabulū hoc significat exercitum & tempus, possunt verti etiā ex Hebræo verba illa: Dominus dabit verbum magno exercitui euangelizantium. Ac si dicat diuinus vates: erūt in ecclesia multi concionatores, erit magnus exercitus predicatorum, quos Deus docebit. Non enim ipsi erunt, qui loquentur, sed spiritus sanctus loquetur per illos. Poterunt etiā in hūc modū verba illa transferri. Dominus dabit verbum euangelizantibus tempore multo. Existimant nonnulli his verbis predici victoriam quandam, quam Dauid erat de hostibus reportaturus. Vt sit sensus: Dominus dabit verba laudatricibus exercitus

Marc. 10.

Marc. 13.

magni: suppeditabit materiam carminum mulieribus, quæ solent victorias choris & hymnis celebrare. Id eas fecisse, cum Dauid Goliath interfecit, litera diuina in libro 1. Regum testatur. At quis non videt victoriam Davidis, quam aiunt his verbis predictam fuisse. Christi victoriam de mundo per euangelicos concionatores adumbrasse? Cum igitur vocabulū hoc virtutem significet, & exercitum, & tempus, potest verti locus hic Danielis: Et exercitus magnus, nimirum angelorū apparuit mihi. Vel, & tempus magnum. Ita vertunt Isidorus Brixianus, & Sanctus Pagninus. Ac si dicat diuinus vates: Verbum quod patefactum est illi, verum quidem est: sed longo post tempore implendum. Theodotio tamen nobiscum vertit: *וְצָבָא מַגְנָא*. Hoc est, & fortitudo magna. Nam nomen hoc dynamis, idem est quod fortitudo, vis, virtus, potentia. Dicitur etiā id, quod cum actu non sit, esse tamen potest: vt cum dicimus, semen in se exiguum quippiam esse, virtute verò magnam arborem. Eam ob causam hic locus hunc potest habere sensum: Ostensum est Danieli verbum, quod in se erat verū, hoc est vnum: nam vnum & verum couertuntur. Sed quāuis in se erat vnum, virtute tamen multiplex erat: quia in hac visione, quæ vna est, multæ visiones continentur, quæ capite hoc, & duobus sequentibus explicantur.

2 Ego Daniel lugebam. Pro lugere est in Hebræo **בָּכָה**

**Abal**, quod verbum significat lugere, vt hic, & cap. 10. *Osee*: Luxit super eum populus eius. Vnde Abel idem est quod *luctus*. Et ita vocatur locus, vbi supremi diei celebritas & exequia Iacobi fuerunt vehementi eiulatu frequentata. Vbi enim nos habemus cap. vltimo *Genesis*: Idcirco vocatum est nomen loci illius planctus Aegypti: est in Hebraeo, Abel Aegypti. Fuit Iacob mortuus in Aegypto, sed extra Aegyptum ploratus. Ita nos in mundo ob scelera mortui, è mundo exeamus, vt ea affatim ploremus. Illud est aduertendum hoc nomen Abel non esse nomen filij Adam, ille autem Abel scribitur Hebraicè per he in principio, & significat vanitatem & nihil: hic autem Abel scribitur per Aleph: & significat luctum. Duos filios habuit Adam, Cain & Abel: Cain idem est quod possessio, Abel idem quod nihil: nam omnis mundi possessio, omnis diuitiarum abundantia vanitas est & nihil. At Abel, de quo in presenti loquimur, idem est quod luctus: à verbo Abal, quod est lugere. Significat etiam verbum hoc euertere & dissipare: vt *Osee* 4. Propter hoc lugebit terra. Pro quo alij vertendum ducunt: Propter hoc dissipabitur terra. Et Threnorum 2. Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. *Gæuchelius* in libro troporum & schematum ait idem esse apud Hebraeos lugere quod ieiunare: & pro ieiunare accipi hoc Danielis loco. *Polychronius* etiam idem asserit, qui ait solitos esse Iudæos ieiunium luctum appellare. Accipi lugere pro ieiunare indicant verba illa Christi: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? nam sequitur: postea ieiunabunt.

Gen. 4.

Math. 9.

3 Auro obrizo. *Theodotio* habet, auro Ophaz. In Hebraeo pro obrizo est Vphaz à verbo Pazaz, quod signif-

cat roborare. Vnde auro Ophaz siue obrizum idem est quod auro roboratum ac purum. Significat etiam verbum hoc deaurare & dissolucere. Quare illud *Genesis* 49. Dissoluta sunt vincula brachiorum manuum illius per manus potentis Iacob: id est, vincula quibus ligatus fuit Ioseph, fuerunt soluta potentia Dei, qui est potens dominus Iacobi: possunt etiam verti: Roborata sunt brachia, &c. Hoc est, fortia facta sunt opera eius. Alij vertunt: aurata sunt vincula brachiorum manuum eius. Nimirum quando in Aegypto fuit ad insignem euectus dignitatem. *psal.* 18. pro eo quod nos habemus: Iudicia domini vera iustificata in semetipsa: desiderabilia super auro & lapidem pretiosum multum: habet versio *Hieronymi*: Desiderabilia super auro, & obrizum pretiosum multum. Et *pagninus*: Desiderabilia magis quam auro, & auro multum. Ego existimo, vocabulum hoc Ophas seu Vphaz quo hoc loco vertitur Daniel, nomen esse regionis aut ciuitatis, vbi est purum atque probatum auro. Ex quo efficitur, vt pro eodem auro omnibus gradibus absoluto accipiatur. Adducor ad existimandum hoc, loco quodam sanctæ scripturæ, ex quo hoc deduci videtur. Est autem locus *Ieremie* cap. 10. vbi scriptum est: Argentum inuolutum de Tharsis afferetur, & auro de Ophaz. Pro quo nonnulli codices minus correcti habent de Ophir. Sed in Hebraico est, de Ophaz seu de Vphaz. Fortasse Ophaz est vrbs illa ditissima dicta Ophir, qua corrupto vocabulo appellata fuit Sophil: & modò vocatur Sophala. Vnde ad nostram Lusitaniam solet auro purum & excellens deferri. Ex ea aduehi solebat auro ad *Solomonem*, vt *litera sacra* lib. 3. *Regum*, & secundo *Paralipomenon* memoria prodiderunt.

3. Reg. 10

3. Reg. 22

2. Par. 9.

Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te: & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te: cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens. Et ait ad me. Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos, Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem vt docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus quoniam adhuc visio in diebus.

a Et audiui vocem sermonum eius. Hoc est, & animi & corporis auribus audiui vocem verborum angeli. Sed iacebam prostratus, quia ob timorem & imbecillitatem stare non poteram.

b Et ecce manus. Id est, & ecce angelus tetigit me manu, ad me consolatione mulcendum, & erigendum, & roborandum. Deus enim eos extollit, qui se abiciunt, eos deiecit, qui se extollunt. Vnde illud sanctissimæ virginis apud *Luc.* 1. ca. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.

c Vir desideriorum. Id fuit capite præcedente explanatum. Sequitur: Et sta in gradu tuo. Hoc est, sta erectus facie versus cælum, vt antea. Hic est enim hominis gradus. Cum Deus cætera animalia abiecisset ad paltum, solū hominem erexit: & ad cælū excitauit.

d Ex die primo quo apposuisti animum. Id est, cum primū appuisti animum tuum ad intelligendas Dei visiones, & res futuras animo percipiendas. Ideo subdit. Vt te affligeres: quia vt diximus, probabile est, ideo eum poenitentiam egisse, vt Deus ipsi futura patefaceret, ipseque se ad ea intelligenda muniret.

e Ego veni propter. Hoc est, causa sermonum tuorum à Deo exauditorum ad te veni. Venturus eram statim, nisi mihi princeps Persarum restitisset. Ideo

sequitur: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti vno diebus. Occurrit tacitæ objectioni. Poterat enim dicere Daniel: Si preces meæ fuerunt statim exauditæ, cur non illico venisti? Quia, inquit, fui præpeditus: nam retardauit me angelus præses regni Persici, qui merita populi sui diuersa offerebat Deo, ne Israeliticum populum abire permitteret. Perpende angeli benignitatem & modestiam, qui se excusat apud Danielelem: quòd tanto tempore moram interposuisset. Dederat rex Cyrus facultatem Iudæis redeundi Hierosolymam: quorum multi redierant, multi manserant in Perside & Chaldæa redire nolentes. Orauerat autem omnibus illis vno & viginti diebus Daniel, vt omnes reuenteretur, sanctumque Dei templum instaurarent: & vt sibi indicaret Deus, quid populo Iudaico & regno Persico, aliisque regnis euenturum esset. Et statim fuit exauditus è Deo: sed quia non habebat de re hac oraculum, in precibus & lachrymis, & abstinentia totas tres hebdomadas perseuerauit. donec ei apparuit dei angelus, qui ei nuntiavit esse à Deo exauditum: foreque vt totus Iudæorum populus in Iudæam tandem rediret: & Persarum regnum ad Macedoniam transferretur. Ad huius explanationis intelligentiam sciendum est, vnicuique

no.



nostrum esse vnum angelum custodem ac praesidem: iuxta illud euangelij Matthaei 18. *Angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei, qui in caelis est.* Et vnicuique regno praest vnum angelus custos, iuxta illud Deuteronomij cap. 32. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.* Pro quo Septuaginta habent: iuxta numerum angelorum Dei. Hunc locum citant Hieronymus & Theodoretus ad probandum hoc: Angelus autem praesens regni ei bonum desiderat, eiusque princeps appellatur. Cum vero Daniel Deum oraret, vt Iudaei omnes Persidem & Babyloniam relinquerent, & Hierosolymam reuenterentur, & hic angelus eius preces Deo offerret, resistebat ei angelus custos regni Persici, quia videbat ex mansione filiorum Israelis in regno illo magnam vtilitatem esse Persas recepturos. Multi enim ex illis ob Hebraeorum familiaritatem & doctrinam ad fidem vnus Dei, verumque diuini numinis cultum conuertebantur. Quam ob causam obsecrabat Deum, vt in regno illo permanerent. Ac ita angelus vnus sanctus dicitur alteri angelo similiter sancto resistere. In hunc modum diuus Gregorius hunc locum lib. 18. Moralium interpretatur. In angelis sanctis non est simpliciter contrarietas voluntatum: nam eorum voluntas diuinam sequitur voluntatem. Sed quando ne-

sciunt futura, aliquando offerunt eorum, quibus praesunt, merita contraria. Et ita dicuntur alij alijs vicissim resistere: sed intellecta diuina voluntate summa est inter illos concordia & consensus. Imo nunquam est inter illos discordia, quemadmodum est inter homines: sed exprimit eorum controuersiam more nostro diuina scriptura. Sed dices. Quare permisit Deus, vt tanto tempore vnus angelus alteri resisteret? Ratio est, quia voluit illud Deus, vt sancto Danieli daretur occasio amplius orandi, & merendi.

f *Ecce Michael vnus de principibus primis.* Id est vnus ex praecipuis angelis seu vnus archangelorum. Iudas apostolus eum in epistola sua canonica archangelum appellat. Erat tunc princeps totius populi Iudaici, quemadmodum modo est totius ecclesiae. Eam ob causam adiuuit hunc angelum Gabrielem, qui cum Daniele loquebatur, cui angelus Persarum resistebat: suumque erga Danielem, caeterosque Iudaeos fauorem declarauit.

g *Et ego remansi tibi.* Nimirum coram Deo, iuxta angelum praesidem Persarum: ideo non statim veni. Nunc autem tibi ostenda, quae populo tuo Israelitico sunt euertura. Sed quod dicturus sum non statim veniet: sed in tempus longum differetur: visio enim, hoc est, haec vaticinatio in dies multos dilatabitur.

## ANNOTATIO.

1 Ego veni propter sermones tuos. Editio cui Hieronymus adiecit commentaria, habet: *Ego ingressus sum ad verba tua. Ac si dicat: Vbi tu capti lachrymis ac ieiuniis Dei implorare misericordiam, accepi ego occasionem ingrediendi in conspectum Dei, vt illum pro te orarem.*

2 Ego remansi tibi, iuxta regem Persarum. Theodotiba habet: *Ipsam reliqui tibi cum principe regis Persarum. Ac si dicat angelus: Ad te equidem veni: sed reliqui in conspectu Dei archangelum Michaellem disputantem cum angelo custode regni Persarum. Et vtraque versio recta est. Nam pro remansi, est in Hebraeo verbum *tasbar*, quod vtrunque significat & remanere, & relinquere. Ab eo deducitur *Methar*, quod nomen significat reliquias, & funes arcus, quod ibi maneat emissis sagittis. Eo vtitur David psal. 20. cum ait: Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum. Ac si dicat: Tu Deus sancte pones impios ad partem: separabis eos*

à caetu iustorum: & in reliquiis tuis, hoc est in penis aeternis, quae damnatis relinquuntur, facies eorum dispones. At Hieronymus ita totam hanc vertit orationem. Pones eos humerum: funes tuos firmabis contra facies eorum: cuius prior pars habet eundem sensum cum editione vulgata: posterior autem significat, ideo Deum separare improbos, vt aduersus, eos funes ac neruos arcus sui firmet, vt eos sagittis cruciatum traiciat. Est igitur sensus. Tu domine homines sceleratos sepones in signum, & scopum, ad quos vltices & iustas sagittas arcus tui immittas. His sagittis calamitates designantur. De illis ait Deus capite 32. Deut. Congregabo super eos mala: & sagittas meas complebo in eis. Et Job. cap. 6. Sagittae domini in me sunt. Et David psal. 37. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Vbi nomine sagittarum & manuum vulnera & percussiones significatur, quae sagittis & manibus infliguntur.

“Cumque loqueretur mihi huiusmodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me: Domine mi in visione dissolutae sunt compages meae: & nihil in me remansit virium: Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remansit virium: sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me, & dixit: Noli timere vir desideriorum: pax tibi: confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi. Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: Nunc scis, quare venerim ad te? Et nunc reuertar, & praerier aduersum principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens. Veruntamen annuntiabo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

a *Cumque loqueretur mihi.* Verba sunt Danielis: cum, inquit, me Dei angelus in hunc modum alloqueretur, ego quod meam cognoscerem fragilitatem & quod non possem admirabilem eius splendorem sustinere, deieci oculos in terram, & obmutui.

b *Ecce quasi similitudo filij hominis.* Non erat homo, sed angelus in figura hominis: Hic erat idem angelus qui cum eo loquebatur: quem, vt dicimus, nonnulli arbitrantur esse Gabrielem, qui eum docuit visionem capiti octauo mandatam. De illo ait hic paulo post: Teci-

Tetigit me quasi visio hominis. Hoc est angelus in figura humana. Et nunc tetigit labia mea. Eodem modo vnus ex seraphim labia tetigit Esaia: vt ipse cap. 6. testatur.

c In visione tua dissoluta sunt compages mea. Id est, tanta est excellitas tua, tam admirabilis fulgor tuus, vt te viso soluta sint vincula membrorum meorum, ob sanguinis & spirituum defectum ad cor meum recurrentium. Quam ob causam nec vires retinui.

d Quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? Intuere Danielis humilitatem, modestiam, & animi abiectiōnem. Seruum se vocat, & angelum dominum: cū cap. 19. Apocalypsis dicat angelus Joanni: *Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Et 22. Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum, qui seruant verba libri huius.* At Danil eum veneratur: & viso eo mansit viribus destitutus, & ait: *Halitus meus intercluditur.* Hoc est, spiritus meus vitalis non egreditur: non enim possum ex contuitu tuo respirare.

e Nunquid scis quare venerim ad te? Hęc interrogatio habet vim negationis: Sensus est: non planè nosti, quorsum ad te venerim. Sed ego tibi illud explicabo. Veni, vt tibi ostenderem exauditas esse à Deo preces tuas, quo ad Hebræorum reditum: & quid sit populo Persico euenturum: & quid in mundi fine futurum

fit. Sed reuertar citò vt in conspectu Dei resistam angelo custodi ac præfidi Persarum. Nihilominus priusquam abeam, tibi futura nuntiabo. Hoc facit duobus sequentibus capitibus.

f Apparuit princeps Græcorum. Hoc est, angelus Græcorum præses & custos, qui iniurias in illos à Persis iactas Deo repræsentabat. Persæ enim prius irruerunt in Græcos, quos iniurijs lacefferunt: sed postea fuerunt ab illis superati tempore Alexandri magni, qui Darium vicit, & de Persis ac Medis triumphauit. cuius victoriæ fit mentio libro 1. Machabæorum ca. 1. Porro meminit hoc loco Daniel principis Græcorum, quia capite sequente narraturus est Persarum & Græcorum dimicationem.

g Veruntamen annuntiabo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis. Id est, sed priusquam à te discedam, aperiam tibi, quid scriptum sit in libro præscientiæ Dei. Præscientiam Dei vocat scripturam veritatis. Hic est liber, in quo sunt diuina decreta qui nec fallit, nec fallitur: quam ob causam scriptura veritatis appellatur. Et alibi dicitur liber: de quo nonnulli illud interpretantur psal. 39. *In capite libri scriptum est de me.* Et illud Esaia cap. 34 *Requirite deligentem in libro vitæ.* Et illud Apocalypsis 3. *Non delebo nomen eius de libro vitæ.*

## ANNOTATIO.

1. Dissoluta sunt compages mea. Pro compages mea, est in Hebraico: *Tsirai*, à verbo *Tsur*, quod significat formare vt psalmo 138. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* Id est, vt figulus fingere solet vas manu sua: ita tu me formasti verbo tuo. Fortasse verbis illis: *posuisti super me manum tuam*, alludit ad illum, qui manibus efficit caseum, iuxta illud Iob ca. 10. Sicut caseum me coagulasti. Inde derivatur nomen *Tsir*, quod significat formationem, & iunctionem membrorum, siue compages: & hanc significationem secutus est, & recte quidem Latinus noster interpret, significat etiam cardinem ostij. Hac ratione ducti vertunt quidam: *Conuersi sunt cardines mei.* At multo clarius transtulit interpret noster. Ab hoc verbo derivatur *Tsir*, quod nomen significat Deum, fortem petram, & rupem, vnde illud Iob 18. Nunquid

propter te derelinquetur terra, & transferetur rupes de loco suo? potest hunc habere sensum: An propter te dicemus derelictam esse terram, & translatum esse Deum de gradu suo? Quasi dicat, non. Haudquaquam dicemus? Deum gratia tui non curare mortalia, & terrena penitus derelinquere, eumque qui immutabilis est, factum esse mutabilem. Hoc vocabulo vtitur Moses cap. 32. *Deuter. cū ait: Recessit à Deo salutari suo.* Pro quo alij transferunt: *Recessit à petra salutis suæ.* Hoc est à Deo, de quo 1. Cor. 10 ait apostolus in priore ad Cor. *Petra autem erat Christus.* Alij vetunt: *Ingratus fuit rupi, quæ salus fuerat ipsius.* Hoc est, populus Israeliticus in idoli cultu reliquit verum Deum, qui illum paulò ante in mari rubro ab Aegyptijs mirabiliter liberauerat.

## Argumentum capitis XI.

Prædicat angelus seriem regum Persarum, Alexandri magni fortitudinem, & gloriam, & prosperitatem, atque in atate florente interitum: quo tripe suis desiderium reliquit. Præannuntiat bella inter reges Aegypti & Syria eius successores, donec veniat ad Antiochum Epiphanem Syria regem, quem alij vocant illustrem, qui vmbra gessit Antichristi. Hic euerit Hierosolymam, templum sanctum diripuit, in populo Dei tyrannidem exercuit, se omnium scelerum maculis contaminauit.

## CAPVT XI.

**A** Go autem à primo anno Darij Medi stabam, vt confortaretur, & roboraretur, Et nunc veritatem annuntiabo tibi. **b** Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes: & cum inualuerit diuitiis suis, a concitabit omnes aduersus regnum Græciæ. **c** Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa: & faciet quod placuerit ei. **d** Et cū steterit, conteretur regnū eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: **e** sed non in posteros eius, nec secundum potentiam illius, qua dominatus est. **f** Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. **g** Et confortabitur rex austri: **h** & de principibus eius præualebit super eum. Et dominabitur ditione: multa enim dominatio eius. **i** Et post finem annorum fœderabuntur: Filiaque regis austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinē brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eā adolefcētes eius, et qui confortabat eā in temporibus. **k** Et stabit de germine radicū eius plantatio. Et veniet cum exercitu, **l** & ingredietur prouinciam regis aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & Deos eorū, & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti captiua ducet in Aegyptū. **m** Ipse præualebit aduersū regem aquilonis, & intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terram suam. **n** Filii autē eius pouocabuntur & congregabuntur multitudinē exercituum plurimorum. **o** Et veniet properans & nundans, & reuertetur, et cōcitabitur,

P p & con-

& congregietur cum robore eius. Et prouocatus rex austri egredietur, et pugnabit aduersum regem aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam: & dabitur multitudo in manu eius, et capiet multitudinem: & exaltabitur cornu eius: et deiciet multa millia: sed non præualebit.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Ego autem à primo anno Darij Medi. Diximus capite superiore desiderasse Daniele percipere animo, non solum, quid populo Israelitico, sed etiam quid regno Persarum, aliisque regnis euenturum esset: quam ob causam viri desideriorum appellabatur. Erat enim gloriæ Dei cupidissimus, summa auditate cognitionis rerum magnarum flagrabat. Cum autem se lachrymis, ieiuniis, & precibus dedisset, apparuit ei angelus nuntians se esse à Deo exauditum, eique promittens prædicere illi futura: id quod efficit hoc capite cum sequente. Huius igitur capituli cum præcedente & sequente est quædam series & continuatio, vt alia ex aliis nexa, & omnia inter se apta colligataque consintur. Angelus qui in fine superioris capituli loquebatur, modò continuans sermonem ait se à primo anno Darij Medorum regis, qui primus imperium obtinuit Babylonium, operam dedisse, vt ipse Darius roboraretur, rebûsque potiretur secundis, quòd populum Israeliticum mitius tractaret, quàm Balsasar, ceterique Babyloniorum reges. Hoc est, quod ait: *Stabam, vt confortaretur, & roboraretur.* Vel orauit Deum, vt populus Israeliticus vigeret, & in pristinam dignitatem restitueretur. Sed quoniam vltima verba præcedentis capituli sunt hæc: *Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester: & statim sequitur: Ego autem ab anno primo Darij Medi stabam, vt confortaretur, & roboraretur:* potest hoc ita explanari, vt dicat angelus: Quemadmodum Michael me iuuat: ita ego eum iuuat in transferendo imperio à Babyloniis ad Medos & Persas. Nam Deum obsecraui, vt ipse Michael confortaretur, & roboraretur. Cum enim ille præsit populo Iudaico, optabat, vt Medi victoriam obtinerent: quòd Iudæi lenius tractarentur. Ego autem steti ex parte eius, Deum etiam orans pro Medorum aduersus Babylonios victoria. Nonnulli aiunt hæc prima verba huius capituli esse Danielis, non angeli: & hæc narrante propheta statim angelum respondisse, solet enim diuina scriptura vti subita personarum mutatione. Sed hoc loco illud non videtur posse cohærere: nam verba proximè præcedentia sunt angeli, quæ connectuntur cum his per coniunctionem copulantiem: similiter & quæ consequuntur. Quare dicendum est, esse angeli verba, quæ cū præcedentibus & sequentibus copulantur.

*Et nunc veritatem annuntiabo tibi.* Id est, & modo ego Gabriel tibi Danieli verè ostendam, quid circa regnum Persarum ac Medorum, aliaque regna futurum sit. Aduerte. *Deus veritas est,* vt ipse apud Ioan. cap. 14. testatur: ac angelus nuncius est Dei: ergo *nuncius veritatis.* Quid igitur nuncius veritatis prolaturus est, nisi veritatem? Contra verò de diabolo ait Christus apud Ioan. 8. *In veritate non stetit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius: nimirum mendacij.* Primus qui mendacium protulit, fuit dæmon, qui dixit Heuæ: *Nequaquam moriemini.* Vt pestilens venenum occidit corpus: ita perniciosum mendacium delibatum occidit animam. Ideo psalmographus cum Deo loquens: *Perdes,* inquit, *omnes, qui loquuntur mendacium.* Et cap. 1. Sap. ait Sapiens: *Os quod mentitur, occidit animam.* Mendacium quod sceleris maculam inurit aliis, non solum præsentibus vulnerat, sed etiam

absentes. Vt arcus non eos modò ferit, qui proximi sunt, sed qui longè, sic lingua fallax euomens virus acerbitalis suæ, non tantum inspectantes laceffit, sed etiam remotos ac disiunctos. Vnde Ierem. cap. 9. *Extenderunt,* inquit, *linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis.* Quare qui alios falsis criminibus maculare contendunt, sunt graui quidem pœna digni. Nec non in reprehensionem incurrunt, qui orationis vanitatem adhibentes alios falsis laudibus efferrunt, pestiferisque assentionibus decipiunt. Quæ admodum aqua præterfluens nullo certo colore distincta, refert subiecti soli colorem: sic adulator nulla veritatis firmitudine munitus pro re nata se aliorum accommodat ingenio atque effectui. Ex quo efficitur, vt mendaciis plerunque pestilentibus vtatur. At tantus nobis debet esse amor veritatis, vt quicquid dixerimus, putemus iusiurandum. Eum imitemur, quem Ioan. c. 1. vocat, plenum gratiæ & veritatis: qui ait apud eundem Ioan. 8. *Si veritatem dico, quare non creditis mihi?* Intueamur sanctum angelum veritatis annunciatorem, vt ipse hoc loco testatur.

<sup>b</sup> *Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside.* Hæc visio apparuit Danieli anno tertio regis Cyri, vt in principio decimi capituli visum est. Quam ob causam hi reges sunt præter Cyrum numerandi. Mortuo Cyro regnauit Artaxerxes Assuerus, cui successit Darius Logimanus: post quem regnauit Darius Nothus. Ita asserit Metasthenes Persa in annalibus Persarum. Post illos tenuit clauum totius imperij, vt idem Metasthenes testatur, Artaxerxes Darius: de quo angelus hic ait: *Et quartus ditabitur opibus nimis super omnes.* Euseb. Cæsariensis in annalibus multò aliter numerat hos quatuor reges. Fortasse iidem sunt, sed variis nominibus appellati. Solebant enim antiqui diuersis vocari nominibus: quod sæpè inter scriptores magnam parit confusionem. Hieronymus & Theodor. Eusebium sequentes, hunc quartum regem vocant Xerxem, qui à Metasthene Artaxerxes vocatur. Herodotus lib. 6. ait Xerxem idem esse quod bellatorem, Artaxerxem verò magnum bellatorem. Dicuntur hoc loco reges Persidis, quia licet esset vnus Medorum & Persarum dominatus, Cyrus tamè trãstulit ad Persas caput imperij, illudque Persicum nominauit.

<sup>c</sup> *Et cum inualuerit.* Id est, cum abundauerit opibus: cum diuitiarum affluentia locupletatus fuerit. <sup>d</sup> *Concitat.* Id est, omnia sua regna ad bellum Græciæ inferendum concitat. Vide quàm periculosa sit opus, rerumque prosperarum abundantia: Nã cū rex hic vidit se diuitiis actum, statim fuit inflatus superbia: & animum appulit ad impia bella Macedonibus inferenda.

Vt venati serpentes plus calido claroque vere nocet, quàm frigido ac caliginoso hyeme: ita principes magis solent diuitijs lædere, quàm paupertate. Ideo ait Eccl. ca. 11. *Si diues fueris, non eris immunis à delicto.* Et Psalmograph. *Diuitia si affluant, nolite cor apponere.* Cap. 17. Dent. ait ita Deus: *Nò poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.* Cumque fuerit constitutus, nò multiplicabit tibi equos: quibus prohibet Deus regibus bella iniusta alius inferre: solent enim excitari à illa, si equis abundat atque diuitijs. De autem est pacis amantissimus: quæ Esa. c. 9. principem pacis appellat: & hominem ad pacem creauit. Ideo creatus est die. 6. fena-

Gen. 3.  
similitudo

Psal. 5.

Psal. 61.

similitudo

similitudo

similitudo

Sup. 10.

Psal. 136.

similitudo

similitudo

similitudo

fena-

senarius autem numerus apud Hebræos per literam Vau, quæ sic scribitur & designatur, quæ litera coniunctionem significat & amorem. Cùm igitur homo ad amorem & concordiam crearetur, quando poterat congruentius creari, quàm die sexto, qui litera ea notatur, quæ congregationem, amorem, benevolentiam, & charitatem significat? At hæc pax sæpè ob diuitiarum abundantiam dissoluitur. Quemadmodum margaritæ in mari sunt blandæ, & conchiliis coniunctæ, vt Plinius & Solinus aiunt vnde vniones vocantur: sed extra aquam durefcunt, & separantur: sic nonnulli in mari calamitatis & inopiæ positi, sunt lenes & benigni, & pacem & concordiam colentes: at inde abstracti, & in medio opum rerumque prosperarum constituti, insolentes ac superbi sæpè numero redduntur, & ad acerba dissidia, crudeliaque bella incitantur. Non loquor de bellis iustis, sed de impiis, quæ gerunt ab illis, qui dæmonum habent patrem. Nam vt pacis & concordia amatores sunt filij Dei, iuxta illud seruatoris nostri apud Matthæum 5. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*: sic bellorum & discordiarum cupidi, possunt filij dæmonis appellari. Sed perpende: Cùm dico periculosas esse diuitias, sic velim existimes, me non diuitias damnare, sed in temperatum abusum. Impius affluens, diuitiis, est veluti furiosus & insanus cum gladio in manu: diues autem indoctus est vt ouis vellere aureo induta. Ita eum comparat Demosthenes, vt refert in exhortatione ad bonas artes Galenus.

*e. Surgat vero rex fortis.* Hic fuit Alexander Magnus rex Macedoniæ, Philippi regis filius, qui multa sibi regna subiecit. Victis Illiricis ac Thracibus transiit ad Persas, quos fortiter prostrauit, & ditissimam Indiam Orientalem in ditionem suam redegit. Fuerat quondam Græcia à Persis deuicta: sed postea de illis triumphauit. Ac illa Græciæ libertas post Alexandrum magnum vsque ad longum tempus imperio & rerum gestarum gloria continuata permansit, donec de Græcis Romani triumpharunt. Etsi post hunc quartum Persarum regem alij reges Persidis fuerunt vsque ad Alexandrum, tamen angelus hoc loco illos omittit, quoniam hic quartus rex belligeravit cum Græcis, quibus dedit ansam bellum contra Persas inferendi.

*f. Faciet quod placuerit ei.* Id est, aget pro arbitrio suo, quod voluerit: nemo ei poterit resistere: omnia illi fluunt ad voluntatem.

*g. Cùm steterit, conteretur regnum eius.* Id est, cùm in iuuentute ad summam mundi gloriam ostruerit, priuabitur vita, eiusque dissipabitur imperium. Hinc colliges vanas ac fallaces mundi diuitias & prosperitates nec esse magni æstimandas, nec in numero bonorum ponendas. *Vidi impium super exaltatum,* inquit diuinus psalter, *& eleuatum sicut cedros Libani: transiit, & ecce non erat: quasi inueni eum, & non est inuentus locus eius.* Cornus frangit nucem, vt eius comedat nucleum: sed vt eam frangat extollit illam in sublime, quò in durum lapidem dimittat: sic mundus effert impios, & ad falsos euehit honores, vt inde eos cum maioribus ominibus & dedecore deiiciat: extollit, vt deprimat, blanditur, vt fallat. Et vt in æstate multæ generantur muscæ: sic in mundi prosperitate multa vitia: præsertim superbia, insolentia, immanitas. His rebus aduersus viros pios illi gloriari solent, qui mundi potentia extolluntur. Id sentiens Dauid: *Quid, inquit psal. 51. gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?* Pro quo vertit Hier. *Quid gloriaris in malitia: potens misericordia Dei.* Ac si dicat: *Quid gloriaris, quod potens sit malitia tua, siquidem potentior est misericordia Dei?* Etsi multum valet ad viros pios affligendos, plus tamen valet diuina misericordia ad illos liberan-

dos. Ac potens ruet præceps, illi autem sursum effrentur. Stat enim sententia illa: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

*In quatuor ventos cæli.* Hoc est, in quatuor regna quatuor præcipuas mundi partes spectantia, Orientem, Occasum, Septentrionem, & Meridiem: à quibus venti stant primarij. Eam ob causam mundi regna in quatuor ait ventos distributa, quia huius mundi potentia & gloria huc atque illuc quasi vento iactatur. Ac ipsi reges vt ceteri homines folia sunt à vento agitari. Vnde Iob cap. 7. *Memento, inquit, meo domine, quia ventus est vita mea.* Et 13. *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.* Et 21. *Erant sicut palea ante faciem venti: & sicut fanilla, quam turbo dispergit.* Quare eorum spes, qui mundo fidunt, inanis est & fallax, & in medio spatio sæpè obruitur, & perit. Id intelligens sapiens ait capite 5. Sap. *Spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est.* Id voluit Esaias significare, cum dixit capite 19. *Calamum & iuncum fluminum Aegypti marcescere.* Aegyptus est mundus, cuius fluij sunt eius diuitiæ, & potentia & gloria, & cætera huiusmodi ad mare mortis tendentia. Calamus foris viridis, intus vanus est, fallax spes mundi similiter & iuncus virefcens, sed fragilis, nullum ferens fructum, præter vanam quandam oculorum oblectationem, & caducam viriditatem, quæ sen sim extenuatur aut subito euanescit. Nam quoties magna quidem, sed inania nobis ipsis promissimas falsa spe adducti, quæ nec adepti sumus, ne vidimus quidem? Spem, n. nostrarum cogitationum cùm graues comunium temporum, tum varij nostri casus fefellerant. Quare spè nostram non in mundo mutabili, sed in Deo, qui nunquàm mutatur: qui de se ait apud Malac. 3. *Ego dominus & non mutor, signatus atque locemus.* Et vt verbis vtar Diui Pauli cap. sexto ad Hebræos: *Confugiamus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habeamus animæ tuam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis.* Hoc est, vsque ad secreta regni cælorum. Eundem imitemur apostolum, qui capite decimo eiusdem epistolæ hæc verba scripta reliquit. *Teneamus spem nostræ confessionem in declinabilem, fidelis enim est, qui repromisit.* Mundi enim prosperitates incertis ventis varièq; flantibus agitantur. Per ventorum alas summa celeritas significatur, vt psal. 17. *Volauit super pennas ventorum.* Qui bus verbis voluit diuinus psalter summam Dei festinationem, & incomprehensibilem velocitatem, qua suis opitulatur, declarare, eiusque vim vbique præsentem, & cuncta cælo terræque per lustrantem. Accipitur etiam ventus pro vehemente tentatione, & calamitate: vt apud Matt. 7. *Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam.* Vnde excitare ventos in aliquem apud Ciceronem, & alios elegantes scriptores est illum calamitatibus afficere, ei que odium & inuidiam conflare, & perniciem moliri. Accipitur quoque ventus pro varietate, & inconstantia dogmatum vanorum hominum: vt capite quarto epistolæ Pauli ad Ephesios: *Non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* Abire in ventum est, euanescere: quo schemate vitur Ierem. quinto. Pro quo nos habemus. *Prophetæ fuerunt in ventum locuti.* Hoc est, peribunt & euanescunt falsi propheta. Præterea ventus accipitur pro regione, vnde tñluit aura: ex quo efficitur, vt per quatuor vètos quatuor mundi plagas intelligamus. Hoc schemate vitur Zac. c. 2. vbi Deus ait: *In quatuor ventos cæli dispersi vos.* Et Mar. 13. *Congregabis electos suos à quatuor ventis.* Et Ioannes capite 7. Apocalypsi: *Vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ.*

Quæ verba iuxta antiqui Victorini sententiam sunt ad Antichristi tempora referendū. Nam quatuor angeli quatuor in angulis terræ stantes sunt dæmones satellites Antichristi, qui euangelij concionatoribus nitentur persuadere, vt taceant: ne homines vera salutarique doctrina instruantur. Non solum tenere contendunt euangelicos concionatores ex vno vento, hoc est, ex vna parte, sed ex omnibus: ne veluti venti suauiter stantes possint æstum ærumnarum temperare. Hoc verbum ornamento vitur hoc loco Daniel.

*h. Sed non in posteros eius.* Hoc est, diuidetur imperium Alexandri Magni, sed non inter filios eius. Nullus enim Alexandri filius regnum obtinuit. Ita hoc accidisse narrat Trogus Pompeius, Iustinus, Polybius, Antonius Sabellicus, & alij historici: qui Alexandri magni res gestas memoria mandarunt. In Syria & Babylonia successit ei Seleuchus, in Macedonia Aridaus Philippus, in Ponto & Asia minore Antigonus, in Aegypto Ptolemæus. Ita asserit hoc loco Diuus Hieronymus. Nā etsi Antigonus mortuo Alexandro fuerit supremus tribunus castrorum creatus auctore Iustino lib. tertio decimo: postea tamen Syriam & Babyloniā occupauit. Præter hos quatuor fuerunt alij nonnullis prouincijs præfeti, qui postea regna vsurparunt. Vide Iustinum libro tertio decimo Iosephum li. antiquitatum duodecimo, Antonium Sabellicū lib. 6. Enneadis quartæ. Narrat Iustinus libro 12. amicos Alexandri videntes eum ad exitum vitæ vocari, quæsisse ab illo, quem heredem relinqueret imperij: eumque respondisse dignissimum. Id etiam narrat in prima parte historiarum Diuus Antonius. Nihilominus tamen ipse cum adhuc viueret diuisit inter suos imperium: vt proditum est memoria 1. cap. li. 1. Mach. Sed non inter filios suos: nam vt hoc loco Diuus ait Hieronymus, Alexander nullum habuit filium. Quod est intelligendum de filio, qui ei succederet. Genuit enim filium Herculem nomine, vt asserit Trogus, & post eum Iustinus. Sed quoniam in adolescentia migravit à vita, & non adeptus fuit patris sui regnum, non dicitur eius filius. Ita intelligitur dictum Hieronymi, quem interpretor, non reprehendo, ne videar audere athenis Minerum violare. Quintus Curtius, Clytarchus, Polycritus, Onexycritus, Antigenes, Hystrus, & alij huiusmodi antiqui scriptores aiunt præter Herculem habuisse Alexandrum alterum filium à Thalestra Amazonum regina. Sed Aristobolus, Hysingelus, Ptolemæus, Philo Thebanus, Hecateus, Philippus Chalcidicus, Duris Samius, Plutarchus Cheronensis, hoc negant, fictamque fabulam esse testantur.

*i. Nec secundum potentiam illius.* Id est, non erunt ei in potestate pares. Nullus enim eorum qui successerunt Alexandro, eius potentiam, magnificentiam, & gloriam consecutus est. Diuisum inter multos imperium amisit vires, & fuit ob dissensiones & bella debilitatum, & diminutum, donec fuit omnino deletum.

*k. Lacerabitur enim regnū eius etiam inter extraneos, exceptis his.* Hoc est, distribuatur principatus Alexandri inter alios extraneos præter hos, qui fuerunt ab eo electi, & nominati, & heredes constituti. Pro exceptis his, vertit Theodotio: Præter istos. Similiter Pagninus.

*l. Et confortabitur rex Austri.* Hoc est, post interitum Alexandri roborabitur Ptolemæus Lagi filius, rex Aegypti: & regnum suum amplificabit. Austrum vocat hoc loco Aegyptum, Syriā autem Aquilonem. Tamen si capite 4. Canticorum Aquilo accipitur pro animi frigore ex peccato dimanante, Auster verò pro charitate: cum ecclesia ait: *Surge Aquilo, & veni*

*Auster.* Hoc est, fuge, & abi celeriter ô glacies animi, & properatu feruor diuini amoris.

*m. Et de principibus eius præualebit super eum.* Id est, & vnus ex præcipuis posteris Ptolemæi filij Lagi eundem patrem suum potestate, dominatu, & amplitudine superabit. Huic expositioni fauet versio Theodotio, cuius hæc sunt verba: Et vnus principum eius præualebit super eum. Hic fuit Ptolemæus Philadelphus, qui Aegyptum illustrauit, & ad ingentem amplitudinem perduxit. Hic accersit septuaginta interpretes, qui sanctam scripturam ex lingua Hebraica in Græcam transtulerunt. Ita hoc Aristæus illius temporis historicus in libr. ad Philocratem, Philo Iudeus in libro de vita Moïsi, Iosephus libro duodecimo antiquitatum, Epiphanius. Salamina episcopus in libro de ponderibus & mensuris, Iustinus martyr in admonitorio aduersus gentes, Euseb. Caesariensis in libro octauo Preparationis euangelicæ, Irenæus lib. 3. Hieronymus multis in locis. Rufinus, Philastrius, & alij memoria prodiderunt. Possunt etiam hæc angeli verba ita explanari. Et quidam de principibus eius, subaudi Alexandri, nempe Antiochus rex Syriæ præualebit super eum, subaudi, regem Aegypti. Sensus est, Antiochus rex Syriæ ac Babyloniæ vnus ex principibus Alexandri magno potietur imperio: & regem Aegypti superabit. Incipit indicare bella inter reges Syriæ & Aegypti: quod Iudæa sita sit inter has duas prouincias quæ modò ab vna, modo ab altera opprimebatur. De Asia autem & Græcia non loquitur, quia regiones illæ Iudæis minime infestæ ac molestæ erant. Præcipuum enim Danielis desiderium erat scire, quæ populo suo Israelitico erant euentura. Vt autem possis caput hoc planius & distinctius intelligere, operæ pretium esse duxi nomina regum Aegypti & Syriæ sibi succedentium, quorum hic fit mentio, literis mandare. Mortuo Alexandro magno obtinuit Aegyptum Ptolemæus filius Lagi, cui successit Ptolemæus Philadelphus, post quem regnauit Ptolemæus Euergetes, post illum Ptolemæus Philopator qui ab aliis Philopater vocatur: cui successit Ptolemæus Epiphanes, post quem tenuit regni gubernaculum Ptolemæus Philometer. Reges Syriæ fuerunt hi, ordine seruato: Seleuchus, Antiochus Soter, Antiochus Theos, Seleuchus, Callinichus, quæ alij Galerici vocant, Seleuchus Cæraunus, Antiochus magnus, Seleuchus Philopator. Antiochus Epiphanes, quem alij vocant illustrem, nam Epiphanes Græcè idem est Latinè quod illustris.

*n. Et post finem annorum fœderabuntur.* Hoc est, post multos annos Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti: & Antiochus Theos rex Syriæ fœdere coniungentur. Nam post multa bella pacem tandem iuter se placidissimam conciliarunt. Nam Beronica filia Ptolemæi regis Aegypti nupsit Antiocho regi Syriæ, fœdusque fecit inter patrem, & virum.

*o. Et non obtinebit fortitudinem brachii, nec stabit semen eius.* Hoc est, Beronica filia regis Aegypti non præualebit, nec filius eius ex Antiocho rege Syriæ adibit regni hereditatem. Huius rei causa hæc fuit. Antiochus ille vocatus Theos habuerat alteram uxorem nomine Laodicem, quam repudiauerat: & filium quendam ex ea nomine Seleuchum Callinicum. Sed postea victus eius amore eam recepit, & in pristinam dignitatem restituit. At illa perpendens viri inconstantiam, eam occidit veneno, & Beronicæ, eiusque filio, & famulis perniciem parauit. Eam ob causam filius huius impiæ Laodice nomine Seleuchus Callinicus successit patri suo, & totius reipublicæ clauum traxit. Hoc narrat Iustinus historicus lib. 27. & Sabellicus 7. Enneadis quartæ, li. etiā 9. Ideo ait hoc loco angelus Daniel. Et tradetur ipsa: subauditur

subauditur Beronica: hoc est, per insidias interficietur: & famuli, qui eam ad Syriam adduxerant: & qui confortabat eam in temporibus, hoc est vir eius, qui toto tempore matrimonij perfugium ei & solatium præbebat.

p *Stabit de germine radicem eius plantatio.* Hoc est, erit ex radice Ptolemæi Philadelphi filius vocatus Ptolemæus Evergetes, Beronicæ reginæ Syriæ per insidias interfectæ frater. Hic regnum Aegypti obtinuit post patrem, & paratis copijs insignem à se iniuriam propulsaturus ingressus est in Syriam, quam profligauit, eiusque regem Seleuchum, quem eius mater Laodice interfecto, viro suo constituerat in regno, vicit, copias eius fudit, & prælijs secundis vtens victoriam admirabilem reportauit. Ac multæ ciuitates se illi vltro tradiderunt. Narrat hoc Trogius Pompeius, & Sabellicus libro nono. Enneadis quartæ. Historiam hanc tangit hoc loco Hier. & post eum Dionys. Carthusianus.

q *Ingruetur provinciam regis Aquilonis.* Hoc est, Syriam. Quidam legunt: Ingruetur in habitaculum regis Aquilonis. Quod idem est.

r *Abutetur eis.* Id est, affliget eos: graues in illos iaciet iniurias. Ac si dicat: Ptolemæus Evergetes Rex Aegypti vexabit Laodicem, & filium eius Seleuchum. Et obtinebit: Subaudi regnum inimici. Nam vniuersam ferè Syriam occupauit. Sed audiens esse in Aegypto intestinas dissensiones reuersus est illuc, portans secum idola auri & argenti, & vasa pretiosa, quibus Syriam spoliavit. Pro abutetur eis, & obtinebit: vertunt nonnulli: Faciet de illis, quod voluerit, & euadet victor. Rectè tamen vertit Latinus noster interpret: abutetur eis, pro affliget eos: in quam significationem accipitur verbum hoc cap. 18. Ier. *Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis.*

f *Præualebit aduersus regem Aquilonis.* Hoc est, vincet regem Syriæ. Diximus enim per Aquilonem intelligi Syriam, per Austrum verò Aegyptum. Sequitur: Et intrabit in regnum, subaudi suum, rex Austri, hoc est Aegypti.

t *Reuertetur in terram suam.* Hoc est, in Aegyptum.

Est superioris orationis explicatio.

v *Filij autem eius.* Hoc est filij Seleuchi Callinici. Hic Seleuchus duos habuit filios, nimirum Seleuchum Ceraunum, & Antiochum magnum, qui mortuo Aegypti rege Ptolemæo Evergete, qui eorum parentes profligauerat, concitarunt populum aduersus Ptolemæum Philopatorem: quem Iustinus Philopatrum vocat: qui gubernabat Aegyptum, cum quo armis certare decreuerunt. Sed breuius tempore Seleuchus Ceraunus fuit vita priuatus per insidias Nicanoris & Eupatoris. Antiochus vero auctore Polybii li. 5. optinuit regnum Syriæ, bellumque intulit Aegyptiis, qui superiores euaserunt. Ipse autem se ignominio sè dedit fugæ, qua vitam quæsiuit. Hic Ptolemæus occidit patrem suum: quam ob causam fuit per ironiam Philopater, hoc est amator patris nuncupatus. Author est Iustinus lib. 28. Huius belli meminit Polybius libro quarto.

x *Et venit.* Nimirum Antiochus magnus rex Syriæ. Properans & inundans, hoc est festinatè instar aquarum impetu & incursione fluentium: Eodem modo apud Esa. de rege Assyriorum scriptum est capit. 8. *Ibit per Iudam inundans & transiens, vsque ad collum veniet.* Ac si dicat: Effundet se Sennac. per Iudæam, & transiens obruet omnia præter Hierosolymam: quæ appellatur collum, quod sit in loco excelsio sita. Antiochus audito fratris interitu reuersus ex Chaldæa cæco furore incitatus cum rege Aegypti pugnavit.

y *Et reuertetur, & concitabitur.* Hoc est transibit ita concitatus, At fuit ignominiosè victus.

z *Dabitur multitudo in manu eius.* Hoc est, exercitus Antiochi in potestatem Ptolemæi tradetur. Fuit prælium hoc iuxta Raphiam urbem: vbi Antiochus toto amisso exercitu se contulit in fugam. Authores sunt Polybius lib. 5. Iustinus 30. Coccius Sabellicus 2. Enneadis quintæ.

aa *Exaltabitur cornu eius.* Extolletur & roborabitur fortitudo Ptolemæi: & deiciet multa millia ex copijs Antiochi. Sed non præualebit. Hoc est, sed non omnino prætabit: non penitus vincet: quia non poterit Antiochum interficere.

## ANNOTATIONES EX Hebræo in

### CAPVT XI.

Filiæque regis Austri veniet ad Regem Aquilonis. Pro filia est in Hebræo *בַּת* Bath, quod nomen significat filiam, congregationem, & oppidum metropoli subiectum. Pro congregatione accipitur psal. 136. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuit tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Pro oppidis Threnorum tertio: Oculus meus deperdatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. Hæc dicebat Ieremias cum terra sanctæ eversionem per Babylonios videret, ipsæque in gemitu & querelis Hebræorum versaretur. Ac si diceret: Oculi mei affligunt animam meam videntes vastationem oppidorum Iudææ, quæ erant Hierosolyma subiecta. Oculi enim augent dolores, quia quæ cateri audiunt, ipsi intueri coguntur. Pro in cunctis filiabus verbis meæ, habet paraphrastes Chaldæus: Propter desolationem regionis populi mei, & deturpationem filiarum Hierusalem urbis meæ. Cap. 1. lib. Iudicū vbi nos habemus: Manasses quoque non deleuit Beihsan & Chanat cum viculis suis: pro viculis suis est in Hebræo: Cū filiabus suis. Vbi videt nomen hoc, filia, vicū & oppidum significare. At hoc Danielis loco accipitur pro Beronica filia regis Aegypti, quæ fuit cum rege Syriæ matrimonio coniuncta.

z *Facere amicitiam.* Theodo: to habet: *Vt faciat fæde-*

ra. Quod idem ferè est. Pagninus habet: *Vt faciat reſtitu- dines.* Pro amicitia est in Hebræo *מֵצָרִים* Mexarim, à verbo iaxar, quod significat placere, reſtum eſſe, reſtum facere, reſtum dicere, dirigere. Pro dirigere accipitur verſu illo psal. 118. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar. Quæ verba poſſunt etiam ita verti. Eam ob cauſam omnia mandata tua reſta eſſe dico. Vel reſta eſſe deſendo. Docebat enim, & tuebatur diuinus vates reſta eſſe omnia Dei præcepta. Accipitur etiam verbū hoc pro præcedere c. Prou. 4. Et palpebræ tuæ præcedat gressus tuos. Pro quo poteris etiam vertere: Et palpebra ſeu pupillæ tuæ dirigant gressus tuos. Vel reſtos oſtendant gressus tuos. Ac ſi dicat ſapiens: Nec ad res proſperas impiorum reſpicias, nec aduerſis iuſtorum frangaris: ſed reſto iuſtere ingrede- re. Quod ſi nec ad reſtā, nec ad ſiniſtrā declinare, ſed reſta incedere via, mentis oculis diuino lumine illuſtratis oſtenſa. A verbo hoc eſt lexarim: quod vocabulum reſtos ſignificat & iuſtos: vi psalmo ſeptimo. Saluos facit reſtos corde. Et psal. 48. Dominabuntur eorum iuſti in matutino. Pro quo poteris vertere: Dominabuntur eorum reſti orta luce. Vt ſit ſenſus: In vita hæc, vbi nox eſt, caligo, confuſio, & perturbatio, peruerſi homines domina- tu ſepenumero præmūt viros iuſtos: at in die iudicij vbi ap- parebit lux veritatis, iuſti dominalūtur, impij autē in æ- ternas penas p̄içietur. Vnde vocabulū hoc, mexarim, quo hic vtitur Daniel, reſtos ſignificat: & reſtitudines: quā ſi- gnificationē ſecutus eſt Pagninus. S. d. quia reſtitudines hæc, quas ſamina illa factura erat inter inimicos, quos

erat conciliatura, nihil aliud erant quam fœdera & amicitia, rectè Theodotio vertit: Vt faciat fœdera: & rectè atque perspicue Latinus noster interpret: Facere amicitiam. Significat quoque vocabulum hoc equitates. Eam ob causam in quibusdam codicibus pro facere amicitiam est ad marginem: Vt faciat equitatem.

3 Insuper & deos eorum, sculptilia. Pagninus vertit: Et etiam deos deorum cum principibus eorum. Pro, sculptilia, est in Hebraico: Nefacehem: hoc est sculptilia eorum. Deriuatur hoc nomen à verbo Nasac, quod significat constare: unde illud significat constabile, & sculptile, & idolum. Quam significationem secutus est noster interpret. Similiter Theodotio, c. 2. qui habet: μετὰ τῶν θεῶν: hoc est, cum constabilibus. Significat etiam verbum hoc regnare facere, & principem constituere. Quam ob causam nomen hoc principem significat. Et hanc significationem expressit Pagninus. Deinde significat verbum hoc ordiri vt capite 30. Esaiæ: Vx filij desertores, dicit dominus: vt faceretis consilium, & non ex me: vt ordiremini telam, & non per spiritum meum. Cuius orationis vltima verba possunt ita ex Hebraeo transferri. Vt constituatis regem, & non secundum spiritum meum. Hoc dicit, quia volebant ab impio Pharaone auxilium petere: eumque sibi præferre, & principem constituere. Tu vero perpende hoc, & alta mente aduerte. Qui indignum scelestumque principem aut pontificem eligunt, telas aranearum ordiuntur, quibus domum inquinant, religionem maculant, rem publicam contaminant. Sed huiusmodi tela atque machina facile franguntur, & dissipantur. Præterea significat verbum hoc fundere, & libare: vt cap. 23. libri 2. Regum: & undecimo libri primi Paralipomenon: Attulerunt ad David aquam de cisterna Bethchem, & ille noluit bibere, sed libauit eam domino. Vbi pro libare est verbum hoc Nasac, de quo agimus. Quæ verba possunt in hunc modum transferri: Sed effudit eam domino: siue proiecit eam in terram in honorem Dei. Fuit enim actio virtutis effusio illa aquæ, qua David appetitionem domui: ac non propriam, sed Dei gloriam quæsivit, nolens enim bibere, cum maximè sitiret, quod alij aquam ad bibendum non haberent, sitim extinxit aliorum, quorum amorem erga seipsum auxit: eosque ad prælium pro Deo susceptum concitauit. Fuisse autem aquam illam à Dauide effusam asserit Augustinus in explanatione in epistolâ. Diu Ioanni cuius verba sunt in sacros canones relata distinctione quadragesimæ primæ Delicie. Diuus Ambrosius in libro de Iacob & vita beata capite 1. Eucherius in caput vigesimum tertium libri 2. Regum. Vatablus in annotationibus, Angelomus Monachus, & Galfridus. Aspiciunt igitur libare loco illo accipi pro effundere. Similiter capite Genesis 35. Libans super eum libamina, & effundens oleum. Quorum verborum hic est sensus: Exiit Iacob lapidem, & fudit super illum aquam, qua eum ablueret, & postea unxit illum oleo. Vel libare libamina & effundere oleum idem significat: estque posterioris prioris explicatio. Sed dices: Nonne libare significat sacrificare? Verum est. Sed in rebus corporeis libare propriè pertinet ad res liquidas, vt sunt aqua, & vinum: sacrificare verò ad solidas, vt sunt caro, & panis. Sed quia res liquidæ cum sacrificabantur, solebant fundi: ideo hoc loco libare aquam, est illam fundendo sacrificare. Præterea cum rex David aquam illam fuderit, ideo eum dicitur libasse & sacrificasse, quia fusio illa fuit sacrificium quoddam est: Vnde David Psalmo quarto: Sacrificare, inquit, sacrificium iustitiæ. Vbi cultum iustitiæ sacrificium vocat. Eodem modo Psalmo 50. affectionem animi, qui ob peccati agnitionem se dolore frangit, & cunctat, & prostermit, appellat sacrificium, cum ait: Sacrificium Deo spiritus, contribulatus. Laudare Deum est sacrificare illi: iuxta illud Psalms quadragesimo noni, Immola Deo sacrificium laudis. Et Psalms 115. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Et Osea capite decimo quarto: Reddamus vitulos labio-

rum nostrorum. Hoc est precuac diuinarum laudum sacrificia Ecclesiasticus trigesimo quinto: Sacrificium, inquit, salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Et paulo post: Qui facis misericordiam, offert sacrificia. Illud est aduertendum, vbi nos habemus capite quarto Osea: Non libabunt domino vinum: pro libabunt, esse in Hebraico verbum nostrum Nasac. Eodem modo capite Exodi trigesimo, vbi nos habemus: Nec libabit is libamina. Quibus duobus locis Pagninus in Thesauro ait verbum libare accipi profundere. Nam Hebraei, quando sacrificabant res solidas: ponebant eas in altari: quando verò aquam & res liquidas fundebant eas: vt ex eodem loco constare videtur: & ex capite 7. lib. 1. Regum, vbi hæc sunt verba: Hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt. Illa aqua effusio fuit sacrificium, quod homines illi faciebant: ac si diceret: vt hæc aqua effunditur, & euanescit: ita domine dimittantur, & euanescant peccata nostra. Fundens igitur David aquam illam Bethlehemiticam ei oblatam, obtulit Deo sacrificium, exemplumque aliis præbuit fortitudinis. Dixerat ille: O si quis mihi daret potum aqua decisterna, quæ est in Bethchem: & oblatam aquam respuit. At alitè spectare si voles magnum hæc in remysterium intueberis. Ideo aquam illam non bibit, quia aqua quam ipse cupiebat, cuius desiderio tenebatur: erat Christus verus Deus, & verus homo, qui erat ex virgine, virtutum cisterna, in ciuitate Bethchem nasciturus, Aquam ortam in Bethchem desiderabat. Sitiabat aquam viuam, fontem æternum, qui non queritur per culis alienis, sed qui aliena aufert pericula: qui non polluit nec commaculat animos: sed expiat & abluit eos: de quo dixit Deus pater apud Ezechielem capite 6. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Fontem illum diuinum sitiabat, qui humanarum cupiditatum & illecebrarum ardorem restinguit: qui mentes perpurgat, & ad æternitatem alit, vt ne cærelesti vescantur: & post huius vite cursum in cælesti patriadiuina visione oblectatur. Aspiciunt igitur verbum Nasac significare libare, fundere, & constare. Ex quo deriuatur constabile & sculptile: vñq; ob causam rectè vertisse Latinum nostrum interpretem: Insuper & deos eorum, & sculptilia.

4 Et capiet multitudinem. Pagninus habet: Et eleuabitur multitudo. Pro capiet est in Hebraico verbum Nasac, quod significat capere & sumere: quam significationem secutus est Latinus noster interpret. Et cum eo Theodotio, qui habet λήξεται: hoc est sumet, siue capiet. Significat etiam efferre & eleuare: quam significationem expressit Pagninus. Vulgatus noster interpret refert multitudinem hanc ad regis Aquilonis copias quas rex Austri vicit & cepit. Pagninus autem ad regis Austri exercitum, qui ob partam victoriam, quæ solet insolens esse & superba, fuit elatus in sublime. Rectius tamen translulit interpret noster Latinus, vt ex præcedentibus & consequentibus apparet. Hoc verbo vtitur scriptura pro capere Genesis trigesimo tertio. Non poterat eos capere terra. Et Exodi vigesimo: Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Et pro subleuare capite vigesimo quinto libro quarto Regum: Subleuauit Euilmerodach caput Ioachim. Et Psalmo centesimo quadragesimo: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Existimo Davidem pulsum patria, exulantem, ac egetem hunc psalmum die quodam, inclinato iam sole composuisse. Eam ob causam cum non posset interesse sacrificio, quod vespere in templo fieri solebat, dedicauit Deo loco thuris & hostiarum sanctas preces.

5 Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur. Pro præuaricatorum, est in Hebraico Peritse, quod nomen significat latrones, & res duras. Eo vtitur David psal. 16. Ego custodiui vias duras: quod potest verti: Ego custodiui vias latronum. Hoc est, posui præsidia in viis, quibus solebant latrones grassari: ne ab illis viatores lederentur.

uentur. Potest vocabulum, *via*, ad viuendi rationem referri: vt sit sensus, Ego obseruauit, ac diligenter perpendi vitam prædonum, & eorum, qui maleficio pascunt: vt eos à vitis deterrerem, & ad iustitiam pietatēque colendam incitarem. Ceterum vbi editio nostra vulgata habet hoc Danielis loco: Filij prauaricatorum, habet translatio Theodorionis: *βιτὶ τῶν λοιμῶν*: Hoc est filij pestium, sine corruptionum. Ac si dicat: Filij pestilentes, ac corruptores. Hoc eodem vocabulo vsi sunt Septuaginta psal. 1. Nam vbi nos habemus: Et in cathedra pestilentie non sedit: habent illi: Et in cathedra *λοιμῶν*: hoc est

pestium & contagionum non sedit, Eum virum beatum prædicat diuinus vates, qui p r ditorum hominum familiaritatem declinat. Ita accipitur sedere psal. 25. Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua agentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Vbi vides nefarios homines pestes appellari. Corruptunt enim eorum animos ac mores, cum quibus contrahunt consuetudinem, in quorum familiaritate versantur. Potest igitur hic Danielis locus verti: Filij quoque latronum. Vel filij quoque duri. Vel filij etiam pestilentes. Vel pestes ipse.

**C** Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem, quam prius. Et in fine temporum annorumque veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimis. In temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri. Filij quoque prauaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas & brachia Austri non sustinebunt. Et consurgent electi eius ad resistendum: & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum: & non erit, qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra inclyta: & confumetur in manu eius: & ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui. Et opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem suam ad imperium terræ suæ: & impinget, & corruet, & non inuenietur. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus cõteretur, non in furore, nec in prælio. Et stabit in loco eius despectus, & non retribuetur ei honor regius. Et veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia, & brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur. Insuper & dux fœderis. Et post amicitias cum eo faciet dolum, & ascendet, & superabit in modico populo, & abundantes & vberes vrbes ingredietur. Et faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius. Rapinas & prædam, & diuitias eorum dissipabit: & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc vsque ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis, & fortibus nimis, & non stabunt: quia inibunt aduersus eum consilia. Et comedentes panem cum eo conterent illum: exercitusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorum quoque regum cor erit, vt male faciant: & ad mentiam vnã mendacium loquentur: & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet, & reuertetur in terram suam. Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum. Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur: & indignabitur contra testamentum sanctuarij, & faciet. Reuerteturque, & cogitabit aduersum eos, qui dereliquerunt testamentum sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis: & auferetur iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem. Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter: sicut populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum. Cùmque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt consentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: et erit in concupiscentiis fœminarum nec quemquam Deorum curabit, quia aduersum vniuersa consurget. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: et Deum quem ignorauerunt patres eius, colet auro et argento, et lapide pretioso, rebûsque pretiosis. Et faciet, vt muniat Maozim cum Deo alieno, quem non cognouit: et multiplicabit gloriam, et dabit eis potestatem multis, et terram diuidet gratuito. Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri: et quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus, et in equitibus, et in classe magna et ingredietur terras: et conteret, et pertransiet. Et introibit in terram gloriosam: et multi corruent. Hæc autem sola saluabuntur de manu eius Edom, et Moab, et princeps filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras, et terra Aegypti non effugiet: Et dominabitur thesaurorum auri, et argenti, et in omnibus pretiosis Aegypti. Per Lybiam quoque ethiopiam transibit. Et fama turbabit eum ab Oriente, et ab Aquilonibus. Et veniet in multitudine magna, vt conterat et interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apadno inter duo maria super montem inclytum et sanctum: et veniet vsque ad summitatem eius: et nemo auxiliabitur ei.



a. *Conuertetur enim rex Aquilonis.* Hoc est, rex Syria. Post victoriam Aegyptiorum migravit e vita Ptolomæus Philopator: Post quem regnavit filius eius Ptoemæus Epiphanes. Porro Antiochus magnus à Philopatore superatus, longo post tempore maiores copias quàm antea aduersus Ptolomæus Epiphaneum paravit vlciscendi propriam dedecus causa, sanguinisque domestici pœnas expetendi. Græci insuper in eundem regem Aegypti impetum fecerunt. Id voluit angelus his verbis indicare: *Multis conserget aduersus regem Austrum.*

b. *Fili quoque pruaricatorum populi tui.* Hoc est, filij pruaricatores populi Iudaici. Verba sunt angeli ad Danielelem, vt cætera huius capituli. Sensus est: Multi ex Iudæis violantes Deilegem, volentes in loco alio immolare præter Hierosolymam, se conferent in Aegyptum sacrificia Deo facturi. Id conagit tempore Oniæ summi sacerdotis, qui in Aegypto cum alijs Iudæis templum ædificauit, dicens se esse vaticinationem illam Esaiæ impleturum capite decimonono. *In die illa erit altare domini in medio terra Aegypti, & titulus domini iuxta terminos eius.* Iosephus oreculū illud impletum fuisse ait sub Onia. At illud est planè commentitium: nam illius factum reprehenditur, hoc autem laudatur. Erat enim in lege prohibitum c. 12. & vigesimo sexto Deut. ne durante vertere lege altare diuino numini in Aegypto erigeretur. Nō intelligitur vaticinatio illa de tempore Oniæ, sed de Christi aduentu, & tempore euāgelij. Est igitur sensus eius: Cū filius Dei à cœli fastigio descenderit ad terram humanamque induerit naturam, mētes hominum in caligine versatas illustrabit. Tunc erunt ecclesiæ in medio Aegypti, & altaria Deo dicata, vbi ipse offeretur. Et ita effectum est: nam in regione illa Aegypti viguit quondam mirum in modum Christi fides. Et in terminis ipsius Aegypti fuit titulus domini, hoc est crux Christi tanquam illustre trophæum, atque diuinæ victoriæ clarissimum monumentum. Huius tituli fuit umbra titulus ille, quem Iacob erexit, cū iret in Mesopotamiam. Quare Onias & alij Hebræi superbia elati in ara fabricanda in errorem incidunt. Ideo ait hic angelus: Extollentur, vt impleant visionem: & corruent: hoc est, longe fallentur opinione. Vel corruent, subaudi, altaria, quæ ibi sunt constructuri.

Gen. 27.

c. *Et veniet rex Aquilonis, & compartabit aggerem.* Describit victoriam, quam rex Syria de Aegyptiis reportauit. Compartare aggerem est ferre coaceruationem terræ ad loca oppugnanda & evertenda. d. *Et brachia Austrum non sustinebunt.* Id est, & vires Aegypti eum ferre non poterunt. Et consurgent electi eius, hoc est duces & milites insignes Aegypti: sed regi Syria resistere non valebunt.

e. *Stabit in terra incliyta.* Subauditur Antiochus magnus, qui tanquam victor stabit in terra sancta: quæ dicitur incliyta ob templum, & diuinum cultum, & frugum vbertatem. Pro, in terra incliyta, poteris vertere ex Hebræo: in terra desiderij hoc est, in terra amœna & desiderabili. De ea ait ita Deus apud Ezech. c. 20. *Vt deducerem eos de terra Aegypti in terram fluentem lacte & melle quæ sit egregia inier omnes terras.*

f. *Consumetur in manu eius.* Id est, terra sancta affligetur Antiochi potestate: qui ponet faciem suam, hoc est propositum, & desiderium suum ad omne regnum Aegypti obtinendum.

g. *Filiam sceminarum.* Hoc est sceminā. Pleonasmus est: vt cū diximus. Sic ore locutus est: nam si filia erat, necesse est scemina esse. Figura est, quæ teste Quintiliano fit, quoties verbis redundantibus oneratur oratio. Ea vtitur scriptura cap. 1. Cantorum: *Osculetur me osculo oris sui: & multis alijs in locis. Vel filiam*

sceminarum, hoc est pulcherrima. Hæc filia Antiochi magni appellabatur Cleopatra: quam pater eius dedit uxorem Ptoemæo Epiphani, vt huius matrimonij occasione ingrederetur ipse in Aegyptum, & Ptoemæum per insidias interficeret. Sed sefellit eū spes, nam dolus eius fuit exploratus & cognitus. Et filia eius Cleopatra patribus viri fuit, potius quàm patris. Ideo ait: Nec illius erit: subaudi regnum Aegypti: vt ipse cogitauerat. Saul etiam promisit se daturum esse filiam suam Dauidi, vt huius rei occasione à Philistæis occideretur. Verba huius Antiochi erant dulcia, sed opera amara. Erat ille foris candida columba, intus verò vulpes vafra. Et vt dicitur in prouerbio: foris Cato, intus Nero. Vt vrtica amœnū habet colorem herbescente viriditate intuentium oculos oblectantem, sed pungit & ferit: sic vafert callidus homo foris benignitatem, & affabilitatem, dulcēque ostendit oblectationem: intus verò reconditam habet malitiam, qua eos perstringit & lædit, quos mulcere videbatur. Huiusmodi homines cum apibus comparantur, ferentibus in ore mel, sed aculeis pungetibus: blandiuntur lingua, sed percutiunt latenter. De illis dicebat Dauid Psalm. 17. *Circumderunt me sicut apes: & exarserunt sicut ignis in spinis.* Vt scorpiones blandiuntur capite, cauda verò sauciant, & funestum vulnus infligunt: sic homines nefarij ex fraudibus cōpositi vtuntur blanditijs, & videntur innoxij, at post dorsum ferunt, vnde venenum fundant. Huiusmodi illi erant, de quibus Deus dixit Ezechie. cap. 2. Cū scorpionibus habitas.

h. *Et conuertet faciem suam ad insulas.* Subaudi expugnandas. Videns se Antiochus deceptum & ludificatum, omni que spe obtinendi Aegyptum destitutum, conuertit se ad insulas maris Mediterranei oppugnandas. Cōuertere faciem ad rem aliquam est dirigere ad illam propositum & voluntatem. Sumere verò faciem alicuius, est eius fauorem aucupari, personā accipere, & in gratiam eius iudicium peruere: vt psal. 81. *Vsq̄ quo iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum sumitis?*

i. *Et cessare faciet principem opprobrij sui.* Hoc est, & inferēs Antiochus bellum insulis erit causa, vt quiescat rex Aegypti: qui fuerat præcipuus author opprobrij ipsius.

k. *Opprobrium eius conuertetur in eum.* Id est: dedecus quod in alios iacere volebat, in seipsum conuertet. Fuit quippe eadem nota infamiæ iniustus, quam alijs inurere contendebat: iuxta illud psalmographi: *Incidit in foueam, quam fecit.* Et iuxta id, quod ait Esais 33. *Va qui prædaris, nonne ipse prædaberis?* Nam multa ei molienti restitit Scipio Nasica cum fratre Publio Scipione Africano, qui Anibalem superauerat: eūque vicerunt, & fugarunt. Quæ de re vide Iustinū lib. 31. postea cū belligeraret cum Elimæis, fuit iterum victus, & interfectus. Cap. 1. lib. 2. Machabæorū proditum est memoriæ fuisse Antiocha in tēpio Nane occisum. Sed nonnulli existimant, non esse hunc, sed eius filium.

l. *Et non inuenietur.* Quia ipse & duces eius fuerunt interfecti, & in tot partes laniati & diuisi, vt non possent postea cognosci. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio. Hoc est, & regnabit pro eo Seleuchus Philopator inglorius, nulla illustri laude celebratus.

m. *Stabit in loco eius despectus.* Mortuo Seleucho regnabit frater eius Antiochus Epiphanes, hoc est illustri. Antiochus magnus de quo verba fecimus, duos habuit filios, quorum maior vocabatur Seleuchus, minor Antiochus Epiphanes, qui traditus est Romanis obses, vt 1. capite lib. 1. Mach. scriptum est: Quæ de re vide Ptoemæum Evergetem libro 1. & Athe-

1. Reg. 17

similitudo

similitudo

similitudo

Matt. 16  
Marc. 8.  
Luc. 9.  
similitudo

Psal. 7.

Athenarum lib. 10. Hoc factum est, ne pater eius frangeret fidem, seque à Romanorum fœdere separaret. Mortuo Antiocho magno obtinuit regnum Seleucus filius eius, homo omni honore destitutus. Eo autem mortuo regnavit Antiochus Epiphanes frater eius, qui hoc loco vocatur despectus, quia fuerat Romæ obses, eratque omnium scelerum maculis notatissimus. De eo sit mentio lib. 1. Mac. cap. 1. & libro 2. cap. 9. Fuit hic Antiochus typus Antichristi: sub eo fuit legis Dei persecutio, crudelissima virorum piorum cædes, & incredibilis tyrannus: Eo regnante fuerunt bella Machabæorum, qui sese Deo deuouerunt, & nomen suum æternitati commendarunt.

*o Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius.* Hoc est, vires Aegypti ab eo superabuntur, & infringentur. Insuper & dux fœderis, hoc est Ptolemæus Philometor rex Aegyptius, qui fœdus cupiet facere cum Antiocho auunculo suo, profligabitur. Hic Antiochus Epiphanes rex Syriæ erat frater Cleopatre, quæ ut paulò antè diximus, nupsit Ptolemæo Epiphani Aegyptiorum regi: ex quo filium habuit nomine Ptolemæum Philometorem: quo regnante post patrem suum affectauit eius regnum Antiochus Epiphanes. Hic cum esset eius auunculus, finxit se amore motum erga illum, qui adolescens erat, velle Aegyptum gubernare, donec Ptolemæus ad ætatem perfectam perueniret. Et ita per summam fraudem & tyrannidem cepit nonnullas ciuitates, contendens totum sibi regnum vsurpare. At belligerant cum eo duces Aegypti: sed fuerunt ab eo superati.

*p Post amicitias.* Non inierunt fœdus, quod Antiochus fregit, vtens fallaciis ac dolis: & ita sensim totum obtinuit regnum: in quo occupauit tyrannidem, & crudelissimum exercuit dominatum. Bellum intulit quiescentibus, vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundum libidinum suarum gurgitem profunderet. Ideò dicitur rapinam, & prædam, & diuitias eorù dissipaturus. At postea omnes has opes, & quod maius est, animam amisit. *Quid prodest homini,* inquit, *Christus, si mundum vniuersum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur: Qui in altum ruit fluuium, in quo est firmus quædam ac magna arbor, si fluctibus raptus eam reliquerit, & ad vmbra eius confugerit, facile obruetur: at si spreta vmbra amplexus fuerit arborem, incolumis euadet.* Ita qui in huius vitæ flumine volutatur, debet veras quærere diuitias, quæ per firmam virtutis arborem significantur, easque fortiter amplexari: & fallaces mundi diuitias similes vmbrae euanescenti contemnere, vt ab interitu & vndarum impetu liberetur, vitamque immortalem consequatur. De mundi enim opibus dictum est cap. 5. Sa. *Transierunt omnia illa sicut vmbra.*

*q Contra firmissimas cogitationes inibit.* Subaudi consilium. Ac si dicat: Capiet Antiochus consilium aduersus firmissimas cogitationes sapientium Aegypti. Hoc narrat fuse Suctorius: quem in huius loci explanatione sequitur Porphyrius: à quibus in hac historia non discrepat Hieronymus: Potest hoc ita explanari. Contra munitissimas vrbes inibit cogitationes: & de earum expugnatione cogitabit: easque obtinebit. Et hoc vsque ad tempus, non semper: quia inde expelletur. Theodotio vertit: Super Aegyptum cogitabit cogitationes suas. Pagninus verò: Contra munitiones cogitabit cogitationes suas.

*r Et concitabitur fortitudo eius.* Nimirum Antiochi Epiphanius regis Syriæ. Et cor eius aduersus regem Austru: hoc est, aduersus Ptolemæum regem Aegypti. Vires intendet aduersus illum.

*s Et rex Austru.* Hoc est, Ptolemæus Philometor Aegyptiorum rex prouocabitur ad belligerandum cum Antiocho illustri, aduersus quem parabit ingen-

tes copias. Sed nõ stabunt: id est, non obtinebunt victoriam: quia multi ex Aegyptiis decepti promissis ac dolis Antiochi repudiatis consiliis virorum bonorum à Ptolemæo rege suo defecerunt: & de ipsius pernicie cogitarunt. Ideò ait: Quia inibunt aduersus eum consilia: scilicet famuli, & familiares eius: de quibus ait statim: Et comedentes panem cum eo conterent illum. Eum enim proditores illi per insidias & summum scelus tradiderunt. Qua de re vide Comestorem in historia scholastica ca. 12. historiae Danielis. Comedere panem cum aliquo est illo familiariter vt: vt Iob cap. 42. *Comederunt cum eo panem in domo eius.* Idem est capere cibum cum aliquo: vt psal. 54. *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum duces capiebas cibos.* Queritur David psalmo illo insidias sibi esse factas ab homine secum summa familiaritate coniuncto. Absalon inuitauit ad conuiuium Ammon fratrem suum, & ibi ei ferro vitam eripuit. Sed postea infelici & æramnosa morte extremum vitæ diem confecit. Eodem modo Zãbrus regem suum Elam priuauit vita, sed postea seipsum coniecit in ignem, & flammis miserè flagrauit. Idem accidit iis, qui regi suo Ptolemæo perniciem machinati sunt: nam postea suæ impiæ mutationis penas luerunt. Quemadmodum arbores cum tempore mutant folia, & causa veris ac hyemis quædam amittunt, & alia sumunt: sic multi pro temporum vicissitudinibus ac varietatibus mutant voluntates atque amicitias, alias repudiantes, alias contrahantes. Seruiunt tempori, non rationi, sine firmitudine sine constantia. At viri iusti cum palmis, quibus folium nunquam decidit, comparantur. Id intuens animo David canebat psalmo. 91. *Iustus, vt palma florebit.* Et psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet.* Qui iustitia & pietate præditus fuerit, virescet perpetuo, semper erit idem nullos vnquam ætus formidabit.

*t Ad mensam vnã mendacium loquentur.* Conciliabuntur inter se, sed insidias sibi vicissim parabunt, quia fictum sancient fœdus. Comedent simul, & in mensa alter alterum vltro citroque fallent. Nulla erit inter eos fida pax, nulla vera concordia: omnia erunt fucata, fraudibusque plena. Vterque cogitabit de alterius exitio: sed neuter poterit alterum penitus deletere: quia adhuc finis in aliud tempus. Hoc est, quia nõdum venit tempus: quo alter alterum euertat.

*v Reuertetur in terram suam.* Subauditur Antiochus Epiphanes, qui spoliis Aegypti plenus in Syriam rediit.

*x Cor eius aduersus testamentum sanctum.* Hoc est, contra Hierosolymam, vbi diuina lex, quæ sanctum Dei testamentum dicitur, seruabatur. Cogitabat de Hierosolymæe euersione. Pro, aduersus testamentum sanctum: vertunt nonnulli: Aduersus viros fœderis sancti. Hoc est contra Iudæos qui legem, quæ est fœdus Dei populus, custodiebant. Testamentum est testatio mentis, & vltima ac suprema morientis voluntas: in quo hæredes instituuntur. Eam ob causam lex Dei dicitur testamentum, quia in ea explicat Deus voluntatem suam, eiusque seruatorum æternæ vitæ facit hæredes. Pro lege vetere accipitur psal. 77. *Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.* Vbi posterior oratio est prioris expositio. Et psal. 49. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum: Quibus verbis damnat Deus simulatores virtutis: qui, vt ait Apostolus cap. 1. ad Titum, Deum verbis confitentur, factis negant.* Accipitur etiam testamentum pro euangelio, & noua Dei lege psalmo. 110. *Memor erit in seculum testamenti sui.* Et paulò post: Rede

Mat. 16  
Marc. 8.  
Luc. 9.  
similitudo

Psal. 7.

3. Reg. 13  
3. Reg. 18

3. Reg. 15

similitudo

Redemptionem misit populo suo, mandauit in aeternum testamentum suum. De illo dixit Deus apud Baruch ca. 2. Statuam illis testamentum alterum. Et apud Ier. 41. iuxta versionem Septuaginta, quam sequitur apost. c. 8. ad He. Ecce dies venient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum. Et idem apostolus ca. 3. posterioris ad Corinth. 2. Idonon nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritus. Vbi per literam legem veterem significat, per spiritum euangelium. Ac quia testamentum morte testatoris confirmatur, fuit nouum testamentum Christi morte confirmatum. Ideo tenens ipse Christus manibus calicem sui sanguinis dixit discipulis suis. Hic est sanguis meus noui testamenti. Ac si diceret: Hic est verus sanguis meus, quo confirmatur nouum aeternum testamentum. Et quia testamentum hoc nunquam irritabitur, nunquam delebitur: sed vigebit ac durabit memoria omnium seculorum, illudque ipsa aeternitas intuebitur, merum aeternum appellatur. Hac ratione ductus Paulus apostolus cap. vii. epi. ad Heb. ca. 13. De s, inquit, pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni. De his duobus testamentis veteri ac nouo ait ita idem apost. ca. 4. epist. ad Gal. Haec sunt duo testamenta, vnu quidem in monte Sina in seruitutem generans, quae est Agar, Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa autem quae sursum est, Ierusalem, libera est, quae est mater nostra. Quibus verbis apostolus sensu allegorico discrimen veteris ac noui testamenti indicauit. Nam per Agar ancillam Abrahae significatur lex vetus in timore & seruitute: & per filium eius Ismaelem populus Iudaicus: Per Sarah vero liberam lex noua in amore, & libertate non carnis, sed spiritus, & per Isaac filium eius populus Christianus. Est autem mons Sina coniunctus cum Hierosolyma, non loco, sed similitudine: quia sicut in Sina lata est lex Moisaica, ita Hierosolymae lex euangelica: Ac vt Ismael fuit spoliatus, & Isaac bonorum patris haeres institutus. Ita Iudaei in perfidia permanentes sunt fide, gratia, caeterisque veris bonis destituti, arumposi, inglorij, nulla laude celebrati. Eis dixit Christus apud Matthaeum 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Christiani vero catholici hoc nomine dgni filij sunt Dei: haeres testamenti eius: de quorum laudibus nulla aetas conticescet. De illis ait ita cap. 2. epistolae ad Ephesios diuus Paulus: iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo. At tempore Machabeorum, quando id quod hoc loco praedixit angelus, euenit, erant multi ex Hebraeis in Iudaea, qui in virtutum actiones incumbabant, & sanctam Dei legem seruabant. His intulit acerrimum bellum Antiochus Epiphanes, summis infinitae cupiditatis & tyrannidis stimulis concitatus, vt litera diuina in lib. 1. 2. & 9. Machabeorum memoriae prodiderunt. Id voluit hic praedicere Dei angelus, cum dixit: Et cor eius aduersum testamentum sanctum.

y Et faciet. Subaudi multa ibi mala, quae facere decreuerat. Et reuertetur in terram suam: hoc est in Syriam. Potest hoc ita verti: Et confecta re reuertetur ad terram suam. Ad intelligentiam rerum harum lege ca. 6. li. 1. Machabeorum.

z Statuto tempore reuertetur. Bis ingressus est Antiochus Hierosolymam, vbi magna visus est immanitate & tyrannidem: multoque maiore in posteriore expugnatione, quam in priore. De priore locutus est proximis verbis paulo ante: nunc vero loquitur de posteriore. Est autem sensus: Post aliquot annos

in tempore ad hoc constituto reuertetur Antiochus in Aegyptum, sed non spoliabit eam, vt fecerat prius. Et videns se spe deceptum, totum furorem conuertet in Iudaeam: vbi multa efficiet mala.

aa Venient super eum trieres & Romani. Hoc est, naues Romanorum. Trieris est genus nauis oblongae, quam alij a tribus remorum ordinibus triremem vocant. Potest verti: Venient super eum triremes Romanorum. Cum Antiochus Alexandriam Aegypti obsideret, accesserunt illi duo legati Romani, quorum vnus erat Marcus Publius, qui ab aliis Popilius appellatur. Hic inueniens illic Antiochum in litore, praecipit ei nomine senatus, vt ab Aegyptiis amicis Romanorum discederet. Cum autem ille tempus deliberandi postularet, fecit legatus in arena orbem seu circulum baculo, quem tenebat manu: & circumiens regem: Senatus, inquit praecipit, vt priusquam ex hoc loco exeas, respondeas. Tunc ille perterritus: Si hoc, inquit, placet senatui, recedendum est: & statim Aegyptum reliquit. Historiam hanc narrat Iustinus libro 34. & Sabellicus lib. 8. Enneadis 5. Meminit eius Iosephus lib. 12. Antiquitatum. Titus etiam Liuius ait venisse a Ptolemaeo legatos Romam auxilium a populo Romano imploratos aduersus hunc Antiochum Epiphanem, a quo grauius premebatur. Itaque ille destitit ab incepto bello, destitutus expectatione, qua suos ad praedam excitarat. Non semper dux daturus est militibus certam spem victoriae. Nam venator, vt similitudine vtar Xenophontis si canes hortetur frequenter ea appellatione, qua solet vbi feram aspicit, primo alacriter parent: sed cum eos saepe fallit spes, postea nec quando venator videt feram, ad quam eos vocat, ei obediunt. Ita si quis crebras aliis commouerit expectationes bonorum, quas non expleuerit, ne tum quidem poterit illis persuadere, quando eos in spem certissimam adduxerit. Quare nec dux, nec pontifex quacunque leui occasione debent montes aureos promittere: nec velle, vt subiecti obscura spe, & caeca expectatione pendeant, & incepta passim pro certis habeant.

bb Et cogitabit aduersus eos. Hoc est, cogitabit de pernicio eorum Iudaeorum, qui diuinam legem repudiaverunt. Erant Hierosolymae nonnulli viri iusti, sed multi flagitiosi: ex quibus nonnulli fuerunt patriae proditores, qui contra diuinam legem incitarunt Antiochum aduersus Hierosolymam: quorum consilio ille venit, & eam ad exitium & vastitatem vocauit: Ac illis fregit fidem, quos vidit patriae fidem fregisse.

cc Et brachia ex eo stabunt. Hoc est, & turres Hierosolymae, quae sunt veluti brachia, vbi sunt vires vrbis, stabunt pro eo: Poteris per brachia milites robustos intelligere.

dd Polluent tabernaculum fortitudinis. Hoc est, inquinabunt templum Dei, in quo colitur Deus, qui est ipsa fortitudo. Ibi enim erectae sunt arae idolorum, & effecta sunt alia execranda: vt lib. 1. Machabeorum diuina testatur scriptura. Ideo sequitur: Dabunt abominationem in desolationem. Solent enim Iudaei idolum appellare abominationem. Ezechiel. ca. 15. inducit Deum ita loquentem: Pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis. Vbi Theodoretus per abominationes idola interpretatur.

ee Impij in testamentum. Nonnulli ex perfidis Iudaeis simulantes se diuini cultus amore flagrare, populum Iudaeorum decipiunt. Hoc fecit Alcimus, & Menelaus cum aliis: vt ca. 7. lib. 1. Machabeorum memoriae proditum est.

ff Populus autem sciens Deum suum obtinebit, & faciet. Hoc est, coetus fidelis Iudaeorum sciens & colens

1. Mac. 3.

similitud.

Iudae. 7.

similitud.

lens verum Deum consequetur fortitudinem, & viriliter aget. Hoc dicit propter Machabæos, & alios huiusmodi, qui fide muniti, & virtutem constantia roborati cum hostibus fortiter pugnarunt: & propter Deum suum varios cruciatus æquo animo tulerunt.

1. Mac. 3.

Lege Machabæorum libros, si hæc volueris perfecte intelligere.

gg *Ruent in gladio.* Id est, viri pij ac iusti interficiuntur ferro, exponentur incendio, coniciuntur in vincula. *Et in rapina dierum.* Hoc est, & omnibus diuitiis spoliabuntur diebus multis. Lege 5. cap. li. 2. Machabæorum.

hh *Vt consentur, & eligantur: & dealbantur.* Hoc est, multis calamitatibus afficiuntur viri iusti, vt eorum fortitudo, & patientia, & constantia, & cæteræque virtutes probentur. Conflantur flammis afflictionum instar auri in fornace ignis, & puriores redduntur. Hoc accidit viris iustis, iuxta illud Job. ca. 23. *Probat me quasi aurum, quod per ignem transit.* Et iuxta illud Sapientia ca. 3. *Tanquam aurum in fornace probauit illos dominus: & quasi holocausti hostiam accepit eos.* Vnde Ecclesiasticus 27. *Vasa, inquit, siguli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Et psalmographus 26. *Probaui cor meum, & visitaui nocte: igne me examinaui.* Et alibi psal. 65. *Probaui nos Deus, igne nos examinaui, sicut examinatur argentum.* Et Deus apud Zachariam ca. 13. *Vram eos, sicut vratur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum:* Et angelus hoc loco: *Vt consentur, &c.* Vide calamitatis utilitatem.

Quod fornax auro, & lima ferro, hoc efficit afflictio viro iusto. Aquarum nominis significantur calamitates: vt psal. 68. *Intrauerunt aqua vsque ad animam meam.* Et psal. 143. *Libera me de aquis multis.* Quibus verbis diuinus vates magnitudinem doloris, & vim calamitatum, quibus penè obrutus fuerat, eleganter describit. At aquæ ipsæ erant pro muro filiis Israelis ad dexteram & ad sinistram vt cap. 14. Exo. & 5. Iudith scriptura sancta testatur. Calamitas quæ alios lædit, aliis est loco muri, ne lædantur. Obruebant aquæ Aegyptios, & protegabant Hebræos. Nam calamitates eos perdunt, qui reiciunt tolerantiam, eos tuentur, qui eam amplectuntur. Hæc sunt aquæ Gedeonis, vbi milites probati sunt: qui enim flexerunt genua, fuerunt repudiati: qui verò stantes biberunt, fuerunt electi.

Indic. 7.

Illi reiciuntur, qui succumbunt calamitatibus: & animam amittunt: illi autem sunt veri milites Christiani à Deo approbati, qui erecto animo bibunt ærumnas vitæ, & fortitudine ac tolerantia manent. Illis fauet Deus, quibus & afflictionem, & patientiam largitur. Cap. 3. Amos ait ita Deus: *Tantummodo vos cognoui ex omnibus congregationibus terræ: idcirco visitaui super vos iniquitates vestras.* Cap. 6. lib. 2. Machabæorum sunt verba hæc: *Non sinere peccatoribus exsententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii indicium est.* Et cap. 5. Job. *Beatus qui corripitur à Deo.* Vnde cap. 3. Apocalypsis ait Deus: *Quos amo, arguo, & castigo.* Et apostolus 12. ad Hebræos: *Quem diligit Deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recepit.* Ideo ait David psalmo 29. *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Quæ verba possunt etiam ita verti: *Momentum in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Calamitas enim qua nos castigat, breuis est, & punctum solum durat: at benevolentia qua nos prosequitur, perpetua est. Quare calamitas qua affligimur, non est in malis numeranda. Vt cauterium videtur vulnus, cum sit vulneris remedium: ita calamitas videtur malum, cum sit malorum medicina. Contrà verò nihil infelicius impiorum felicitate, quæ videtur vita, cum sit mors: videtur gloria, cum sit ignominia: videtur denique bonum, cum sit malum. Illa est porta æterni supplicij, ad quod

similitudo

impij relegantur. At afflictio cum patientia coniuncta, æquo animo tolerata est porta regni cælorum. De illa scriptum est psal. 117. *Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam.* De seipso ait apud Lucam Christus dominus. *Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Et eius discipuli in Actis Apostolorum aiunt: *Per multas tribulationes oportet non intrare in regnum cælorum.* Hæc est causa, quare Deus viros pios ac præcellentes, amplissimis virtutum ornamentis excultos, per varios casus plerunque, & per acerbissimas calamitatum angustias ad vitam solet ducere immortalem: hominibus autem teterrimis, scelerumque labibus notatissimis res secundas, & ad voluntatem fluentes, ad breue tempus concedit.

Luc. 24.  
Acto. 14.

Quemadmodum peritus colonus teneras arbores, & adhuc imbecillas rigat ac fouet, adules autem ac firmas relinquit: sic Deus infirmos fragilesque homines rebus prosperis recreat & reficit: eos autem qui sunt fortitudine & firmitate robusti, permittit angustias calamitatum, & in gemitu ac ærumnis versari. Eam ob causam ait Christus dominus: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Filij Israelis in Aegypto premebantur lateribus faciendis: lateres autem ex terra sunt, re vili & abiecta. At ca. 24. Exodi ait Moses, septuaginta de senioribus Israelis vidisse Deum super opus lapidis sapphirini: pro quo alij vertunt, opus lateris sapphirini. Lateres qui contempti pro nihilo putantur, sunt sapphiri pretiosi. Ita afflictiones, quibus viri iusti premuntur, quas stulti homines sordidas esse & abiectas existimant, & in malis numerandas, viri sapientes eximias atque pretiosas iudicant, & in numero bonorum reponendas. Præsertim cum in oblectationes conuertantur. Ita enim ait Christus Deus noster apud Ioannem 16. *Mundus gaudebit: vos verò contristabimini: sed tristitia vestra conuertetur in gaudium.* Eam ob causam illustres beatosque possumus appellare Machabæos, cæterosque Israelitas, de quibus hic loquitur angelus: qui pro Deo suo acerbissimas molestias alacri animo tulerunt, quibus puriores effecti nomen suum immortalitati commendarunt. Nihil enim magis conducit ad eximiam virtutis gloriam illustrandam, quam calamitas ipsa.

similitudo

Matt. 5.  
Luc. 6.

Exod. 1.

ii *Vsque ad tempus presinitum.* Hoc est, in hac vita: quia altera est, vbi viri pietate atque iustitia præstites requiescunt.

kk *Et faciet iuxta voluntatem suam rex.* Subauditur Syria, qui faciet omnia pro libidine sua. Hic Antiochus Epiphanius incredibili superbia inflatus, extolletur aduersus Deum. De hoc Antiocho interpretatur Chrysostomus, hunc locum sermone 2. aduersus Iudæos. At Hieronymus explanat eum de Antichristo. Et vterque rectè: recipit enim ambas has expositiones. Hieronymus sequitur Prosper Aquitanicus libr. de promissionibus part. 4. cap. 9. de Antichristo ait ita apostolus cap. 2. epistolæ 2. ad Thessalonicenses: *Filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Quæ verba cum sequentibus hoc loco coherent.

ll *Aduersus Deum deorum loquetur magnifica.* Hoc est, superba, ferocia, & execranda loquetur aduersus summum Deum. Vt dicimus Canticum canticorum, & regem regum, & alia huiusmodi, vt eorum præstantiam significemus: ita dicimus Deum deorum, vt summum ac supremum Deum ostendamus. Vnde psal. 49. *Deus deorum dominus locutus est:* & hoc loco: *Deum deorum.*

mm *Et dirigitur, donec compleatur iracundia.* Id est, & pro-

& prosperè ager, rebusque secundis porietur, donec consummetur Dei iracundia in populum, & in ipsum Antiochum. Nam populus fuit mirum in modum vexatus: & ipse Antiochus mortuus est infeliciter, summis cruciatibus, acerbissimis doloribus, ignominiosis opprobriis affectus. De eius corpore scaturiebant vermes, tantisque foetor exibat, ut exercitus esse ferre non posset. Mortuus est peregrè in montibus, omni solatio destitutus. Lege caput 9. lib. 2. Machabæorum, ubi omnia hæc & alia copiosè videbis. Capite etiam 6. lib. 1. Machabæorum, narratur miser eius interitus, quem ipse perspicens, cum iam mortè visceribus conceptam teneret, hæc verba emisit: Reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem, unde abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea. Et nisi auferre habitantes Iudæam sine causa. Et ecce pereor tristitia magna in terra aliena. Hæc ibi. Potest hoc ita explanari. Tanta crudelitate dirigetur & concitabitur Antiochus, ut eius iracundia ascendat ad summum: non poterit eius furor amplius procedere: erit eius ira in supremo fastigio collocata.

nn *Perpetrata quippe est definitio.* Id est, definita nãque est constitutio apud præscientiam Dei. Ac si dicat: Ita fiet hoc: nam sic decreuit Deus.

oo *Et Deum patrum suorum non reputabit.* Ab Antiocho transit ad Antichristum, cuius ille umbram gessit. Est enim mos sanctæ scripturæ ab vno ad alterum transire. Cùm Esaias cap. 45. loqueretur de Cyro, quem Hebræorum vocauerat liberatorem: statim raptus spi ritu confert sermonem ad Christum mundi liberatorem, de quo multa dicit, quæ Cyro nullo modo possunt convenire. Ita enim ait: *Hæc dicit dominus regi meo Cyro.* Et interpositis quibusdam ait: *Non est absque te Deus: verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.* Vbi aspicias Christum verè esse Deum sed absconditum ob assumptæ humanitatis mysterium. Ideo eum Iudæi non cognoscebant: erat enim diuinum numen in humanitate absconditum, & humano corpore opertum. Intueris igitur Esaiam de liberatore terreno ad diuinum transferre sermonem. Eodem modo diuinus psalmographus psal. 71. ubi describit magnificentiam, iustitiam, & felicitatem regni Salomonis, multa inserit, quæ soli Christo Deo nostro conueniunt, cuius ille imaginem gerebat. Postquam enim dixit: *Deus iudicium tuum regida, & iustitiam tuam filio regis:* ubi per regem & filium regis Salomon significatur subdidit: *Permanebit cum sole & ante lunam in generatione & generationem.* Hoc est, durabit rex hic, quandiu sol & luna luce sua omnia lustrabunt. Erit rex sempiternus, cui nulla ætas est finem allatura: Et paulò post: *adorabunt eum omnes reges terra, omnes gentes seruient ei.* Quæ verba nec Salomoni, nec cuiquam alij præter Deum possunt vllò modo convenire. Esaias etiam cap. 14. loquens de rege Babylonis ait: *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris.* De superbo Nabuchodonosore transfert sermonem ad superbum Luciferum, qui cecidit è caelo. Similiter Ezech. ca. 28. sub persona regis Tyri de eiusdem angeli loquitur occasu. Et idem cap. 38. vaticinans de Gog & Magog multa dicit, quæ tantum Antichristo, eiusque sectatoribus conueniunt, cùm per Gog principem Gotorum, & per Magog ipsos Gotos viri magni interpretentur. Gogi enim, ut Paulus Orosius, Eutropius, Blondus, Leonardus Arétinus, & alij scriptores narrant, vastarunt Italiam, Galliam, Hispaniam, & magnam Africæ partem. Insuper Romam caput orbis, antiquitatum monumentis ornatam, corporibus beatorum apostolorum Petri & Pauli munitam, infinitis sanctorum venerandis reliquiis refertam, cuius episcopus

est pontifex maximus, Iesu Christi vicarius, totius ecclesiæ caput & pastor, euerterunt, & multas alias celebres vrbes ad exitium & vastitatem vocarunt. Ita capite hoc, ubi angelus multa de Antiocho Epiphane impio Syriæ rege vaticinatus est, ad alium se confert tyrannum, nimirum ad Antichristum, de quo multa prædicit, quæ ei potius quàm Antiocho conuenire videntur. Et quia Antichristus futurus est ex genere Hebræorum, appellantur patres eius Abraham Isaac & Iacob, & viri alij illustres veteris testamenti, qui verum Deum coluerunt: quem ille despiciet, & pro nihilo putabit. Ideo ait: *Et Deum patrum suorum non reputabit.*

pp *Et erit in concupiscentiis fœminarum.* Id est, veneris voluptatibus utetur? Erit obscenarum libidinù cupidissimus. Quidam vertunt. Et non erit in concupiscentiis fœminarum. Hoc est, simulabit castitatem, & animi candorem, ut facilius possit simulatione hæc homines decipere. Ex Hebraico vtrunque potest depromi: nam negatio quæ est in prima annuntiatione, potest extendi ad secundam: ut sit sensus: Deum patrum suorum non curabit, & non erit in concupiscentiis fœminarum. Et ita negatio cadit super totam orationem. Potest tamen referri ad solam vnam partem: nam re ipsa in Hebraico non est negatio nisi in prima parte: secunda autem legitur affirmatiuè: *Et erit in concupiscentiis fœminarum.* Ac ita transfert & multò rectius Latinus noster interpretes.

qq *Quia aduersum vniuersa confurget.* Nullum Deum colet, sed in omnes inuehetur, quia omnibus se præferet: seq; pro deo coli iubebit. Id facturus est Antichristus, ut hoc loco ait Hieron. & post eum Haymo, & Beda in Apocalypsim. Ac & verum Deum, & falsos despiciet, præter Maozim, quem occultè habebit: cuius vi & potestate mirabilia ac prodigia edet. Hic Maozim est diabolus quidam hoc nomine vocatus: quem Antichristus occultè colet, cui se committet & tradet. Et si Antichristus daturus est operam enixè, ut ipse pro Deo colatur, hunc tamè dæmonè veneraturus est, & clã culturus. Maozim idè est quod præsidia, fortitudines, & arces. Eã ob causam venerabitur huc dæmonè, ut eius auxilio gentes decipiat, & capiat, tẽque Deum cõstituat. Hæc Antichristo cõguere videtur, non autem Antiocho, qui deos gẽtium colebat: & idola patrum suorum venerabatur.

rr *Et faciet, ut munit Maozim cum Deo.* Id est, hoc faciet, ut munit arces hoc Deo alieno: colet enim illũ in arcibus & locis munitis. Itaque Maozim qui antè pro Deo accipiebatur, modò pro arcibus accipitur. Potest etiam hoc loco accipi pro Deo illo, ut sit sensus: Hoc faciet Antichristus, ut munit se Deo Maozim, qui ideo vocatur alienus, quia non est verus Deus, sed dæmon: quem patres eius non coluerunt. Sequitur: *Quem non cognouit.* Hoc est, quem antea nõ nouerat. Quidam codices habent: *Quem cognouit.* Hoc est, quem familiariter cognoscet, & pro Deo approbabit.

ss *Multiplicabit gloriam.* Subaudi sibi: erit enim propriæ gloriæ cupidissimus. At Christus dominus ait apud Ioannem 8. *Ego non quero gloriam meam.* Vel multiplicabit gloriam aliis. Antichristus enim augebit gloriam, falsam qui dem & inanem, illis, qui ipsum sectati fuerint, quibus multis in rebus dabit aduersus viros pios & iustos potestatem.

tt *Et terram diuidet gratuito.* Et distribuet eis terram gratis. Alij vertunt: Terram pretio distribuet. Hoc est loco pretij. Ac si dicat: Dabit sectatoribus suis opes & dignitates: & nonnullis loco pecuniarũ dabit terras, prædia, & agros. Pro quo Theodotio apertè trãstulit: *Et terrã diuidet in donis.* Ac ita eadè manet

sententia cum superiore, licet verba diuersa videantur. Antichristus promittit ac dat suis terram: Christus autē Deus noster suis cælum. Antichristus promittit vitam temporalem, Christus æternam. *Vade*, inquit Christus, *unde omnia, quæ habes: & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, & sequere me.* Et alibi: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et paulò post: *Merceres vestra copiosa est in cælis.* Et alibi: *Sequuntur me: & ego vitam æternam do eis.*

vv *Et in tempore præfinito.* Seu constituto. Ac si dicat: & tandem. Quidam hoc intelligunt de Antiocho, & de quodam prælio regis Aegypti contra illum. Alij verò de Antichristo, qui Aegyptum profligabit. Et si possit intelligi de utroque tamen præcipue de Antichristo intelligitur, cuius, vt diximus. Antiochus umbram gessit. Ita Hieronymus, & doctores alij catholici interpretatur.

xx *Et introibit in terrā gloriosam.* Ex Hebraico potest verti: Et inuadet in terram desiderij: hoc est desiderabilem & gloriosam. Intelligit Iudæam, quæ gloriosa dicitur ob amœnitatem & fertilitatē: & ob Dei templum & cultum, & diuinos vates: sed præcipue propter redemptionis humanæ mysteria per Christū Deum nostrum. Et multi corruent, nimirum tempore Antiochi, quando non solum multi homines, sed multæ regiones ab eo profligabuntur. At multò plures tempore Antichristi.

yy *Ha autem sola saluabuntur de manu eius.* Hæ autē regiones tantum euadent ex Antiochi potestate: festinans enim aduersus Aegyptum has gentes non tæget, nimirum Idumæos, Moabitas, & magnates Ammonitarum. Hi etiam ex Antichristi euadent inmanitate: quia tunc illarum regionum incolæ erunt verè Christiani, iustitia, pietate, fortitudine, cæterisq; virtutibus muniti. Vel erunt tot flagitijs contaminati, tot sceleribus imbuti, vt nolit eos Antichristus attingere, quòd eos in ære dæmonis certissimos esse credat, eiusque vinculis fortiter alligatos. Potest hoc ita etiam intelligi: Qui ad montes fugerint, cuiusmodi sunt deserta Moab, Idumææ, & Ammon, & valles cõtempserint, hoc est, qui mundi voluptates & illecebras reliquerint, & ad virtutum montes ascenderint, non cadent in retia Antichristi: sed ab eius fallacijs, blanditijs, & minis eripientur. Huic loco videtur cõuenire, quod Ioannes, capite Apocalypsis duodecimo, de muliere scribit, à facie draconis in solitudinē fugiente, vbi habebat locum paratum à Deo.

zz *Per Libyam quoque & Aethiopiā transibit.* Has duas regiones sibi subiiciet. Libya, teste Plinio in prologo libri quinti, est Africa tertia pars orbis, continens Aethiopiā. Sed hoc loco accipitur pro Maereotica, parte illa Africa, quæ teste Plinio cap. 6. libri quinti, est proxima Aegypto, ab Aethiopia distincta. Hieronymus duas etiam Libyas ponit, vnam Cyrenaicam: de qua scriptum est 2. Actuum cap. Et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenem: & alteram generalem. Huius Libyæ ab Aethiopia diuisa meminit Ezechiel capite trigésimo, & trigésimo octauo: Jerem. 46. Nahum tertio. Vide Raphaelē Volaterranum lib. geographiæ vndecimo. Aethiopia ab Indo flumine confurgit, in mari Oceano ad Occidentem finitur: & sub solis ardore iacet. Vide Ptolemæum libro quarto capite 7. & Plinium libro quinto capite 8. Eius mentionem facit Esaias capite vndecimo. Ezechiel. 29. & 30. Amos nono, Nahum tertio, Sophonias secundo. Dicitur Hebraicè Cus, hoc est nigredo. Vnde Cusi idem est quod Aethiopus, seu niger: quod vocabulum non solum ad corpus, sed ad animum refertur. Ille enim vocatur niger seu ater, qui est sceleribus imbutus, & pestilentibus moribus contaminatus. Vnde Horatius

poeta: *Hi c niger est, hūc tu Romane caueto.* Hac ratione ductus Dauid vocat Saulem Cusi in psal. 7. inscriptione, cum ait: *Psalmus Dauid, quem cantauit domino pro verbis Cusi filij Iemini.* Vocat illum filium Iemini, quia in eius familia natus est: & Cusi propter eius odium, quo ipsum Dauidem prosequabatur. Cum tyrannus ille inuidiam conflaret in Dauidem, quem innocentem ad crudelissimam cædem falsis criminibus vocabat, purgavit se Dauid psalmo illo, implorans diuinam iustitiam aduersus Saulis immanitatem. Non me fugit, Basilium Magnum: Ioannem Chrysostomum, Theodoretum, Euthymium, Augustinum, Aurelium, Rufinum. Aquileiensem, Augustinum Eugubinum, Cassiodorum, & Remigium referre hunc titulum ad Cusi Arachitem contra Absolonis & Achitophelis perfidiam: de qua loquitur scriptura cap. 17. lib. 2. Regum At ego alios sequor, qui illum de Saule interpretantur. Fuit enim Saul filius Iemini de tribu Benjamin, vt ipse cap. 9. li. 1. Regum testatur. Ille autem Cusi, qui Achitophelis consilium repudiavit, erat filius Arachitæ, non autem Iemini. Eam ob causam Felix Pratensis in hoc titulo pro filio Iemini vertit, stirps Benjamin. Solet enim diuina scriptura, eos qui à Benjamin ducunt originē, filios Iemini appellare. Deinde vir ille lib. 1. Regum vocatur Chusai Hebraicè, hic autem Cus, non Chusai. Veram esse hanc de Saule explanationem indicat Ionathas paraphrastes Chaldaicus ita habens: pro interitu Saul filij Cis de tribu Benjamin. In ea sententia sunt multi ex Hebræis: ex Latinis autem sunt diuus Hieronymus, Iacobus Christophopolitanus episcopus, Raynerius Snygoudanus, Franciscus Vatablus, Isidorus Brixianus, Antonius Flaminus, Matthias Bredembachius, Cornelius Iansenius, & alij: qui hæc septimi psalmi inscriptionem ad Saulem referendam arbitrantur. Hic appellatur Cusi, hoc est Aethiopus, à Cus, quod nomen significat Aethiopiā, de qua hoc loco loquitur Daniel.

aaa *Et fama.* Subaudi bellorum: vel virorum virtute præstantium ei obedire nolentium, illum terrebunt.

bbb *Figet tabernaculum suum Apadno inter duo maria.* Apadno significat solium suum: nam apad idem est quod solium, no, idem est quod suum. Significat etiam Apadno palatium suum. Sensus est: Antichristus collocabit tabernaculum solij sui inter duo maria, nempe inter mare mortuum ad Orientem, & mare Mediterraneum ad Occidentem. Existimant nonnulli Apadno esse nomen proprium loci iuxta Nicopolim, quæ olim vocabatur Emaus: vbi aiunt Antichristum collocaturum esse tabernaculum suum.

ccc *Super montem inclitum & sanctum.* In hoc monte figet Antichristus tabernaculū throni sui. Porphyrius existimat hunc montem esse in Perside, vbi idola colebatur: in quo ait Antiochum à vita migrasse. Sed hoc planè falsum est: nam nec in Perside huiusmodi mons est, nec cosmographi illum ibi ponunt: nec sanctus Dei angelus erat eum ob idolorum cultum inclitum ac sanctum vocaturus. Diuus Hieronymus & alij eximij scriptores per hunc montem, quo Antichristus ascensurus est, intelligunt mōtem Oliuetum seu oliuarum iuxta Hierosolimam. De eo id potest intelligi, quod ait Esa. vigésimo quinto: præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Pro quo Aquila vertit: faciem tenebrarum super omnes populos. Et Symmachus: faciem dominatoris, qui dominatur super omnes populos. Per hūc dominatorē intelligunt nonnulli Antichristū, quæ aiunt esse in monte Oliueto interficiendum. De illo ait in secunda ad Thessalonicenses epistola diuus Paulus c. 2. *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus. Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adven-*

tus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus. De eo supra dictum fuit c. 7. *Sine manu conteretur.* Hic est impius ille, quem Christus Deus noster est interfecit: de quo ait c. 11. Esaias: *Spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Ascensurus est Antichristus in montem Oliuetum, ut aiunt, & ibi est interficiendus, ut inde è vita infeliciter excedat, & ad inferos descendat, unde Christus feliciter ascendit in caelos: inde relegitur ad aeternam poenam, unde Christus ascendit ad aeternam gloriam. Eam ob causam appellat angelus hoc loco Oliuetum montem inelytum & sanctum, quia ex eo ascendit Iesus Christus in caelum, ut 1. Act. c. memoriae proditum est. Mons hic Oliuarum est ad Orientem Hierosolymae, in quo ultima domini vestigia humi impressa tempore diui Hieronymi, ut ipse testatur in lib. de locis Hebraicis, monstrabantur. Cumque eadem terra cotidie à fidelibus hauriretur, nihilominus eadem sancta vestigia pristinam figuram omnino recipiebant. Erant in medio ecclesiae, quae ibi pulcherrima circulari forma aedificata est: in cuius fastigio erat patens apertumque foramen, quod dicunt propter dominici corporis transitum nunquam potuisse contegi, & in testudinem reduci: sed semper à terra usque ad caelum apertum permanisse. Haec diuus testatur Hieronymus. Propter haec mysteria, & alia, quae in monte illo sunt edita, merito inelytus ac sanctus nuncupatur.

*Et nemo auxiliabitur ei.* Relinquetur à suis, & virtute diuina interficietur. Appellatur Antichristus in diuinis litteris percussor, contemptibilis, Gog, bestia, mercenarius, persecutor, iniquus, superbus, aduersarius, proditor, fur, pseudopropheta, immundus, impius, pastor stultus, idolum abominatio desolationis, speculator caecus, fraudulētus, inimicus, filius perditionis, homo peccati. Et eueniēt, quae diximus. Sed quia haec, & alia huius capituli verba, quae nos de Antiocho explanauimus, ut potuimus, aliam fortasse explanationem possunt recipere, & nos de multis, quae futura sunt, incerti sumus, suum cuique iudicium, & liberam eligendi atque interpretandi facultatem relinquimus: dummodo nemo quicquam bonis moribus, sanctaeque Ecclesiae Romanae repugnans interpretetur. Id enim quod diximus montem inelytum & sanctum esse montem Oliuetum, non est perspicuum, nec omnino certum. Nam per illam fortasse intelligitur mons Sion, aut mons Caluariae, aut mons Moria, qui hos montes continet & complectitur: aut aliquis alius. Est enim Moria mons ille magnus, ubi est Hierosolyma, in quo sunt multi montes, quorum quilibet proprio ac singulari nomine nuncupatur. In monte hoc Moria situm fuit templum Salomonis, ut indicat scriptura c. 3. libri secundi Paralipomenon his verbis: *Cepit Salomon aedificare domum Domini in Hierusalem in monte Moria.* In eo monte aiunt viri doctissimi vidisse Iacob scalam stantem super terram, tangentem caelos: & antea Abraham auum eius erexisse aram, ubi immolaret filium suum, pro quo arietem immolauit. Nam ubi vulgata nostra editio habet, dixisse Deum Abraham: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstrauero tibi:* Pro in terram visionis, est in Hebraico, in terra Moria. Pro quo Septuaginta verterunt: In terram excelsam. Et ita legit Origenes, & Chrysostomus cum ceteris Graecis: & ex Latinis Hieronymus in tractatione traditionum Hebraicarum, Aquila pro terra Moria transtulit terram lucidam: Symmachus terram visionis: alij myrrham Domini. Omnia enim haec, vocabulo hoc Moria significantur. Ac quia templum erat in vrbe, vrbs autem in latere montis, & Abraham sacrificauit super

montem, hoc est, in fastigio montis, eius autem fastigium est mons Caluariae, aiunt magni viri fuisse in monte Caluariae aram illam erectam, ubi aries fuit pro Isaac immolatus. Haec erat veterum Hebraeorum traditio, ut diuus refert Hieronymus in commentariis in euangelium Marci, capite quintodecimo. Et ex consequente in eodem monte Caluariae vidit Iacob scalam Deum continentem, quae crucem ubi Christus pependit, ut diuus ait Augustinus, adumbrabat: quae in terra fixa caelum aperiebat. Crux enim Christi est gloriosa scala, qua ascendimus ad gloriam immortalem, quae nobis caelum antea clausum mirabiliter aperuit. Eam ob causam voluit Deus, ut scala illa in eodem loco appareret, ubi postea crux ipsa, quae per illam designabatur, figenda erat. Eodem modo decebat, ut in loco erigeretur altare, ubi Isaac, qui gerebat ymbra Christi, immolaretur: ubi postea in crucis ara ipse Christus erat immolandus. Fuit enim in Gulgoltha, hoc est in loco Caluariae crucifixus. Fuisse autem Christum designatum per Isaac, indicat scriptura dicens, promississe Deum Abraham, ut in eius semine omnes gentes benedicerentur. Quod diuus Paulus in epistola ad Galatas de Christo interpretatur. *Nō in seminibus, inquit ille, quasi in multis, sed quasi in vno: & semini tuo, qui est Christus.* Et in epistola ad Hebraeos loquens de Isaac: *Vnde, inquit, eum in parabolam accepit: nimirum pater eius. Quid designabat Isaac ligatus in fastigio montis, nisi Christum crucifixum in monte Caluariae: qui est mons visionis, ubi visus est Christus non solum ab illis, qui aderant, sed etiam ab antiquis vatibus diuino lumine illustratis? Illic eum vidit Esaias saucium, percussum, cruciatibus confectum, cum has voces emisit: Nō est species ei, nec decor: vidimus eum, & non erat aspectus.* Quare merito mons ille Moria, hoc est mons visionis appellatur. Eodem cap. vigesimo secundo Genesim ubi nos habemus: *Vnde usque hodie dicitur: in monte dominus videbit: habet Septuaginta: Ut dicant: hodie in monte dominus visus est.* Nec immerito à Septuaginta terra Moria dicitur terra excelsa, quandoquidem in excelsio iugo montis, hoc est in loco Caluariae fuit Christus cruci affixus: & in monte illo alta redemptionis humanae mysteria per Christum dominum edita sunt. Iure etiam Aquila terram illam vocat, lucidam, siquidem ibi lux mundi apparuit, ut morte sua hominibus tribueret vitam, eorumque mentes quae versabantur in caligine, caelesti lumine illustraret. Lucida recte vocatur terra illa, ubi immolatus est ille, qui ab apostolo appellatur splendor gloriae: qui de se ait: *Ego sum lux mundi:* de quo ait Ioannes euangelista: *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* In monte Lucido lux diuina radios admirabiles emisit: ut phoenix vnicam flammis diuini amoris incensa è vita dimigravit. Ibi mortuus & sepultus est innocens agnus. Quare non sine mysterio mons ille Moria myrrha domini nuncupatur. *Media: or Dei & hominum,* in cruce pendens inter caelum & terram nos patri reconciliauit. Tunc aiunt impletum illud fuisse, quod citat apostolus ca. quinto epistolae ad Ephesios: *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Quod aiunt dictum fuisse Adae primo nostro parenti, qui illic iacebat sepultus, ubi affixa fuit crux Christi, cuius sanguis per crucem descendens potuit ipsius Adae caput attingere. Nam Origenes tractatione in Matthaeum trigesima quinta ait delatam ad se fuisse traditionem aientem fuisse corpus Adae ibi sepultum, ubi crucifixus est Christus: ut iuxta Pauli sententiam: sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificentur. Ideoque locum illum appellatum esse montem Caluariae, quod ibi caput esset Adae primi nostri parentis: ut qui dormierat, resurgeret per reditum

Gene 28.  
Gene 22.

Gene 28.

Matth. 27.  
Luc. 22.  
Gene 22.  
Eccle. 44.  
Galat. 3.  
Hebr. 11.

Esai.

Ioan. 1.  
Ioan. 8.  
Hebr. 11.

1. Tim. 2.

1. Cor. 15.

Hieron

ditum ad vitam saluatoris, qui ibi e vita migravit, & ad vitam rediit. Epiphanius libro primo aduersus hæreses hæc verba scripta reliquit: Mirari licet dominum nostrum Iesum Christum in Golgotha crucifixum esse, & non alibi, quam ibi corpus Adam iacebat: illic enim sepultum est. Vnde merito cognomen habuit Caluarie, quod primi hominis Caluarie, & reliquie illic essent. Christus ergo in ænigmate salutem nostram ostendit: cum ibi crucifixus sanguine suo reliquias primi hominis initio massæ humanæ respergere incepit, vt ostenderet nobis resperisionem sanguinis sui ad mundationem totius humanæ iniquitatis factam. Quare & hic impletum fuit, quod dictum est: Surge, qui dormis, & resurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hactenus ille. Hanc sententiam tenuit Athanasius in libro de passione domini: Cyprianus in sermone de resurrectione: Ambrosius libro quinto epistolarum epistola decimanona: & in Lucam capite vigesimotertio: Theophylactus in caput Matthæi vigesimumseptimum, & in caput Marci quintumdecimum, & in caput Lucæ vigesimumtertium, & in caput Ioannis decimumnonum. Et Euthymius in caput Matthæi vigesimumseptimum. Hi authores cum sint admirabili sapientia exculti, alios in sententiam suam adduxerunt. At Hieronymus in literis diuinis & humanis admirandus, etsi in epistola quam nomine Paulæ & Eustochij ad Marcellam scripsit, in eadem sit sententia, tamen in explanatione in Matthæum libro quarto, & in commentariis in epistolam ad Ephesios, ab ea discedit: quod Adam sepultus fuerit in Hebron, vt ex capite decimoquarto Iosue perspicue constare dicit. Eius sequitur sententiam Lyranus in eundem Matthæi locum: & Ioannes Arbo-

reus libro primo Theosophie: & diuus Thomas in tertia parte questione quadragesimasexta. At fieri potuit, vt Adam sepeliretur in Hebron, & postea ad montem Caluarie transferretur: vt hæc compleretur vaticinatio: Surge, Adam, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus: aut vt alij legunt: & contiget te Christus. Vt tactu sanguinis ipsius in cruce pendentis vitam reciperet primus homo: & figura illa Elisæi imaginem Christi gerentis compleretur, qui mortuus mortuum suscitauit. Et illud Osee. 13. Ero mors tua o mors. Profecto Honorius in chronica ait Adamum in vtroque loco diuersis temporibus sepultum fuisse. Præterea non constat aperte, Adam illum qui situs est in Hebron, fuisse primum nostrum parentem: nam Adam nomen est commune & appellatiuum, vt ait idem Hieronymus in commentariis in cap. Matthæi decimumseptimum, & aliis in locis. Et potest esse sensus ibi in Hebron sepultum fuisse maximum quendam hominem, ex genere Enacim, qui erant gigantes, quem hominem Hebræi aiunt fuisse Arbem: quare locus ille appellabatur ciuitas arbe. Cum autem in monte Golgotha hoc est Caluarie Abraham arietem pro Isaac immolauerit, & Iacob scalam gloriosam viderit, & Christus verus Deus & verus homo mortuus fuerit, & in eo crux illa quæ est illastre trophæum, diuinæque victoriæ monimentum, nostræque salutis certissimum presidium, erecta fuerit: probabile est, eum esse montem illum, quem hoc Danielis loco angelus inclytum & sanctum appellauit. Ad illud fortasse ascensurus est Antichristus, vt ibi e vita migret falsus Messias, vbi verus Christus dominus ac Deus noster e vita migravit.

Hieron.

4. Reg. 13

1. Cor. 15

Gene. 22

Gene. 28

ANNOTATIO.

1 Et venient super eum trieres & Romani. Trieres sunt naues trium remorum, quibus legati senatus Romani ad Aegyptum vbi Antiochus erat, appulerunt. Pro, trieres & Romani, vertit Pagninus: Naues Chittim. Theodotio: Egredientes Citi. Alij: Naues Cyprie. Alij: Itali & Romani. In nonnullis condicibus pro, trieres & Romani, est ad marginem. Naues Citi. In Hebraico est: ציִים צִיִּים Tsim Citi. Nomen Tsim seu Tsim significat naues: pro quibus hoc loco Latinus interpres noster vertit trieres. Eodem modo capite Num. vigesimoquarto. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntq; Hebræos. Quibus verbis Balaam vaticinatus est de Hierosolyma per Romanos euerione & vastitate. Paraphrastes Chaldaeus habet: Naues veniunt à Romanis. Eandem sententiam expressit paraphrastes Hierosolymitanus his verbis: Egredientur copia multa ex prouincia Italia, vna cum multis legionibus Romanorum. Versio Septuaginta habet: Exibit de manu Italarum. Vbi per Citi intelligunt Italos Rabbi Selomoh, & R. Abraham, & R. Sabadiab per Citi interpretantur Romanos, qui Itali sunt. Cum autem vocabulum Citi quo illic vsus est Moses, & hic vsus est Daniel, sic idem, & illic pro Italia, seu Roma Italia vrbe accipiat, pro eodem debet accipi hoc loco. Citi fuit filius Iauam, vt liquet ex capite Genesis decimo, & nepos Iapheth filij Noe. Hic aut alius eodem nomine appellatus, regnum Italia quondam obtinuit, vt ait Iginus & Fabius Pictor: & fuit à Ianigenis Italus appellatus: vt ait libro quinto Berosus Chaldaeus. Quare merito interpres Latinus cap. vigesimo septimo Ezech. pro nomine hoc Citi vertit, Italiam: & hoc Danielis loco vertit Romanos. Roma. n. in præcipua parte Italia sita est. Appellata fuit quondam regio illa Oeno-

tria teste Dionysio Halic. Saturnia teste Trogo. Pompeio, Aufonia teste Tito Livio, Hesperia teste Homero Mantuano, Italia teste Plinio Citi teste Hieronymo. Existimant nonnulli Citi esse Cyprium magnam ac fertilem insulam in pelago Pamphylio in mari Mediterraneo. In ea fuit condita celebris quaedam vrbs nomine Citi, patria Zenonis: vnde ille Criticus apud Laerticum lib. 7. nuncupatur. Quæ vrbs Citicum ab insula Citi teste Dominico Mario in quarto commentario Asia nominatur. Hac ratione ducti verterunt nonnulli hoc Danielis loco pro trieribus Citi naues Cypri. Sed vt in explanatione perspicue ostendimus, naues illæ fuerunt Romanorum, qui illis velti Aegyptio regi afflicto & propè iacenti opem tulerunt: & superbi Antiochi qui virtutum ornamentis nudatus scelere pascebatur, ferociam ac machinas fregerunt, & propositum penitus labefecerunt.

2 Aduersus Deum deorum loquetur magnifica. Pro aduersus Deum deorum, est in Hebræo אֱלֹהִים בְּרִיָּהוּ Quæ verba possunt etiam ita verti: Contra Deum Dei: nam particula el significat Deum eloim autem Deum etiam, atque deos. Vbi nos habemus Psalmo vigesimo octavo: Afferte domino filij Dei: pro Deo est in Hebraico eloim. Aspicias igitur hunc Deum aduersus quem Antichristus loquetur, esse Deum Dei, siue Deum de Deo: hoc est Iesum Christum filium Dei vniigenam, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Theodotio tamen habet: ἐν τῷ τῶν θεῶν. Hoc est, super Deum deorum. Et postea addit: Et loquetur superba. Vt sit sensus: Extolletur super Deum, & super Deum supremum, & loquetur superba. Mea tamen versio vera est, eximium explicat mysterium.

Qq 2

Argu-

falli-  
sse in  
s fuit  
orum  
enta-  
Et ex  
Gene. 28.  
Iacob  
abat:  
Chri-  
im-  
abili  
illa  
per  
dece-  
rebat  
cis a-  
Gol-  
e au-  
ptura  
om-  
in e-  
in se-  
no: &  
oraos  
acce-  
gatus  
môte  
ristus  
quis  
it E-  
, cum  
us eū,  
loria,  
igeli-  
ue ho-  
agin-  
Nec  
ra ex-  
est in  
monte  
hriftū  
lā vo-  
t mor-  
entes  
ultra-  
blatus  
loria:  
annes  
n ho-  
Luci-  
nix v-  
rauit.  
Quare  
omini  
pen-  
liauit.  
oosto-  
ormis,  
Quod  
i illic  
us sã-  
caput  
hæum  
onem  
rucifi-  
cut in  
es vi-  
m esse  
primi  
er re-  
ditum



Vaticinatur diuinus vates de vltimo tempore Antichristi: de aduentu archangeli Michaelis ad viros pios tuendos: de reditu mortuorū ad vitam, de sapientium splendore: & de libro clauso, qui tempore vltimi iudicij aperietur. Inducit Daniel angelum sibi loquentē, quem admodū fecerat capite superiore.

## CAPVT XII.

**A** **N**a tempore autem illo consurget Michael<sup>b</sup> princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud.<sup>d</sup> Et in tempore illo saluabitur populus tuus<sup>e</sup> omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.<sup>f</sup> Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, & euigilabūt, alij in vitam æternam,<sup>h</sup> alij in opprobriū, vt videant semper.<sup>i</sup> Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.<sup>k</sup> Tu autem Daniel claude sermones,<sup>l</sup> & signa librum<sup>m</sup> vsque ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel: & ecce quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.<sup>o</sup> Et dixi viro, <sup>p</sup> qui erat indutus lineis, <sup>q</sup> qui stabat super aquas fluminis: Vsq̄ue quo finis horum mirabilium?

## EXPLANATIO.

**a** In tempore autem illo. Subauditur, Antichristi. Continuatur angelus sermones suos de Antichristi tyrannide. Tunc, inquit, consurget, & stabit archangelus Michael, vt tueatur electos.

**b** Princeps magnus, qui stat filiis populi tui. Hoc est Michael archangelus, & magnus inter spiritus cœlestes. Hic præfuit tunc Iudæorum synagoga, nunc autem Christianorum ecclesiæ, quæ significabatur per illam. Ideo ait: Qui stat pro filiis populi tui: id est, qui fauet Hebræis, et quæ eorum patronus & custos. Theodotio habet: Præfatus filiis populi tui. Hunc mittet Deus ad viros iustos afflictos, diuinum auxilium implorantes, qui eorum patrocinium suscipiet: & de improbis victoriam consequetur. Antichristum cædes terribilissimas spirantem, & viros piis ferrum flammamque; minantem seque scelerum maculis in die pollutentē, iussu Dei interficiet. Hoc quidem est quod aiunt multi ex theologis, Antichristum esse interficiendum à Christo imperatiuē, & à Michael executiuē. Mittetur autem ad electos calamitatibus pressos: quia Deus ad se clamantes, & tanquam ad arcem tutissimam cōfugientes non deserit: sed in periculo versatis fert opem, medetur ægris, succurrit laborantibus. Hoc expercus sentiebat David, cum psalmo nono has voces emisit: Factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Vbi pro paupere poteris afflictum vertere. Et paulò post: Non est oblitus clamorem pauperum. Et psal. 31. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me. Et psalmo 45. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Non patitur clemens pater, ac pius dominus, quos amore singulari prosequitur, in calamitatibus diu iacere: sed afflictis atque violenter oppressis in maioribus periculis opitulatur. Sed oportet non amittere spem, quin potius eam in Deo locare: nam vt lumen cōseruatur in lucerna: sic in spe desiderium nostrum. Eam ob causam David psalm. 90. Quoniam, inquit, tu es domine spes mea, altissimū posuisti refugium tuū. Et paulò post ait Deus: Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Illis succurrit Deus, qui spe muniti ad ipsum cōfugiunt: illis in acerbitatibus fortitudinē tribuit & solatiū. Id intuens Ieremias cap. 16. Domine, inquit, fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Et diuus Paulus c. 1. epist. 2. ad Cor. Pater, inquit, misericordiam, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. In ipsis cruciatibus & iniuriis spirituale so-

latium tribuit viris pietate præstantibus. Nulli rerum aduersarum ictus impediunt, quo minus suaui oblectatione potiuntur. In gemitu versati gaudent mœrore: suamque pietatem alunt in Dei bonitate & misericordia contemplanda: ex quo illis erga diuinum numen admirabilis quædam exardescit amoris magnitudo. Quare rectē sentire videntur, qui Deum amabiliorē esse in rebus aduersis, quàm in prosperis testantur. Vt apes ex amaro thymo mel colligunt suaue: sic viri pij & sapientes ex acerbis doloribus dulcem excerpunt vtilitatē. Maiore consolatione refecit Deus Iacob in solitudine iram Esau fugientem, cum ei apparuit, & admirabilē ostēdit scalā, quàm cum quietus in domicilio patris sui rebus secundis potiretur. Eodem modo suauiore leuamine recreauit Mosē exulantē, in mōte Horebo oues pascentem, quàm in Ægypto, cum honorificē tractaretur in aula regis Pharaonis, cuius filia eum sibi filium adoptauerat. Hæc & similia perpendentes viri constantes gaudent aliquando calamitatibus. Vt delphini tēpellatibus exultant, & imminente procella lætitia gestiunt: sic illi cum sint animo excelso & forti, & virtutibus exaggerato, mundi ærumnis oblectantur. Huiusmodi erat diuus Paulus, qui aiebat c. 5. epist. ad Rom. Gloriamur in tribulationibus. At hoc nō docet carnis prudentia, sed diuina philosophia. Quemadmodū infans Mosēs expositus in caretto ripæ fluminis, vt est libro Exodi memoriæ proditum non fuit obrutus vndis, sed propter fiscellam scirpeam bitumine litam, qua sceptus erat, inde liberatus: sic ex aquis calamitatum ille incolumis eripitur, qui est fiscella diuinæ philosophiæ munitus. Vt enim fiscella ex variis scirpis, aut virgultis conficitur: ita vera sapientia ex multis bonarum doctrinarum præceptis colligitur & constatur. Sed parum illa proderit, nisi sit bitumine diuini amoris roborata. Hæc non patitur mergi, sed fertur super fluctus vitæ huius: & impetu calamitatum exagitata, ad viridem tutamque ripam appellitur, & ad portum cœlestis patriæ tandem perducitur. Ita eueniet viris illis iustis, ad quod Deus est Michaelē archangelum missurus.

**c** Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt. Propter acerbissimas ærumnas, quibus tempore Antichristi homines angentur: quæ omnes alias à mundi exordio vsque ad tempus illud superabūt. Cōhærent hæc cum verbis domini, qui interrogatus à discipulis quod signū daret aduentus sui in fine

similitudo

similitudo

Gen. 17.

Gen. 16.

Exod. 3.

Exod. 1.

similitudo

Exod. 1.

similitudo

in fine mundi: *Erit, inquit, tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, nec fiet.* Constat ex his verbis Danielis, intelligi locum hunc de tempore Antichristi, priusquam Christus ad vniuersale veniat iudicium: non autem de tempore Antiochi regis Syria: longéque Porphyrium fallit opinione, qui illum de Iudæorum calamitatibus sub Antiocho interpretatur. Nam multò maiores fuerunt calamitates, in quas Iudæi tempore Nabuchodonosoris inciderunt, & longitudine & acerbitate: id quod alij dicunt, extensiuè, & intensiuè. Extensiuè, quia tempore Antiochi durarunt sex annis, vt constat ex c. 8. tempore vero Nabuchodonosoris annis septuaginta: vt constat ex cap. 25. & 29. Ieremiæ: Intensiuè, quia rex Babylonis evertit ciuitatem, Dei templum spoliauit, & flammis exposuit, ac funditus deleuit: & magnam partem populi ferro, flamma, & omni immanitatis genere interfecit: & aliam coniecit in vincula: secumque omnes fere nobiles ex Iudæis captiuos in Chaldæam abduxit. Ac nunquam fuit victus ab Hebræis: quod non potest dici de Antiocho, quem Machabæi, vt constat ex libris eorum, sæpenumero superarunt. At calamitas quæ erit tempore Antichristi erit omnium acerbissima. Et vt Christus dominus ait apud Matthæum: *Nisi breuiati fuissent dies illi, non feret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi.*

*Et in tempore illo.* Nimirum interfecto Antichristo: saluabitur populus tuus, saubauditur, pro quo ad Deum preces emittis. At non omnis: sed illi duntaxat, qui fuerint prædestinati.

*e Omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro.* Hunc librum appellat Theodoretus hoc loco cognitionem Dei. Augustinus libro vigesimo de ciuitate Dei, ait esse Dei notitiam, qua prædestinauit eos, quibus præsciuit sedaturum esse vitam æternam. Alij dicunt hunc librum esse ordinem diuinæ dispositionis, & scientiam prædestinationis eorum, qui sunt ad æternam vitam præordinati. Alij aiunt esse conscriptionem electorum in mente diuina. De hoc libro id intelligitur, quod ait de impiis Psalmographus 68. *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribatur.* Vbi illud, & accipitur pro id est: ac si dicat, deleantur de libro vitæ: quod est cum iustis non scribi. Et diuus Paulus capite quarto ad Philippenses: *Quorum nomina sunt in libro vitæ.* Diuus Ioannes capite Apocalypsis tertio Deum ita inducit loquentem: *Non delebo nomen eius de libro vitæ:* Et capite tertiodecimo. *Quorum, inquit, non sunt scripta nomina in libro vitæ agni.* Et vigesimoprimo loquens de cœlesti ciuitate *Non intrabit, inquit, in eam aliquid, quod inquinat, aut abominationem facit, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.* Et saluator noster discipulis suis apud Lucam decimo. *Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.* Huiusmodi homines æternas beatorum sedes consequentur. Nam vt diuus ait Paulus in epistola posteriore ad secundo Timotheum 2. *Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, cognouit dominus qui sunt sui.* Illud est obseruandum duplicem esse librum vitæ, alterum, in quo illi sunt scripti, qui secundum æternæ prædestinationis propositum ad vitam æternam sunt electi, à quo nunquam delentur: alterum, in quo illi sunt scripti, qui sunt in gratia secundum præsentem iustitiam: à quo delentur per mortiferum crimen. Eam ob causam aiunt graues quidam authores, librum vitæ apud Ezechielem capite 2. dici scriptum intus & foris: vt intus scripti sint prædestinati, qui nunquam delebuntur: foris illi, quos & deleri, & deletos iterum scribi, nihil prohibet. Ac de hac scriptura, quæ foris est, illud interpretantur, quod Deus dixit Mosi capite. Exodi trigesimo secundo. *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.* Cum

filijs Israel conflasset vitulum, eumque contempto veri Dei cultu venerati essent, orauit Moses dominum pro expianda tanti flagitij macula, verba hæc faciens: *Domine dimitte eis banc noxam: aut si non facis dele me de libro tuo, quæ scripsisti.* Quorum verborum variæ sunt explanationes. Origenes in commentariis in caput nonum epistolæ ad Romanos videtur significare Mosem cum precabatur, vt deleteretur de libro Dei, & Paulum cum optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, locutos fuisse de morte corporis: non autem de morte æterna: desiderabant enim sanguinem suum fundere, vt populus vitam æternam consequeretur. Ac post multa ait ita idem Origenes: Sicut ille qui inseparabilis est à patre per naturam, & immortalis in mortem venit, & ad inferos descendit: ita apostolus imitans magistrum cum separari à Christi charitate non posset, à Christo anathema sit pro fratribus suis, deuotione vtique, non præuarcatione: hoc est deuouens vitam suam Deo. Diuus Hieronymus quæstione nona. Ad Galatiam multò apertius ait Mosem & Paulum ex charitate erga Deum populum noluisse deleri de libro vitæ perpetuò, sed in præsentem: non spiritu, sed carne. Et explanans primum Ionis caput, post multa ait: Non quod ipse perire desideret, cui viuere Christus est, & mori lucrum. Sed magis vitam meretur, dum saluare cæteros vult. Euthymius Zigabenus in psalmum 68. & 139. ait tres esse libros, quorum vnus est vniuersalis continens omnes homines tam iustos, quàm impios: quem Dauid psalmo 68. librum viuentium appellauit. De quo ait psalmo 139. *In libro tuo omnes scribentur.* Alter continet solùm iustos, quos Deus approbat, iuxta illud psalmi primi: *Novit dominus viam iustorum.* Tertius continet peccatores: de quo ait Daniel septimo. *Iudicium sedit: & libri aperti sunt.* Moses autem de primo illo vniuersali dixit: *Aut dimitte illis hoc peccatum, aut dele me de libro, quem scripsisti:* hoc est, de libro vitæ corporis, vbi sunt scripti omnes viuentes. Nonnulli etiam alij aiunt fuisse Mosem & Paulum de vita duntaxat corporis locutos: quàm volebant amittere, potius quàm populus vitam animi penitus amitteret: Itaque non æternam, sed ad tempus separationem à Deo, non per mortem animæ sed per mortem corporis pro fratribus cupiebant. At diuus Ioannes Chrysostomus libro de compunctione cordis, & libro tertio de prouidentia Dei, & homilia sextadecima, eorum frangit sententiam, & in contraria perseverat. Qui fieri potest, inquit ille, vt Paulus optaret fieri à Christo anathema, hoc est separari ab illo per mortem carnis, cum potius mors ipsa viros iustos ad cœtum beatorum qui cum Christo requiescunt, adiungat, & applicet, eiusque gloria faciat potiri? Vermiculorù est in luto latitantium ista suspicio. Vterque enim tam Moses, quàm Paulus cum hæc dicerent, non solùm cogitatione transcenderunt omnia vitæ præsentis tormenta, atque mortem: sed etiam pro Deo quem ardētius quàm seipos amabant, cœlos & angelos supergredientes omnia, quæ aciem oculorum fugiunt, contempserunt: atque amore Deo quo flagrabant, ab ipsa Dei fruitione & ineffabili gloria decidere non tantùm obsecrarunt, sed quod amplius est, cupierunt. Tanto eorum animi charitatis affectu flagrarunt, vt id quod amabilius præ cæteris erat, hoc est, Deo ipso frui, pro nihilo putarent, & cœlorum regno, atque fruēdi diuino numine voluptate, quæ expectabant, laborum remunerationē, cedere puteretur. Hoc erat eorum propositum, ne Deus ab ipsis summè dilectus irideretur ab impijs, & maledictis atque execrationibus lacefferetur. possent enim impij dicere, Deum Hebræorum nõ potuisse explere, quod ipsis fuerat pollicitus, eamque ob causam populum

illum quem elegerat, destituisse. Hæc Chrysostomus. Vbi vides eam per librum vitæ æternæ, in quo scripti sūt prædestinati. Magnus Basilius in libro regularum fusi-  
sus disputatarum ait Mosem & Paulum ex magna dixisse charitate illud, non ignorantes non posse fieri, vt is alienaretur à Deo, qui ob charitatem eam, quam erga illum haberet seruandi causa maximi omnium mandati, Dei fauorem abiecit: seque eam ob causam multo plura accepturum, quam quæ dedisset. Augustinus quæstione 140. in librum Exodi inquit, Mosem ex ingente quadam diuinæ familiaritatis securitate, tali Deum ratiocinatione interpellasse: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* Sed non delebis me de libro tuo, in quo me indelebili caractere conscripsisti, dimitte igitur eis hanc noxam. Quod argumentationis genus vulgus dialecticorum deducere solet ex regula illa: A tota disunctiua affirmatiua cum destructione vnius partis ad alteram eius partem, valet argumentum. Veluti si dicamus: Necessè est animum aut esse mortalem atque mortalis non est, igitur immortalis. Hanc Augustini sententiam refert & sequitur Ioannes Arboreus libro vndecimo Theosophiæ: vbi asserit, Mosem non appetuisse simpliciter pro dimittendo Israëliti populi flagitio deleri de libro vitæ. Bernardus sermone duodecimo in Canticis, putat Mosem non in hunc sensum postulasse deleri de libro vitæ, vt à gloria æterna separaretur, sed ex quodam paterno affectu, ne solus ipse sine populo suo scriptus esset in libro vitæ, solisque excluso populo vitam æternam consequeretur. Rupertus abbas libro tertio in Exodum scribit Mosem his verbis conuincere Deum, vt ignosceret populo. Si non dimittis eis hanc noxam, dele me de libro tuo. Quare; quia & ego homo peccator sum. Si ergo peccantibus peccata non dimittis, sed eos deles de libro vitæ, solisque apud te permanent scripti iusti, consequens est, vt ego peccator de libro tuo deleatur. Sensus igitur est: Si non dimittis eis hanc noxam, dele me de libro vitæ, id est, consequens est, vt deleas me de libro vitæ. Hugo cardinalis in psalm. 138. duos esse ait libros vitæ, vnum præsentis iustitiæ & gratiæ, de quo Moses maluit deleri, quam populum perdi: alterum æternæ prædestinationis: de quo nõ optauit deleri, scis fieri nõ posse, vt quis ex illo deleatur. Thomas Caietanus in explanatione in Exodum hunc librum existimat esse ordinem diuinæ prouidentie circa illos, qui in hac vita futuri sunt principes. Est enim in diuina mente statutum, & tanquam in libro exaratum, qui futuri sunt rerum publicarum gubernatores. Ac cum Deus dixisset Mosi: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra populum, & deleam eos: te autem faciam ingentem magnam:* intellexit Moses esse se scriptum in libro principatus; nam quamuis populus periret, ipse tamen eratur princeps futurus. Eam ob causam petit à Deo, vt aut condonet populo peccatum hoc, aut deleat ipsū de libro principatus, si populus ille destrueretur. Nicolaus Lyranus multo aliter hunc locum interpretatur. Quæ admodum, inquit ille, seruator noster secundum voluntatem patris sensitur mortem reformidantis petijt à se transferri calicem passionis, quem voluntas rationalis ardentissime appetebat: sic Moses secundum desiderium partis animæ inferioris petijt à Deo deleri de libro vitæ, quod tamen secundum portionem animæ superiorem fieri nolebat, explicans hac precatione non quid ipsa mens Deo consentiens vellet, sed quid ipsa carnis voluntas carni suæ hoc est populo suo compatiens desideraret. Alphonsus Abulensis in Exodum asserit hæc verba Mosi non esse intelligenda iuxta nudam significationem, sed secundum hy-

perbolicum tropum: quo ardentissimum desiderium ostendere solemus, cum dicimus: aut concede mihi hoc, aut moriar. Hoc schemate vsa est Rachel capite Genesis trigesimo, cum dixit viro suo: *Aut da mihi liberos, aut moriar.* Non quod filios præferret vitæ, sed vt vehemens habendæ proles desiderium aperiret. Rabbi Moses Gerundensis ait Mosem vix sui compotem, & penè extra se raptum plus hæc ex impetu charitatis qua flagrabat, quam ex deliberatione rationis protulisse. R. Salomon Iarchi per librum illum intelligit pentateuchum: vt sit sensus: Dele me de libro legis, dele nomen meum de libro legis tuæ: nulla in eo fiat mentio mei, potius quam pereat populus, quem ex Aegypto eduxisti. Optabat memoriam rerum à se gestarum potius perpetua obliuione deleri, quam in Israëliticum populum interire. Id & aliud abiectionis fortasse significauit Paulus, cum dixit cap. 9. epistolæ ad Romanos: *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Ac si diceret: Cuperem ego omni nominis amplitudine spoliari, & multis iniuriis ac morte affici, ne fratres mei interirent. Nam anathemata Græcis dicuntur homines ignominia notati, quos gentes Deorum cultrices ad vrbs lustrationem diis manibus mactare solebant: si qua pestis, aut calamitas alia illas opprimeret. Huiusmodi hominum supplicio iniuriis & cruciatibus existimabant placari diuinum numen. Ad illa sacrificia alludens beatus apostolus ait. Vsque adeo me cruciat Iudæorum perniciis, quos admirabili prosequor amore, vt si scirem, sedandam esse Dei iram aduersus illos meis contumelijs, & cruciatibus, & cæde crudelissima, optarem anathema esse, vt ipsi salutem consequerentur. Quare non desiderabat separari à Christo quo ad gratiam, nec quo ad gloriam, sed quo ad corporis protectionem duntaxat. Hoc est, optabat cum Mose deleri de libro memoriæ, & de libro vitæ corporis, dummodo alij seruarentur. At liber de quo hoc loco loquitur Daniel, est liber æternæ prædestinationis, in quo omnes illi scripti sunt, qui suat vitam æternam consecuturi.

¶ *Et multi de iis qui dormiunt in terra.* Hoc est, & omnes mortui resurgent. Dormire idem est aliquando quod mori. In hanc accipitur significationem cap. 31. Deuteronomij, vbi Deus dixit Mosi: *Ecce tu dormies cum patribus tuis.* Capite secundo libri tertij Regum scriptum est: *Dormiuit David cum patribus suis.* Septimo Iob: *Ecce nunc in puluere dormiam.* Matthæi vigesimo septimo, *Multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt.* Ioannis vndecimo: *Lazarus amicus noster dormit.* Cap. quarto epistolæ prioris ad Thessalonicenses: *Nolo vos ignorare fratres de dormientibus:* hoc est de mortuis. Particula multi, vt hoc loco ait Theodoretus, accipitur pro omnes. Eandem sententiam confirmauit Christus Deus noster apud Ioannem c. 15. cum dixit: *Mortui audient vocem filij Dei.* Et paulo post: *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, resurrectione vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij:* Qui locus videtur esse huius explanatio. Certè ei similitudus est, vt ait Augustinus libro 20. de ciuitate Dei, c. 23. Aspicias particulam, multi, perinde valere atque omnes. Eo schemate vtitur apostolus cap. 5. epistolæ ad Romanos, dicens: *Si vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis lesit Christi in plures abundauit.* Vbi particula multi sumitur pro omnes. Hanc constituit apostolus differentiam inter delictum Adæ & gratiam Christi: nam vt obseruauit Oecumenius, mors sumpto ab Adam initio, vt nos superaret, nostro est adiuta peccato: Christi autem gratia sine merito nostro in omnes peruenit. Quod autem ait: *In plures abundauit:* non est intelligendum, plures iustificari, quam damnari: sed plus valuisse

valuisse Christi gratiam ad seruandum, quam peccatum Adæ ad occidendum: quia peccatum Adæ vitam abstulit, autem gratia præter vitam reddidit multis nos bonis & animæ, & corporis cumulauit: Eodem modo paulò post: *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi: hoc est omnes.* Nam vt in eodẽ ca. ait apostolus, *Omnes in Adam peccauerunt.* Fortasse ideo hoc Danielis loco, multi dicuntur, qui sunt ad vitam reuerfari, non omnes: quia infantes nõ baptizati non resurgent. Sunt quidem ad vitam reuocandi: sed non dicuntur proprie resurgere, quia nec ad gloriam, nec ad pœnam sensus sunt ad vitam redituri. Impij etiam dicuntur non resurgere, quia non resurgent ad vitam æternam, quæ est vera vita nominanda. Ita intelligitur illud primi psal. *Idco non resurgunt impij in iudicio: nec peccatores in concilio iustorum.* Potest tamen illud ita intelligi: Non resurgent impij in iudicio vt adiungantur ad cœtum beatorum: secernentur enim à iustis, iuxta illud seruatoris nostri apud Matthæum 25. *Congregabuntur ante eum omnes gentes: & separabit eos ab inuicem.* Potest quoque versiculo illo verbum resurgere accipi pro stare, & non resurre pro cadere. Cùm autem in iudicio cade-re causa, sit litem amittere, & cõtra se sententiã audire, hæc oratio: Non resurgunt impij in iudicio, significabit esse impios sententiã suã æternæ damnationis audituros separati nanque à cœtu beatorum in tenebras æternas religabuntur. Illud est certissimum vniuersos mortuos esse ad vitam reuocandos, cùm dominus noster Iesus Christus venerit ad generale iudicium exercendum. Ita enim ait apostolus capite quintodecimo prioris ad Corinthios: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* In momento, in istu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. De seipso ait Iob 19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum: & in carne mea videbo Deum saluatorem meum.* Aiant leonem filios natos mortuos rugitu & clamore, excitare: ita Christus leo ille de tribu Iuda voce angeli clamatis: *Surgite mortui, venite ad iudicium: omnes mortuos ad vitam reuocabit.* Quò ingreditur caput, possunt ingredi membra: atqui Christus, quem apostolus vocat caput ecclesiæ cuius nos membra sumus, ingressus est ad immortalitatem per resurrectionem, ergo nos ad eam introire valeamus.

*g. Euigilabunt.* Hoc est, resurgent, Euigilare à morte est redire ad vitam. De hac resurrectione mortuorum loquitur Ezechiel cap. 27. Ioannes capite 11. sui euangelij. Et sunt de illa multa alia loca in sancta scriptura. Hunc Danielis locum explicat copiosè Ambrosius in libro de fide resurrectionis. Non solum fideles, sed etiam Sarraceni & Turcæ mortuorum resurrectionem profitentur. Hoc enim dogma docuit Mahumetus in lege sua: & multæ ex gentibus idolorum cultricibus spe reditus ad vitam tenebantur. Id indicat epitaphium quoddam Romæ reperi-tum, à Petro Apiano, & Bartholomæo Amantio in codicem relatum, qui inscribitur, Inscriptiones sacrosanctæ vetustatis, cuius hæc sunt verba. Aurelio Balbo vita integerrimo, moribusque ornato, qui se quietioris perfectiorisque vitæ desiderio ex negotiis ciuilibus, in quibus fuerat cum laude versatus, louis beneficio abduxit, hic in spe resurrectionis quiescēti locus publicè datus est.

*h. Alij in opprobrium, vt videant semper.* Subaudi, illud. Ac si dicat: Alij vigilabunt in opprobrium æternum: surgent ad ignominiam & pœnam, quam in æternum visuri sunt. Vnde ait Christus dominus apud Matthæum 25. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Et apud Ioannem 5. *Procedent,*

*qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.*

*i. Qui autem docti fuerint.* Subaudi, in lege Dei, illamque seruauerint, & docuerint. Sequitur. *Fulgebunt quasi splendor firmamenti.* Hoc est splendent, veluti cœli nitor & claritas. Volens hoc aliis verbis exprimere ait: Et qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stella in perpetuas æternitates. Erudire alios ad iustitiam est illos instruere & excitare ad virtutem: omnes enim virtutes, vt ait Hieronymus, nomine iustitiæ continentur. In hanc significationem accipitur à Christo, cùm ait apud Matthæum 6. *Attendite, ne iustitiam vestram faciat coram hominibus, vt videamini ab eis.* Vel erudire homines ad iustitiam est illos adducere ad Christum, de quo ait Apostolus primo capite prioris ad Corinthios: *Factus est nobis sapientia & iustitia.* Vel accipitur hoc Danielis loco iustitia pro euangelio: vt apud Oseam 10. *Cum venerit, docebit vos iustitiam.* Et apud apostolum capite vndecimo epistolæ secundæ ad Corinth. *Non est magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ.* Vbi iustitia accipitur pro Euangelio Christi, aut pro ipso Christo. De iustis sapientibus scriptum est cap. 3. lib. Sapientie: *Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundinetis discurrent.* Et capite 13. Matth. *iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* Sed non omnes æqualem mittent splendorem: nam vt Apostolus ait capite quintodecimo prioris ad Corinthios: *alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum.* Exemplo corporum cœlestium quorum alia sunt aliis clariora, docet, in resurrectione futuros esse pro diuersis meritis diuersos splendores, & diuersa præmia iustorum. Tu autem perpende, quanti aestimanda sit sapientia, quam angelus hoc loco cum Daniele loquens cum splendore firmamenti comparauit. Verè sapientes sunt veluti cœli fulgentibus astris distincti, virtutum ac sapientiæ ornamentis decorati. De illis ait diuinus psalter 18. *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Ac quemadmodum astra non sibi ipsis solum splendorem habent, sed illo mundum illustrant: ita verè sapientes non sibi solum profunt, sed alios instruunt, optimarum doctrinarum vias tradunt, & cæteros ad vitam æternam querendam præceptis salutaribus informant. Nam vt Ecclesiasticus cap. 41. ait, *Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisque.* Debent, qui docti sunt, cùm aliis scientiam communicare. Vt stomachus epulas recipit non sibi soli, sed vt eas aliis corporis partibus distribuat: sic vir doctus recipit scientiam, quæ non tantum sibi, sed aliis etiam proficit. Et vt stomachus qui in se retinet nutrimentum, quod non digerit, nec membris aliis impertitur, facile corrumpitur & tabescit: sic vir peritus qui cum aliis non vult scientiam communicare, sibi ipsi inferet detrimentum. Ideo dicebat Christus Deus noster apud Matthæum cap. 5. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Et 28. *Docete omnes gentes.* Vt aues pabulum inuenientes pullis suis largiuntur: sic viri sapientia præstites sunt eam in alios translaturi. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum doctrina. Ideo ait diuinus psalter de viro felici, qui in lege domini perpetuò meditat: *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Quemadmodum enim arbor fecunda & fructifera fructuum pulchrorum vbertate aliis utilitatem affert: sic sapiens in aliis adiuuandis occupatus omnia ad communem refert utilitatem. Doctor ecclesiasticus, inquit Rabanus Magnentius in capite vigesimum quartum Ecclesiastici: scribendo & docendo non solum sibi laborat, sed aliis: sibi pro æterna

similitudo  
Apo. 5.  
similitudo  
Ehpe. 2.  
& 4.  
& 5.  
Coloss. 1.

similitudo

similitudo

similitudo

similitudo

similitudo

similitudo

mercede & quiete: alijs pro vera salute, & perpetuas requie. Itaque commune commodum ante oculos ponit. Huiusmodi hominem antiqui Deum appellabant: à quibus natum est illud laudatum, tritumq; vetustate prouerbum: ἀὐθῶν & ἀὐθῶν δαυιδίου. Hoc est homo homini Deus. Gentes enim Deorum cultrices nihil aliud existimabant esse Deum, quam prodesse mortalibus. Ex quo effectum est, vt frugum & legum inuectores, & quicūque ad vitæ commoditatem aliquid attulissent, dii vocarentur. Hac ratione ductus Strabo libr. 10. Rectè, inquit, dictum est, mortales tunc maximè Deos imitari, cum in alios conferunt beneficia. Vnde Vergilius in Tityro ideo Cæsare loco diuini numinis habebat, quia ab illo erat ingentibus immortalibusque beneficijs affectus. Quare poema condidit ita canens:

*O Melibæ Deus nobis hæc otia fecit.*

*Nanque erit ille mihi semper Deus, illius aram.*

*Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.*

Sed multò grauius id explicauit diuus Gregorius Nazianzenus in oratione de cura pauperum, vbi hæc verba literis exarauit. Fias ærumnoso Deus, misericordiam Dei imitando: nihil enim æquè diuinum habet homo ac beneficentiam. Sed inter res omnes quibus homo potest hominem iuuare, doctrina sapientiæ vna eminet, qua nihil potest esse ad veram animi pulchritudinem elegantius, nihil ad vitæ utilitatem accommodatius, nihil ad suauitatem iucundius, nihil ad pietatem colendam præstantius. Sancta quippe rursitas, inquit in epistola ad Paulinū Hieronymus, solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. In literis diuinis per aquam designatur sapientia, iuxta illud Ecclesiastici: *Aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Quare rectè ille ait, qui hominem sine scientia confert cum stagno sine aqua. Oseas ca.

*Ecd. 15.*  
*similitudo*

4. postquam vocibus queribundis & lamentabilibus dixit non esse scientiam Dei in terra, adiecit statim: *Maledictum & mendacium, & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt.* Sapientiæ inopia atque despicientia est infinitorum scelerum basis, & turpis deformitas. Contrà verò sapientia est maximarum virtutum fundamentum, & admirabilis pulchritudo. Qui ea sunt instructi, attrahunt ad se, & alliciunt animos atque oculos intuentium, Pythagoras, Plato, Appollonius, & alij magni nominis viri novos populos adierunt, longè distantes oras peragrarunt: vt quos nominis celebritate duntaxat nouerant, proprijs oculis aspicerent. At illi non sunt veram sapientiam assecuti: quoniam fide Christi carebant: quin potius tenebris cooperti in erroribus versabantur. Christus Deus noster est verus sapientiæ fons: & vt verbis vtar Eccles. 1. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Cum autem gentes vanorum deorum cultrices, hoc Dei verbum ignorauerint, apertè concludes eas fontem sapientiæ non ex fide nouisse: & ex consequente non esse perfectam sapientiam consecutas. Vt stellæ, quamuis lucis aliquid afferant, noctem tamen non discutiant: sed sol illà dispellit: sic externi philosophi rerum cognitione doctrinæque delectati tamen non nullis in rebus mortales aliquo modo illustrarunt, non tamen noctis tenebras ex eorum mentibus abstulerunt: solus Christus Deus noster sol iustitiæ noctem & caliginem deleuit, hominumque animos vero splendore illuminauit. Id intelligens Paulus apostolus cap. 13. epistolæ ad Romanos: *Nox, inquit, præcessit, dies autem in appropinquauit.* Nam cum viri magno ingenio præditi contemptis omnibus & publicis & priuatis actionibus se ad inquirendam veritatis studiū conferrent, non est passus Deus eos diutius oberrare. Aperuit eorum oculos aliquando, & errantibus va-

*similitudo*

*similitudo*

gisque viam consequendæ immortalitatis ostendit. Misit filium suum vnigenam, doctorem cælestem, solem iustitiæ, fontem sapientiæ, cuius hauitu atque potu possent mortales diuinam philosophiam comparare, ardoremque rerum humanarū extinguere. Hæc est philosophia christiana, quæ medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, ab impijs cupiditatibus liberat, noxios timores expellit. Hæc est vitæ mortaliū dux, virtutum indagatrix, expulsiq; vitiōrū: quæ conscientia tranquillitatem largitur: & viam munit ad vitam immortalem comparandam. Hæc est excelsa illa philosophia, qua animi recreantur: & ad æternitatem aluntur. Quare eos felices statuo, qui virtutem amplectentes in diuinarum literarum studium toto pectore incumbunt: quò possint alta Dei mysteria sole ipso splendidiora mentis oculis intueri alios instruere, & ad æternas mentium beatarum sedes aspirare. Non sat est ornari scientia, sed opus est iuxta illam vitæ cursum dirigere. Vt enim struthio-camelus pennas alasque habet, sed non volat, nec sursum erigitur: sic homo doctus, sed sceleribus imbutus scientiam habet, vt volet in cælum, sed ipse à terra haudquāquam extollitur. De huiusmodi hominibus non loquitur hic Daniel, sed de his, quibus illud conuenit, quod Christus ait apud Matth. 5. *Vos estis lux mundi:* qui virtute præditi cum sapientia coniuncta, rerum maximarum splendore celebrati, admirabili candore splendebūt instar luminum cælestium, quibus mundus illustratur.

*Tu autem Daniel.* Hoc est, clausas habeto visiones has. Significat obscuritatis harum visionum magnitudinem: quæ tempore Antichristi, & vltimi iudicij aperientur.

*Et signa librum.* Subaudi, in quo hæc scripseris, quæ te ges sigillis difficultatum. Hæc verba & superiora idem significant. Vult angelus difficultatem harum rerum exaggerare. Et præcipit Danieli, ne illas ad eò apertè scribat, vt ab omnibus intelligantur. Diuina quippe mysteria non sunt omnibus ostendenda & explananda. Eam ob causam Esaias c. 29. *Erit volis, inquit, visio omnium sicut verba libri signati.* Et Ioannes ca. 5. Apocalypsis: *Vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.* Veram huius libri intelligentiam Christus aperit, qui habet clauem Dauid, vt idem ait Ioannes tertio Apoc. Ac non omnibus omnia patefacit. Turbis in parabolis loquebatur discipulis verò seorsim omnia exponebat. Et apud Matth. 7. *Nolite, inquit, sanctum dare canibus, nec margaritas mittatis ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis.* Porro veteres Aegyptij in foribus templorum dijs dedicatorum pingebant sphinges, significare volentes, diuina dogmata, sacræque mysteria per ænigmatum nodos esse inuolatè custodienda, & in arcanis duntaxat inter sapientes religionis cultores tractanda. Et quia Augustus Cæsar erat silentij rerum sacrarum amantissimus, ferebat sphingem in annulo, quo literas signabat, sculptam. Erat autem sphinx monstrum quoddam, cuius caput & manus puellæ similitudinem, corpus canis, alæ auis, vox hominis referebant: vt antiqui poetæ fictis fabulis prodiderunt. Hæ sphinges, vt illi aiebant, homines prætereuntes difficilibus inextricabilibusque quæstionibus remorabantur. Quare abstrusa mysteria & ænigmata, & res difficiles & arcanas designabant. Vide Plinium libro 8. Diodorum Siculum 4. Pierium Valerianum primo & sexto de hieroglyphicis.

*Vsque ad tempus statutum.* Hoc est, donec veniat ea, quæ tibi dico, & quæ scripseris, impleantur. Ac si dicat: Tege hos sermones vsque ad tempus illud, quando quæ tibi nuntio, futura sunt. Non ita apertè scribas

*similitudo*

*Apo. 4.*

*Gen. 3.*  
*4.*  
*Mat. 1.*  
*20.*

bas has vaticinationes, vt eas quilibet intelligat. Vel vsque ad tempus statutum: id est vsque ad legem euangelicam, quando ea Christus quibus voluerit, patefaciet. Discipulis enim suis post reditum ad vitam aperuit scripturas, vt diuus ait Lucas ca. 23. Ad quod significandum velum templi scissum est, cū Christus ē vita migravit. Et apostolis dixit apud Ioannem 15. *Cum venerit paraclētus, quem ego mittam vobis à patre qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Et cap. 16. *Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Vel vsque ad tempus statutum, id est, vsque ad tempus vltimum: vsque ad Antichristum, & secundum Christi aduentum. Huic expositioni fauet versio Theodotionis, quæ habet: *Vsque ad tempus consummationis.* Et Pagnini: *Vsque ad tempus finis.*

*n* *Ecce quasi duo.* Subaudi, homines. Erant quippe angeli: sed quia in figura erant humana, quasi homines vocantur. Versio Theodotionis non habet particulam quasi: quæ aliquando idem est quod re ipsa. Ita accipitur apud Ioannem cap. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia & veritatis.* Hi duo angeli erant præfides & custodes, alter Persarum, alter Græcorum, qui stabant iuxta fluuium Tigrim, vnus ex vna parte, alter ex altera. Perspicuū est ex cap. 10. fuisse Danieli visionem hanc ostensam iuxta fluuium Tigrim, quem alij Tigridem nomināt: de quo ibi nonnulla diximus.

*o* *Et dixi viro.* Hoc est, & ego dixi Angelo Gabrieli, qui mihi in figura viri apparuit. Nonnulli codices habent: *Et dixit: nimirum vnus ex illis duobus.* Ac hæc videtur correctior litera.

*p* *Qui erat indutus lineis.* Id est, qui erat veste linea amictus. Hæc vestis candida designabat angelicum nitorem, puramque integritatem. Maria Magdalena, vt tradit diuus Ioannes cap. 20. *prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis sedentes, &c.* Et ca. 1. Actorum ait diuus Lucas, in ascensu Christi ad cælum assistisse iuxta discipulos duos viros in vestibus albis. Viginti quatuor seniores quos vidit in Apocalypsi diuus Ioannes super thronos sedentes, vestibus etiam albis induti erant: per quos significantur sancti omnes in cœlesti gloria constituti, qui secum vitæ innocentiam attulerunt. Dicuntur autem bis duodecim: quia duodecim fuerunt filij Israelis, per quos omnes viri iusti veteris testamenti intelliguntur: & duodecim apostoli, per quos omnes viri sancti noui

testamenti significantur. In numero duodenario sunt ter quatuor, quia fides trinitatis sanctissimæ in quatuor mundi partibus nuntiata fuit. Quare viri fide formata præstantes dicuntur duodecim: & omnes vtriusque testamenti viginti quatuor: qui numerus cōflatur ex sexies quatuor: sex referuntur ad opera: quia Deus sex diebus fecit mundum: quatuor verò ad euangelia, quorum fidem aut implicitam aut explicitam omnes sancti habuerunt. *Sine fide enim duo Paulo assertore cap. 11. epist. ad Hebr. impossibile est placere Deo.*

*q* *Qui stabat super aquas fluminis.* Nimirum Tigridis. Alij duo angeli stabant in littore super ripam, hic autem super aquas illius rapidissimi fluminis Babylonici, eas veluti pedibus conculcans. Significabat enim comprimendum esse Persarum & Babyloniorū furorem, eorūque impetus coercendos. Aut populos illos tandem conculcandos. Nam aquarum nomine significantur populi: iuxta illud psalmographi 28. *Vox domini super aquas.* Et illud Apoc. 17. *Aquas quas vidisti, populi sunt, & gentes, & lingua.* Rectè quidem populus propter mutabilitatem, temeritatē, & inconstantiam animorum hac atque illac vagantium, & crebram tanquam tempestatum, sic sententiarum mutationem cū aquis fluentibus atque fluctuantibus comparatur. Fortasse ideo angelus Persarum & angelus Græcorum erant in littore: quia tunc Persæ & Græci in regionibus propriis quiescebant: Gabriel autem Iudæorum fautor in medio aquarum: quia Hebræi aquis calamitatumangebantur. Est enim in diuinis literis vsitatum, aquarum nomine calamitates designari. Fortasse per hos tres angelos, qui apparuerunt Danieli, significatur sacrosancta trinitas, quæ etiam apparuit Abraham: quando ipse tres vidit, & vnum adorauit. Nam per duos angelos qui erant in littore, possumus intelligere personam patris, & personam Spiritus sancti, quiescentes, per angelum autem in medio fluminis personam filij, qui solus erat in medio aquarum ac fluctuum: quia solus persona filij carnem humanam assumpsit, solus filius vndas tormentorum transiit factus homo, & fluctus dolorum ac cruciatuum sustinuit, vt nos ab æternis suppliciis liberaret.

*r* *Vsque quo finis horū mirabilium.* Id est, quando implebuntur mirabilia hæc, quæ mihi prædicis: *Quādiu est Antichristi tyrannis duratura? Quidā interpretantur: Quando tandem erit finis tantæ persecutionis?*

## ANNOTATIONES ex Hebræo in

### CAPVT XII.

*1* *Consurget Michael.* Pagninus habet: *Stabit Michael.* Alij vertunt: *Rerum potietur Michael.* Verbum Hebraicum est *Hamadg*, quod omnes has admittit significationes. Significat etiam roborare & sustinere. Vnde illud *Ezechiel. cap. 22.* *Nunquid sustinebit cor tuum: potest verti: Nunquid roborabitur cor tuum? Quare poterit etiam verti locus hic: Roborabitur Michael.* Præterea significat verbum hoc cessare, vt 4. cap. libri 4. Regum. *Stetitque oleum. Hoc est cessauit: siue desijt fluere. Ca. 30.* *Gen. vbi nos habemus: Sentiens Lia quod parere desisset: potest verti ex Hebræo: Sentiens Lia se cessasse à pariendo. Quod in sensu idem est. Vbi pro cessare est idem verbum, de quo agimus. In eam significationem accipitur cap. 10. *Iosue: Steteruntque sol & luna, donec vlcis-**

ceretur se gens de inimicis suis. *Hoc est, à motu cessarunt.* Ab hoc verbo deriuatur *Hamud*, quod significat columnam, quod stet immobilis, & ædificium sustineat atque sustentet. Quare potest hic *Danielis locus* ita forsitan transferri. In tempore autem illo cessabit *Michael princeps magnus: qui modo stat pro filiis populi tui.* Ac si dicat: *Tempore tyrannici dominatus Antichristi illustrissimus princeps Michael, qui nunc est præses Iudæorum, eos non adiuuabit: qui nunc eis fert opem, tunc ab ea, ita eorum sceleribus exigentibus, cessabit.* Sed certior omnibus atque tutior est lectio editionis vulgatæ: cum qua etiam concordat Theodotionis translatio: quæ ita habet: *ἀναστήσει. Hoc est, consurget.*

*2* Alij opprobrium, vt videant. *Theodotio habet: ἡδὲν τοι εἰς ἀνάσσειν καὶ εἰς ἀποχρῆμα ἀνάσσειν.* Hoc est, *Et hi in opprobrium & dedecus in æternum. Xantes Pagninus vertit: Hi ad opprobria, & contemptum sempiternum. Isidorus Brixianus eodem fere modo: Alij in opprobria, & contemptum sempiternum. In nonnullis codicibus ad marginem est: Alij in opprobrium in abiectiōnem*

sem-

sempiternam. Quae omnia in idem recidunt. In Hebraico est: *עולם לרחוק להלכה ולעללה* veelleh la haraphoth lechiron holam. Tota difficultas est in vocabulo Dhiron: nam quidam illud deducunt à Dhara, quod est vermis abiectus: quam ob causam significat abiectionem, contempcionem, & dedecus. Quam significationem secutus est Theodotio cum aliis, Alij deducunt illud à verbo Raab, quod significat videre: & hanc significationem secuti sunt septuaginta interpretes, & post illos Latinus noster interpres. Eo verbo utitur Dauid ps. 30. pro quo noster interpres habet, respicere: Quoniam respexisti humilitatem meam. Hoc est, quonia meam vidisti calamitatem. Et psal. 38. Protector noster aspice Deus. Vbi pro aspice est hoc idem verbum. At vocabulum significans protectorem significat etiam clypeum. Quare potest verti locus ille: Clypee noster aspice Deus. Ac si dicat: Intue e nos o Deus, qui es clypeus noster. Vel clypeum nostrum aspice Deus. Et ita per clypeum intelligitur rex, qui debet esse populi defensor & propugnator: sequitur enim: Et respice in facie Christi tui: seu regis tui. Quae oratio est prioris expositio. Quidam viri docti per clypeum hoc versu intelligunt domum sanctuarij, vbi arca domini erat ante templi Salomonis extruccionem: quod domus illa populū Israeliticum protegeret. Vt sit sensus: Et si nos tuum fauorē ob impia nostra flagitia non meremur, tu tamen Deus ob clementiam tuam respice in templum nostrum, vbi tibi cultus diuinus exhibetur. Ceterum aspice seu videre non solum ad oculorum visum, sed ad sensum audiendi refertur: vt cap. Exod. 20. Cunctus autem populus videbat voces: hoc est audiebat. Refertur quoque ad alios sensus, & ad intellectualem. Preterea accipitur pro eligere, vt Matt. 4. cap. Vidit Iesus duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Et capi. Ioann. 1. Cum esses sub ficu, vidit e. Id est, te sub umbra legis positum elegi. Lex enim vetus, vt diuus ait Paulus in epistola ad Hebraeos, umbram habet futurorum bonorum. Videre mortem idem est quod mori: psal. 88. Quis est homo, qui viuere, & non videbit mortem? Et cap. Luca 2. Responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Videre corruptionem idem est quod corrumpi: vt psal. 15. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et Act. 2. & 13. similiter.

3 Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Theodotio habet: A iustis multis quasi stellae in secula, & vltra. Comparauerat superioribus verbis viros sapientes qui alios instruunt excellenti doctrina, cum sole, quem splendorem firmamenti appellauerat: nunc autem viros pios ac iustos, sed simplices confert stellis. Vbi firmamentū pro caelo & stellarum fixarum & errantium in communi accipitur: vt cap. 1. Genesis: Fiat firmamentum in medio aquarum. Ex quo colliges eam esse inter virum iustum doctum & indoctum differentiam, quae est inter solem & stellam. Aspicias, quantum inter se distent docta iustitia, & iusta simplicitas. At vulgata quae in explicanda Hebraica veritate inter omnes vna eminet, vtrumque refert ad eruditos.

4 Vsq̄ quo finis horū mirabilium? Pro mirabilium est in Hebraeo: *Pelaoth*: à verbo *Pala*, quod significat ab-

scendere, separare, esse mirabile, difficile, absconditum, abstrusum. Capit. Prouerborum. 30. vbi nos habemus: Tria sunt difficulta mihi, & quartum penitus ignoro: pro difficulta, est in Hebraico vocabulum hoc. Quam ob causam potest oratio illa ita verti: Tria sunt abscondita mihi: Vel mirabilia apud me: Eodem modo accipitur psal. 118. Mirabilia testimonia tua. Vel difficulta intellectu. Vel abscondita sunt leges tuae. Illud Deuteronomij 14. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris: verti potest: Si occultum tibi esse iudicium perspexeris. Illud psal. 117. A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris: potest verti: Et est absconditum oculis nostris. Tam excelsum est enim mysterium redēptionis humanae vt aciem fugiat oculorum nostrorum: quare magis nitendum est fidei, quam iudicio humano. Illud psal. 4. Scitote, quoniam mirificauit dominus sanctum suum pro quo Hieron. trāstulit: Cognoscite, quoniam mirabilem reddidit dominus sanctum suum: verti etiam potest: Scitote, quoniam separauit, vel segregauit dominus sanctum suum. Solet namq; Deus viros sanctitate insignes à sceleratorum cœtu & familiaritate separare, & in solitudinem adducere. Vel ita: Scitote, q̄ absconderit Deus sanctum suum. Ideo viri iusti absconditi dicuntur. De illis ait idem diuinus vates psal. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuae à contradictione hominum. Illud etiam Esaiā 29. Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus: potest verti: Idcirco ego addam, vt abscondam à populo hoc magna & stupenda absconzione. Ideo sequitur: Peribit sapientia, & c. Illud quod dixit angelus Manue capi. Iudicium 13. Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? potest verti: quod est absconditum. Idem enim vocabulum vtrumque significat. Vnde illud Esaiā cap. 9. Et vocabitur nomen eius, admirabilis, cōsiliarius, Deus, fortis: potest verti: Et vocabitur, nomen eius, absconditus, & c. Ipse enim Esaiā ca. 45. ait. Verè tu es Deus absconditus. Est enim Christi diuinitas abscondita in eius humanitate. Eam ob causam ait Habacuc 3. Ibi abscondita est fortitudo eius. Et Dauid in 9. psal. inscriptione: Pro occultis filij. Hoc est, pro filio Dei occulto. Et diuus Paulus cap. 2. epistolae prioris ad Cor. Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula. Sapientia Dei abscondita in mysterio est Christus Iesus verus Deus in humanitate absconditus. De eo idē apostolus verba illa: Ignorā Deo: interpretatus est, quae Athenis in ara quadam inuenit, vt diuus Lucas memoria prodidit cap. 17. Actorum. Et cap. Apocalypsis 2. ait Deus pater: Vincenti dabo manna absconditum. Eam ob causam p̄se Christus apud Mat. se cū thesauro abscondito comparauit. Preterea illud psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: verti etiā potest: Abscondita facta est mihi scientia tua. Quare hic Danielis locus verti potest, Vsq; quo erit finis rerum harū absconditarum? Dixerat enim Angelus Danieli: Claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Quibus verbis ostendebat absconditas esse, & occultas res illas, de quibus vaticinabatur. Daniel autem eum interrogat, quando earum finis futura sit.

Et audiui virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, b̄ cū eleuasset dexteram & sinistram suam in caelum & iurasset per viuentem in aeternum, quia c̄ in tempus & tempora, & dimidium temporis. d̄ Et cū completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa haec. ē Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine mi quid erit post haec? Et ait: Vade Daniel, quia s̄ clausi sunt, signati que sermones vsque ad praefinitum tempus. b̄ Eligentur, & dealbabuntur, ī & quasi ignis probabuntur multi. k̄ Et impij agent impij, nec intelligent omnes impij: porro docti intelligent. l̄ Et à tempore cū ablatum fuerit iuge sacrificium, m̄ & posita fuerit

fuerit abominatio in desolationem: 700 dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille tercentos triginta quinque. Tu autem Daniel vad e ad præsinitum, & stabis in sorte tua in finem dierum.

a *Et audiui virum.* Hoc est Gabrielem angelum in specie viri. Cur autem esset linea veste indutus & super aquas locatus, diximus paulò antè.

b *Cum eleuasset dexteram.* Tanquam scilicet iurans, Deumque testem inuocans ad maiorem verborum suorum affirmationem. Solebant qui iurabant, manum extollere. Vnde ipse Deus ca. 32. Deut. *Leuabo,* inquit, *ad celum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum.* Deus enim, vt D. ait Paulus in epist. ad Heb. 6. *quoniam neminem habet, per quem iuret, maiorem, iurat per semetipsum.* Et Angelus in Apocalypsis ca. 10. *leuauit manum suam in celum, & iurauit per viuentem in secula seculorum.* Idem est per viuentem in secula seculorum, ac per viuentem in æternum. Hoc est, per Deum, qui solus est æternus per se, ac in sempiternum viuens, & ipsa vita. Ipse ait apud Ioann. 14. *Ego sum via, veritas, & vita.* De quo ait idem Ioannes 1. *Et vita erat lux hominum.* Est etiam lux angelorum: sed, quia non illis, sed hominibus scriptum est euangelium, satis fuit dicere esse illam lucem hominũ.

c *In tempus, & tempora.* In tempus, hoc est, anno vno: & tempora, hoc est annis duobus: & dimidium temporis, hoc est dimidio anni. Ac si dicat: Durabit tyrannis Antichristi tribus annis cum dimidio: tandiu enim durauit Christi Dei nostri prædicatio. Hæc eadẽ verba scripta sunt sup. c. 7. vbi ea explanauimus.

d *Cum completa fuerit dispersio manu populi.* Id est, cum completè dispersa fuerit fortitudo fidelium, cum Antichristus robur multorum Christianorum dissipauerit. Accipitur manus pro robore & fortitudine. Vel pro copiis & cœtu populi sancti: pro exercitu virorum fide atque iustitia præstantium, qui ab Antichristo exagitati se conferunt in fugam.

e *Ego audiui, & non intellexi.* Omnia quæ dicta sunt, uidiui: sed non omnia intellexi. Audierat diuersa regum bella, & multiplicem historiam, sed nomina non audierat singulorum. Et si in vniuerso percepit animo veritatem, tamen in parte nonnulla non intellexit: quia nulla ex earum rerum cognitione commeditas proueniebat. Solet enim Deus ad communem utilitatem futura diuinis verbis ostendere. Est quidem Daniel sine dubio propheta, dicente Christo domino in euangelio authore Matthæo 24. *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta.* Propheta autem est videns, vt constat ex ca. 9. lib. 1. Reg. & 16. libri 2. Paral. & aliis ex locis diuinarum literarum: videns verò quæ prædicat, mentis oculis intuetur. Quare dicendum est, Danielẽ vaticinationes suas intellexisse: tamen si aliquid eũ fugeret, cuius non erat ei tunc necessaria cognitio. Spiritus prophetiæ non semper mentes diuinorum vatum illustrat: nam vt Christus apud Ioannem cap. 3. *Spiritus vbi vult, spirat.* Hinc Eliseus: *Dominus,* inquit, *celauit à me, & non indicauit mihi.* Fieri quippe potest vt multa videant, & intelligant diuini vates generaliter, quorum aliquid in parte non intelligant. Id quod hic dici potest à Daniele.

f *Vade Daniel.* Hoc est, ne cures id: differ in aliud sermonem: non enim tibi modò sum aliud dicturus. Ac si dicat: Nihil amplius modò à me quæras circa id, quod tibi prædixi. Volebat Daniel intelligere determinationem diei vltimi iudicij, & alia, quæ illi non conueniebant. Quam ob causam ei indicata non fuerunt. Discipulis etiam suis dixit Christus capite Actorum 1. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.* Et Ecclesiasticus cap.

3. *Altiora te, inquit, ne quæsieris, & fortiora te nõ scrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: nõ est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis.* Hæc ille

g *Clausi sunt, signatique sermones vsque ad præsinitum tempus.* Hoc est, non explicabuntur sermones hi nisi tempore à Deo constituto: tunc aperientur, & patefient. Eam ob causam nõ expedit tibi diè vniuersalis iudicij determinatè intelligere, nec alia huiusmodi, quæ tempore congruente aperientur.

h *Eligentur.* Hoc est, diuinitus ostendentur electi patientiæ, & constantiæ, cæterarumque virtutum ostensione. Et dealbabuntur: hoc est, expurgabuntur, & mundi atque lauti reddentur.

i *Et quasi ignis probabuntur:* Id est, quasi aurũ in igne: sic multi viri iusti in fornace calamitatum purum vitæ ostendent nitore. Eodẽ modo capite superiore: *Vt conflentur & eligantur, & dealbentur.* Vbi ea poteris videre, quæ ibi literis mandauimus. Vt resina quædam non differt à thure colore nec figura: sed si coniciatur in ignem, thus olet, resina verò scætet: sic sceleratus simulator in rebus externis non differt à iusto: sed coniecti ambo in ignem calamitatum, statim se patefaciunt: nõ iustus mittit odorẽ tolerantiæ, impius verò scæterem iracundiæ. Vel ideo ait: *Quasi ignis probabuntur:* quia quemadmodum paruus ignis extinguitur vento, quo magnus augetur, & indies crescit: sic exilis virtus restinguitur calamitate & tentatione, qua ea quæ est perfecta, omnibusque numeris absoluta, redditur clarior, diuturnior, aprior pulchrior, & præstantior: Et qui ea præditus est, coronam victoriæ adipiscitur. Id quidem est, quod ait in epistola sua Iacobus apostolus: *Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Vt balsamum in vas aquæ coniectum, si est paruum & præcellens, petit fundum, si autem impurum & contaminatum, sursum fertur: sic homo aqua calamitatis & tentationis probatur: nam qui est vera virtute præditus, ad imũ humilitatis & patientiæ se confert, qui autè est vitiis imbutus, ad iræ & furoris fastigium tendit. Aspicias igitur, vtilitatem viri iusti tentatione augeri, eaque illius gloriam illustrari.

k *Impiè agent impij.* Hoc est, fructus impiorum erunt impietates. qualis arbor, talis fructus. Ideo ait Ecclesiasticus cap. tertio: *Peccator adiuuet ad peccandum.* Et Dauid capite vigesimoquarto libri primi Regũ: In prouerbio antiquo dicitur: *Ab impijs egreditur impietas.* Et apostolus capite tertio epistolæ secundæ ad Timotheum: *Mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.* Et Ioannes in Apocalypsi 22. *Qui nocet, noceat adhuc & qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

Nec intelligent. Nullam habebunt impij intelligentiã sibi salutarẽ: pij verò ea præditi erunt. Homines scelerbius imbuti non ad salutẽ intelligent illa Dei mysteria, quæ intelligent viri iusti. Nã vt sapiens ait: *In maleuolam animã nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Et apostolus capite secundo prioris ad Corinthios: *Animalis homo nõ percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.* Cũ humana ratio sit obscurata flagitiis, impedita sceleribus, & à diuina voluntate auersa, non percipit cœlestem ac salutarem doctrinam. Quid spirituale scire potest, qui effrenatos carnis sequitur appetitus,

qui

Sup. 11.

similitudo

similitudo

Iac. 1.

similitudo

4. Reg. 4.

Sup. 5.

1. Cor. 2.



qui est summis infinitæ cupiditatis stimulis concitatus? Qui fieri potest, ut qui non spiritu ducitur, sed carne, quæ sunt spiritualia rectè cognoscat? Eam ob causam ait apostolus. *Non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.* Ac si dicat: Impius libidine ductus, & flagitiis contaminatus non potest animo comprehendere, quæ sunt Spiritus Dei, quoniam spiritualiter discutiuntur, & iudicantur. Vel ut diuus interpretatur Ambrosius, quia impius spiritualiter iudicatus est, & in reprobum sensum damnatus. Quid sciunt, qui seipso nesciunt, qui relicto & contempto itinere immortalitatis ad æternas mentium beatarum sedes directo, viam eligunt deterrimam, ad inferorum pœnas ducentem, qua ad æternam mortem gradiuntur? Stulti sunt huiusmodi homines, & ut inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniant, insanissimi. Possunt illi scientias habere, & quid facere debeant multis in rebus intelligere: Sed quid hoc illis prodest, si, quod intelligunt, haudquaquam efficiunt? Imò ut diuus ait Iacobus: *Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi.* Sunt sapientes ad fallaces mundi diuitias & inanem gloriam, & alia huiusmodi aucupandum: sed ut diuus asserit Paulus in priore ad Corinth. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Hæc sapientia est nuda, à charitate separata: quam ob causam non est vera sapientia nominanda. Hæc est, quæ inflat, ut ait apostolus, quæ homines tumescunt, de quibus ait psalmographus, *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.* Nam inani bus noxissimæ cogitationibus occupantur, nisi diuino lumine gratiæ illustrentur. Eam ob causam adiecit statim idem diuinus vates: *Beatus homo, quæ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.* Ut aquila acumine visus superat alias aues, sed est illis crudelior & rapacior: ita sæpe quando homo maiore visus intelligentiæ acie pollet, & in mundi rebus est sapientior, tantò est sapientior, tantò est sceleratior & iniustior. Ut in Aegypto vbi innumeræ plantæ salubres nascuntur, innumeræ etiam venenatæ generantur: sic ingenium abundantis documentis artium, abundat sæpenumero machinis flagitiorum. Ac plerunq; nihil ei prodest scientia, nisi ad infelicitatem suam intelligendam. non autem ut illi medeatur. In calamitate nihil ei remanet nisi intelligentia ad percipiendam pœnam & miseriam. non ad remedium adhibendum. Hæc dixit diabolus: *Aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii scientes bonum & malum:* Cùm verò comederunt, viderunt pœnam, eius autem remedium, nequaquam. Hinc Ecclesiast. i. *Qui addit scientiam, inquit, addit laborem.* Vera sapientia affert tranquillitatem animis, quos quasi concordia quadam placat ac lenit, eosq; ad labores & dolores, rerumq; aduersarum ictus fortiter ferendos inuitat. Hæc mittit mortales ad vberissimum ipsius plenissimumque fontem, cuius haustu atque potu conceptam visceribus sitim sedet ardoremque restigant. Quare illustriore nominis celebritate digni sunt verè sapientes, quàm insignes oratores: illi enim secundum sapientiã versum vitam conficiunt, rectèq; viuendi doctrinam aperiant, quod est longè præstantius, quàm eloquentia: ut: ac benedicere ad paucos pertinet: bene autem vivere ad omnes. De hac sapientia ait Bernardus: Inuenisti sapientiã, si prioris vitæ peccata desleas, si huius seculi desideria paruipendas, si æternam beatitudinẽ toto pectore concupiscas. Qui huiusmodi sapientiã contempserint, non intelligent: qui autem illam coluerint, ea quæ dico, animo percipient, & quantum expedit, intelligent: ut hic ait angelus Danieli.

1 *A tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium.* Dixerat duraturum esse crudelem Antichristi dominatum tres annos cum dimidio: nunc explicat,

quando incepturus est: nimirum à tempore illo quo sanctissimum altaris sacrificium cessauerit in regionibus illis, vbi fuerit Antichristus. Nam cùm ille venerit, prohibebit sacrum celebrare. Et ita intermittetur sanctissimũ eucharistiæ sacramentum, quod hoc loco iuge vocatur: quia vbique offertur in Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie. Et semper, quia quando nobis sol occidit, aliis oritur: & quando nobis est nox, illis est dies. Et ita semper in aliquibus oris ac regionibus dies illucescit. De hoc perenni sacramento ait ita Deus apud Malachiã cap. 1. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Intelligi locum illum de hoc admirabili eucharistiæ sacramento authores sunt Irenæus lib. 4. contra Valentinum, Iustinus martyr in dialogo cum Triphone, Cyprianus contra Iudæos, Eusebius Cæsariensis libro 1. euangelicæ demonstrationis, Hieronymus, & post illum Theodoretus in Malachiam, Ioannes Damascenus libro quarto ed fide orthodoxa. Ut eadem imago simul in multis relucet speculis: sic sanctum Eucha. sacram. simul in multis cõficitur locis. Cũ natura possit efficere, vnã animæ essentiam in plurimis membris esse, in corde, capite, pedibus, & manibus: quomodo non poterit efficere Deus, ut corpus suum in pluribus sit locis? præsertim cùm ibi nõ sit localiter, sed factæentaliter. Ac quemadmodum candelæ lumen tam multis sufficit, quàm vni: ita hostia consecrata quantum ex se est, tam vni prodest, sit totam illam accipiat, quàm multis, si eam in particulas diuisam sumant. In quolibet enim particula totus Christus continetur. Magnam profectò mysterium, & admirabile redẽptionis humanæ sacramentum. De eo cecinit diuinus ps. 110. *Memoriam fecit mirabiliũ suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.* Dedit secã ad vitam, quia per escam introierat mors. Solet Deus iisdem rebus detrimenta nostra resarcire, quibus infringimur, & morbis nostris iisdẽ remediis mederi, quibus aegrotamus: ut quibus rebus perimus, iisdem restituamur. Destructus est mûdus aquis in proluuie terræ, recuperatus est aquis in baptismo, dicente domino apud Ioannem tertio: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ioseph ob somnia fuit venditus, & ablectus, & afflictus: & ob somnia in libertatem restitutus, & ad eximiam gloriam euectus, admirabilique gaudio cumulat. Quædam mulier nimirum Heua fuit principũ nostræ infelicitatis: quædam mulier nimirum Maria fuit principium nostræ beatitudinis. Heua fuit plena culpe, Maria plena gratiæ: cui dixit angelus: *Aue gratia plena.* Per escam ingressa est mors, dicente Deo: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas: in quocũque enim di e comederis ex eo morte morieris per escam ingressa est vita, eodem Deo aiente: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et iterum. *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et paulò post: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Si quærimus epulas corporis, quarum rapimur auaritate, quãdò magis debemus animi quærere cibum, panem illum viuum, qui de cœlo descendit: Iudæi solebant efferre magnis laudibus legis: veteris portenta & mirabilia; quorum nonnulli hoc faciebant, non ut ea laudarent sed ut Christi miracula abicerent. Hoc est enim mûdi artificium, laudare quosdam, ut alios vituperet: extollit illos, ut deprimat illos: aufert è sepulchris mortuos, ut sepeliat viuos: ut hos contegat iniecta humo, alios extrahit ex monumentis. Hac causa ducti nonnulli ex Iudæis manna pleno ore laudabant, quo fuerat Israeliticus populus in solitudine nutritus, & fullen-

Iacob 4.

1. Cor. 3.

1. Cor. 8.

Psal. 93.

similitudo

similitudo

Gen. 3.

similitudo

Gen. 7.

Gen. 37.

Gen. 41.

Gen. 3.

Luc. 2.

Gen. 2.

Ioan. 6.

Exod. 16.

Ipsal. 77.

Ipsal. 104.  
Ipsal. 138.  
Ioan. 6.

Ioan. 6.

sustentatus: de quo canit diuinus citharædus: *Panem cæli dedit eis: panem angelorum manducauit homo.* Et ait: *Panem cæli saturauit eos.* Sed quemadmodum lapides pretiosi, ut eorum vis & gradus agnoscerentur, aliis gemmis conferuntur, ita ut huius sancti eucharistiæ sacramenti præstantia cognosceretur, voluit illud Christus cum manna Iudæorum comparare. Ideo ait illis: *Patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt: at panis quem ego dabo, est panis viuus de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum.* Acli diceret: *Manna erat umbra, ego sū substantia: manna erat figura, ego figuratus: manna non tribuebat gratiam dignè manducantibus, hoc autem sacramentum gratiam in eos confert, qui illud dignè susceperint: manna reficiebat solum corpus, hoc autem sacramentum corpus & animam: manna non tribuebat vitam æternam, hoc autem sacramentum tribuit.* Videte, & animis diligenter perspicite, quæ sint inter hos duos panes discrimina, & quantæ inter hæc duo mirabilia differentia. Quid plura? *Manna erat pura creatura, in hoc autem eucharistiæ sacramento est totus Christus, verus Deus & verus homo, mundi creator & redemptor. Nam panis virtute verborum consecrationis conuertitur supernaturaliter, & transubstantiatur in verum Christi corpus. Vbi autem est eius corpus, per quandam concomitantiam, ibi est eius anima, & eius diuinitas. Itaque in hostia illa consecrata totus Christus verè & realiter continetur. Id quod panis & vinum ante consecrationem erat, confecta consecratione verè est corpus & sanguis domini. Si quidem caro eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Non ait: *Caro mea metaphoricè, aut parabolicè, aut allegoricè, aut figuratiuè: sed verè est cibus: qui verè cibus verè est Christus, verus Deus.* Hoc intuens mentis oculis diuino lumine illustratis diuinus vates. *Esai. c. 45. ait: Vere tu es Deus absconditus.* Est enim in admirabili sacramento sub speciebus panis & vini absconditus, ne mortalium oculis conspiciatur. Christus est sacerdos, iuxta id quod ait psalmog. 109. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Quem locum diuus Paulus in epist. ad Heb. 5. & 6 de Christo interpretatur. Et quemadmodum Melchisedech obtulit Deo panem & vinum, ut in libro Genes. c. 14. proditum est memoriæ: ita Christus seipsum obtulit patri sub speciebus panis & vini. Quod autem Melchisedech panem illum & obtulerit Deo, indicat id, quod sequitur: *Et ait enim sacerdos Dei altissimi, ut Melchisedech administrabat regnum: & sacerdos: ita Christus est rex & sacerdos: ut rex nos gubernat, & tuetur: ut sacerdos autem mysteriis maximarum rerum nos instruit, & religionem, verumque Dei cultum per vniuersas terrarum oras longè lateq; propagat: & scelera nostra admirabili sacrificio sui sanctissimi corporis, & pretiosissimi sanguinis expiauit: nobisq; vitam ad beatitudinè æternam munuit. Fuit autem Melchisedech similis Christo rationibus aliis, quas numerat apostolus cap. 7. epist. ad Hebr. Fuisse sacrificium illud Melchisedech figuram sancti eucharistiæ sacramenti, authores sunt Eusebius Cæsariensis libro quinto euangelicè demonstrationis, Cyprianus libro 2. epist. 3. Ambrosius in commentariis in epistolam ad Hebræos, cap. 7. & libro 5. de sacramentis cap. 3. Hieronymus libro questionum in Genesim, & in capite 26. Matt. & fufius in epistola ad Euagrium, Augustinus libro 16. de ciuitate Dei, cap. vigesimo secundo & lib. 18. capite 35. Et in psalmo trigesimo tertio & 109. Theophilactus in caput 5. epist. Pauli ad Hebræos, Eutathius Antiochenus in Genesim, Remigius in psalm. 109. Quid ad tot, tantaque sanctorum patrum testimonia respondebunt Calvinistæ,**

& alij heretici nostri temporis, qui solum negant antiquas huius admirabilis sacramenti figuras, sed etiã ipsum sacramentum, quod penitus delere conantur? Sunt Iudæi illi, qui dicebant: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Dicunt enim se non videre illic Christi corpus. Sed vnde sequitur: *Non videmus hic Christi corpus, ergo non est hic? Quæ est ista cõclusio? O ridiculi dialectici! O leues homines in re tã graui! Nec vident animam in homine: & tamen in illo anima est, Isaac non vidit Iacob, quando ipse Iacob ei attulit escam venationis, ab eo que petiit benedictionem: caligauerant enim oculi Isaac. Fefellit eum tactus cum sensibus aliis: existimauit enim illum esse Esau: solum auditus eum non fefellit: quam ob causam dixit: *Vox quidem vox Iacob est.* Quamuis vos decipiant sensus alij, tamen credite auditui. Nonne auditis vocem Christi dicentis: *Hoc est corpus meum?* Hæc vox quidem vox Christi est. Christus loquitur in euangelio: cur euangelio non creditis? cur de verbis christi dubitatis? Ipse christus ait apud Lucam c. 22. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in mea commemoracionem.* Ipse aperte ait, illud esse verum suum corpus: ipse clamat: *Caro mea verè est cibus: & cibus qui reficit, qui recreat, qui instaurat, qui alit, qui gratiam confert, qui gloriam tribuit immortalè.* Videte obsecro quam altè nobis suam erga nos christus Deus noster ostendat charitatem: quicquid à nobis assumpsit, totum pro nobis expendit, & nobis in cibum porrigit. Qui in hac vita se nobis largitur, quid faciet in altera? cur nõ dabitur ei nos ipsos, qui se totum nobis dat? qui abiens in cælum nobiscum mansit in sacramento? Non potuit ferre eius amor, ut discederet à nobis, quin maneret nobiscum. Quæ res vnquam gesta est mirabilior? quæ amabilior? quæ illustrior? quæ denique accommodatior memoriæ hominum sempiternæ? Qui homines erunt tam inhumani, tam agrestes, tam ingrati, tam stupidi, qui non videant hanc Dei erga nos singularem beneficentiam, & admirabilem charitatè? Sed quemadmodum Abraham tres vidit, sed vnum adorauit: ita nos videntes in hostia consecrata colorem, figuram, & magnitudinem, vnã solam rem illic adoramus, nimirum ipsum christum Deum nostrum. Ac quamuis admirabile hoc sacramentum ab iniquis aliquando sacerdotibus ministratur, & ab hominibus improbis sumatur, ipsum tamen purum semper & incontaminatum perseuerat. Nam ut solis lux transiens per loca polluta non polluitur: sed splendida manet atque pura: sic christus tametsi ab hominibus iniquis tractatur, ipse tamen non inquinatur: sed purissimus atque sanctissimus manet, eos illustrans qui se ab impuritate seuocarunt. Ipse est cœlestis ac diuinus pellicanus, qui nos corpore suo sacratissimo & sanguine suo pretiosissimo sustentat atque nutrit. Nam post consecrationem in hostia non manet panis, sed christi corpus: & christus ipse, qui est panis viuus, qui de cælo descendit. Hoc sacramentum est veteris legis sacramentis præstantius. De illo intelligitur id, quod Deus per Mosem promisit cap. Exod. 16. *daturus se, vespere carnes, & mane panem.* Vbi per vespere obscuram intelligitur lex vetus, in qua Deus dedit carnes, hoc est sacrificia carnalia: per mane verò clarum lex noua, in qua dedit panem cœlestem, hoc est seipsum, in sancto eucharistiæ sacramento: vbi fit admirabilis transubstantiatio. Si phœnix, ut Plin. & Lactantius. & viri alij magni nominis aiunt, incensa mories conuertitur in cinerem, & cinis ille in alteram phœnicem, quæ de puluere reuiuiscit: cum alia sit pulueris, alia aquis materia, alia carnis, alia cineris: nonne poterit Deus facere, ut panis conuertatur, & transubstantiatur in verum suum corpus? Nonne aqua*

Psal. 77.

Psal. 104.  
similitudo  
Ioann. 6.

Ioann. 6.

Gen. 7.

Gen. 37.

Gen. 41.

Gen. 3.

Luc. 2.

Gen. 4.

Ioann. 6.

Exod. 16.

Ioann. 6.

Gen. 28.

Mat. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

Luc. 22.

Ioann. 6.

Gen. 18.

similitudo

similitudo

Ioann. 6.

conuertitur in crystallum, & in glaciem, & in gelu? Ex diuina scriptura scimus aperte virgam Moſis in ſerpentem conuerſam fuiſſe: & aquas Aegypti in ſanguinem mutatas. Lege librum Exodi cap. 4. & 7. vbi hæc intueberis. In ſancto Chriſti euangelio authore diuo Ioan. c. 2. ſcriptum eſt, in nuptijs Chana Galilææ fuiſſe aquam in vinum mutatam Coralius ex ligno ſit lapis: cum diuerſa ſit ligni ac lapidis materia. Nonne herbae quas comedimus, conuertuntur in carnem & ſanguinem? Nonne homo ex herbis, & rebus alijs conficit vitrum alterius diuerſæ naturæ: Miretur igitur ſua miracula, & deſinat Dei miracula negare. In Germania eſt fons, qui admirabilem efficit conuerſionem: nam lignum in illum coniectum conuertitur in lapidem. Et aſſerit Albertus magnus ſe hoc expertum fuiſſe. Poſteſt natura miranda quædam facere, & fragilibus atque imbecillis homo opera admirabilia conſicere: & ſummus ac potentiſſimus Deus non poterit? Quis hoc dicet, niſi fuerit à ratione relictus, & omni intelligentia penitus deſtitutus? Qui voluerit multa de veritate huius ſacramenti conſpicere, legat diui Iacobi liturgiã: cuius meminit ſynodus ſexta canone 32. Proclus epiſcopus Conſtantinopolitanus, Nicolaus epiſcopus Methonenſis, Marcus Ephelinus. Legat epiſtolam diui Ignatii ad Romanos, diuum Clementem diſcipulum diui Petri apoſtoli epiſtola ſecunda, Septimum Tertullianum libro de reſurrectione carnis, Dionyſium Alexandrinum in epiſtola ad Fabianum epiſcopum Antiochenum, Arnobium in pſalmum quartum & in pſalmum 110. Athanaſium Alexandrinum quæſtione ſecunda de varijs quæſtionibus, Hilarium libro octauo de trinitate, Optatum epiſcopum Mileuitanum libro ſexto contra Donatiſtas, Baſilium magnum in tractatione de baptiſmo, Ambroſium epiſcopum Mediolanenſem in libro de his, qui initiãtur myſterijs, & libro quarto de ſacramentis, Ioannem Chryſoſtomum homilia 60. de his, qui ſacra myſteria impure ſumunt: & homilia quadrageſima quarta & quadrageſima quinta in ſanctum Ioannem, Auguſtinum Aurelium in pſalmum 33. Cyrillum Alexandrinum libro 4. in Ioannem Hier. in epiſtola ad Damafum de filio prodigo, & epiſtola ad Hedibiam, Amphiloſchium, Onuphrium, Palladium, & alios infinitos authores vetuſtate ac illuſtribus laudibus celebratos. Quid dicam de recentioribus hoc aſſerentibus, cum ſint innumerabiles? Id quod ſcriptum eſt pſal. 2. *Apprehendite diſciplinam*: poteſt transferri ex Hebræo: *Adorate panem*. Verbum enim *Naxac* nõ ſolum apprehendere ſignificat, ſed etiam adorare, vt ait Hieronymus & oſculari, vocabulum autem *bar* inter alia ſignificat panem, vt ait Pagninus in Theſauro. Quis eſt hic panis, quæ ſumus adoraturi, niſi Chriſtus Deus noſter in hoc ſacramento? De illo intelligitur illud Zach. 9. *Quid pulchrum eius eſt niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* vbi per electos & virgines Chriſtiani ſignificantur: per frumentum verum & vinum ſacroſanctum eucharistiæ ſacramentum, in quo Chriſtus ſub ſpeciebus panis & vini verè & realiter continetur. Omnes ſcriptores ex omni memoria à tempore apoſtolorum, qui fidem catholicam tenuerunt, & de ſacramentis tractauerunt, huius ſacroſancti ſacramenti & ſacrificij veritatem affirmarunt. Omnes non ſolum fatentur, ſed etiam proſitentur in hoſtia ſacrata eſſe verum Chriſti corpus, & totum Chriſtum, & in calice conſecrato eſſe verum Chriſti ſanguinem, & totum Chriſtum. Hæc fidei veritas fuit aſſerta & definita à multis ſummis pontificibus, quorum verba ſunt in ſacros canones relata de conſecratione diſtinctione prima & ſecunda: fuit etiam aſſerta & definita in concilio Verceſenſi, in concilio Turonenſi, in duobus concilijs Romanis, quorum alterum

Nicolaus ſecundus, alterum Gregor. ſeptimus pontifices maximi conuocarunt. Ibi Berengarius hæreticus qui hoc ſacramentum negauit, fuit damnatus publica ſententia: quam poſtea Innocen. tertius in concilio Lateranenſi magno confirmauit. Ac deinceps in Florentino & Tridentino concilijs, & in multis alijs fuit huius veritatis fides aperte declarata & definita. Itaque in hoſtia conſecrata eſt verus Deus noſter, ſpes noſtra, conſolatio noſtra, refugium noſtrum: illic eſt panis vitæ, dulce ac diuinum manna abſconditum, ſolacium noſtri exilij, pignus noſtræ gloriæ, fiducia noſtræ beatitudinis. Qui dignè manducat, Deum ipſum in ſe habet per gratiam: ille enim ait: *Qui manducat* <sup>1. Cor. 10.</sup> *meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*: nimirum per gratiam & charitatem. Quare qui dignè ſumit, adhæret Deo admirabili vinculo amoris: qui autem adhæret Deo, vt ait apoſtolus, *vnus ſpiritus eſt*. Aduerte. Non ait Deus: In me manet, & ego tranſeo: ſed & ego in illo maneo. *Mundus tranſit, vt verbis vtar diui Ioan. in 1. ſua canonica, & concuſcipientia eius*. Et de rebus huius ſæculi ſcriptum eſt in lib. Sap. capite 5. *Transferunt omnia illa ſicut vana*. At Deus manet in æternum. *Perit memoria eorum, cum ſonitu*, inquit pſalmographus 3. *& dominus in æternum permanet*: Diuinum nomen ſempiternam habet vitam, res autem mundi aut obruuntur repente, aut ſenſim euaneſcunt. contemnamus igitur ea, quæ fluxa ſunt, & caduca: fallacia bona, mundi ludibria pro nihilo putemus: Deum autem qui eſt vita ſempiterna & ſummum bonum ſumma auiditate amore pleniffima amplectamur. Eam ob cauſam viri pietate & iuſtitia præcellentes imitantur in terris vitam cœlitum, quia manent in Chriſto, & in illis ipſe. Ex quo efficitur, vt admirabiles victorias aduerſus demonem, mundum, & carnem quotidie conſequantur. Hoc ſalutare & ſacroſanctum ſacramentum & ſacrificium nitetur Antichriſtus delere quemadmodum nunc eius membra hæretici noſtri temporis nituntur. Et auferetur tunc iuſſu impij Antichriſti aliquo temporis interuallo, vt ex hoc Danielis loco conſtare videtur.

*m Et poſita fuerit abominatio in deſolationem*. Id eſt, & Antichriſtus deſolator omnium bonorum ſe expoſuerit, vt tanquam Deus colatur. Abominationem appellant Iudæi idolum, cui diuinus cultus exhibetur. Huiusmodi erit Antichriſtus: quem impij pro Deo venerabuntur. Vel accipitur abominatio pro ipſius Antichriſti exercitu: qui templa ſancta deſolabit, & impia ſcelera admittet: Vel pro eius imagine: quam omnibus colendam exhibebit. Ego exiſtimo per abominationem deſolationis intelligi hoc loco cultum execrandum vero Dei cultui contrarium. capite nono locutus eſt Daniel de abominatione deſolationis: quæ fortatte eſt eadem cum hac. Sed probabilius eſt illic locutum eſſe de abominatione, quæ fuit Hieroſolymæ in eius euerſione per exercitum Romanorum hic verò de illa, quæ erit tempore Antichriſti. Chriſtus autem in euangelio ad vtramque reſpexit, quia prior fuit poſterioris figura: quando dixit: cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtãtem in loco ſancto: qui legit, intelligat.

*n Dies mille ducenti nonaginta*. Id eſt, erunt tres anni cum menſibus ſex, & nonnullis paucis diebus. Explicat id, quod paulò antè dixerat: In tempus, & tempora, & dimidium temporis.

*o Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille tercetos triginta quinque*. Addit ſuperiori ſummæ quadragintaquinque dies, in quibus erit leuamen & refrigeratio electis. Sensus eſt: Felices erunt, qui poſt mortem Antichriſti vixerint: quibus dabitur aliqua requies,

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

Mat. 24

Mat. 24

Luc. 21

requies, & tempus aliquod, quo possint animæ salutē querere, maculas scelerum pœnitentia delere, & ad Deum toto pectore aspirare. Qui Anchrifto è vita sublati viu remanserint, si non fuerunt decepti, sed in fide & virtute constantes, accipient coronam vitæ: sin autem decepti paruerunt Antichristo, poterunt illo tempore pœnitentiam agere, à flagitiis reuocari, & ad Christum conuerti. Sed non intelligas futurum esse iudicium vniuersale proximè post illos 45. dies ab interitu Antichristi. Dabuntur illi quidem: sed nō est perspicuum, vtrum post illos dentur alij: nec est omnino certum, sint nec ne dies illi naturales. Et fortasse ponitur numerus definitus pro indefinito.

**P** Tu autem Daniel vade ad præfinitum. Hoc est, tu verò morieris: & hæc non aspicias. Ponitur præfinitum imperatiui pro futuro indicatiui, vt Deut. 32. vbi Deus dixit Mosi: *Morere in montem.* Ire ad præfinitum, est, ire ad mortē omnibus cōstitutam. Nā, vt verbis vtar Apostoli in epistola ad Heb. c. 9. *Statutū est hominibus semel mori.* Vnde mors appellatur via vniuersæ terræ. Volēs Iosue c. 23. libri sui indicare se esse morti propinquū: *En ego, inquit, ingredior viam vniuersæ terræ, hoc est mortem, quæ est omnium hominum via.* Eodē modo dixit Dauid cap. 2. lib. 3. Reg. Porro pro, vade ad præfinitum: vertit Pagnin. Vade ad finem. Quod nostræ fauet explanationi.

**q** Et requiesces. Hoc est, huius mundi laboribus liberaberis: mors enim viris pijs ac iustis est quies, & finis laborum. Qui eos interficiunt, auferunt ab illis labores. Idē ait Sap. c. 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.*

**r** Stabis in sorte tua in finem dierum. Hoc est, redibis ad vitam in fine mundi: resurges in tua propria carne in vniuersali resurrectione. Interim quiescet corpus tuum in tumulo, & anima in limbo, & postea in gloria cœlesti. Sed ad vocem Dei, ad sonitum tubæ stabis iterum in sorte tua, & in gradu tuo: recipies tuum

corpus, & resurges cum omnibus alijs in tempore postremo. Theodotio habet: Resurges in ordine tuo in consummatione dierum. Quibus verbis indicat vaticinationem hanc intelligendam esse de Antichristo, & de vniuersali reditu ad vitam omnium mortuorum in fine mundi. Quare falsa est & commentitia Porphyri interpretatio, qui totum hoc de Antiocho tantum explicauit. Ac multa dicit, quæ nullo modo possunt sustineri. Sed calumnias eius grauitè & sapienter refuterunt Eusebius Cæsariensis, Apollinarius Laodicenus, Methodius, Hieronymus, Theodoretus: quorum laudes non solum Latinis & Græcis, sed penè omnium gētium literis & linguis omni posteritatis memoria celebrabuntur. Tu autem aduerte. Non dicit: iacebis in sorte tua: sed stabis: nā viri iusti dicuntur stare, impij verò cadere & iacere. Habes hic locum apertū de resurrectione carnis, quæ in aue phœnice quodammodo adūbratur. Etsi Plinius, Horus, Ouidius, Solinus, in modo mortis phœnicis variant: tamen in eam deueniunt concordiam, vt phœnicem nouum ex corpore præmortui fieri haudquam inficiuntur. Vnde Tertull. Septimius in lib. de resurrectione carnis asseueratè affirmat esse hoc firmissimum ac plenissimum futuræ resurrectionis argumentum. Moritur enim, & resurgit eadem auis. Quare ipse concludit fieri non posse, vt homines intereant omnino auib. Arabiæ de resurrectione securis. Id videtur significare diuinus vates psal. 91. nam vbi nos habemus: *Iustus vt palma florebit*: pro palma est in Græco *φοίνιξ*: quod nomen & arborem significat & auem, quam phœnicem vocant. Quam ob causam potest verti locus: *Iustus vt phœnix florebit.* Ac si dicat: resurget instar phœnicis auis. Etsi omnes tā pij quàm impij resurrexerunt: tamen solum iusti dicuntur in resurrectione florere instar palmæ, & in pulchritudine admirabili resurgere instar auis phœnicis: quia erunt pulcherrimis ornamentis muniti, & honorum omnium copia cumulati.

## ANNOTATIO.

**Eligentur.** In Hebræo est verbum *ברר* Barar, quod significat eligere, examinare, purgare, tergere, acuerè, intelligere, polire. Ab hoc verbo est illud Esaia 49. pro quo Latinus noster interpres ver. it. electam: Posuit me sicut sagittam electam. Quod potest verti: Posuit me sicut sagittam tersam: vel politam: vel acutam. Ita apud Iere-

miam 51. Acipite sagittas: verti potest: Eligite, vel polite, vel tergite sagittas. Illud Ecclesiastis capite nono. Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem: potest transferri: Vt totum hoc examinarem. Vel vt totum hoc eligerem.

Huc vsque Daniele in Hebræo volumine legimus. Quæ sequuntur vsque ad finem libri de Theodotionis editione translata sunt.

## Argumentum capitis XIII.

Ioachim duxit uxorem Susannam vtraque pulchritudine & animi & corporis ornatâ: in quâ duo impudici senes libidine ducti inuasit, vt ea ad obsecram voluntatem vterentur. At illa videns periculum, in quo versabatur ingemuit, & exclamauit, decernens mortem potius subire, quam senario scelerè polluerè, honestatisque splendorem maculare. Quare eâ senes falso adulterij crimine ad eadem vocarant: & cum essent iudices rei capitalis damnauerunt. Sed liberauit eam Daniel: eiusque calumniatores conuictos indicauit mulcandos esse morte: vt pernicios quam parauerat innocenti Susannam, in eorum caput redundaret.

## CAPVT XIII.



**T** erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Joachim: & accepit uxorem nomine Susannam Filiam Helciæ: pulchram nimis, & timentem Deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moyfi. Erat autem Joachim diues valde: & erat ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quod esset honorabilior omnium. Et cōstitutus sunt duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur rege populum. Isti frequentabant domum Joachim: & veniebant

bant ad eos<sup>k</sup> omnes, qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem,<sup>m</sup> ingre-  
 diebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingre-  
 dientem & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius: & enerterunt sensum suum,  
 & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, nec recordarentur iudiciorum. Erant er-  
 go ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescabant enim  
 indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea. Et obseruabant quotidie so-  
 licitius videre eam: dixitque alter ad alterum: Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi re-  
 cesserunt à se. Cūq; reuertissent, venerūt in vnū: & sciscitantes ab inuicē causam, confessi sunt cō-  
 cupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solā.  
 Factum est autem, cū obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando, sicut heri & nudius  
 tertius, cum duabus solis puellis, voluitque leuari in pomario: æstus quippe erat: & non erat  
 ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Af-  
 ferre mihi oleum & smegmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicut præcepe-  
 rat: clausuruntque ostia pomarij, & egressæ sunt posticum, vt afferrent, quæ iusserat: nesciebant-  
 que senes intus esse absconditos. Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes & ac-  
 currerunt ad eam, & dixerunt. Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt: & nos in con-  
 cupiscentia tua sumus. Quam ob causam assentire nobis: & commiscere nobiscum. Quod si no-  
 lueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum luuenis: & ob hanc causam emiseris  
 puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustia sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors  
 mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi, absque opere in-  
 cidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce magna  
 Susanna: & exclamauerunt autem & senes aduersus eam.<sup>bb</sup> Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & a-  
 peruit. Cū ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt vide-  
 rent, quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nun-  
 quam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et facta est dies craftina. Cūque venisset  
 D  
 populus ad Ioacim virum eius, & venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus  
 Susannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciae,  
 vxorem Ioacim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus & filiis, & vniuersis cognatis suis.  
 Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt, vt discooperiretur:  
 erat enim cooperta: vt vel sic fatiarentur decore eius. Flebant igitur sui, & omnes, qui nouerant  
 eam. Confurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput e-  
 ius: & quærens suspexit ad cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in domino.<sup>bb</sup> Et dixerunt  
 presbyteri: Cū deambularem in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit  
 ostia pomarij: & dimisit à se puellas. Venitq; ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concu-  
 buit cum ea. Porro nos<sup>kk</sup> cum essemus in angulo pomarij videntes iniquitatem, cucurrimus ad  
 eos: & vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia for-  
 tior nobis erat, & aperto ostio exiuit: hanc autem cū apprehendissemus, interrogauimus, qui  
 nam esset adolescens: & noluit indicare nobis.<sup>ll</sup> Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo  
 quasi senibus, & iudicibus populi.<sup>mm</sup> Et condemnauerunt eam ad mortem.<sup>nn</sup> Exclamauit autem  
 E  
 voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, an-  
 tequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cū nihil  
 horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vo-  
 cem eius. Cūque duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum pueri iunioris, cuius no-  
 men Daniel: & exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus om-  
 nis populus ad eum dixit: Quis est hic sermo, quem tu locutus es? Qui cū staret in medio eo-  
 rum ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis  
 filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Re-  
 uersus est ergo populus cum festinatione: & dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum, &  
 indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos  
 ab inuicem procul: & diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de  
 eis & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum<sup>aaa</sup> nunc venerunt peccata tua, quæ operaba-  
 ris prius iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios<sup>bbb</sup> dicente domino:  
 Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic<sup>ccc</sup> sub qua arbore videris eos  
 colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino: Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum.  
 Ecce enim angelus Dei accepta sententia ab eo scindet te medium. Et amoto eo iussit venire al-  
 terum: & dixit ei: Semen Chanaam, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit  
 cor tuum: & sic faciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda  
 sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquen-  
 tes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: ma-  
 net enim angelus domini, gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit ita-  
 que omnis cœtus voce magna: & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se.<sup>kkk</sup> Et consurre-  
 xerunt

Exod. 28

Dut: 19

Ezech.

Gen. 4

Dut. 19

xerunt aduersus duos presbyteros: conuicerat enim nos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium feceruntque eis, sicut male egerant aduersus proximam, <sup>11</sup> vt facerent secundum legem Mosi: <sup>12</sup> & interfecerunt eos: <sup>13</sup> & saluatus est sanguis innoxius in illa die. Hecias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus: <sup>14</sup> quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. <sup>15</sup> Et rex Astyages appositus est ad patres suos, <sup>16</sup> & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

## EXPLANATIO.

a *Et erat vir.* Hæc duo capita quæ sequuntur, non inueniuntur in Hebræo: sed versa sunt in Latinum sermonem ex editione Græca Theodotionis. Fuerunt quondam in Hebræo: vnde ea transtulit Theodotio: sed aiunt Iudæos postea illa deleuisse, quod ex illis colligeretur, fuisse duos impios senes lapidibus obrutos, quos Ieremias fuisse igne combustos testatur. De illis enim id intelligunt Ieremiæ capite. 29. *Ponat te dominus sicut Sedeciam & sicut Achab, quos frinxit rex Babylonis in igne.* At non constat hos duos senes impudicos fuisse Sedeciam & Achab, de quibus loquitur Ieremias. Ac etiam si illi essent: nulla tamen discrepantia est inter hos duos locos Danielis & Ieremiæ: nam quicumque calamitosum patitur interitum, dicitur igne perire: & quolibet pœna grauis nomine ignis exprimitur. Psal. 67. ait Dauid: *Transiimus per ignem & aquam.* Et psalm. 20. *Deuorabit eos ignis.* Et Deus apud prophetam Amos 1. cap. *Mittam ignem in domum Arael.* Et 2. *Mittam ignem in Moab.* Et apud Ezechielem 30. *Dabo ignem in Taphnis.* Et paulò post: *Dabo ignem in Aegypto.* Et Mich. 6. *Abhuc ignis in domo impij.* Quibus in locis ignis accipitur pro exitio & calamitate. Quare non deberent Hebræi hæc duo capita tanquam commentitia delere. Historiæ in illis relatæ sunt veræ: & illis vitur sancta ecclesia catholica. Nec deberet Hebræos mouere, hoc caput incipere à particula, &, copulante, cum nullam habeat, vt ipsi aiunt, cum superioribus coherentiam. Nam Ezechiel incipit ab eadem particula, dicens: *Et factum est in 30. anno.* Et Ionas similiter: *Et factum est verbum domini ad Ionam cap. 1.* Est enim figura prolepsis, cum quæ sequi debent, præponuntur: vt psalm. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Imò altè spectare si velint, ipsa particula, &, ostendit hæc duo capita fuisse vaticinationi Danielis ab ipso connexa. Potest particula, &, accipi pro quidam: vt sit sensus: *Erat quidam vir, &c. Nō sum inficius, esse nō nullos asserentes, nihil vnquam fuisse à Iudæis in sacris biblijs mutatum: at si legissent eorum Thalmud, id profectò non assererent.* Magni enim Iudæorum rabbini in eo libro fatentur, antiquos scribas, quos appellabant sophrim, nonnulla in diuinis literis mutasse: etiam si vera sententia maneret. Hi autem rabini sunt Rabbi Rahmon, Rabbi Samuel, Rabbi Iodan, Rabbi Hannina, Rabbi Simon, & alij. Qua de re vide ex recentibus Petrum Galatinum lib. 1. de arcanis catholice veritatis c. 8. Ex antiquis verò vide Hieronymum li. 2. epist. ad Galatas, & in commentarijs in caput 5. Michææ, & Iustinum martyrem in Triphone, & in Origenem cap. 23. Matth. & in caput 10. Ierem. De his duobus capitibus vide ea, quæ diximus in proemio ad lectorem.

Gen. 4.

b *Habitans in Babylone.* Babylon vrbs fuit in Chaldæa Babel quondam appellata, vbi turris excelsa constructa est, vt constat ex cap. 11. Genesis, quæ in cælum

aduersus Deum ipsum ab hominibus relinquentibus orientem erigeretur. Eodem modo postquam multi nostra hac memoria ab oriente & vero fidei lumine recesserunt: aduersus Deum turrim impietatis suæ edificauerunt. Confinxerunt enim Lutherani impia contra Deum dogmata volentes superbè in sublime se extollere. Sed omnis eorum instructio est Babel, id est confusio non solum linguarum, sed animorum, quia se à Deo separarunt: & fluctibus agitati succubuerunt. *Nā Cain egressus à facie domini habitauit in terra Naid,* vt habet translatio Septuaginta. Naid autem idem est quod fluctuatio: quicumque enim à Deo recedit, scelerum fluctibus quatitur, & mouetur, & nefarijs perturbationibus succumbit. Huius ciuitatis Babylonis meminit Plinius lib. 6. naturalis historiæ, Strabo lib. 15. & 16. Herodotus lib. 1. Ptolemæus libr. 5. De illa poteris videre, quæ supra diximus in primi capituli explanatione.

c *Et nomen eius Ioachim.* Quidam codices habent Ioachim: & rectius meo quidem iudicio: nam in Græco est cappa, non autem Chi. Hic Ioachim erat Hebræus, & fuit à Iudæa in Chaldæam cum alijs Iudæis adductus, & in seruitutem Babylonicam coniectus. Sed ibi diuitijs affluebat, & summum honoris gradum fuerat affecturus.

*Pulchra nimis, & timens Deum.* Hæc duo coniungit, nimirum corporis pulchritudinem & Dei timorem quòd raro simul inueniantur. Nam elegans corporis forma & eximia pulchritudo solent possidentes adphilautiam adducere: ex qua salutis animi negligentia dimanat. Vt enim tigris animal pulchrum & velocissimum videns imaginem suam in speculo, adeo, vt aiunt, oblectatur pulchritudine sua, vt cursum relinquat, & capi à venatoribus patitur: ita pulchritudine præditi eaque nimis delectati à virtutum cursu sæpe desistunt, & ab amore sui, à blandis delicijs, à falsis voluptatibus, à superbia, & arrogantia, & vitijs alijs huiusmodi, veluti à pestilentibus venatoribus capi sæpenumero patiuntur. Est quippe pulchritudo donum naturæ: sed sceleratis aliquando concessum, ne à iustis immoderatè desideretur, & diligatur. Sed illis esse potest instrumentum virtutis: & cum sapientia copulari. Ait enim Daniel capite primo præcepisse regem Babylonis, vt adducerentur ad se pueri, in quibus nulla esset macula, decori forma, & eruditi omni sapientia. Et quia Susanna erat vtraque pulchritudine prædita & corporis & animi, dicitur hoc loco pulchra nimis, & timens Deum. Felix qui Deum timet, eiusque præceptis oblectatur: cui nihil est obseruatione eius antiquius: iuxta illud Ps. 111. *Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.* Loquitur de timore casto, quo significatur pura sancta que religio, & pietas erga Deum. De eo scriptum est Ps. 24. *Firmamentum est dominus timentibus eum.* Et psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tua domine, quam abscondisti timentibus te.* Hoc est, quam dedisti timentibus te, in

similitudo

quorum animo eam posuisti. Et psalmo 60. *Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.* Et Deus apud Malach. 4. *Orietur vobis timentibus nomen meum solum in iustitia.* Non solum timor excellens, omnibus numeris absolutus affert utilitatem: sed ille etiam, quem initialem vocant. Vt enim metus naufragij causa est, vt naui nimis onusta onere leuetur, & periculo sœ merces in mare proiciantur: sic timor initialis efficit, vt homo superuacaneas mundi diuitias, & turbulenta negotia deponat, & in vnda seculi proiciat. Vnde Iob cap. 31. *Semper enim, inquit, quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Quotuplex autem sit timor, supra ostendimus: & quando bonus, quando verò malus dicatur.

similitudo

d *Parentes enim illis cum essent iusti eudierant filiam suam.* Hinc colliges officium esse bonorum parentum filios suos bonis moribus salutaribusque Dei preceptis instituire: vt Origenes, & Hieron. hoc loco obseruarunt. Vt aquila solet pullos suos in nido positos ad directum solis splendorem dirigere, vt eius radios apertis ac firmis oculis respiciant: sic parentes debent filios suos statim in pueritia ad Christum solè iustitię dirigere, vt eum colant, eum contemplantur, & summa charitate prosequantur. Ita fecit Tobias, qui 1. cap. lib. eius scriptum est, filium suum Tobiam à iuuentute docuit timere Deum, & abstinere ab omni peccato. Parentes qui filiis suis habenas laxant, vt effrenatos sequantur appetitus, magna digni sunt pœna: & filiorum scelera illis merito tribuuntur. Lacedæmonij cum duo fratres crudeli odio inter se dissiderent, patrem, vt ait Plutarchus, pœna mulcârunt, totum eorum delictum illi imputantes. Huiusmodi parentibus illud psal. 105. potest accommodari: *Immolauerunt filios suos & filias suas demoniis.* Cum cithara numeris suis absoluta discrepantes dissidentisque efficit cœcentus, nō tam ipsa reprehenditur, quàm citharædi manus minus apta ad eliciendos neruorum sonos: sic cum filius peruersorum morum sonos fundit intemperanter & dissolutè, nō tam illi, quàm patri est error ille tribuendus, quando pater eius flagitia dissimulat, & inulta relinquit. Et quia filij solent imitari patres dicitur in antiquo proverbio: *Est filius patris: quo vititur Marcus Varro, vt ait Nonius Marcellus.* Eo quidam Alexandrum magnum notauit, vt refert Philostatus in Aristide, quod patris ambitionem imitaretur. Imò immoderata Alexandri dominandi cupiditas eius patri imputatur, qui in illam non animaduertit. Idem potest dici de pontifice erga subiectos, de domino erga seruos: de magistro erga discipulos. Hac ratione ducti pharisæi Christum reprehendebant, quod discipulis suis permitteret manus non abluere ante ciborum sumptiones. Dicebant enim: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones, seniorum? Non enim lauant manus suas, cum manducant.* Hac in re attingebant scopum, quod referebant in magistrum discipulorum culpam, quâ ipse videns non castigabat. Sed in hoc errabant, quod illud esse errorem credebant. Non enim discipuli tenebantur ad quamcūque cibi sumptionem manus abluere: nec inceptæ ille impiorum Iudæorum traditiones eos obligabant.

similitudo

similitudo

Matt. 15.

e *Erat ei pomarium vicinum domui sue.* Id est, habebat hortum, siue agrum constitum proximum domui sue. In quibusdam codicibus est pomærium: sed error est librarij aut typographi.

f *Ad ipsum confluxerunt Iudæi.* Nimirum qui fuerant à Iudæa Babyloniam abducti: erat enim apud illos in ampliore pretio, cæcerisque honoratior.

g *constituti sunt duo senes iudices in illo anno.* Et si Iudæi captiui erant regis Babylonij, tamem consti-

tuebant sibi iudices ex natione sua de tribu Iuda, illud ita rege permittente, & Deo ordinante. Nunquã enim sceptrum fuit ablatum de tribu Iuda nisi in Christi aduentu, iuxta Iacobi vaticinationem ca. 49. Gene. mandatam. Iudæi autem constituerunt anno illos duos senes, qui ipsorum rempublicam gubernarent: quia senectus comparat vsum atque experientia multarum rerum, autoritatem, consilium, & nominis amplitudinem: & extinguit turpium cupiditatum ardorẽ. Apud Romanos ordo amplissimus & consiliũ publicum & grauissimum, quod esset ex senibus, vocabatur senatus. Ca. 3. Exodi vbi nos habemus: *Congrega seniores Israel:* Pro, seniores, habent Septuaginta *ἑβδομάτω*, hoc est, senatũ. Vt palma in iuuentute non fert fructum, sed postquam senescit, efficitur fructuosa: sic homo dum iuuenis est, non solet maturũ solidumque virtutum & sapientię fructum præbere: at in senectute, quæ est maturitas ætatis, vberes pulchrosque fructus producit: Cap. 12. ait ita Iob: *In antiquis, est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Et ecclesiasticus 25. *Corona senũ multa peritia, & gloria illorum timor Dei.* Ca. 19. Leuitici ait Deus: *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Sunt igitur senes honorandi, & in magistratibus & dignitatibus constituendi. Ait Xiphilinus in Augusto præcepisse eundem imperatorem cuidam magno magistratui, vt illis tantum rempublicam gubernandam cõmitteret, qui rerum experientia pollerent. Plato dialogo 6. de legibus docet, neminem esse ad reipublicæ gubernaculum admittendum, nisi sit annos natus quinquaginta ætatis. Est enim plerumque temeritas ætatis florẽtis, prudentia verò senectutis. Eratosthenes adolescentiam & iuuentutem veri & ætati comparabat, senectutem hiemi: Autores sunt Stobeus & Fauorinus: licet asserat Aelianus lib. 13. de varia historia Euripidem comparasse florentem ætatem cum vere, quando fructus & fruges in flore & herba sunt, senectutem autem cum autumno fecundissimo, quando vberes dulcesque fructus percipiuntur. Seneca in epistola quadam: *Gaudeo inquit, quod senuerim, quod vitia in me senuerint.* Bion Borysthenites senectutem aiebat portum esse malorum teste Laertio, tamen Maximus in sermonibus & Antonius in Melissa id attribuunt Soloni. Tunc reipublicæ labefacta buntur, & penitus euertentur, cum contemptis senibus sapientibus, fuerint per adolescentes temerarios gubernatæ: cum pueri senibus debitum honorẽ non tribuerint. Volens Esa. præsentẽ tunc Hierosolymæ confusionem, imminensque exitium significare, satis esse putauit, dicere cap. 3. dixisse Deum: *Dabo pueros principes eorum.* Et paulo post. *Tumultuabitur puer contra senem: & ignobilis contra nobilem.* Eodem modo Ieremias Threnorum 4. *Facies sacerdotum non erubuerunt: nec senum miseri sunt.* Et quamuis hæc de corporis senectute intelligantur: ea tamen senectus quæ potissimum laudatur, est vita pura, integra, inuiolata, & virtutibus munita: etiam si non exeat terminos iuuentutis. Quod Deus dixit Mosi capi. 11. Numerorum: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint:* de senibus iuxta morum grauitatem, virtutem, & sapientiam intelligitur. Si enim corporis quereretur senectus, à tot posset senes illi cognosci, quot videri. Cum autem Deus dicat: *Quos tu nosti, quod senes populi sint:* indicat non tam corporis, quàm animi senectutem eligendã esse. Cap. 4. libri Sapientię scriptum est: *Senectus venerabilis est non diuturna, nec annorum numero computata: cani enim sunt sensus hominis, & atas senectutis, vita immaculata.* Salomon in atate florescente Deum timuit, & dilexit, & sapientiam

similitudo

similitudo

similitudo

Matt. Luc. similitudo

3. Reg. 4. 1. 1.

com

comparauit : ac in senectute & vitæ occasu contaminauit se pestilentibus flagitiis , & vt verbis vtar diuinæ scripturæ : *Deprauatum est cor eius per mulieres.* Allia herbescencia caput habent candidum, sed caudam viridem. Eodem pacto hi duo senes de quibus hic loquitur Daniel, cani erant, sed impudici, qui videntes pulchram Susannam, eius obsceno exarserunt amore & incredibili cupiditate turpis voluptatis flagrauerunt. Ex quo effectum est, vt perniciem sibi, æternamque infamiam pararent. Quemadmodum pulchra varietas colorum pantheræ allicit ad se alia animalia, quæ ibi interficiuntur: sic pulchritudo Susannæ illos petulantem senes ad se attraxit qui terram nomini suo maculam inurentes exitium sibi machinati sunt, & perpetuam labem in familia tanti generis reliquerunt.

similitudo

*h Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus.* Hæc ait Daniel dixisse dominum: quia ipse Daniel ea dixit spiritu domini. Solent enim diuini vates vbera sua Deo, à quo illa accipiunt, tribuere. Ita Esaias ca. 1. *Audite cæli, auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est.* Fortasse sunt hæc verba in aliquo propheta: sed ego ingenuè fateor, me illa non inuenisse, saltem formaliter. Apud Ieremiam ca. 23. sunt hæc verba: *A prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram.* Et 29. *Assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos fixit rex Babylonis in igne, pro quod fecerunt stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum: Dicit dominus.* Et si enim Daniel nullam in horum duorum senum interitu mentionem faciat regis Babylonis: tamen eius permissione interfecti sunt. Fortasse fuerunt hæc verba quæ hic dicit Daniel, scripta in aliquo eorum librorum, qui desiderantur. Nam ex capite Numerorum 21. fuisse quendam librum bellorum domini liquet, quem modò non habemus. Et ex capite trigesimo tertio libri secundi Paralipomenon constat fuisse librum Chozai, qui nunc non extat. Decimo capite Iosue, & 1. cap. libri 2. Regum fit mentio libri iustorum. In fine libri primi Paralipomenon sunt verba hæc: *Gesta autè Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Natham prophetæ, atque in volumine Gad videntis.* Liber Samuelis est liber primus Regum: sed liber Nathan, & liber Gad desiderantur. Cum autem multi ex libris antiquis iam non extant, probabile est, in aliquo eorum scripta fuisse verba hæc, quæ hoc loco à Daniele citantur.

similia

Matt. 15.  
Luc. 6  
similitudo

*i Qui videbantur regere populum.* Aduerte. Non ait: qui regebant populum: sed qui illum regere videbantur. Preclarè quidem: nam impij principes & pōtiffices destruant, & non gubernant: tamen si videantur gubernare. Ad huiusmodi præsidem illud applicatur, quod ait Zacharias decimo: *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Idolum oculos habet, sed non videt: os habet, sed non loquitur: pedes habet, sed non ambulat: ita nefarius præses videtur videre, loqui, ambulare: sed nihil minus. Vt lucerna non potest alias incendere, nisi ipsa incensa sit: sic nec qui præest, alios ad virtutem inflammare, nisi ipse ea sit præditus eiusque amore inflammatus. Similiter nemo potest cæcum ducere, nisi videat. Nam vt Christus dominus ait: Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Vt norma qua laterum æqualitatem fabri perpendicularunt, non potest alia ad rectam æqualitatem ducere, nisi ipsa sit æqualis: sic nec princeps famulorum vitam ad certam rationis regulam dirigere, nisi ipse sit rectus.

*k Omnes qui habebant iudicia.* Id est omnes Iudæi, qui habebant controuersias & causas. In Græco est:

*πάντες διπρὸς αὐτοὺς.* Hoc est, omnes litigantes. Ac ita habent nonnulli codices emēdati ad marginem. Sed sensus est idem.

*l Cum autem populus reuertisset per meridiem.* Hoc est, cum populus hora meridiana egressus esset ab aula Ioacim, vbi causæ & iudicia agebatur: & vnusquisque se ad proprium conferret domicilium.

*m Ingredebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui.* Exhibat è domicilio suo, & ingredebatur hortum clausum, vbi deambulabat. Tempus illud eligebat, quando domus erat hospitibus vacua: ne ab illis videretur: diligebat enim verecundiam & solitudinem. Eam ob causam non peragrabat plateas: ne exemplo Dinæ experiretur detrimentum. Sed in hortu suo abstruso deambulabat. Hinc colligit Origenes licere conueniente tempore & loco deambulare ad corpus reficiendum & sustentandum.

Gen. 34.  
Origen.

*n Et videbant eam senes.* Nā aut ipsa eorum aspectū non reformidabat ob eorum senectutem, & sanctitatis opinionem: aut ab illis aspici nesciebat.

*o Exarserunt.* Hoc est, obsceno amore flagrarunt. Idem ait Iob cap. 31. *Ignis est vsque ad perditionem deuorans.* Et Oseas 7. *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente.* Hoc potest de amore erga idola intelligi: sed est metaphora desumpta ab ardente erga mulieres amore, qui animum incendit, & intelligentiam atque rationem obscurat. Id intelligens Ecclesiasticus ait cap. 9. *Auerte faciem à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam.* Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Et Dauid psal. 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.* Deberent senes illi appetitibus deprauatis resistere, & cum hostibus animæ fortiter præliari. Vult enim Deus, cælestis ille dux, vt sui milites vehementer pugnent, & strenuè congregiantur. Id significat diuinus vates, cum ait psalm. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus: Quæ verba possunt ex Hebræo rectè transferri. Dedisti metuentibus te vexillum, vt triumpharent à facie arcus.* Hoc est, voluisti, vt tui forti animo militaret aduersus proprias appetitiones corruptas, vt ita de sagittis arcuum, de funestis tentationibus, de seipsis triumpharent. Milites enim in prælio fortius pugnant videntes vexillum, quàm si illud non videant. Tu autem aduerte: litera quædam habet fugere, altera verò triumphare, & extolli: quia fugere seipsum triumphare est, & efferri. Vult Deus, vt à nobis ipsis fugiamus, quo de nobis victoriam reportemus. Hæc fuga est illustri victoria, gloriosus triumphus, & admirabile trophæum. Debemus à nobis fugere ad Deum: at illi duo senes à Deo fugerunt ad seipsos, seq; statim deprauatæ appetentiæ tradiderunt.

*p Declinauerunt oculos suos ne viderent cælum.* Iuxta illud psalmographi: *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Non cælum curarunt, sed terram: non spiritum, sed carnem. Permiserunt oculos animi sui obcæcari. Nec mirum: nam veteres amorem cæcum pingebant: quoniam non solum ipse cæcus est, sed eos etiam plerunq; efficit cæcos, quos amplectitur. Vnde Oseas 4. c. *Fornicatio, inquit, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Et Homerus Mantuanus huiusmodi amorem vocat cæcum ignem, cum ait: *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.*

Virgil.

*q Neque recordaretur iudiciorum iustorum.* Quæ scilicet ipsi, vt iudices erant iustè laturi. Vel neque reminiscerentur iustorum iudiciorum Dei. Nam impij eorum obliuiscuntur: iuxta illud diuini psaltis: *Auferuntur iudicia tua à facie eius.*

psal. 9.

*r Sicut heri & nudius tertius.* Id est, pro more quotidiano: sicut solita fuerat tempore præterito. Schema est

Rr 4 in li.



in lieris diuinis visitatissimum: vt Genesis 31. Deuteronomij 19.1. Regum 19. secundo Reg. 5. & multis alijs in locis.

s *Afferre mihi oleum & smegmata.* Hoc oleum erat liquor aliquis aromaticus, quo sceminæ tunc vngere corpus solebant. Smegma erat etiam liquor ex aqua & hordeo ad corpus refrigerandum. Albertus Magnus ait smegmata vnguenta esse, quibus sudores restringuntur. Alij asserunt esse saponem, quo & vestes & corpora abluuntur: à verbo *σμήγμα*, quod est abstergere, & perpurpare.

t *Cum autem egressa essent puella.* Hoc est, egressis puellis à pomario, accesserunt duo senes ad Susannâ, quæ sola manebat.

v *Si enim hoc egero, mors mihi est.* Id est, si assentiar vobis, mors mihi est à lege inflicta. Iubebat enim lex occidi adulteram cap. 20. Levit. & 22. Deuteronom. Vel sic: Si peccauero, & nefarium adulterij facinus admisero, in mortem animæ incurro: incido in crimē mortiferum. Flagitium graue & funestum mors est: ideò enim appellatur peccatum mortale, quod animam occidat. Id intelligens Sapiens ait: *Homo per malitiam occidit animam suam.* Et Christus dominus: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quid est apud Ezech. 37. *campus plenus ossibus mortuorum*, nisi mundus plenus peccatoribus? Id intelligens diuus Paulus ait cap. 2. epistolæ ad Ephes. 2. *Vos conuiuificauit, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris.* Id est, cū propter peccata vestra mortui essetis, & morte æterna digni. Et in priore ad Timoth. 5. *Vidua quæ in deliciis est, viuens mortua est.* Et 8. ad Rom. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Et 14. eiusdem impios appellat mortuos, iustos autem viuos, cū ait: In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorū & mortuorum dominetur. Hoc est, tam eorum qui sunt in gratia, quàm eorum, qui sunt pestilente scelere maculati. Methodius tamen per viuos intelligit animas immortales, per mortuos autem corpora ad interitum tendentia. Et diuus Ioannes ait ca. 3. Apo. *Nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Hoc est, censeris viuus quo ad corpus, & mortuus es quo ad animam: quia nec Deum diligis, nec proximum. Et cap. 3. prioris epistolæ suæ: *Nos scimus, inquit, quoniã translati sumus de morte ad vitam, quoniã diligimus fratres.* *Qui non diligit, manet in morte.* Hæc ille: & sapienter quidem. Nam Deus est centrum, in quo lineæ sunt coniunctæ & simul congregatæ. Vt enim in sphaera fieri non potest, vt linea in centro separetur à linea, nisi separetur à centro indiuisibili: ita haud quaquam potest fieri, vt nos à nobis per dissidiū & discordiam separemur, quin à Deo disungamur. Qui odio & inimicitia prosequitur proximum, à Deo est diuisus, & separatus: & ex consequente à vita: ipse enim ait apud Ioannem 11. *Ego sum resurrectio & vita.* Et Ioann. capite 14. *Ego sum via, veritas, & vita.* Igitur qui non diligit, separatur à centro: separatus à centro, separatur à Deo: separatus à Deo separatur à vita, separatus à vita manet in morte. Ergo qui non diligit manet in morte. Hæc est illius loci diui Ioannis philosophia, excelsa quidem & cælestis, quàm ipse paucis, sed plenissimis sapientiæ verbis nos docuit. Quæ admodū separata anima à corpore illud dicitur mortuum, ita separata gratia ab anima, ipsa anima mortua appellatur. Vnde Augustin. gratiam animam animam vocauit: & peccatum mortem. Hæc est mors, de qua ait Iacobus apostolus in epistola sua canonica: *Peccatum cū consummatum fuerit, generat mortem.* Nam vt ait Ezechiel 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* De hac morte intelligitur illud 2. Reg. 22. *Præuenerunt me laquei mortis.* Et illud Tobia 12. *Elcemofyna à morte liberat.* Hanc mortem machinatur no-

bis diabolus, qui venit, vt furetur, maclet, & perdat, vt verbis vtar D. Ioannis cap. 10. Christus autem, vt ipse eodem ait loco, venit, vt vitam habeant, & abundantius habeant. De hac vita ait D. Petrus cap. 3. prioris canonice suæ: *Tanquam coheredibus gratiæ vitæ.* Et diuus Ioannes cap. 3. etiam prioris epistolæ suæ: *Trã-* similitudo  
*slati sumus de morte ad vitam.* Quemadmodum vita animalium procedit à corde, & vita arborum à radice: sic vita gratiæ à diuina misericordia. Eam ob causam ait psalmographus 68. *Querite Dominum, & viuet anima vestra.* Sed quoniam multi repuunt vitam hanc, quam Deus voluntate præcedente vult omnibus tribuere, manent sine gratia duri & obstinati. In venis lapidum inueniuntur aliquando imagines quedam & figuræ, licet imperfectæ animalium: nam intendens natura producere animal, cum non inueniat dispositionem, producit animalis figuram, non autem vitam: & manent lapides illi figuris ac imaginibus insigniti. Ita Deus etsi paratus est semper ad gratiam infundendam: *vult enim*, vt diuus ait Paulus, *omnes* similitudo  
*homines saluos fieri*, cū tamen nos inueniat minimè dispositos, solet eam dimittere: ex quo efficitur, vt figuram habeamus viuorum, cū tamen mortui simus: & per flagitiorum obstinationem in lapidum duritiem transeamus. Aspicias funestum peccatum mortem esse, de qua hoc Danielis loco loquitur Susanna.

x *Si autem non egero, non effugiam manus vestras.* Id est, si vobis non assentiar, me ad eadem falso crimine vocabitis.

y *Abque opere:* Hoc est, sine peccato. Sensus est: Potius volo mori, quàm Deum offendere, & me nefario flagitio polluere. Mortem corporis potius eligo propter Deum, quàm turpiter peccare. Magna profectò honestas & constantia, & gloriosa scemina, digna, quæ nos docet exemplo suo, vt eximiam mortem turpi vitæ anteponamus. Nam vitæ curriculum breue est, cursus gloriæ sempiternus: corpus est caducum, anima immortalis. Eam ob causam dicebat Christus dominus apud Matthæum 30. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* His Dei nostri verbis incensè infiniti homines mortem contempnunt, & ad ipsius gloriæ, veræque honestatis præstantiam mortem etiam proposita amore inflammata rapiuntur. Qui vitam propriam dilexerint, vt eam Christo præposuerint, amittent illam: qui autem parati extiterint ad illam propter Christum fundendam: vbi existimant vitæ iacturam facere, acquirunt illam: perdunt enim temporalem & consequuntur æternam. Id voluit dominus Iesus his verbis significare apud Ioan. 12. *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Quemadmodum qui feudum habet ad tempus, nimirum in vltima vita duntaxat, & desiderat illud in fatiosum, vt aiunt, habere reddidit illud proprio domino; qui illud ei donat perpetuò: sic nos cum vitam habeamus ad tempus, debemus illam Deo tribuere, vt illam æuo sempiterno possideamus. Vt vir prudens arculam incendio, aut naufragio potius exponit, quàm pretiosum monile, quod in ea continere solebat: (dat enim operam, vt illud quod maioris est pretij, potius seruet, quàm arculam,) ita nos debemus corpus potius periculo committere, quàm animam, & summa ope niti, vt eam custodiamus, quod multò sit illo pretiosior & præstantior. Huius scemina fortitudinem & honestatem imitemur, quæ vt Chrysostomus ait in homilia de Susanna, aspernabatur, quod audiebat, quia timebat eum, quem nihil latebat.

Sap. 16.  
Mat. 8.  
Luc. 9.

1. Ioan. 3.

similitudo

Iacob 1.

Exela

z *Exclamauit voce magna Susanna.* Vt scilicet se à senibus defenderet manus ei ac vim inferentibus, & stuprum inferri conantibus Fortior fuit Susanna, quam Lucretia, quæ ne macularetur infamia, quam ei Tarquinius minabatur, consensit corpore maculari: sed postea illatum stuprum morte luit voluntaria, vt Tit. ait Liu. li. 1. ab vrbe condita. At Susanna nulla infamia territa adduci potuit, vt impudicis senibus sensu preberet, quin potius aduersus eos magnas & queri bundas voces emisit.

aa *Exclamauerunt autem senes aduersus eam.* Quali scelus eius ferre non valentes, & vt eam prius accusarent. Eodem pacto fecerat impudica illa Ægyptia vxor Putifarum, quæ videns se à casto Ioseph contemptam, clamoribus & accusationibus omnia miscuit.

bb *Et occurrit vnus.* Subaudi, de duobus senibus: & aperuit ostium pomarij, tanquam per illud adulter fugisset.

cc *Venerunt & duo presbyteri.* Hoc est, duo senes, qui calumniam in Susannam adhibebant, cui falsum crimen obieciabant. Qui antea vocabantur senes, modo vocantur presbyteri. Presbyter enim idem est quod senex, siue senior. Quam ob causam sacerdotes ob morum grauitatem presbyteri dicuntur. Et credibile est illos duos senes fuisse sacerdotes, erant enim de tribu Iuda, quæ erat cum tribu Leui matrimonij con iuncta. Ex Leui autem erant sacerdotes.

dd *Venit cum parentibus & filiis, & vniuersis cognatis suis.* Credibile est narrasse eam illis omnem veritatem, suam castitatem, & senum impudentiam. Quæ ob causam eam comitabantur.

ee *Erat enim cooperta.* Honestatis causa. Vel ob ruborem, pudorem, luctum, & mœsticiam.

ff *Posuerunt manus suas super caput eius.* Veluti in testimonium veritatis accusationis proponendæ, vt crimen quoddam eam admisisse dicebant, in caput ipsius redundaret. Cap. Leui. 24. scriptum est: ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vel ponere manus super caput alicuius est, eius infelicitatem significare.

gg *Quæ sicut suspexit in cælum.* Vt oculis corporis piarum lachrymarum plenis cælum corporeum aspiceret: & mentis oculis Deum intueretur verum iudicem, in quo solo spem figebat: cuius summa animi intentione auxilium implorabat. Et suum committebat negotium, qui est conscius veritatis. Idem faciebat Iob qui dicebat ca. 6. *Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis.* Hoc in acerbis calamitatibus est viris iustis singulare solatium, credere iustum Deum omnia aspicere, & potentissimum dominum ac clementissimum patrem ærumnas suorum clarissimè intueri. Id consolabatur Susannam: eamque incitabat, vt vim lachrymarum profundens ad ipsum Deum tanquam ad arcem tutissimam pectore toto confugeret. Idem sentiens Iosaphat periculis cinctus, & in calamitate versatus emisit: *Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Solum Deum cogitabat, & invocabat, & in illum mentis aciem intendebat. In eadem sententia erat Dauid, cum aiebat psal. 24. *Ad te domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.* Et paulo post: *Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.* Et psal. 120. *Leuavi oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Et psal. 122. *Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Quare nos in ærumnis versati oculos ad sancta cæli templa sublatos habeamus, clementem Deum precibus ardente pietate incensis obsecrantes, vt calamitates nostras placidis oculis intueatur, nos à periculis eripiat, & magnitudinem suæ erga nos misericordie ostendat. Sed etiam si non statim videamus

liberationem nostram, non tamen debemus cadere animo in acerbitatibus versati, & telis falsorum testimoniorum percussi. Nā vt arca fœderis transiit per fluctus, atque Iordanis aquas, afflictionum significatrices, ad dulcem promissionis terram: ita nos per multos calamitatum fluctus ad suauem cælorum patriam perducendi sumus: si Deum fuerimus summo amore profecuti, & ad illum proprio animo confugerimus. Nō existimemus ipsum Deum nos repellere, quin potius credamus eum esse, qui tempore opportuno nobis ferret opem: quoniam ipse nos ad seipsum inuitat, cum ait apud Matt. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Requie nobis præcipue animi promittit, non corporis.

Ex quo efficitur, vt viri pietate ac virtute præstantes in medio calamitatum sentiant singularem animi consolationem: Tu verò perpende afflictionis utilitatem, quæ ab intimo Susannæ pectore lachrymas eduxit. Nec solum pios animos, sed dura pectora aliquando compungit. Vt petra percussa virga effudit aquarum copiam: sic cor afflictione vulneratum lachrymarum abundantiam. Felix calamitas quæ nos mouet ad piæ lachrymas, & ducit ad Deum. Nam vt diuus ait Gregorius, mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Ac vt diuus ait Paulus in 2. ad Tim. 2. *Si sustinebimus, conregnabimus.* Et ad Rom. 8. *Si compatimur, vt & glorificemur.* Quare non debemus cadere animo, & amittere tolerantiam, cum nos viderimus ærumnis, falsisque testimoniis afflictos: quin potius ante oculos ponamus verba illa diui Pauli cap. 6. posterioris ad Corinth. 2. *In omnibus exhibeamus nos metipso sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus: per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, & per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces.* Intelligamus esse afflictionem potionem salutarem à sapiente medico datam: quæ viri magnanimi nutriuntur, & recreantur.

Vt profunda magni fluij aqua maiores pisces generat quam exigui fluminis parua: sic quanto maior est afflictio, tanto maiores alit animos & spiritus. Filij Israelis quanto magis opprimebantur ab Ægyptiis, tanto amplius crescebant. Vt pisces, sine aqua putrescunt iuxta id quod ait Esaias cap. 50. sic homines sine calamitate. Non legimus Susannam vnquam tam arduas preces emisisse ad Deum, nec tam vehementer ad cælum suspexisse, quam cum se vidit in calamitatum angustiis versatam. Vt columba videns se & retibus aucupum, & iaculis ac sagittis agitatam, nullum salutaris videt remedium, quam altum petere, & in subhme volare: ita pia ac innocens Susanna videns se falsis duorum impudicorum senum testimoniis lacessitam, nullum vtilius allevamentum & perfugium suis inuenit incommodis, quam tendere in cælum, & ad diuinum numen afflictio animo evolare.

hh *Et dixerunt presbyteri.* Hoc est, duo senes impudici, iudices illius anni.

ii *Ingressa est hæc.* Particula, hæc, indicat contempionem: Ac si dicerent: ista scelerata: quam nominare non audemus, quod sit nomine indigna. Ita Iudæi de Christo dixerunt: Non hunc, sed Barrabam. Et alibi: Hic autem vnde sit, nescimus. Et alibi: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram.

kk *Cum essemus in angulo pomarij.* Vt scilicet possemus causas & controuersias conferre, & occulte eas communicare.

ll *Huius rei testes sumus.* Estis quidem, sed mendaces, falsum testimonium in sceminam innocentem dicentes. Iuxta autem Susanna Deum habet testem, qui nec fallit, nec fallitur. Ipse ait apud Ierem. c. 29. *Ego sum iudex & testis.* De illo ait Dauid ps. 88. *Et testis in cælo fidelis.*

Præ-

Præter hunc testem habet Susanna cōscientiā suam, qua oblectabatur. Nam vt ait apostolus 2. ad Corinthios cap. 1. *Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostra.* Sed nō est mirū audisse Susannam aduersus se falsum crimē, cum de Christo Deo nostro sit dictū ca. 26. euangelij Matthæi: *Audis quanta aduersum te testificantur?* Tales requiruntur in iudicio, sed veri, graues, & integri. Cap. 20. Exodi ait Deus: *Nō loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Testis verus similis est vitro puro liquoris infusi colorem referenti: & splendido speculo propriam rei imaginem representanti. Capiti 23. Exodi sunt hæc verba mandata. *Non suscipies vocem mendacij, nec ianges manum tuam, vt pro impio dica: falsum testimonium.* Hoc est: Ne admittas rumorem falsum aduersus proximos tuos: nec adiuues impium hominem falso testimonio. Vel, nec paciscaris cū impio, vt sis testis iniquus. Dare enim alicui manum est ei opem ferre, aut cum illo pacisci. Vel iungere manus, illo loco idem est quod iurare. Prohibet Deus omne falsum testimonium, illud præsertim, quod est iureiurando confirmatū. Solet Deus falsos testes graui supplicio afficere: iuxta illud capitis Prouerbiorum 19. *Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.* Et illud cap. 21. *Testis mendax peribit.* Et illud cap. 28. Ecclesiastici. *Lingua testificans adducit mortem.* Id quod his duobus senibus contigisse testatur scriptura. Intolerabili laborat stultitia, qui existimat se mendaciis esse victoriam perpetuam consecuturum. In Prouerbiis ait ita sapiens cap. 10. *Qui nititur mendaciis, pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes.* Sed mendacia iocosa aut officiosa non tantum afferunt detrimenti, quantum perniciofa: cu usmodi erant ea, quæ duo senes aduersus innocentem Susannam dicebant. Quare merito fuit illis vita erepta. Vt membra quædam amputantur, si earent spiritu, & reliquas corporis contaminant partes: sic falsi testes in re graui sunt ab hominum sociatione tanquam à corpore humano segregandi. Medici enim membra putrefacta secant, ne alia membra labefactent. Et qui rempublicam saluam esse volunt, homines perditissimos ex vrbe depellunt, ne alios corrumpant.

similitudo

mm Et condemnauerunt eam ad mortem. Approbantes sententiam à iudicibus latam aduersus eam.

nn Exclamauit autem voce magna. Cū magnum esset periculum, magna voce Susanna ad dominum clamauit: & liberata est. Hunc locum explicans Ambrosius lib. 3. officiorum ait: Deum honestati intendit, etiam vitam reseruauit: quæ si id, quod sibi videbatur ad vitam vile, præoptauisset, non tantam reportasset gloriam. Imò etiam id quod non solum inutile, sed etiam periculosum foret, fecisse, pœnam criminis forsitan non euasisset.

oo Qui absconditorum es cognitor. Id est, qui omnia cognoscis, quamuis hominibus abscondita. Id ait in epistola 4. ad Hebr. apostolus his verbis: Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Deus incommutabilis & sempiternus omnia in luce propria, in se ipso tanquam in clarissimo speculo, omnium rerum similitudinem atque ideam continente & representante inuariabiliter conspicit. Vnde Eccle. ca. 23. *Domino Deo, inquit, ante quam crearentur, omnia sunt agnita, & post perfectum respicit omnia.* Ideò sequitur in hac oratione Susannæ: *Qui noli omnia ante quam fiat.* Perpende obsecro, quemadmodum Susannæ deuotio calamitate & dolore angeatur. Vt ignis flatu pressus accrescit: sic virtus afflictione agitata propagatur.

similitudo

pp Suscitauit dominus spiritum pueri. Excitauit Deus gratiam, quam in Daniele contulerat, & in

actum insolitum ac diuinum fecit procedere. Spiritum in eo quiescentem, & propter ætatis imbecillitatem opera sua non ostendentem suscitauit Deus, vt admirabilem pueri sapientiam & virtutem, eximiam Susannæ honestatem & innocentiam, & effrenatam senum intemperantiam & calumniam declararet.

qq *Mundus sum ego à sanguine huius.* Hoc est, non assentior huic capitali sententiæ. Exclamo esse sceminam hanc innocentem, atque iniuste damnatam. Hæc verba procedebant à Spiritu Dei, quæ habebat. At multò aliter fecit Pilatus, qui verbis dixit se innocentem à sanguine Christi, re autem ipsa illum ad mortem damnauit. Quid illi proderat manus lauare, cum de eius & Iudæorum manibus illud intelligatur Esaiæ. *Manus vestra sanguine plena sunt?* Accipitur sanguis pro morte: vt Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Et quarti Reg. nono: *Vliscar sanguinem seruorum meorum.* Accipitur etiam sanguis pro pecunia, qua emitur alimentum, quod vertitur in sanguinem. Ita illud Michæ intelligitur aduersus impios principes & magnates iudicium ob munera peruerentes, populūque tributis onerantes: *Qui edificatis Sion in sanguinibus.* Hoc est, qui extruitis ædificia pecunia, quam pauperibus eripitis, qua illi erant alendi? Qui ornatis montem Sionem aulis magnificis, & in Hierosolymam in eo sitam ornamenta ædificiorum congeritis, muneribus quæ à litigantibus accipitis, & tributis, quibus populū opprimitis, & oneratis. Eodem pacto Habacuch cap. 2. *Va qui edificat ciuitatem in sanguinibus.* Fortasse hoc dixit propter cædes, quas impij iudices viris innocentibus moliebantur. Ita intelligi potest illud Davidis psal. 50. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.* Ita appellat nefarium scelus, quod in morte Vriæ quæ expulit è vita, cōmisit. Vel per sanguines quælibet peccata intelliguntur: vt apud Oseam 4. *Sanguis sanguinem tetigit.* Hoc est, scelera eorum sunt continua. Passim tamen sanguis accipitur pro morte: vt Gen. 37. *Et celauerimus sanguinem ipsius.* Exodi 22. *Si fur accepto vulnerare mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.* Primo lib. Machabæorum cap. 9. *Vindicauerunt vindictam sanguinis fratri sui.* Matt. 23. *Non essemus socij eorū in sanguine prophetarum.* Et 27. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Et hoc Danielis loco. *Mundus ego sum à sanguine huius.*

rr *Quis est iste sermo, quem locutus es?* Id est, quid sibi volunt hæc verba, quæ loqueris? Voluit Deus, vt homines illi Daniele loquentem attenderent, eūque quid de negotio illo sentiret, interrogarent.

ss *Sic fatui filij Israel.* Sensus est: Tam stulti estis o filij Israelis, vt re nondum liquidò cognita & explorata, ita præcipitarem in Susannam, mulierem fama clarā, nobilitate insignem, honestate admirandam, verè Israelis filiam imitatione virtutum, vt citra disquisitionem illam ad mortem damnaretis? Hinc colligimus in causa capitali magnam cautionem & maturitatem esse adhibendam, & grauissimo iudicio esse huiusmodi causam iudicandam. Ceterum Daniel homines illos vocat fatuos non ira ductus, nec odio concitatus, sed amore veritatis commotus. Non vt eos iniuria afficeret, sed vt ipsi hac reprehensione verbis aspera, sed charitatis plena respicerent, & ad veritatem mentis oculos reuocarent. Eodem pacto diuus Paulus: *O insensati Galatas quis vos fascinauit non obedire veritati?* Et Christus Deus noster apud Lucam capite vigesimo quarto. *O stulti & tardi corde ad credendum.* Quemadmodum medici non indignantur ægrotis, sed eorum morbis aliquando asperis medentur remediis:

ira

ita qui alios viderint incidere in errorem, non debet iracundia ita stomachari: & illis irasci, vt velint eos contemnere, eorum estimationem offendere, & maledictis violare: sed vitia corrigere: & verbis aliquando lenibus, aliquando duris, si opus fuerit, delinquentes ad virtutem traducere. Quare quemadmodum qui admonent amicum, audiendi sunt: ita qui inimicum insectantur, repellendi. Quod autem ait dominus: *Qui dixerit fratri suo stultus, reus erit gehennae ignis*: intelligitur, quando hoc ex contemptione, & ira & malevolentia, & proposito laedendi procedit. Porro Daniel noluit illius erroris particeps esse: quin potius errantes feruore charitatis obiurgauit. Id docet apost. cap. 5. ad Ephe. cum ait: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite.*

*Matth. 5.* *Et dixerunt ei senes.* Non illi duo iniqui, qui Susannam ad capitis periculum vocauerant: sed homines, qui aderant, senectute confecti, qui ceteros aetate & honore antebant.

*vv* *Quia tibi dedit Deus honorem senectutis.* Id est, quando quidem tanta tibi Deus dedit auctoritatem, vt honor senibus ob aetatis vetustatem, grauitatem & virtutem debitus, tibi adolescenti tribuatur. Ex modo Danielis intellexit populus, eum esse diuinitus instructum, in eo que esse spiritum Dei excitatum.

*xx* *Separate illos.* Subaudi, iniquos duos senes. Hoc ideo fecit, ne inter se conferentes sermones nouum aliquod fingerent mendacium.

*yy* *Cum ergo diuisi essent.* Totum hoc fuit coram plurimis e populo: a quibus postea conuinceretur, si negaret, quod dixisset: & vt varietatem testimoniorum illorum senum audirent, impiam eorum calumniam intelligerent, & veritatem, ac Susannae innocentiam viderent.

*zz* *Inueterate dierum malorum.* Hoc est, tu qui longam aetatem tuam in vitiis contriuisisti. Dies mala apud diuum Paulum cap. 5. epistolae ad Ephe. sunt tempora inimica virtuti, in quibus multa scelera admittuntur. Mala sunt tempora non eorum natura, sed hominum malitia. Ita quidem ait: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Tunc redimitur tempus, quando illud quod male consumptum est, virtutum actionibus, recteque factis resarcitur. Dicitur etiam dies malus tempus calamitatis & tentationis: vt capite si x. o. eiusdem epistolae ad Ephe. 6. *Vt possitis resistere in die malo.* Hoc est tempore afflictionis. Licet diuus Hieronymus loco illo per diem malum, diem iudicij vniuersalis interpretetur. Hoc autem Danielis loco idem est inueteratus dierum malorum ac flagitiis imbutus, & in maleficiis veterimus. Hinc colliges esse falsos testes a iudice conscio obiurgandos.

*aaa* *Nunc venerunt peccata tua.* Vsque ad tempus hoc, accesserunt vitia, quibus te antea contaminabas: sed modo poenas lues. Permittit Deus delinquere homines vsque ad certam mensuram, vt ait Augustinus, quia impleta non amplius suffert eorum maleficia. Eo pacto intelligitur, vt testatur Chrysostomus, Genesis illud cap. 15. *Nodum completa sunt iniquitates Amorrhaeorum vsque ad praesens tempus.* Ac si diceret: Hanc terram ablaturus sum ab Amorrhais: sed permittam eorum scelera vsque ad certum tempus, quo eos expellam. Tunc enim cum scelera ad scelera addiderint, & completa fuerint, iuste eos ac grauiter multabo. Idem est, quod ait psalmographus: *Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, vt non intrent in iustitiam tuam.* Exprimit locus ille, inquit Theodoretus, Deum non prius vltorem esse, quam homo sit flagitiosus.

*bbb* *Dicente Domino innocentem.* Cap. Exod. 23. ait ira Deus: *Infantem & iustum non occides.* Et cap. 19. Leuit. *Non facies calumniam proximo tuo: nec vt oppri-*

*mes eum.* Et 27. Deuter. *Maledictus qui clam percussit proximum suum.*

*ccc* *Sub qua arbore vidisti eos.* Nimirum Susannam & iuuenem scelus nefarium admittentes. Docet hic locus esse testes de circumstantiis interrogandos, vt veritas elucescat, & causae cognitio dilucide percipiatur. Diuus Ioannes Chrysostomus in Matthaeum homil. 17. ita ait: Non solum respiciamus ad opera, sed ad tempus, & ad causam, & ad voluntatem: personarum quoque differentiam, & quantacunque alia ipsis operibus acciderunt, diligentissime inquiramus. Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire. Haecenus eorum verba: quae sunt in sacros canones relata 23. quaestione 8. Occidit. Qua de re poteris videre extra de testibus. Cum causa & digestis de factis. Leg. Verum.

*ddd* *Qui ait: Sub schino.* Hoc est, sub lentisco. Ita hunc locum Alberus magnus interpretatur, & recte quidem: nam lentiscus dicitur Graece schinos, & Lusitanice aroeyra. Arbor est satis nota in Hispania, Italia, & tota Europa: utilis, vt ait Dioscorides, & experientia ostendit, ad perpurgandos dentes.

*eee* *Recte mentitus es in caput tuum.* Verò mendacium dicis, quod in caput tuum redundabit.

*fff* *Semen Chanaan, & non Iuda.* Etsi Iudaeus es, tamen non mereris dici filius Iuda, quia patrem illum virtutum ornamentis ex cultu non imitaris. Sed imitatione filius es Chanaan. Eius quis dicitur filius, cuius opera imitatur. Iudaeis se filios Abraham vocantibus dixit Christus apud Ioan. 8. *Si filij Abraham estis, opera Abraham facite.* Et paulo post: *Vos ex patre diabolo estis.* Et apud Matthaeum 12. eos vocat progeniem viperarum. Similiter Ioannes apud eundem Matth. 3. Hebraeorum populo se sceleribus contaminati dicebat Deus apud Ezechielem cap. 16. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhaeus, & mater tua Cetha.* Harum nationum vocat Iudaeos filios, non naturae, sed imitatione: quoniam earum flagitia, & impias superstitiones imitabantur. Contra verò eos diuina scriptura vocat filios Dei, qui sequuntur illum, qui in virtutum studia incumbunt, vitam ad certam rationis normam dirigentes, omniumque officiorum momenta diligenter ponderantes. Ideo ait diuus Ioannes: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et Christus dominus apud Matth. cap. 5. *Beati facietis, quoniam filij Dei vocabuntur.* Et paulo post: *Benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in caelis est.* Et apud Luc. 6. *Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa: & eritis filij altissimi.* Diuus Paulus cap. 8. epistolae ad Romanos: *Quicumque, inquit, spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Et Diuus Ioan. ca.

*3. primae suae canonicae: Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Vnde cap. 4. lib. 4. Regum illi dicuntur filij prophetarum, qui eos sequebantur. Apostolus cap. 5. epistolae ad Ephesios filios lucis appellat viros iustitia & honestate claros, cum ait: *vt filij lucis ambulare.* Hoc est iuste, honesteque viuere splendore virtutum illustrati. Vel filij lucis, hoc est filij Dei, qui de se ait Ioannis 8. *Ego sum lux mundi.* In eadem epistola cap. 2. vocat filios irae homines peccato attrictos & cutaminatos. *Eramus, inquit ille, natura filij irae: hoc est Dei, ira & vltione digni.* Eodem pacto Hebraei vocant filios mortis eos, qui sunt digni morte: vt cap. 20. lib. 1. Regum. Homines impij dicuntur filij Belial cap. 19. Iudicum, & 25. libri 1. Regum & alijs in locis: est enim Belial idem atq; sine iugo. Praterca dicuntur filij a genere, vt filij Israelis Israelitae Exodi 1. Filij Heth Hethaei Genesis 23. Filij Ammon Ammonitae Iudi-

Iudicium 10. Filij Iemini Beniaminitæ Iudicium 19. Filij Chanaan Charanai: Filij Iuda Indai. Eam ob causam ait Daniel: *Semen Chanaan, & non Iuda*. Volens Sophonias significare sopitum esse populum Iudaicum, dixit ca. 1. *Conticuit omnis populus Chanaan*. Sed quoniam Chanaan idem est quoddam mercator, potest transferri locutus ille: Conticuit, vel succisus est populus mercator: vel populus mercatorum. Et ita interpretantur nonnulli Osee illud cap. 12. *Chanaan in manu eius statera dolosa: calumniam dilexit*. Ut sit sensus, Populus Israeliticus concupiuit opprimere proximum suum per summam fraudem, instar mercatoris falsam habentis stateram. Cæterum Chanaan fuit filius Cham, filij Noe, ut ex capite 9. & 10. Genesis liquet. Chanaan autem genuit Sidonem, Hethæum, Iebusæum, Amorrhæum, Gergesæum, Heuzum, Aracæum, Sinæum, Aradium, Samaræum, Hamathæum. Ac per hos disseminati sunt populi Chananeorum, ut cap. 10. Gen. videre licet.

*Species decepit te*. Id est, Susannæ pulchritudo te fefellit, & iudicium tuum perturbavit. Deprauati homines, & parum prudentes ex aliena pulchritudine, ob quam erant Deum laudaturi, occasionem sumunt peccandi.

ggg *Sic faciebatis filiabus Israel*. Hoc est, quemadmodum fecistis Susannæ, quem perterere decreuistis, ut vestra deprauata pareret libidini, sic erga alias scæminas Israelitas facere solebatis. Constat ex hoc loco, duos illos senes solitos fuisse obscænis viti voluptatibus, ad quas mulieres Hebræas excitabant.

hhh *Ille timentes loquebantur vobis*. Hoc est, metu commotæ vobis obscæne respondebāt, & vestra deprauationi obtemperabant. Ex hoc loco colligunt nonnulli, hos duos senes eos esse, de quibus ait Ieremias capite vigesimo nono. *Fecerunt stultitiam in Israel: & machati sunt in vxores amicorum suorum*. Vel loquebantur vobis, id est, commiscebantur vobiscum.

iii *Sub prino*. Albertus Magnus sequens D. Hieronymum ait prino esse ilicem. Arbor est umbrosa, glandifera, latebras quærentibus apta. Dioscorides numerat eam inter formas seu species roboris. Appellatur Lusitanè Enzinheyra.

kkk *Surrexerunt aduersus duos presbyteros*. Quia viderunt eorum discrepantiam: ex qua perspicue colligebant eorum falsitatem.

lll *Ut facerent secundum legem Mosi*. Ca. 9. Deut. scripsit Moses falsi testis pœnam dicens: *Reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit*.

mmm *Et interfecerunt eos*. Lapidibus eos vulnerantes & obruentes. Nam eadem pœna multati sunt, qua Susannam afficere volebant. Adulteri autem lapidibus obruebantur. In lege enim capit. 22. Deuteronomij iuebantur occidi. Et mulier quæ in domo patris sui nefarium congressum cum homine aliquo habuisset, si postea nubebat, lapidibus obruebatur. Vnde Iudæi apud Ioannem octauo, cùm mulierem in adulterio deprehensam adducerent ad Christum, dixerunt: *In lege mandauit Moses huiusmodi lapidare*.

nnn *Et saluatus est sanguis innocuus*. Hoc est, & seruata est incolumis Susanna innocens scæmina. Homo integer neminem lædens dicitur sanguis innocuus: ut psalm. 93. *Sanguinem innocentem condemnabunt*. Illud est hoc loco aduertendum, non sine mysterio fuisse Susannam à Daniele absolutam: nam Daniel idem est quod iudicium Dei, ut intelligamus multos esse iudicio hominum damnatos, qui sunt iudicio

Dei absoluti. Contra verò quos mundus absoluit, damnat Deus aliquando, qui videntur hominibus iusti, cùm sint coram Deo deprauati. Possimus ex hoc loco colligere quàm differens atque dispar sit iudicium diuinum ab humano, & quod falsa crimina quasi venenata tela in vitam innocentem virorum sapientia virtute & nobilitate præstantium ab improbis hominibus iaciantur. Est huius seculi macula quædam intolerabilis, virtuti inuidere, velle falsis testimoniis ipsum florem dignitatis infringere, & insignium virorum splendorem maculare. Sed tempus diuina permittente iustitia ostendit tandem veritatem. Susanna idem est quod lilium & rosa: iudices autem illi obscæni & corrupti spinæ erant. Igitur Susanna inter illos erat rosa inter spinas. Ut non est rosa sine spinis, ita nec vita sine doloribus, tentationibus, & calamitatibus. Nam ut in tractatione de operibus sex dierum D. Ambrosius philosophatur, inde spina rosam sepsit, ut humanæ vitæ speculum ostentaret, quæ quod esse potuit suauitatis, stimulis curarum compungit. Est enim iuauitas vitæ septa solitudinibus, ut mœstitia aliqua sit cum voluptate coniuncta. Ait Basilus additos esse aculeos rosæ, ut intelligamus admittendam esse oblectationem recordatione flagitij. Cùm igitur rosa sit spinis septa, quid miraris, si Susanna, quæ rosam sonat, fuerit periculis cinctæ, & in calamitatibus versata?

ooo *Quia non esset inuenta in ea res turpis*. Obserua horum hominum virtutem. Non idè præcipue Deum laudibus esterebant, eique gratias agebant, quod eorum consanguinea Susanna liberata fuisset: sed quod iusta & innocens esset. Eius continentia, singularis vitæ integritas & animi ratio perfecta magna illos afficiebant voluptate. Est enim innocentia multo melior, quàm vita corporis, multo illustrior & præstantior. Ut obscuratur & obfunditur luce solis lumen lucernæ: sic æstimatio vitæ corporis splendore virtutis vincitur & obscuratur.

ppp *Et rex Astyages ap. ositus est ad patres suos*. Hoc est, mortuus est, & sepultus cum maioribus suis. Apponi ad patres suos, & ad populum suum, locationes sunt in diuinis literis vsitate, pro sepeliri more maiorum: ut Genes. 35. *Consumptus ætate mortuus est, Subauditur Isaac, & appositus est populo suo*. Et cap. 49. *Obiit Iacob, appositusque est ad populum suum*. Et Deuteronomij cap. 32. *Sicut mortuus est Aar n frat r tuus in monte Hor: & appositus pop. lis suis*. Et primo Machabeorum capite secundo: *Benedixit eos: & appositus est ad patres suos*. Hic rex Astyages vocatus est altero nomine Astuerus. Hic fuit pater Darij, & auus Cyri, pater matris eius. Vnde Darius erat aunculus Cyri frater matris eius. Ita asserit Hieronymus cum multis aliis: & est in historia scholastica memorix proditum.

qqq *Et suscepit Cyrus Perses regnum eius*. Astyages erat rex Mediæ & Persidis, & mortuo illo obtinuit regnum Mediæ Darius eius filius, & regnum Persidis Cyrus eius nepos ex filia. Sed mortuo Dario Cyrus successit illi, tenuitque clauum vtriusque regni. Et quamuis regnum Mediæ esset illustrius regno Persidis, Cyrus tamen Persidem regni caput constituit. Sensus huius orationis est. Quando hæc facta sunt Babylonis, vbi regnabat Nabuchodonosor, regnabat in Media & Perside Astyages, cui postea successit Darius in Media, & Cyrus in Perside. Postquam autem Darius excessit è vita, consecutus est totum regnum Cyrus, ad quem eius hæreditas pertinebat.

OBSER-

## OBSERVATIONES

ex Græco in

## CAPVT XIII.

1 Erat ei pomærium vicinum domui suæ. In codicibus correctis pro pomærium, est pomarium. In versione Græca Theodotionis, ex qua desumptum est caput hoc, est παράδεισος, paradysus. Quod vocabulum hortum significat, & pomarium: est enim pomarium locus arboribus pomiferis consitus: pomærium autem quod Græcè dicitur παρωικίον, est locus tam extra, quam intra murum, urbem cingens: quem antiqui inauguratò consecrabant, ubi nullum fieri adificium sinebant. Fuit igitur non Latini interpretis, sed liberariorum aut typographorum vitio effectum, ut pomærium hoc loco poneretur pro pomario, quod Græcè dicitur paradysus. Ac si verbum verbo reddere volueris, transferes ex Græco: Erat ei paradysus proximus domui suæ. Hoc nomine παράδεισος, paradysus, pro horto consito utitur Proclus: cuius hæc sunt verba: Vbi Hesiodus Fortunatarum insularum meminit, innuit esse paradysum, eum videlicet, qui apud poetas campus Elysus appellatur. Fortasse per campum Elysium paradysum terrenum intelligebant, Mosais literis aliquantulum instructi. Viuitur etiam hoc nomine Xenophon: & Philostratus in vita Apollonij. Sed & eo utuntur septuaginta interpretes, qui cap. 2. Genesis habent: וְהָאֱדֵן וְהָעֵץ הַיָּדֵן וְהָעֵץ הַחַיָּה וְהָעֵץ הַטָּבָח וְהָעֵץ הַשֶּׁמֶשׁ וְהָעֵץ הַיָּבֵשׁ וְהָעֵץ הַיָּבֵשׁ וְהָעֵץ הַיָּבֵשׁ. Hoc est, Et plantauit dominus Deus paradysum in Eden ad orientem. Sed quoniam vocabulum Eden, quod est in Hebraico, non solum est nomen loci, sed voluptatem & delicias significat: & ædem præter significationem Orientis significat principium, vertit Latinus noster interpretis: Plantauerat autem dominus Deus paradysum voluptatis, à principio. Pro quo paraphrasis Chaldaica Oncheli habet: Et plantauit dominus Deus hortum in loco voluptatis ab exordio. Et Symmachus: Plantauit que dominus Deus paradysum floremem à primo: Subaudi tempore. Aquila etiam, & Theodotio non ad Orientem, sed à principio translulerunt. Esse Eden nomen loci indicat Moses capite quarto Genesis, cum ait: Egressus Cain à facie domini habitauit profugus in terra ad orientem plagam Eden. Et Esaias 37. ubi inducit Rabfacem ita dicentem: Subuerterunt patres mei Gozam, & Haram, & Reseph, & filios Eden. Vbi Eden pro ciuitate quadam accipitur, aut regione. Eodem passo apud Ezechielem cap. 27. Et hanc significationem secuti sunt septuaginta. Significare autem nomen hoc voluptatem indicat Ezechiel trigessimoprimum, cum ait: Emulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei. Vbi pro voluptatis est in Hebraico Eden, deriuatum, à verbo וָדַן Hadan, quod significat delectare, voluptate ac deliciis afficere. Et hanc significationem sequutus est Latinus noster interpretis, & Symmachus, & alij. Locus ille ubi fuit paradysus terrestris, appellatus est Eden, quod esset amœnissimus, admirabilemque afferret voluptatem. Quare tam illi qui pro Eden voluptatem, quam qui locum voluptatis plenissimum interpretati sunt, recte quidè vererunt. Nec est etiam inter eos contrarietas, licet sit diuersitas, quod alij dicant fuisse paradysum illum à Deo plantatum ad orientem, alij à principio: nam utrunque verum est. Respectu enim terræ promissionis fuit ad Orientem, & plantatus fuit à principio mundi, nimirum die tertio creationis, quando Deus dixit cap. 1. Genesis: Germinet terra herbam viuentem, lignumque faciens fructum. Theodorus Mopsuestensis ita de paradiso terrestris loquitur: Eden erat locus, in quo positus erat paradysus, excelsus quidem ad solis ortum collocatus, atque ex vni-

uersa terra partibus electus: in quo Deus hominem tanquam in honorifico domicilio collocauit. Idem ait pluribus verbis Ioanes Damascenus. Seuerianus fuisse ait paradysum terrestrem ad Orientem consitum, ut ex ea parte qua lumina cæli initium ducunt nascendi, humana vite ratio atque institutio initium haberent. Non desucunt, qui dicerent, nullum fuisse terrenum paradysum, Mosem autem mysticè fuisse locutum. Sed hi destruunt scripturas, & in errore intolerabili versantur. Ac merito grauius que fuerunt improbat, & conuicti à Hieronymo, Augustino, Epiphano, Theodoro, Basilio, & ab alijs, qui diuinam scripturam rectè explanarunt. Ceterum hæc vox paradysus in diuinis literis non tantum accipitur pro paradiso terrestri, ut capite secundo & tertio Genesis, & capite Ezechielis trigessimoprimum, sed etiam accipitur pro loco beatorum in gloria cælesti: ut cap. 12. epistola secunda ad Corinthios: Scio hominem in Christo, siue in corpore, siue extra corpus nescio: Deus scit raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominè, quoniam raptus est in paradysum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vbi per tertium cælum intelligitur empyreum, ubi est sedes mètium beatarum, & æterna sanctorum domus: ubi qui se hic à scelerum contagio seuocarunt, Deo æterno auro fruuntur. Locum illum vocat apostolus tertium cælum, & paradysum. Nam primum cælum est regio aeris vsque ad cælum lune: secundum cælum est multitudo omnium globorum cælestium, qui mirabili celeritate mouentur: tertium est cælum empyrium, & paradysus æternus. De hoc paradiso & tertio cælo illud Apocalypsis intelligitur ca. secundo: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei. Vbi per lignum vitæ intelligitur Christus, qui est sapientia patris, filius Dei vnigena: de quo scriptum est capite Proverb. 3. Lignum vitæ est ihs, qui apprehenderint eam. Fuit re ipsa in paradiso terrestri arbor vitæ, ut constat ex capite 2. Genesis, quæ Christi figuram gerebat. Sed quemadmodum petra quæ percussa præbuit aquas, etsi Christum adumbravit, dicente apostolo in priore ad Corinthios cap. 10. Petra autem erat Christus: verè tamen fuit petra: sic arbor vitæ etsi Christi vmbra gessit, non ideo dicendum est non extitisse. Sed loco illo Apocalypsis arbor vitæ non pro vmbra, sed pro substantia, hoc est pro Christo Deo nostro accipitur: & paradysus pro loco sedium beatarum. Præterea accipitur paradysus pro horto consita, ut Canticorum quarto: Emissionis iuxta paradysum malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Ac si Christus dicat ecclesia: Propagines tuæ, hoc est, ecclesia tue particulares sunt veluti pomarium plenum malis punicis, alijque arboribus vberes fructus ferentibus. Ita enim ordinantur, ut ipsi Christo, & ecclesie vniuersali, eiusque pastori summo pontifici obtemperantes in vera fide permaneant. Sed dices: Quare hoc Canticorum loco fit mentio malorum puniceorum? Ratio est, quia per malum punicum ordo significatur & constantia. Aperi illud, inuenies ipsum plenum granis pulcherrimis in capsulis suis miro ordine dispositis: nullum est alio maius nullum peruertit locum, nullum egreditur è serie. Est in hoc pomo admirabilis quadam continuatio serieque acinorum, ut alij ex alijs, & omnes inter se æquales, apti, & colligati videantur. Inter omnia poma nullum est tam pulchra serie à natura cõstruendum, quam malum punicum, quod alij pomum granatum vocant. Quam ob causam per illud intelligitur ordo. Deinde ex omnibus pomis nullum præter hoc habet coronam. est enim in fastigio coronatum, magno ita Deo ordinante artificio natura. Cum autem qui perseuerant, & vincunt, donentur corona, iuxta illud apostoli capite secundo epist. 2. ad Timoth. non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: per pomum hoc intelligitur con-

Exod. 17.  
Num. 20.  
Duter. 8.

st  
stantia

stantia vsque ad finem. Eam ob causam in fine vestis sacerdotalis, in extremis fimbriis, vt capite Exodi 28. scriptum legimus, erant mala punica: quia vt verbis vtar seruatoris nostri: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hec est causa, quare veteres Græci imaginem. Victoria sangebant cum alis tenentem dextera pomum punicum, laua verò galeam: vt refert in hieroglyphicis Pierius Valerianus. Per alas significatur diligentia & celeritas, per galeam armatura, seu armorum munitio, per malum punicum ordo & constantia. Sed quia nomine alarum designatur aliquando instabilitas, abstulerunt Athenienses alas à Victoria simulachro, vt Pausanias, & Heliodorus Periergeta memoria prodiderunt. Cum igitur malum punicum sis signum ordinis & constantie, merito particulares ecclesia cum horto seu paradiso malis punicis referto comparantur. Aspicias igitur paradysum accipi aliquando pro quocunque horto confito, quemadmodum hoc Danielis loco, vbi Latinus noster interpres pro paradiso pomarium vertit.

2. Istis frequentabant domum Ioachim. Versio Complutensis Græco adiecta habet. Isti expectabant in domo Ioachim. Cum enim essent iudices, solebant illic expectare litigatores, vt eorum causas audirent, & sententiam ferrent. Eam ob causam in aulam illam frequenter conueniebant. Quare etsi in verbis aliqua videtur esse discrepantia, in sensu tamen nulla est.

3. Quia nunquam fuerat dictus sermo huiusmodi de Susanna. Quidam vertunt: Quia nunquam huiusmodi fama de Susanna prodita fuerat. Pro sermo est in Græco λόγος, quod vocabulum auctore Budeo significat sermonem, & famam, & verbum, & filium Dei, & rationem & sapientiam. Et Hieronymus in epistola ad Paulinum præter hac ait significare causam vniuscuiusque rei, per quam sunt, quæ subsistunt. Primo capite Genesis vbi Moyses mundi describit creationem, ait: Dixit Deus: Fiat lux, &c. Et psalmographus: Ipse dixit, & facta sunt. Dixit Deus ergo verbo suo, per quod omnia fecit. Quibus verbis æterni verbi generationem intelligimus. Id voluit Augustinus significare in libro de Genesi ad literam, cum verba illa explanans ait, hoc ad naturam verbi, per quod omnia facta sunt, pertinere. Cuius sententiam sequuntur Iunilius & Rupert. Abbas, cum multis aliis. Hoc est verbum, de quo ait Ioannes capite primo statim in principio euangelij sui: In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. De illo scriptum est in libro Sapientia capite nono. Domine misericordie qui fecisti omnia verbo tuo. Et cap. 11. epistola Pauli ad Hebræos: Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei. Verbum Dei filius Dei est: de quo ait Dauid psalm. 32. Verbo domini cæli firmati sunt. Et psalm. 106. De necessitatibus eorum liberavit eos: misit verbum suum, & sanauit eos. Videntis nanque Deus homines calamitatibus oppressos, & in variis erroribus versatos, non tulit eos auxilium cæleste requirentes diutius angere, & tenebris errorum cooperiri. Misit filium suum vniuersam, vt eos instrueret, & liberaret. Cum homines sine Dei amore frigore durefcerent, vidit diuinus vates spiritu vaticinationis fore, vt Deus pater mitteret filium suum, qui eorum corda leniret. Eam ob causam psalm. 147. Emitteret, inquit, verbum suum, & liquefaciet ea: stabit spiritus eius, & fluent aquæ. Hoc verbum est sapientia Dei, & fons sapientie: de quo ait Ecclesiasticus capite primo. Fons sapientie verbum Dei in excelsis. Postquam Esaias capite nono Christi natiuitatem descripsit, eumque vocauit Deum & hominem, subdidit: Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Ac si diceret: Hunc Dei filium, verbum patris, verum Messiam misit Deus ad Iudæos nomine Iacob & Israel significatos: qui illum con-

tempserunt, & ad eadem crudelissimam vocarunt. De illo ait ita Ioannes capite decimonono Apocalypsis: Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabitur nomen eius verbum Dei. Et capite primo sua prima epistola: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostra contrectauerunt de verbo vite. Ac si dicat: Verbum illud vita, per quod omnia viuientia vitam habent, per quod omnia facta sunt, quod erat ab initio, coæternum, & consubstantiale patri, quod audiuimus, quod oculis nostris aspeximus, etiam manus nostra tetigerunt: cum post reditum ad vitam dixit nobis: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habent. Dicitur autem filius Dei verbum, vt intelligamus eternam eius generationem spirituales esse, simplicem, inuariabilem, manantem: non materialem, non carnalem, non admistam mutationi. Nam verbum proprie est interior mentis conceptus, & prolata intus notitia. In homine verbum est accidens: at verbum Dei substantia est, & non alia nisi substantia Dei. Cum igitur verbum Dei sit à Deo productum, proprie dicitur genitum esse: gignere enim est substantiam producere. Porro cum verbum sit genitum à Deo, filium esse Dei negare non possumus. Hoc Dei verbum est ratio perpetua, sapientia sempiterna, intellectus incomprehensibilis, veritas incommutabilis, verus Dei filius, verus Deus, verbum illud, per quod omnia facta sunt. Deus enim verbo omnia creauit. Id voluerunt significare antiqui in simulachro Dei Enephi, ex cuius ore egrediebatur ouum, hoc est, mundus habens oui figuram: qui mundus quoniam Dei verbo conditus est, ex Dei ore exibat. Refert hoc Eusebius Cesariensis libro primo de preparatione euangelica: & Cælius Augustinus in hieroglyphicis. Hoc verbo ait Trismegistus fuisse mundum constitutum. Idem aiunt Philo Platonicus in libro de agricultura, Aemilius Platonicus, & ante eum Heraclitus: & Plato in Epimoniæ, cuius hæc sunt verba: Conficiunt circulum suum, & perficiunt mundum, quem ordinauit visibilem verbum omnium diuinissimum. Idem dixit Zeno princeps Stoicorum: qui rerum naturæ dispositionem opificemque vniuersitatis verbum atque Deum nominauit. Qua de re vide Eusebium libro septimo & vndecimo de preparatione euangelica: Didymi Brachmanis epistolam à diuo Antonino in prima parte historiarum citatam: Lactantium Firmianum libro quarto contra gentes. Hamerum Nouasianum in primum caput Genesis multos ex antiquis philosophis citantem, qui assererent summum Deum per verbum suum mundum creauisse: & verbum hoc esse rerum omnium creaturarum principium. Id quod ait Moyses: In principio creauit Deus cælum & terram: potest verti ex Hebræo: Per principium. Hoc est, per verbum, quod est filius Dei. Ita locum illum interpretantur Tertullianus Septimus, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Ioannes Picus Mirandulanus, & Alculnus. Aspicias igitur non solum Christianos, sed etiam externos philosophos asseruisse Deum constituisse mundum verbo, quod est rerum principium: & ex diuinis literis constare verbum hoc esse Deum. Sed hoc volo modo ostendere ex multis locis paraphrasibus Chaldaicæ summe apud Hebræos auctoritatis, & aliarum versionum, psalmo septimo vbi nos habemus: Dominus iudicabit populos: pro domino est in Hebræo Iehouah, quod nomen soli Deo conuenit. Et Ionathas paraphrastes Chaldaeus transtulit locum illum: Verbum domini iudicabit populos. Quibus verbis significat Christum esse verum Deum, qui est Iehouah & verbum Dei. psalmo 109. Vbi nos habemus: Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis, habet paraphrasis Chaldaica: Dixit dominus verbo suo. psal. 137. quod nos habemus: Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum: vertit Hieronymus, & post illū Felix Præter-

Luc. 24.

fis.

sis: Quoniam magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum. Hoc est verbum tuum. Capi. 8. Esaiā ubi editio vulgata habet: Adiecit dominus loqui ad me: habet litera Chaldaica: Addidit verbum Domini loqui mecum. Et quadragesimooctauo pro eo quod vulgatus noster interpres vertit: Manus quoque mea fundauit terram: transtulit Thargum: Verbo meo fundavi terrā. Capite primo Osee habet editio vulgata: Saluabo eos in Domino Deo suo: & paraphrasis Chaldaica: Saluabo eos in verbo Domini Deo eorum. Ac si dicat Deus pater: Salutem feram eis per filium meum, qui est verbum meum, & Deus illorum. Vbi vides verbum Dei verum esse Deum. Huc accedit nomen Iehouah, quod est in Hebraeo pro Domino. Cum enim hic Dominus sit Iehouah, hoc est verus Deus, atqui hic Dominus sit verbum Dei: recte sequitur, hoc verbum Dei esse verum Deum. Sed etiamsi verbum accipiatur pro filio Dei, & multas alias habeat acceptiones, hoc tamen Danielis loco accipitur pro sermone, rumore, & fama, vt liquet inueni.

4 Dic, sub qua arbore videris eos colloquētes. Versio Latina adiecta litera Græca habet: Dic sub qua arbore vidisti eos conuersantes ad inuicem. Pro, colloquētes, est in Græco: ἐμιλέντο ἀλλήλοις, Prior vox est à ver-

bo ἐμιλέω quod significat conuersari, loqui, congregari, consuetudinem, & familiaritatem habere. Dicitur etiam apud Sophoclem de complexu venereo, quemadmodum hoc loco ἀλλήλοῖς significat mutuo, inuicem, inter se, vltro citroque Quare potest locus hic ita ex Græco conuerri: Dic sub qua arbore videris eos inter se congressos. Voluit diuinus vates rem turpem honestis verbis innuere. Eodem pacto paulo post: Et illæ timentes loquebantur vobis. Hoc est, vobiscum obscena voluptate commiscabantur. Sed pro duabus vocibus Græcis, nimirum loquentes mutuo, recte vulgatus interpres vnam posuit, scilicet colloquētes, quæ idem valet ac duæ: vt breuitati simul, & honestati studeat. Caterum loqui ad cor alicuius est ei dulcia verba dicere, eumque blanditiis deliniri: vt capite quadragesimo Esaiæ: Loquimini ad cor Ierusalem. Et Osæ 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Loqui in me est locutio diuinorum vatum: vt psalm. 84. Audia quid loquatur in me dominus Deus. Illud Habacuc secundi capitis: Contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi: vertunt quidam: Speculabor, vt videam, quid in me loquatur. Id est, quid me doceat, Deus. Cap. 1. ait Zac. Dixit ad me angelus domini, qui loquebatur in me.

## Argumentum capitis XIII.

Proditur memoria historia Belis Babyloniorum idoli, cuius sacerdotes fellebant regem, ei persuadentes, vt singulis diebus idolo iuberet dari magnam ciborum copiam, quos ipsi occulte deuorabant. At eorum dolo opera Danielis deprehensio fuerunt interfecti, idolum deit uelut, & draco vna priuatus. Eam ob causam Daniel omni sapientia & nobilitate præstans fuit in lacum leonum coniectus, sed inde mirabiliter liberatus: eiusque hostes missi in eundem lacum statim fuerunt à leonibus delaniati. Qui enim se scelerum ministros præbuerant, & Dei, hominumque iura violauerant, sibi in seipsum parauerunt.

## CAPVT XIII.

**A** Rat autem Daniel<sup>b</sup> conuiuia regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, veniq; amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et dixit ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Ne erres rex iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus areus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius: & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur: vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. Confidebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum: & per illud ingrediebantur semper: & deuorabant ea.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Erat autē Daniel. In quibusdam codicibus incipit caput hoc ab hac vltima oratione capitis superioris: Et rex Astyages appositus est ad patres suos: & suscepit Cyrus Perses regnum eius. Ac tunc est sensus. Cum Astyages, hoc est Darius filius Assueri rex Medorum excessisset à vita, fuissetque iuxta maiores suos sepultus, obtinuit regnum eius Cyrus rex Persarum: qui familiariter utebatur Daniele: eumque præ cæteris amicis honore afficiebat. Itaque per Astyagē

intelligitur Darius auunculus Cyri: appellabatur enim Darius & Astyages: quo mortuo tenuit gubernaculum totius imperij Medorum, Babyloniorum, & Persarum Cyrus, in cuius tempore ea contigerunt, quæ sunt huic vltimo Danielis capiti mandata. Ex quibus colliges, has duas historias nimirum Susannæ & Belis diuersis temporibus contigisse: nam historia Susannæ contigit regnante in Babylonia Nabuchodonosore, & in Perside Astyage auo Cyri, quo tempore



Daniel erat adolescens, ut ostensum est capite superiore, ubi scriptum est: Suscepit dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: hæc autem historia Belis accidit post Babylonis euerfionem per Medos ac Persas, & post Darij excessum ex vita, tenente totius imperij clauum Cyro, cuius hoc loco fit mentio, cum iam Daniel esset senectute confectus. Alij codices referunt hæc verba ad finem capituli superioris: & incipiunt hoc vltimum caput ab his verbis: *Erat autem Daniel conuiuia regis*: nimirum Cyri, de quo proxime locutus fuerat. Quidam per hunc Astyagem non intelligunt Darium, sed eius patrem, qui vocabatur etiam Assuerus, ut ex capite nono liquet, & nos supra retulimus prope finem capituli superioris. Sed hoc loco non fit Darij mentio sed Cyri, quia hic Cyrus magna in Iudæos contulit beneficia. Ajuntque nec Astyagem, nec Darium, nec Cyrū hūc regem esse, de quo hic scribitur: *Erat autem Daniel conuiuia regis*: sed per hunc regem asserunt intelligi Nabuchodonosorem, qui regnabat in Chaldæa regnante in Media & Perside Astyage, cui post mortem Darij successit Cyrus. Prior tamen explanatio videtur germanior. Herodotus Halicarnassensis in libro qui inscribitur Clio, narrat Astyagem regem filiam habuisse nomine Mādanam, quam nulli Medorum qui ea dignus esset, statuit tradendam, sed Persæ cuidam nomine Cambyfi, nulla illustri laude celebrato. Cū autem vidisset per quietem ex filia enatam vitem, cuius palmitē omnis Asia opacaretur, quod esset patulis diffusa foliis, concilio ariolum instructus decreuit filium illius filix suæ nomine Cyrum vita priuare. Natus itaque infans datur occidendus Harpago viro grauissimo, qui timens parentes infantis eum tradidit cuidam regis pastori exponendum. At vxor pastoris videns infantem dilexit illum, & pro filio enutriuit: qui postea fuit ab auo cognitus, & à Medis in regia dignitate constitutus. Ac tandem auo suo Astyagi intulit bellum, quem vicit, & tum sibi imperium vsurpauit. Hoc etiam narrat libro primo Iustinus, & Trogus Pompeius: & post illos Petrus Comestor in historia scholastica: qui ait Cyrum retinuisse sibi regnum Persarum, dimissisque Astyagi auo suo regnum Hircanorum, & Dario filio Astyagis auunculo suo regnum Medorum hac lege, ut mortuis illis totum imperium ad ipsum Cyrum veniret. Quod factum esse testatur: idque his verbis significatum esse: *Rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.*

**b** *Conuiuia regis.* Hoc est, regi familiaris, qui in eius intima consuetudine versabatur. Pro conuiuia est in Græco *συμπόσιος*, hoc est, simul viuens: à verbo *σύνβιος*, quod est simul viuo: pro quo Latinus interpret editionis vulgatæ rectè transtulit, *conuiuia*. Potest verti *conuictor*, hoc est quotidianus conuiuia. Rectè antiqui accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. Itaque conuiuia accipitur pro eo, qui inuitatus est ad conuiuium: & pro familiari & domestico. Priore modo accipitur capite 19. libri secundi Regum: *Posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ*: posteriore verò cap. 9. Prouerbiorum: *In profundis inferni conuiuia eius*. Et Ecclesiastici 9. *Cum sapientibus & prudentibus tracta: viri iusti sint tibi conuiuia.* Hoc secundo modo accipitur hic Daniele.

**c** *Erat quippe idolum apud Babylonios, nomine Bel.* Diuus Hieronymus in explanatione in caput secundum Osee ait Ninum Beli filium apud Assyrios Ninuem celebrem ciuitatem condidisse, & regem Zoroastrem forti certamine superasse: tantaque vanitate elatum fuisse, ut patrem suum Belum in Deum referret, cui Babylonij diuinum cultum tribuerunt. Et

hunc Belum esse Belem hunc, de quo hic loquitur Daniel. Erat enim insigne Babyloniorum idolum, quod aliquando dicitur Bel, aliquando Beel, aliquando Baal: deducto nomine à Belo patre Nini. Hæc est Hieronymi sententia. Hunc Belum ait Augustinus libro 18. de ciuitate Dei fuisse primum Assyriorum regem. Eius statuam coluerunt Assyrij, Babylonij, Sidonij, & aliæ nationes, & vocabant eam Beleum, & Bel, & Baal: & erat idolum præcipuum apud gentes illas à fide alienatas. Postea quodcumque idolum appellabatur Baal. Et nonnulla dicebantur Bel cum additamento: ut Belphogor, hoc est idolum hiatus: de quo fit mentio cap. 25. Num. Et nono Osee. Et psalmo 105. Et aliis in locis. Et Belzebub, hoc est idolum mulcerum: de quo fit mentio capite primo libri quarti Regum. Et decimo ac duodecimo Matth. Et aliis in locis. Berosus Chaldæus multò ante Hieronymum asseruit etiam Ninum ædificasse templum patri suo Belo, eique statuam fecisse. Idem ait Lactantius Firmianus libro primo diuinarum institutionum: & Theophilus in libro de temporibus: & Thalys historicus à Lactantio citatus. Huius Belis meminit Esaias cap. 46.

**d** *Impendebantur in eo per dies singulos similia artaba duodecim.* Hoc est, offerebantur quotidie huic idolo ad eius alimentum duodecim artabæ medullæ farinæ triticeæ. Artaba autem est mensura quædam continens 72. sextarios.

**e** *Rex quoque colebat eum.* Subaudi, Deum Belum. Cum scriptum sit ca. 14. Sap. *Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est, & initium, & finis.*

**f** *Daniel adorabat Deum suum.* Hoc est, colebat verū Deum.

**g** *Sed viuente Deum.* Ad differentiam deorum mortuorum. Deus autem verus viuus est, & fons vitæ. Plantæ viuunt, sed non sentiunt: animalia rationis expertia viuunt, & sentiunt, sed non intelligunt: homines viuunt, sentiunt, & intelligunt: sed non habent vitam à se, sed à Deo, quando Deus vult. Nam ut Actorum septimo scriptū est: *In Deo viuimus, mouemur, & sumus.* Deus autem habet vitam à seipso, per se est viuus: & non solum est viuus, sed est ipsa vita: non solum est æternus, sed ipsa æternitas. Non solum viuunt, sed ipse est suum viuere, cum sit actus purus & simplicissimus. Ipse est solus sua natura, & per se immortalis. Eam ob causam ait apostolus capite vltimo epistolæ prioris ad Timotheum: *Qui solus habet immortalitatem.* Angeli & animæ rationis participes immortalitatem quidem habent: at non ex se, sed ex Deo. Præterea, ut diuus ait Augustinus libro tertio contra Maximum Arrianorum episcopum, in omni mutabili natura nonnulla mors est ipsa mutatio. Atque per hoc solus Deus habet immortalitatem, qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potest, nec potuit aliqua conuersione mutari: nec potuit: nec poterit aliqua mutatione peccare. Hactenus ille.

**h** *Qui creauit cælum & terram.* Hic Deus, qui creauit cælum, & terram, est vnus in natura, trinus autem in personis. Id voluit Moses significare statim in principio Genes cap. primo, cum dixit: *In principio creauit Deus cælum & terram*: ubi pro Deo est in Hebraico *Elohim* in plurali ad ostendendam personarum distinctionem, & creauit in singulari, ad ostendendam naturæ vnitatem. Esse autem Elohim in plurali ostendit versus ille psalms 95. *Omnes diuigentium demonia: ubi pro, diu, est in Hebræo Elohim.* Creauit autem Deus mundum, ut ex visibilibus ipsius inuisibilia cognoscere mus, ut ait Paulus Apostolus capite 1. epistolæ ad Romanos. Qua de re multa dicit Dionysius Areopagita in libro de diuinis nominibus capite septimo.

ptimo, & Theodoretus in libro de dijs & Angelis, & Ammonius in præfatione in prædicamenta Aristotelis, & Theophilus libro primo ad Autolicum, & Hugo à sancto Victore in Didascalico, & nos in commentarijs in caput tertium huius diuini vatis. Vt enim qui nauem videt se optimè agitantem, & in portum recipientem, intelligit illic esse eius gubernatorem: sic qui huius mundi machinam eiusque ordinem intuetur, statim percipit animo esse vnum Deum, qui illam moderatur. Hunc igitur Deum trinum & vnũ creatorem cœli & terræ, totius vniuersitatis gubernatorem colebat Daniel. Alludit hic ad verba illa: In principio creauit Deus cœlum & terram: quorum hic est sensus: In principio mundi fecit Deus ex nihilo cœlum & terram. Vel in principio temporis: vel creationis Deus sine sui mutatione fecit cœlum & terram. Ac si dicat Moses: Ne existimes mundum esse ab æterno: nam re ipsa creatus fuit. Nam vt circulus etiamsi non videatur habuisse principium: habuit tamen: sic mundus tamen si visus sit nonnullis philosophis æternus esse, fuit tamen conditus à Deo, qui est vnus, & sempiternus. Ille enim qui est sine principio, principium omnibus dedit: & qui est potentissimus, admirabili celeritate cœlum creauit & terram, & omnia quæ in illis continentur. Poteris per principium filium Dei intelligere, qui à Iudæis interrogatus quis esset, Ego, inquit, principium, qui loquor vobis: vt ait cap. 8. Ioannes. Et ipse Dei filius ca. Proverbiorum 8. ait: Dominus possedit me in initio viarum suorum. Vel, vt potest etiam verti: Dominus possedit me initium viarum suarum. Vbi ostendit se esse principium illud, de quo loquitur Moses, cum ait: In principio creauit Deus cœlum & terram. Nonnulli per cœlum loco illo intelligunt omnes globos cœlestes, & per terram orbem hunc, in quo habitamus cum omnibus elementis & corporibus mistis per anticipationem seu occupationem. Itaq; nomine cœli & terræ iuxta eorum sententiam vniuersus mundus visibilis significatur. Et postea explicatur præcipue, quid in qualibet die factum fuerit. Vt si quis ostendat alicui Romam in summa quadam: & dicat urbem illam conditam fuisse à Romulo: & deinceps descendens ad singularia, dicat, tale ædificium conditum fuit ab illo tali die, & cætera. Hæc est magnorum virorum sententia,

quæ nullum continet errorem. At ergo existimo per cœlum loco illo intelligi cœlum empyrium, quod creatum fuit primo die: per terram autem illam materiam quandam incultam, ex qua Deus fecit cœlum & terram, quæ quidem materia & moles fuit primo die creata. Cœlum autem visibile fuit factum die secundo, & terra elementaris die tertio, vt diuina scriptura eodem primo cap. Gen. testatur. Existimo Deum creasse ex nihilo cœlum empyrium, & angelos, & animas rationales, & materiam primam, quam Moses appellat terram inanem & vacuam, cætera verò ex illa. Qui verò aiunt terram & mare & corpora cœlestia condita fuisse ex nihilo, intelligendi sunt, in materia illa rudi & inculta, quæ fuit ex nihilo creata, in qua illa erant virtute & potentia. Et ita intelligitur caput primum concilij Lateranensis sub Eugenio tertio, vbi dicitur Deus vtramque de nihilo condidisse creaturam spiritualem & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam. Nam esse orbem terrarum conditum ex materia, indicat scriptura c. 11. Sap. his verbis: Non impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Qua de re copiose disserui supra verba illa cap. 3. explanans: *Benedicite aqua omnes, quæ super cælos sunt.*

i. *Habet potestatem omnis carnis.* Id est, habet in omnes homines potestatem. Caro accipitur hic pro homine. Eodem modo capite Genesis sexto. *Omnis caro corruerat viam suam.* Esaia 40. *Omnis caro senuit.* Romanorum 2. *Non iustificabitur ex operibus legis omnis caro.* Et Ioannis 7. *Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem carnis:* hoc est, super omnes homines.

k. *Intrinsicus luteus, & forinsecus aureus.* Erat enim simulachrum illud ex ære fuso super formam luteam. Capite superiore ostensus est Daniel libidinis destructor: in hoc autem idolorum euerfor.

l. *Vinum misce.* Hoc est, infunde vinum in amphoras per ministros tuos. Vel misce illud aqua ad bibendum.

m. *Signa annulo tuo.* Solebant principes gemmam in annulo habere, quo sigillare solebāt res abditas, quas clausas esse volebant: vt supra ostensum est cap. 6. vbi de annuli antiquitate disseruimus.

## OBSERVATIONES EX

Græco in

## CAPVT XIII.

1. Nisi dixeritis mihi. In translatione Græca Theodotionis est, *ἐὰν μὴ ἐῴωρῃ μοι*: Si non dixeritis mihi. Vel, nisi mihi dixeritis. Particula nisi quæ variè dicitur Græcè, sumitur aliquando affirmatiuè, vt apud diuum Paulum c. 6. epistolæ ad Hebræos: Nisi benedicēs benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Cap. 2. 2. Genesis dixit Deus Abrahæ in immolatione filij: Quia fecisti hæc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Cum autem apostolus citet locum illum in epistola ad Hebræos, videtur particula nisi, vbi in Hebræa est mera affirmatio. Ex quo colliges eam esse illic affirmantis particulam. Nonnulli existimant, nisi accipi aliquando pro nec: vt apud Marcum cap. 6. Præcepit eis, ne quid tollerent nisi virgam tantum: non peram, non panem, non in zona æs. Vt sit sensus: Præcepit Christus discipulis suis, nec quid ferrent, nec virgam tantum: seu ne virgam quidem: non peram, & cæte-

ra: Mouentur ad interpretationem hanc verbis Matth. c. 11. & Luca nono agens enim ibi Matthæus de apostolorum missione, ait Christum Iesum hac illis dixisse: Nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris: non peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam. Diuus autem Lucas ait. Nihil tuleritis in via, nec virgam: nec peram, nec panem, nec pecuniam, nec duas tunicas habeatis. Cum igitur Christus dominus apud Matthæum & Lucam prohibeat apostolis virgam, magna videbitur esse discrepantia inter illos & Marc. c. 6. qui ait esse illis virgam permissam: nisi particula, nisi, quæ Græcè est *ἐῴωρῃ*, apud Marcum accipiatur pro nec. Hæc est eorum opinio, non omnino contemnenda. Sunt enim verba illa ab euangelistis memoria prodita, & perpetuis monumentis consignata: quibus Christus Deus noster discipulos suos ad cæcæ animorum dominatricem cupiditatem vitandam erudiuit. Cum euangelica philosophia sit in paupertate, & honorum mundi desipientia, cæterisque virtutibus constituta: voluit, vt hi, quos ad eam nuntiandam ac propagandam mittebat, eas opes & dignitates contemnerent, ad quas plerique mortalium auaritate inflammanti rapiuntur. Eam ob causam non solum aurum & argentum, sed etiam virgam illis interdixit, Ego tamen existimo loco illo Marci particulam, nisi,

non accipi pro nec, sed propriam retinere significationem. Et Graeci nobiscum legunt, quemadmodum omnes ferè Latini, qui pro  $\epsilon\iota$   $\mu\alpha$ , nisi, seu prater quam, interpretantur. Ac tamen nullam esse credo inter euangelistas repugnantiam. Nam duplex est virga, vna, qua virga tantum est, qua vtuntur viatores sustentandi se causa: & hac concessa est apostolis: de qua loquitur diuus Marcus. Altera est, quam afferunt, vt se à ladentibus defendant, aut eos offendant, qua non solum virga est, sed etiam telum, siue iaculum, siue claua: & hac est illis prohibita: de qua Mattheus & Lucas loquuntur. Quod verò dominus virgam illam pugnatricem vetet, videtur indicare id, quod dixit postea apud Lucam capite vigesimo secundo. Qui habet sacculum tollat: similiter & peram: & qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Opponit, vt vides, habere gladium & non habere virgam à se olim prohibitam, Volens Marcus admonere, ne quod Mattheus literis mandauerat, perperam intelligeretur, testatur concessam esse apostolis virgam tantum: hoc est virgam, qua tantum virga est, sustentationis causa delecta: non autem, qua prater sustentationem offentionis aut defentionis causa portatur, qua in intus ferrum habet, aut aliquid huiusmodi, quo apta sit ad pugnam. Aspicias igitur diuum Marcum non pugnare cum aliis euangelistis: quin potius esse eorum explanatorem. Esse autem duas virgas indicant Hebraei, qui vnam appellant  $\chi\epsilon\beta$  Xebet, qua fuit apostolis prohibita: quæ vt telum defertur: alteram appellant  $\mu\iota\chi\alpha$  Mixhan, qua fuit illis concessa: qualapsim corpus nititur, & sustentantur, Ex quo efficitur, vt per Xebet intelligant multam, & calamitatem: per Mixhan verò oblectationem, & solatium. His duabus vocabulis vtitur versiculo vno diuinus ac regius vates psalmo 23, cum ait: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pro virga est in Hebraico Xebe, & pro baculo Mixhan: pro quo noster interpretes solet virgam vertere: vt Jud. sexto. Extendit angelus domini summitatem virgæ. Voluit diuinus psalter his duabus virgis significare se non solum diuinis beneficiis amoris planissimis, sed etiam rerum aduersarum ictibus à Deo sibi illatis delectari. Ac si diceret: Virga iustitia tua Deus sancte me peccantem corrigis, baculo misericordia tua me imbecillum sustentas. Vtraque certe res animo meo iucunditatem affert & consolationem. De prima virga, qua afflictio & seueritas significantur, ait Dauid psalm. secundo. Reges eos in virga ferrea. De secunda, qua benignitas & mansuetudo intelliguntur, ait idem psalm. 17. Praeuenierunt me in die afflictionis meæ: & factus est dominus virga mea: pro quo editio vulgata habet: Et factus est dominus protector meus. Quod in idem recidit. Et quæadmodum per virgam ferream intelligitur correctio & seueritas: sic per virgam auream clementia & benignitas. Hac est virga aurea, qua rex Assuerus tetigit Esther, vt capite quinto libri eius sacre literæ memoria prodiderit. De his duabus virgis ait Deus apud Zach. capite decimo primo. Sumpsit mihi duas virgas, vnam vocavi decorem, & alteram funiculum. Hoc est, duas regendi rationes, vnam in amore & clementia, alteram in castigatione & seueritate constitutam. Vbi pro vita nec est in Hebraeo Xebet, nec Mixhan, sed Maccel, vocabulum indifferens ad vtramque nempe ad virgam correctionis, & ad virgam sustentationis. Ac quoniam Xebet solet virgam illam significare ferro munitam, qua loco teli seu spiculi nonnulli vtuntur viatores, transiit pro ea Latinus noster interpretes lanceam libro secundo Reg. cap. 18. dicens: Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absolom. Vbi pro lanceis est vocabulum hoc Xebet: quod virgam illam significat, qua non tantum virga est ad lassum corporis sustentationem, sed armorum genus. Et hæc est, quam dominus noster Iesus

Christus apostolis prohibuit: libertatem illis concedens bacillum portandi ad corporis imbecillitatem tuendam atque sustentandam. Aspicias igitur nullam esse inter euangelistas repugnantiam, nullum dissidium: imò singularem concordiam, & admirabilem concentum. Diuus Augustinus libro 2. de consensu euangelistarum per virgam apud Marcum ait intelligi potestatem accipiendi necessaria vita: per virgam verò apud alios duos euangelistas ipsa necessaria: vt sit sensus: Ne porteris peram, ne virgam quidem hoc est, nec res ad vitam necessarias: sed portate virgam, hoc est, potestatem eas accipiendi: quia dignus est mercenarius mercede sua. Diuus Hieron. in commentariis in Matth. capite 10. per virgam apud Matth. & Lucam intelligit mundi presidium, quod vt <sup>Exod. 4.</sup> speruacaneum prohibetur, cum domini habeamus auxiliū. Illam virgam ait esse à domino interdictam, qua vertitur in colubrum: & carnis presidio nititur: qua cap. 18. lib. 4. Reg. & 36. Esa. baculus arundineus appellatur. Illam autem ait esse concessam apud Marcum, qua corpus quodammodo sustentatur. Euthy. ait Mattheum & Lucam narrare id, quod Christus prius præceperat apostolis: Marcum verò id, quod postea illis propter longioris itinervis laborem indulserit. Alij confugiunt ad allegoriam à simplici ac vsitata interpretandi ratione ad arcanas intelligentias sermonem traduentes, seque ab aperto orationis argumento separantes. Alij aliter interpretantur. Quæadmodum enim ex eodem auro diuersa constantur monilia: sic ex eodem loco sacre scripturæ diuersa aliquando intelligentia depromuntur. Sed ea eligenda est, qua est litera congruentior, clarior, facilior, & scribentis instituto accommodatior. Eam ob causam ad eam inueniendam, recurrendum nobis est saepenumero ad vocabulorum Hebræorum & Græcorum originem: vt inde sensum literalem aucupantes, possimus in eo tanquam in speculo purissimo imaginem veritatis intueri. Ex omnibus his explanationibus illa meo ingenio magis placet, quæ explicat apud Marcum concessam esse virgam sustentationis tantum: apud alios autem euangelistas interdictam eam esse, qua prater virgam est etiam telum. Existimo tamen rectas esse alias interpretationes à nobis relatas grauissimorum authorum, nullòque modo esse contemnendas. Si scire volueris, quot modis sumatur virga in literis diuinis, vide Dionysium 15. de cælesti hierarchia, Tertullianum aduersos Iudæos, Epiphani. lib. Ancorat, Chrysostomum in psal. 43. Clementem Alexandrinum 1. Præd. 7. & 9. Cyrill. de incarnatione vnigeniti.

2 Confidebant autem, quia fecerant sub mēsa absconditum introitum. Versio Latina interlinearis habet: Ipsi autem despiciebant. In Græco est verbum  $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\rho\upsilon\epsilon\iota\omega$ , quod significat despiciere, contemnere, pro nihilo ducere. Eam ob causam existimari nonnulli vitio librariorum effectum esse, vt pro contemnebant scriptum sit, confidebant. Nam in quibusdam codicibus correctis pro confidebant est ad marginem contemnebant. Sed quantum ad sensum attinet, parum est discriminis: nam vbi est alicuius rei confidentia, ibi est eius contemptio. Præterea non desunt, quid dicant verbum  $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\rho\upsilon\epsilon\iota\omega$  significare etiam confidere: nam ab eo deducitur nomen hoc  $\kappa\alpha\tau\alpha\phi\omicron\rho\upsilon\epsilon\iota\omega\tau\eta$ , quod significat confidentiam. Quare vtrumque & confidebant, & contemnebant veri potest. Accipitur aliquando confidere & confidentia in malam partem, vt capite decimo primo Prouerbiorum: Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Et decimo secundo. Qui confidit in cogitationibus suis, impiè agit. Et cap. trigesimo sexto Esaiæ: Confidis super baculum arundineum. Ita vocat Aegypti auxiliium, & mundi stem. Eodem modo hoc loco sacerdotes Babylonij dolis suis fidebant. Accipitur autem in bonam partem: vt psal. 124. Qui confidit in domino, sicut mons Sion, nō commouebitur in æternū. Ac si dicat: Qui in Deo spem suam & fiduciā figunt, similes <sup>monti</sup>

monti Sioni immobiles erunt, & in virtute perseverabunt. Ideo ait Christus apud Ioan. cap. 16. Confidite: ego vici mundum. Et Paulus Hebr. 10. Nolite amittere confidentiam. Qui animo sincero fidit Deo: cui se suaque om-

nia committit, in eoque omnem spem & cogitationem locat, hic sine dubitatione se effert in sublime, & omnibus humanis casibus superiorem facit.

Factum est igitur, postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, precepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, <sup>b</sup> & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium. & signantes annulo regis abierunt Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum, & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Saluane sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salua rex. Statimque cum apperuisset ostium, <sup>c</sup> intuitus rex mensam exclamauit voce magna: <sup>d</sup> Magnus es Bel: & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pauimentum animaduerte, cuius vestigia sint hæc. Et dixit rex: <sup>e</sup> Video vestigia virorum: & mulierum, & infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes, & vxores, & filios eorum. & ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & consumebant, quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex: <sup>b</sup> & tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subuertit eum, & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo: & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit Deus viuens: adora ergo eum. Dixitque Daniel regi: Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens: iste autem non est Deus viuens. Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem <sup>f</sup> absque gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitque massas: & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent Babylonij, <sup>g</sup> indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem dixerunt. <sup>h</sup> Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt, cum venissent ad regem: trade nobis Danielem: alioquin <sup>i</sup> interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. <sup>j</sup> Qui miserunt eum in lacum leonum: <sup>k</sup> & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, & <sup>l</sup> dabantur eis duo corpora quotidie: & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielē. <sup>m</sup> Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, <sup>n</sup> & intriuerat panes in alucolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus. <sup>o</sup> Dixitque angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum angelus Domini in vertice eius: <sup>p</sup> portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui: Et clamauit Habacuc dicens: Daniel serue Dei: tolle prandiū, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. <sup>q</sup> Porro angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: & venit ad lacum & introspexit. Et ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et <sup>r</sup> extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & <sup>s</sup> deuorati sunt in momento coram eo.

<sup>a</sup> Factum est igitur. In Græco est, si verbum verbo reddere volueris: Et factum est, vt egressi sunt illi. Sed sensus idem est.

<sup>b</sup> Et cribrauit per totum templum. Hoc est, per totum templi pauimentum: vt comedentium vestigia latere non possent.

<sup>c</sup> Intuitus rex mensam. Subaudi, in qua posita fuerant epulæ idolo. Respexit in primis in mensam ciborum: quia ardentem desiderabat videre esse illos à Bele deuoratos: vbi autem affectio, ibi oculus est.

<sup>d</sup> Magnus es Bel. Voluptate affectus has voces emisit: ac si diceret Magna est potentia & laus tua ô Bel, quod tantam ciborum copiam comedisti. O stultitiam regis dignam irrisione. Videte in quo eius potentiam & honorem collocabat, in multis cibis deuorandis. Ideo eum pro Deo colebat, quia multa vorabat. Huiusmodi sunt, qui edacitatem epularum colunt: de quibus ait apostolus capit. 3. epistolæ ad Philip. Quorum Deus venter est. Huic loco potest illud accommodari, quod ait Ierem. cap. 49. Arrogantia tua decepit te: quod potest etiam verti ex Hebræo: Supersticio tua, vel idolum tuum decepit te.

<sup>e</sup> Risit Daniel. Non ex leuitate, sed vt vanorum deorum cultum illuderet. Fortasse risit ob gaudium, quo affectus fuit videns pauimentum templi pedibus conculcatum: vt veritas in lucem prodiret, & ante omnium oculos poneretur. Aspicias ex hoc loco licitum esse aliquando ridere moderatè, cum opus est. Vnde Ecclesiastes cap. 3. Tempus, inquit, stendi, & tempus ridendi.

<sup>f</sup> Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Vestigia puerorum à vestigiis virorum discrepabant in quantitate: mulierum autem in figura: quoniam illæ calceis diuersam formam habentibus utebantur. Hæc vestigia potuit rex facile videre propter cineres, quibus Daniel coram rege totum templi pauimentum operuerat. Cum rex respexit ad mensam ciborum, statim deceptus exclamauit: Magnus es Bel: cum autem oculos fixit in cinere, intellexit veritatem. Si te ad carnes, ad epulas, ad vinum, ad edacitatem & ebrietatem conuerteris, in magnos incidis errores: at si ad cinerem, ad penitentiam, ad abstinentiam ciborum, & cognitionem tui te reuocaueris, respicees, & mentis oculis illustratis veritatem intueberis.

beris. Si felicitatem collocaueris in crapula & ebrietate, coles idolum; eris ex illis, vt verbis vtar Apostoli in epistola ad Phlipenses 3. *quorum Deus venter est.* Si verò imbecillitati fragilitatēque tuam alta mente perpenderis, euertes idola, & mundi vanitatem despicias. Vide comestationis iacturam per mensam ciborum intellectā, & humilitatis emolumentum per cinerem significatā. Quid est respicere cinerem, nisi seipsum intueri, & propriam miseriam cognoscere? Cap. 18. Gen. ait Abraham: *Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Ca. 34. Iob scriptum legitur: *Deficiet omnis caro simul: & homo in cinerem reuertetur.* Et decimo Ecclesiastici: *Quid superbia terra & cinis?* Eam ob causam ait Ecclesia feria quarta cinerum: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Vngit nos cinere in capite, vbi est sedes memoriæ, vt memores simus mortis, & signat nos tau Ezechielis in fronte, hoc est memoria finis: tau enim est vltima litera in Hebraico alphabeto, quare designat finem & interitum. Et illa vngitur, cum nobis ponitur in capite iuxta id quod in euangelio illius feriæ canitur: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum.* Et Ezechielis documento intelligimus oportere nos in fronte esse vinctos tau: Christus docet, vt vngamus caput: sancta mater ecclesia vngit nos cinere in fronte & capite, innuens tau Ezechielis esse mortis memoriā, qua debemus vinctum atque signatum habere caput: vt nunquam nobis excidat ex animo finis recordatio. Cap. 4. Levitici præcipiebat Deus efferendum esse vitulum extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent. Sed dices: Si locus erat plenus cineribus, quomodo mundus appellatur? Qui fieri potest, vt perpurgatus sit, cum in illum cineres conicerentur? At altè spectare si voles, perspicias ideo locum illum esse abstersum, quia erat cineribus imbutus, sine quibus pollutus esset, & contaminatus. Hic vitulus est caro nostra, quæ in ara cordis nostri igne diuini amoris immolanda est: in quo corde debet esse cinis, hoc est, nostræ imbecillitatis recordatio, & mortis repetita memotia, vt mundum sit, & ab omni scelerum contagione seuogetur. Eam ob causam debet esse extra castra, id est, à turbulentis mundi negotiis separatam, & ab immoderatis perturbationibus abductam. Nam memoria mortis est horologium vitæ illam excitans & ordinans ad munditiam, ad virtutes acquirendas, & sordes vitandas. Ait enim Ecclesiast. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Vt pauo pulchritudine fulgentium plumarum eas extollit, & in orbem erigit: sed videns pedum suorum scditatem, rotam caudæ deponit: sic nos superbia, rerūque nostrarum opinionibus inflati nobis ipsi immoderate placemus, nostrique admirationi defixi insistimus: at si ad cinereos pedes, si ad finem respexerimus, rotam nostræ vanitatis deponemus. Vt aqua cineris absterget vestium maculas: ita mortis memoria & lixiuum lachrymarum animæ sordes & noxias sollicitudines atque cupiditates. Vnde Hieronymus in epistola ad Cyprianum: *Qui se, inquit, quotidie recordatur esse mortuum, contemnit presentia, & ad futura festinat.* Et vt cinis solet ignem custodire: sic memoria mortis Charitatem conseruare. Præterea ignis designat pœnitentiam, & scelerum confessionem: ex quo effectū est, vt qui flagitia sua cognoscerent, eamque ob causam angerentur dolore, solerent quondam se aspergere cinere, vt Deum pœnitentia placarent. Ideo ait Ieremias ca. 25. *Aspergite vos cinere optimates, quia completi sunt dies vestri.* Et Thren. 2. *Conticuerunt senes filie Sion, consperserunt cinere capita sua.* Cap. 4. Judith. scriptum est: *erat cinis super capita eorum.* Et Matth. 11. *Olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent.* Respi-

ciamus igitur ad cinerem, ad cognitionem nostri, ad pœnitentiam, ad humilitatem, ad humanam miseriam, ad mortem & finem: & ita vitabimus errorem, & scopum attingemus. At si à cinere auerterimus oculos, eosque in mensam epularum coniecerimus, in erroribus intolerandis versabimur. Eam ob causam Christiani ieiunia quadragesimalia merito seruant, & alia certis temporibus constituta: est enim ieiunium humilitatis, castitatis, & aliarum virtutum fundamentum. Hoc intelligens diuinus ac regius vates psalm. 34. *Humiliabam, inquit, in ieiunio animam meam.* Edacitate redditur animus imbecillus, hebes, & obtusus: ieiunium verò eum reddit fortiosem & acutiosem, eique præbet alas ad volandum in sublime. Id expertus Isidorus libro primo de summo bono: *Gulæ faturitas, inquit, aciem mentis obtundit, ingeniumque euertere facit.* At etsi hoc verum est, & in ecclesia à tempore apostolorum semper ieiunium fuit præceptum & obseruatum. Atius tamen & Iouinianus & alij huiusmodi hæretici diabolico furore concitati illud de medio auferre voluerunt: sed frustra laborauerunt. Horum hæresim & perfidiam multis iam ab hac annis sepultam suscitauerunt nostris temporibus Lutherus, Melancthon, Bucerus, Caluinus, & alij hæretici detestabiles sectam Epicuream sequentes, & felicitatem in corporis voluptate collocantes. Ait enim Deum nunquam constituisse delectum ciborum: ideo nullo modo esse ieiunandum, nec à carnibus, cibisque aliis abstinendum. Nunquam illi hoc dicerent, nisi intolerabili cæcitate laborarent. Imò Deus statim in exordio mundi præcepit homini, quæ in agro arboribus confito mirum in modum amœno poluerat, ne ex fructu cuiusdam certæ arboris comederet: nam quo die ex eo comederet, moreretur. Nōne illud fuit constituere differentiam & delectū inter cibos? Illud fuit primum præceptum & sub pœnitentiā mortis promulgatum. Ex illo loco colligit Augustinus contra Iulianum lib. 1. Ambrosius in libro de Elia & ieiunio, Chryostomus homilia 1. in Genesim, Basilius in homilia de laudibus ieiunij, & alij magni nominis & celebritatis viri, & sapientia ac sanctitate venerandi patres, ieiunium esse de iure diuino. Fuit etiam alterum ieiunium cum ciborum delectu ac discrimine à Deo constitutum, nimirum carnis abstinentiā. Nam cap. primo Gen. dixit Deus: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis seminem generis sui, vt sint vobis in escam.* Et Gen. 3. *Comedes herbas terræ: in sudore vultus tui visceris pane tuo.* Quibus verbis liquet fuisse tunc carnes prohibitas vsque ad Noë post proluuiem terrarum, cui Deus dixit cap. 9. Gen. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* Ac si diceret: Permitto vobis deinceps vti carnibus animalium, sicut ante eluuiōem oleribus virentibus. Iam non herbas tantum do vobis in cibum, sed animalia. Sed vide quid addat: *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* Nonne aspicias etiam illo loco ciborum quorundam prohibitionem? Sed dices: Si ante eluuiōem non comedebantur carnes, quorsum Habel oues alebat? Ait enim scriptura Gen. 4. fuisse illum ouium pastorem. Certè propter lanam & pelles: & vt posset Deo agnos immolare. Nonne aspicias ante legem esse ciborum delectum à Deo constitutum? Porro in lege ca. 11. Leu. præcepit Deus populo, ne certorum animalium carnibus vesceretur. Et cap. 23. ait: *Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; animas vestras in eo.* Vbi affligere animas id est quod ieiunare. Ita locum illū intelligunt non solum catholici, sed etiā Iudæi, qui tali die ieiunāt. Et paulò post

Exod. 34.  
3. Reg. 19  
Exod. 16  
Num. 11  
Iudic. 7.

Matth. 4.  
Luc. 4.

Matth. 10.

Luc. 9.

Gen. 1.

Gen. 3.

Matth. 4.

Luc. 4.

similitud.

Matth. 5.

Luc. 5.

post addit: *Omnis anima quæ afflictæ non fuerit die hac, peribit de populis suis.* Vbi aspicias, Deum sub pœna mortis ieiunium præcepisse. Lege diuinas scripturas, & videbis Moſem & Eliam quadraginta diebus ieiunasse: fuisseque eorū ieiunium Deo gratissimum: & Iudæorū edacitatem molestissimā: qui ob carniū & cęparum Aegypti desiderium vellent illinc non exisse. Quid queris? Priusquam Samson nasceretur, prænuntiauit parentibus eius Dei angelus eum non esse cibum aliquem contaminatum sumpturum. Nondum in lucem prodierat vir ille magnus, & iam Deus eius abstinentiam præceperat. Quorsum Christus Deus noster quadraginta diebus ieiunauit, nisi vt nobis exemplum ieiunandi præberet: & vt ieiunio suo ieiunijs nostris meritum largiretur? Ipse enim ait. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Christus ieiunauit: & vult vt eum imitemus, & accipientes crucem nostram sequamur illum: cum autem ieiuniū sit crux, quis non videt dixisse Christum vt ieiunemus? Diuus Paulus in priore de Corinthios cap. quar. *Imitatores, inquit, mei estote, sicut & ego Christi.* Similiter capite vndecimo eiusdem epistolę. Et ca. 3. ad Philipenses. Et 5. ad Ephesios: *Estote imitatores Christi.* Et diuus Petrus in priore sua canonica capite secundo: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exempla, vt sequamini vestigia eius.* Et diuus Ioannes capite secundo prioris canonice suæ: *Qui dicit se in Christo manere debet, sicut ille ambulauit, ambulare.* Vnde sententia illa dimanauit, quam diuus Gregorius & doctores alij literis mandarunt: *Omnia Christi actio nostra est instructio.* Sed diabolus ille qui Heuæ persuasit, vt ieiunium à pomis arboris prohibita frangeret: qui idem sed frustra conatus est Christo domino persuadere, facile persuasit hæreticis, vt ieiunia non solum contemnerent sed damnarent. Contra verò catholici ea mirum in modum amplectuntur ad carnem domandam, & intemperantiam fugiendam. Vt citharedus dat operam, ne in cithara quid discrepet: sic nos debemus ita cursam vitæ conficere, ne à temperantia discrepemus, & vitæ Christianæ musicam destruamus. Et multò magis, quòd maior & melior sit actionum, quàm sonorum concentus. Cum ad Christum accederent Ioannis Baptistæ discipuli dicentes: *Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Respondit illis Iesus. *Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.* Vbi lugere accipitur pro ieiunare, vt supra ostendimus in annotationibus in cap. 10. iuxta Polychronij sententiã aientis Iudæos solitos fuisse ieiunium luctu appellare. Prædixit Christus verbis illis futurum ieiunium, quod vt mandatum noui suo tẽpore impleteretur. Id quod factum est. Nã post Christi in cœlos ascensu apostoli ieiunabāt: & tota ecclesia ieiunia amplectebatur: vt liquet ex diuo Luca cap. decimotertio Actorum apostolicorum. Id perpendentes ipsi apostoli Spiritu sancto repleti ieiunium quadagesimæ ex institutione Christi constituerunt: suoque decreto illud ecclesiæ seruare præceperunt: & præceptum hoc suis canonibus mandarunt. Sunt autem verba canonis hæc: Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cætor quadagesimam paschæ, aut quartam feriam, aut parasceue non ieiunauerit, deponitor: præterquam si imbecillitate corporis impediatur. Si verò laicus sit, communione priuetur. Hic est vnus ex canonibus apostolorum, quos sancti patres approbant & sequuntur. Inter quos est Zepherinus, Ignatius, Victor, Leo, Athanasius, Anacletus, Innocentius, Eusebius: quos Gratianus & post illū doctores citarunt. Hi canones

apostolorum fuerunt cõprobat in multis concilijs, nimirum in Carthaginensi, Niceno, Constantinopolitano, Antiocheno, Calcedonensi. Reliquit eos nobis collectos beatus Clemens summus pontifex discipulus beati Petri apostoli: & scripti sunt in primo tomo conciliorum literis Græcis, & Latinis. Et Iustinianus imperator in nouellis suis constitutionibus eos verbis expressis tribuit apostolis. Præterea in constitutionibus apostolicis eodem beato Clemente authore, lib. 5. cap. 13. sunt hæc verba: *Seruandum est à vobis ieiunium quadagesimæ, continens memoriam conuersionis, & legislationis domini.* Nec solum Christi apostoli hoc quadagesimale ieiunium alijs seruandum præceperunt, sed ipsi illud obseruarunt: vt Hieron. August. Ambro. Gregorius, Chrysostomus, & infiniti alij doctores testantur: Fuisse autem semper in ecclesia Christi seruatum quadagenariū hoc ieiunium, asseueranter affirmant multa concilia, in quibus illud iterum: atque iterum præcipitur: nimirum conciliū Aurelianū can. 26. conciliū Laudicense canon. 50. consilium Cæsar augustanum cano. 2. conciliū Agatense canone 12. conciliū Bracharense canone 9. conciliū Toletanum octauum canone 9. consilium Gangrense canone 9. Et nostris temporibus conciliū Colonense, & conciliū Tridentinum ieiunia & ciborum delectum comprobarunt. Quod autem aiunt nonnulli Telephoram summum pontificem ieiunium quadagenarium nouè constituisse: est planè falsum & commentitium: non enim nouum ieiunium instituit, sed antiquum ab apostolis præceptum approbavit: & iterum obseruari præcepit. Id quod etiã alij summi pontifices fecerunt. Et quamuis ipsi hoc nouè præcepissent, facere quidem poterant. Nonne pontifices maximi vniuersales pastores & magistri poterant indicare ieiunium? Poterant profecto. Est ne ecclesia Christi debiliior & fragilior quàm Iudaica: Non quidem. Poterat ecclesia Iudæorum indicare ieiunia, & Christianorum ecclesia nõ poterit? Valebat summus Hebræus sacerdos ieiunia præcipere, & summus Christianorū sacerdos maximusque pontifex, vicarius Iesu Christi non valebit? Si rex Saul ieiunandum præcepit, dicens: *Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperã:* & voluit proprium filium suū vita priuare, quòd præcepto illi incius non paruisset, vt primo Regum quartodecimo litera diuinæ testantur: & Ninuitarum rex publico edicto ieiunium sancit, vt ait Ionas diuinus vates cap. tertio: quis dicere audet, non posse hoc facere Iesu Christi vicarium, diui Petri principis apostolorum successorem, summum pontificem, qui est caput totius ecclesiæ, qui in vniuersum orbem tenet principatum: qui est omnium Christianorum pater ac doctor, atque vniuersalis pastor & rector? At hæretici despiciunt summum pontificem, cui Deus tradidit clauis regni cœlorum: despiciunt sanctos doct. quos Christus appellauit lucem mundi, despiciunt venerandos patres in sacris ac vniuersalibus concilijs congregatos: quibus Christus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Quare hæretici qui eos aspernantur, se Christum etiam aspernari fateri coguntur. Sed aiunt se legere sacras scripturas, præsertim nouum testamentum, vbi aiunt nihil inuenire, quod eos exciter ad ieiunium. O cæci homines! nonne legitis ieiunium Ioannis Baptistæ, de quo ait Matthæus capite tert. *Esca eius erat locusta & mel syluestre?* Nonne legitis apud Matthæum 4. similiter apud Lucam, Christum dominum quadraginta diebus ieiunasse? Nonne legitis apud Matthæum 17. & Marcum nono, & Lucam similiter nono dixisse Christum: hoc genus dæmonij non eijcitur nisi per orationem & ieiunium?

Ipse

Exod. 34.  
3. Reg. 19  
Exod. 16  
Num. 11  
Iudic. 7. 3

Matt. 4.  
Luc. 4.

Matt. 16.

Luc. 9.

Gen. 3.

Matt. 4.  
Luc. 4.

similitudo

Matt. 9.

Luc. 5.

Matt. 27.

Mich. 2.

1. Reg. 14.

Ioan. 3.

Matt. 5.

Ioan. 2.

Matth. 5.

Luc. 10.

Luc. 9.

Matt. 16.

Ipsa Christus Deus noster apud Matth. 6. ait. *Tu autem cum iunas, unge caput tuum, & faciem tuam lana, ne videaris hominibus iunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hæc autem merces quam Deus reddit pro ieiunio, vita æterna est. Indicat verbis illis saluator noster ieiunij excellentiam, & meritum in verbo reddet. Actor. 14. ait ita diuus Luc. *Cum constituisset illi per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino.* Videte antiqua Christianorum ieiunia. Legite diuum Paulum in epistola secunda ad Corinth. cap. 6. aientem: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.* Et cap. 11. eiusdem epistolæ numerans afflictiones quas propter Christum ferebat, *In labore, inquit, sui, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in iniuriis multis.* Nonne videtis diuum Paulum sæpenumero ieiunasse, nosque ad ieiunandum hortatum fuisse? Origenes homilia decima in Leuit. Habemus, inquit, dies quadragesimæ ieiuniis consecratos. Hieron. aduersus Montanum: Nos quadragesimam secundum traditionem apostolorum ieiunamus. Maximus episcopus: Approbamus, inquit, quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitu consecratum: nec terrena cogitatione initiatum, sed cælesti maiestate præceptum. Augustinus libro de salutaribus documentis ait ieiunium esse verum animi cibum. Chrysostomus in tractatione de pœnitentia homilia prima, ieiunium ait esse medicinam, quam anima infirma frequenter curatur. Dies me deficeret, si omnes vellem commemorare, qui ieiunium laudibus extulerunt. Sed heretici quibus nihil est dulcius, nihil antiquius, quam carnis libertas, irridet ieiunia, seque in voraginem comestationis & ebrietatis ingurgitant. Effrenata epularum cupiditate, cæcæque furore libidinis concitati, dum libertatem parere sibi nituntur, seruitutis miserimæ vinculis alligantur. Vtiam respiscant, seque ad meliorem frugem recipientes oculos amoueant à mensa ciborum, & ad cinerem conuertant, quemadmodum regem Babyloniorum fecisse hoc loco videmus. Sed de ciborum abstinencia ea poteris videre, quæ supra literis mandauimus verba illa 1. ca. explanantes: *Proposuit autem Daniel in corde suo. ne pollueretur de mensa regis.*

**g** *Ostenderunt ei abscondita ostiolo.* In templo sub altari, vel alio in loco ad illud apto. Ac explorato & cognito sacerdotum dolo interfecit illos rex per satellites suos.

**h** *Tradidit Bel in potestatem Danielis.* Intelligens rex imaginem illam Belis nec intelligentiam habere, nec sensum, nec vitam, sed esse statuam quandam, cui ceci homines tribuebant cultum patriæ vero Deo debitum: falsumque esse id, quod de eius comestatione dicebant sacerdotes, tradidit eam Danieli, qui illam fregit, & euertit templum, vbi illa colebatur.

**i** *Et erat draco magnus.* Alia narratur historia de dracone quodam, quem Babylonij vt Deum colebant, quem Daniel interfecit. Est autem draco serpens: qui ob multam ætatem in insolitam excreuit magnitudinem. Dicitur de dracone terreno, & de aquatili. De terreno illud intelligitur psalmogr. 90. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Quibus verbis significat nec venenatas & inmanes feras, nec dæmones, eorumque satellites his bestiis significatos de viris piis & constantibus, & in Deo fiduciam suam figentibus esse victoriam reportaturos. Pro pisce magno & vasto

accipitur psal. 73. *Contribulasti capita draconum in aquis: tu confregisti capita draconis.* Vbi per vastos illos pisces intelligit diuinus vates Pharaonem, & magnates Ægyptios: quos Deus in mari Rubro submersit. Et quia dracones in promptu habent venenum, quo noceant, merito illo: um nomine significantur homines flagitiosi ac nocentes. Ideo dicebat Iob cap. 30. *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Per draconem intelligitur homo pestilens & immanis, per struthionem simulator & fallax habet enim auis hæc alas, quibus volare videtur, sed non volat. Hoc Danielis loco draco erat bestia quædam terrestris in templo illi dicato seruata. Vel in quodam lacu, aut fluuio.

**k** *Et colebant eum Babylonij.* Venerabantur illum Babylonij cultu patriæ. Magna profecto cæcitas colere feram inutilem, horribilem, & venenatam. Iusto Dei iudicio obcæcæta gentes à dæmonibus illudebantur. Cap. 15. Sapientie scriptum est: *Animalia miserima colunt.* Et Esa. 2. *Vt adorarent talpas & vespertilionem.* Nec solum animalia, sed eorum similitudines colebant, vt ait Eze. cap. 8. In epistola ad Romanos cap. 1. ait ita diuus Paulus: *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Et paulò post: *Mutauerunt veritatem Dei mendacio.* Hoc est, in idolis, quæ in diuinis literis mendacium vocantur. Ac si dicat: *Conuerterunt cultum veri Dei in falsorum Deorum cultum.*

**l** *Absque gladio & fuste.* Hoc est, sine vllis armis: sed Dei adiumento, & industria rationis. Cùm enim draco aperiret os, iniicit in illud offas ex pice pilis & adipe confectas, quibus eum interfecit. Pice ac pilis conglutinatum est guttur eius: & adiecit adipem, vt ob eius saporem & odorem apeteret draco massam illam.

**m** *Indignati sunt vehementer.* Nimirum aduersus regem, & aduersus Danielem. Quia in re animum ingratum, cæcùmque furorem ostenderunt. Deberent enim gaudio efferri, quòd essent à dracone liberati. **n** *Iudæus factus est rex.* Hoc est, rex noster repudiatis patriis legibus, secutus Danielem Iudæum, accepit Iudæorum religionem. Tribuebant illi crimini, quod erat laude dignissimum. Vel sic: Daniel Iudæus factus est: rex noster. Prior explanatio videtur literæ conuenientior.

**o** *Interficiemus te, & domum tuam.* Hoc est, & te, & vniuersam prolem atq; familiam tuam interimemus. Accipitur domus non pro aula, sed pro honore & familia: vt Exo. 1. *Singuli cū domibus suis introierunt.* Es. 5. *Vinea domini exercituum domus Israel est.* Mat. 10. *Pax huic domui.* Accipitur domus pro synagoga Iudæorum ca. 3. epistolæ Pauli ad Hebræos aientis: *Moses quidem fidelis erat in tota domo eius.* Et pro ecclesia Christianorum eodem capite: *Christus verò tanquam filius in domo sua: quia domus sumus nos.* Et cæteris prioris ad Timoth. *Vt scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui.* Tu verò perpende effrenatam illorum Babyloniorum iram & perturbationem. Nullum crimen admiserat rex in cæde draconis, sed demus eum legem diuinam, aut humanam violasse: in quam culpam inciderant domestici eius, vt eos vellet populus vita priuare, nisi rex ei traderet Danielem? Vt magna ac repentina proluuies quicquid iauenit, rapit & euertit nullo delectu: ita concitatus ac inspectatus furor in aliquem non solum ipsum, sed omnia eius diripere & delere nullo facto discrimine conatur. Fera quidè indomita & immanis est ira populi concitati. Ideo dicebat Iacob: *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura.* Et Salomon Prou. 27. *Ira non habet misericordiam.*

Sup. 6.

simile.

Supra. 6.

4. Reg. 2.

Ter. 27.

similitudo

similitudo

Gen. 49.

cor-

cordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

Sup. 6.

**p** *Qui miserunt eum in lacum leonum.* Id est, qui Babylonij coniecerunt Danielem in foueam leonum, vt ab illis dilaniaretur. Erat in vrbe domicilium, in quo alebantur leones, quo coniciebantur, qui erant nefariis sceleribus astricti & ob grauiam criminum damnati. De illo locuti sumus capite 6. Bis fuit illuc proiectus Daniel: sed non legimus eum in his iniuriis & calamitatibus succensisse hostibus suis, nec queribundas voces emisisse, nec illos maledictis vulnerasse. Vt excellens aurum tactum & percussum non sonat, vile autem orichalcum statim edit sonitum: ita vir pius & iustus contumeliis & ærumnis affectus tacet, & æquo animo fert, quicquid euenit: impius autem irascitur, & execrationibus plenis stomachi & querelarum omnium aures obtundit. Ideo ait Salomon decimonono prouerb. *Doctrina viri per patientiam cognoscitur.* Ac plerunque innocentes liberantur. Id sentiens idem Salomon ait cap. Prouerbiorum. 20. *Ne dicas: reddam malum pro malo, expecta dominum, & liberabit te.* Et pater eius psal. 9. *Patientia pauperum non peribit in finem.* Hoc est, afflictorum tolerantia. Quare nos in contumeliis & calamitatibus patientiam amplectamur, Audiamus diuum Paulum ita in 2. ad Corinth. cap. 6. loquentem: *In omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros in multa patientia.* Et ad Hebr. cap. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* Si fuerimus ita perturbati, & victi ab illa, non erimus in potestate nostra: si autem dilexerimus patientiam, tenebimus nos ipsos: iuxta id quod ait apud Lucam ca. 21. Christus Deus noster: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

simile.

**q** *Et erat ibi diebus sex.* Vt si à leonibus non interficeretur, saltem fame periret. Hinc colliges missionem hanc in lacum leonum non esse eam, quæ fuit sub Dario capite sexto mandata: nam tunc non fuit in fouea illa nisi nocte vna: nunc autem sex diebus.

Supra 6.

*Et dabantur eis duo corpora quotidie.* Nimirum hominum damnatorum. Fortasse hæc bina corpora erant animalium indifferenter, præter quæ dabantur cibo binæ oues singulis diebus leonibus illis.

4. Reg. 25

Ier. 27.

**r** *Erat autem Habacuc.* Hic fuit vnus ex duodecim prophetis: qui videns mentis oculis diuino lumine illustratis futuram euerisionem Hierosolymæ, abscessit, vt Petrus ait Comestor in historia scolastica: fugitque ex ciuitate: ad quam postea rediit, cum Iudæi fuissent in Chaldæam abducti: & Hierosolymæ pauperes tantum remansissent. Cum autem Daniel in clausa leonum fouea detineretur, erat Habacuc Hierosolymæ, vbi habebat agrum, ad quem miserat messores. Cumque ad illos ferret prandium, fuit repente ab angelo Dei in lacum Babylonium per miraculum asportatus: vbi Danielem prandio messoribus parato sustentauit.

**s** *Et coxerat pulmentum.* Hoc est, pultem: est enim pulmentum puls: vel cibus instar pultis. Esca est ex farina confecta, additis interdum ouis, melle aut caseo.

**t** *Et intrauerat panes in aluoculo.* Id est, terendo immiserat panem in pultarium seu vasculum culinariū vbi puls decocta fuerat. Vel accipitur aluoculus hoc loco pro corbe, vbi cibus portabatur. Nā teste Varone aluoculus est cauata cortex, aut vasculum vimineum, in quo quid propter concauitatem reponitur. Est etiam vasculum ligneum auctore Columella li. 8. cap. 5.

**v** *Dixitque angelus domini ad Habacuc.* Probabile

est apparuisse hunc Dei angelum diuino vati in figura humana. In diuinis litteris angelus accipitur aliquando pro viro pio & iusto: vt ca. 11. epistolæ prioris ad Corinth. *Debet mulier velamen habere supra caput suum propter angelos.* Hoc est, propter homines, qui se à vitiis seuocarunt, & ad Christi imitationem contulerunt. Ita locum illum interpretatur Clemens lib. 2. hypotyposeon. Vel sacerdotes appellat angelos, iuxta illud Malach. 2. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius:* quia Angelus domini exercituum est. Omnes qui à Deo mittuntur, vt eius afferant mandata, angeli dicuntur. Vnde de diuo Ioanne Baptista, de quo ait Ioannes euangelista: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes:* ait Deus per Malach. 3. *Ecce ego mitto angelum meum.* Ita locum illum Christus Dominus apud euangelistas interpretatur Diuus Paulus in epistola secunda ad Cor. cap. 12. per angelum Satanæ vult significare omnes tentationes & afflictiones, quibus ipse afficiebatur, vt Photius ait: Satanæ ille, qui beatum Iob 1. Deo ita permittente multis & acerbis calamitatibus contendit opprimere, idem diuo Paulo facere curauit. Ac quia afflictiones illæ varix & molestæ eius carnem affligebant, eas stimulum carnis appellat, dicens: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizat.* Hoc autem Danielis loco angelus pro spiritu accipitur angelico, qui admirabili virtute sua Deo ita volente secum vatem sanctum asportauit.

Ioann. 1.  
Mat. 17  
Marc. 1.  
Luc. 1.

2. Cor. 12

**x** *Portauit eum capillo capitis sui.* Manus angeli tenuit capillum Habacuc, sed virtus angelica totum illum tetigit, & admirabili ac rapidissimo motu in Chaldæam suauiter adduxit. Capillus non tulit corporis grauitatem, sed Dei potentia illud per angelum effecit. Sequitur. *Posuitque eum in Babylone super lacum impetu spiritus sui.* Id est, admirabili celeritate spiritualis potentie suæ.

**y** *Tolle prandium, quod misit tibi Deus.* Non deserit piissimus dominus eos, qui ad ipsum toto animo aspirant, & clamant, & tanquam ad arcem tutissimam confugiunt. Qui populum Israeliticum quadraginta annis pavit in solitudine pane cælesti, de quo ait diuinus spales 77. *Pluit illis manna ad manducandum, panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo:* qui Eliam aluit cibis per coruos delatis: cui postea angelus panem & aquam ostendit: qui quinque millia hominum, præter scæminas & pueros in solitudine quinque panibus & duobus piscibus educauit: quomodo non posset iustum Danielem prandio messoribus parato sustentare? Sed dices: Si solus angelus poterat cibum illum portare, quid opus erat Habacuc? Voluit Deus, vt diuinus ille vates opus illud exequeretur misericordie quo mereretur, & ingressum haberet ad cælum. Est enim misericordia ostium æternæ beatitudinis. De illa illud psal. 117. intelligitur: *Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.* Nā relatis operibus misericordie apud Matt. 25. docuit Christus esse pro illis æternam gloriam tribuendam. Id significatum fuit portis oraculi templi Salomonis, quæ erant ex lignis oliuarum. Templum erat imago Ecclesiæ Catholice: Oraculum autem & sanctum sanctorum imaginem gerebat cælestis beatitudinis, vt D. Paulus cap. 9. epistolæ ad Hebræos testatur. Non poterant ad oraculum ingredi nisi per templum: nec ad cælum nisi per Ecclesiam. Itaque oraculum illud est cælum, ad quod ingredimur portis oliuarum, hoc est operibus misericordie, quæ per oleum & oliuam significatur. Superferuntur enim olei cæteris liquoribus, atque supernatant: & eodem pacto in operibus nostris debet misericordia superferri. Id voluit de diuina misericordia significare diuinus ac

regius

Exod. 16.  
Deut. 8.3. Reg. 17  
3. Reg. 13  
Ioan. 6.

similitudo

similitudo  
Gen. 49



regius vates psal. 144. cum cecinit: *Miserationes eius super omnia opera eius.*

2 *Extraxit eum de lacu leonum.* Quia vidit eius innocentiam & sanctitatem: ex qua deuenit in quandam Dei cognitionem: dixit enim: Magnus es Domine Deus Danielis. Nouerat namque ex Danielis documento Belis statum non comedere, quin potius esse vita & sensu destitutam & draconem non esse Deum aeternum, sed feram mortalem. Propter hæc, & alia huiusmodi merita tenebatur rex Danielem honoribus afficere, & immortalibus beneficiis remunerare. Rex Dauid constituit ministrum quendam, qui ei reuocaret ad memoriam aliorum merita, vt ea præmio ac mercede compensaret. Et vocabatur minister hic à commentariis, vt cap. 8. lib. 2. Reg. scriptura sancta testatur. Idem fecit rex Assuerus, vt constat ex cap. 6. libr. Esther. Imperatores Romani habebant huiusmodi ministrum, qui nuncupabatur magister memoria: Meminit eius Trebellius Pollio in historia Claudij Cæsaris. Alludit ad officium hoc Herodianus lib. 4. Meminit illius Ammianus libro 14. & 27. & 29. Et nostra hæc memoria Vvolfgangus Lazius libr. 2. commentariorum reipublicæ Romanæ.

3a *Et deuorati sunt in momento coram eo.* Hoc est velocissimè coram rege fuerunt à leonibus dilaniati & deuorati Deo ita disponente, vt perniciem quam optimo Danieli parauerant, in se ipsos redundare sentirent. Ac ita cæcus ille improborum hominum infami morte clausit suum diem. Et illud psalmographi 7. potest accommodari: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.* Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet, vt ales dat pennas, quibus ornatur sagitta, qua ipsa traicitur, sibiq; in scia pernitiè machinatur: sic nonnulli ea in alios struunt aliquando, quibus sibi nescij exitium moliantur. Et vt dicitur in prouerbio: suo gladio iugulantur. Quemadmodum cornix rapit scorpionem, vt illum interficiat, & edat, qui ei cauda infligit mortiferum vulnus: & illa volens occidere occiditur: sic multi intendentes alios lædere læduntur: & detrimentum quod aliis cupiebant afferre, in ipsos meritò retorquetur. Narrat Trebellius Pollio, Marium vnum ex septuaginta tyrannis, qui interficere multos volebant, fuisse gladio

interfectum à quodam milite, qui in eum irruens: Hic est, inquit, gladius, quem tu fecisti. Nam Marius ille ante tyrannicum dominatum faber fuerat ferrarius, & gladios conflauerat. Ac fuit gladio, quem fecerat, occisus. In epistola quadam ait Ouidius. *Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires. Heu patior telis vulnera facta meis.* Huc pertinet, quod Linius ait lib. secundo de secundo Bello Punico: Sentiebat Anibal suis se artibus peti. Et illud Luciani in Piscatoribus: *Quæ tela à nobis, vt fateris, sumpta, aduersus nos iuculatus es.* Et illud quod apud Græcos ita peruulgatum est, vt Prouerbij locum obtineat: *Αυτὸς γὰρ εἶπε τὸ ξανθὸν τὸν τυτθὸν.* Hoc est: Ipse enim sibi reperit mali coagulum. Vel vt alij dicunt: Ipse inuenit fontem malorum. Ad quod alludit Æschylus in Persis. Sed literæ diuinæ memoriæ prodiderunt lib. 1. Reg. 17. Goliath hominem superbum & audacem proprio suo gladio in singulari certamine occisum fuisse à Dauide, quo ipsum Dauidem occidere conabatur. Absolon voluit auferre patri suo terram & vitam: & ipsa amisit vtrâque: periit enim suspensus in aere, vbi & terra & vita priuatus est. Et Eccle. ait cap. 10. *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.* Accidit enim aliquando, vt quis venenum bibat, quod alteri parauerat, & suo dolo & artificio pereat. Et qui gladio ferit, gladio peribit: quemadmodum Christus dixit apud Matth. cap. 26. Ac vt diuus ait Ioannes cap. 13. Apocalyp. *Qui in captiuitatem duxit, in captiuitatem vadet.* Et vt infertur ex parabola vineæ agricolis locatæ, quam dominus Iesus attulit apud euangelistas: Deus malos male perdet. Nam vt ait idem Dominus apud Matth. 7. *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Id accidit illis, qui Danielem in leonum foueam proiecerunt: nam eo mirabiliter erepto fuerunt ipsi in illam proiecti. Et impletum est illud cap. 26. Prouerb. *Qui fecit foueam, incidet in eam: & qui pronoluit lapidem, reuertetur ad eum.* Quare ab iniuriis & maleficiis nos absteineamus, & beneficentiam ac benignitatem obseruemus. Demus operam, vt simus ea charitate muniti, quæ omnibus bonum desiderat: quæ in tempestate tranquilla est, & splendet in tenebris: quæ pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, quæ calamitatibus pressa eminet, & floret per se semper, nec alienis vnquam sordibus obsolescit.

similitudo

similitudo

1. Reg. 17

2. Reg. 15

2. Reg. 18

Matth. 21.

Mar. 12.

Luc. 20.

#### ANNOTATIO.

1 Magnus es domine Deus Danielis. In editione Theod. est: *מגדלך אלהים דניאל*. Vbi in Hebræo est Iehouah, solent septuaginta vertere *אֱלֹהִים*: vbi vero est Elohim, *הֵאֱלֹהִים*: vt cap. 10. Deut. dominus Deus vester ipse est deus deorum: pro quo in Hebræo est: *אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ*. Septuaginta verò habent: *κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ὅτι ὁ θεὸς τῶν θεῶν*. Nomen Iehouah conuenit soli Deo, & significat illum in sua natura, quatenus vnus Deus est nomen autem Elohim est numeri pluralis, & designat distinctionem personarum in Deo. His duobus nominibus vtitur hoc loco Daniel: nam dominus est Iehouah, Deus verò Elohim: quibus duobus nominibus significat Deum esse trinum & vnum. Id voluit significare paraphrasis Chaldaica statim in principio Gene. 1. Nam vbi nos habemus: In principio creauit Deus cælum & terram: pro Deo habet illa *אֱלֹהִים*. Vnum nomen tribus literis equalibus scriptum. Id voluit diuinus ac regius vates innuere psalm. 99. cum dixit: Scitote, quoniam dominus ipse est Deus: vbi pro domino est Iehouah in

singulari, & pro Deo Elohim in plurali. Ac si diceret: Scitote, quoniam Deus qui est vnus in essentia, est trinus in personis. Et Moses cap. 4. Deut. Dominus ipse est Deus, & non est alius præter vnum. Pro quo in Hebræo est: Iehouah ipse est Elohim: & non est alius præter eum. Hoc sanctissima trinitatis mysterium indicat diuina scriptura multis in locis, quorum nonnulla citans explicabo. Cap. 10. Exo. ait Deus: Ego sum dominus Deus tuus fortis. Pro domino in Hebræo est Iehouah, pro Deo Elohim, pro forti El, quod est nomen Dei, & significat Deum sub ratione fortitudinis pro quo Septuaginta habent *θεὸς*, hoc est Deus. Ideo potest recte verti ex Hebræo locus ille: Ego sum Deus, Deus tuus, Deus. Vbi tres personæ ostenduntur: sed secunda tantum additur particula, tuus, quia solum persona filij nostram assumpsit humanitate. Id voluit Moses innuere cap. 6. Deut. cum dixit: Dominus Deus noster, Deus vnus est. Primum nomen est Iehouah, secundum Elohim, tertium Iehouah. Nomen Iehouah soli Deo attribuitur, Elohim autem Deo & homini. Ter Deum nomen

nominauit, vt trium personarum distinctionem ostenderet: & vnum esse dixit propter naturae unitatem. Ac non Deo primo loco nominato, per quem pater intelligitur; nec Deo nominato tertio loco, per quem Spiritus sanctus designatur: sed solum Deo, quae secundo loco nominauit, per quem filium secundam trinitatis personam intelligimus, addidit vocem hanc, noster: quoniam nec persona patris, nec persona Spiritus sancti, sed persona filij nostram assumpsit naturam: ipse enim Dei filius humanitatem nostram sibi copulauit: quam ob causam noster appellatur. Hae est sa, quare Moses ad secundam personam, hoc est, ad filium adiecit particulam, noster, quia mentis oculis diuino lumine illustratis vidit fore, vt Christus esset noster ob naturae nostrae assumptionem. Ex hoc loco Deut. de promittit August. sanctissima trinitatis mysterium, & diuinitatis unitatem lib. 1. & 3. aduersus Maximinum Arrianorum episcopum. Eum sequitur Anselmus Laudunensis glossa interlinearis aucto. Ita etiam hunc locum explanat Grego. Nyffe. in lib. de cognitio. Dei aduersus Iudeos, Idacius Clarus in libro contra Varimandum, & Theod. libro de curatione Graecarum affectionum secundo. Id intellexit David, cum cecinit psal. 66. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terra. Ter nominauit Deum, vt pluralitatem personarum ostenderet: & addens: Et metuant eum omnes fines terra: unitatem aperuit diuinae naturae. Non enim dixit. Et metuant eos: sed: Et metuant eum omnes fines terra. Et solum ad secundam personam addidit, noster: ad ostendendas duas in Christo naturas, nimirum diuinam & humanam. Nonne aspicias etiam in veteri testamento significatum esse sacrosanctae trinitatis mysterium? Idem diuinus psalter ait psal. 6. Exaudiuit dominus vocem fletus mei: exaudiuit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit. Vbi ter dominum nominat. Eodem modo psal. 28. Afferte domino gloriam & honorẽ, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius. Et psal. 32. Verbo domini caeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Per dominum intelligitur pater, per verbum filius, per spiritum Spiritus sanctus. Et psal. 44. Vnixit te Deus Deus tuus oleo laetitiae. Hoc loco, vt D. Paulus in epist. ad Hebr. testatur, loquitur psalmographus cum Christo, quem Deum vocat, dicens: Sedes tua Deus in seculũ seculi. Et statim cum ait: Vnixit te Deus Deus tuus: nam in priore parte Deus est in vocatiuo, & in altera in nominatiuo. Vbi vides Deum vnixisse Deum oleo laetitiae. D. autem Petr. ca. 10. Act. apostolorum per oleum laetitiae interpretatur Spiritum sanctum. Cum autẽ inter vngentem & vntum, & oleum sit realis distinctio fatendum est esse distinctas personas in diuinis. Hunc locum citat Marsilius Florentinus in tractatione de religione Christiana, ad ostendendum sacrosanctae trinitatis mysterium. Ad idem eum affert Nicolaus Lyran. in tractatione, quam adiecit ad sacra biblia: & Iacobus Christopholanus in libro contra Iudeos, Et psal. 49. ait idem diuinus citharædus: Deus deorum dominus locutus est. Pro quo in Hebr. est: El Elobim Iehouab. El est nomen Dei, similiter Elobim & Iehouab. Quae verba ex Hebraeo ita possunt verti: Deus Deus Deus locutus est. Ter nominauit Deum: sed non dixit: locuti sunt: sed locutus est in singulari. Hunc locum explicans Rabbi Simeon veritate coactus fatetur nobiscum Deum esse trinum & vnum. Mal. ca. 1. inducit Deum ita loquentem: Si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ac si dicat: Cur me non timetis, si quidem Deus vester sum? Vbi pro domino est in Hebraico: אֲדֹנָי Adhonim in plurali: cuius singulare est Adhon. Quorsum Deus se Deos appellat, cum sit vnus tantum in natura & essentia, nisi ad ostendendam personarum pluralitatem? Esai. ca. 48. inducit filium Dei has voces emittentem: Dominus Deus misit me, & spiritus eius. Dominus Deus est pater

qui loquitur, est filius, spiritus eius est Spiritus sanctus. Et c. 61. Spiritus domini super me, eo quod vnixerit me: Hoc est, spiritus qui à patre filioque procedit, me vnxit oleo spiritualis laetitiae. Atqui qui hoc dicit filius Dei est. Ita Athanasius interpretatur in libro de naturali communione similis essentiae. Apud Ose. c. 1. Ipse Deus pater quem nonnulli ex antiquis Hebraeis vocant coronam superiorem: Domui, inquit, Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo. Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Et saluabo eos in verbo domini Deo eorum, Hoc est, in filio, qui est Deus: est enim Dei filius verbum patris, & verus Deus. c. 2. Agg. sunt haec verba mandata: Ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum: Verbum quod placui, vel vt nonnulli codices habent, quod pepigi vobiscum, cum egredere mini de terra Aegypti: & spiritus meus erit in medio vestri. Explicans Hier. locum hunc, Sacramentum, inquit, cernite trinitatis. Ego sum vobiscum, & spiritus meus, & verbum, in quo posui testamentum, cum egredere mini de Aegypto. Explicans Amb. verba illa Gen. In principio creauit Deus caelum & terram. Et paulò post: Spiritus domini ferebatur super aquas: in tractatione de operibus sex dierum per Deum intelligit patrem, per principium filium, per spiritum domini Spiritum sanctum. Idem ait Iunilius in Genesim, & Thomas in prima parte. quæst. 74. articulo 3. Præterea eodem capite ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In verbo faciamus in plurali ostendit personarum distinctionem: ac dicens ad imaginem nostram in singulari, non ad imagines nostras, ostendit unitatem naturae. Ita Basilius hunc locum explanat in Hexameron: similiter Chryostomus in Genesim, Theod. & Seuerianus ibidem: & Gregorius Nyssenus in libro, qui inscribitur: Selecta testimonia ex veteri testamento aduersus Iudeos. Tandem cap. 18. Genesis vbi Deus apparuit Abraha, qui tres videns vnum adorauit: ostenditur sacrosanctae trinitatis mysterium. Ad cuius probationem locum illum afferunt Augustinus libro 2. de trinitate, Gregorius homilia 18. Ambrosius, Cyrillus, & Rupertus abbas. Hae ex veteri testamento attulisse sufficiat. Sed ex philosophis externis pauca quadam citabo. Mercurius Aegyptius quem Trismegistum vocant, diuino numini personas esse tribuendas existimauit, cum dixit. Monas genuit monadem, & in seipsum flectit amorem. Quibus verbis videtur per monadem patrem intelligere, qui genuit monadem, hoc est filium, & per amorem ab utroque procedentem videtur Spiritum sanctum significare. Vbi tres ostendit personas: sed volens ostendere vnum solum esse Deum, illum appellat monadem, hoc est unitatem. Fortasse collegit sententiam hanc ex libris diuinae legis, quos aiunt legisse. Plato etiam in epistola ad Dionysium videtur sentire esse in diuinis trium personarum distinctionem. Eodem pacto Plotinus in libro trium substantiarum. Sed haec sunt ita excelsa, vt nostram superent intelligentiam, vt ait cap. 1. libri de diuinis nominibus Dionysius Areopagita, quem possumus diuinum theologum nuncupare. Sed vt similitudine vtat Ioan. Damas. quæadmodum solis radius & lux sic ad nos vsque perueniunt, vt nec à sole discedat, nec à mutua inter se coniunctione separentur: sic filius & Spiritus sanctus ad nos vsque descendunt, nostramque salutem curant, vt nec à patre, nec à se vicissim disjungantur. Hae similitudine vtitur etiam Gregorius Nazianzenus in oratione ad Hieronem philosophum, qui de filio & Spiritu sancto loquens: Sunt quidem, inquit, ex Deo, quamuis post ipsum non sint, vt lux ex sole. Haecenus ille. In nouo testamento sunt per multa sanctissima trinitatis testimonia, quorum duo tantum citabo. Christus Deus noster capite ultimo euangelij auctore Matthæo: Docete, inquit, omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Non dicit: in nominibus, sed in

nomine, in singulari, ut unitatem naturae designet: & statim trium personarum distinctionem indicat aperte, cum ait: in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Et D. Ioan. euangelista capite 5. epist. sua 1. ait: Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Iudei in erroribus versati, & gentes idolorum cultrices tenebris cooperta hoc credere & fateri recusant: Nos autem credimus, & non solum fatemur, sed etiam profiteamur sanctissimam trinitatem, id est, patrem & filium & Spiritum sanctum, vnum Deum, vnius naturae, vnius potestatis, omnium rerum tam earum, quae cadunt in conspectum, quam quae aciem oculorum nostrorum fugiunt, creatorem: vnum dominum summum, optimum, sempiternum, cuius numine atque providentia mundus regitur: qui totus ubique est per essentiam, praesentiam, & potentiam: non per partes diuisus, sed totus in omnibus locis, non localiter per contactum quantitatis dimensivae, sed per contactum virtutis: qui sine sui mutatione cuncta mutabilia creavit. Ille est in mensum mare sapientiae, pelagus infinitum bonitatis, quo nihil beatius, nihil potentius, nihil melius, nihil praestantius, nihil bonis omnibus affluentius cogitari potest. Ille cursus astrorum, & rerum vicissitudines ordinesque conseruat. Caelos, terras, maria, & omnia denique intuens continet: qui res creatas naturae dissimiles, vi repugnantes, motu contrarias vna eademque

perpetua lege coerceret, & moderatur. Ille tuetur homines, quibus viam munit ad aeternas caelorum sedes consequendas: vbi illi qui hic iustitiam ac pietatem coluerunt, & animos à corporis contagione seuocarunt, aeo sempiterno Deo ipso fruuntur. Illi sit semper honor & gloria, qui in omni aeternitate viuit & regnat, amen.

Hac habu: candidi lectores, quae in diuinum Danielem dicerem tanti vatis magnificentia minimè respondentia. Sed vos qui catholici estis, pias pro me ad dominum ardentisque preces emittite, ut mihi ultra in explanatione sanctae scripturae progredi cupienti mentis oculos diuino lumine illustret, quo possim profunda diuinarum literarum mysteria intueri, & cogitationes meas ad vtilem meorum studiorum fructum ferendum literis mandare. Nihil enim mihi erit gratius, nihil antiquius, quam prodesse vris fide ac pietate praestantibus, ut in virtute progrediantur: haereticos autem ab errore reuocare, ne illis probentur opiniones illae, quae lucem eripiunt, & quasi non-  
 Item quaedam rebus offendunt: sed ut ad salutarem  
 veritatem reducti perfidiam detestentur, &  
 ad sanctam matrem Ecclesiam Romanam Catholicam eximia pietatis, vtriusque religionis plenissimam conuertantur.

.\*.\*

F I N I S.



# PROPHEZIA NAHV M.

## Argumentum capitis I.

*Prædicit diuinus vates Ninæ ciuitatis Assyriorum regie exitium & vastitatem. Explicat instam Dei vltionem in Assyrios, & benignitatem erga Hebræos: & de Ecclesia institutione, & Apostolorum prædicatione tandem vaticinatur.*

### CAPVT I.

**A** Nus<sup>b</sup> Niniuæ, liber visionis<sup>d</sup> Nahum<sup>e</sup> Elcesæi<sup>f</sup> Deus æmulator & vlciscens Dominus, vlciscēs Dominus, & habens furorē: vlciscēs Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundās non faciet innocentem, Dominus in tēpestate & turbine vię eius: & nebulę puluis pedum eius. Increpans mare, & exsiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Bafan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.

### EXPLANATIO.

**a** *Onus.* Hoc est, dura vaticinatio. Sensus est: incipit grauis & aspera aduersus Niniuem propheta. Onus non solum calamitatem, sed vaticinationem septennumero significat, qua calamitas, grauis Dei vltio, & infaulta ac infelicia annuntiantur. In hanc significationem sumitur capite Esaię decimotertio. *Onus Babylonis, quod vidit Esaias filium Amos.* Et decimoquinto. *Onus Moab.* Primo Habacuc: *Onus quod vidit Habacuc prophetæ.* Et Malac. capite primo. *Onus verbi Domini ad Israel.* Prædicebant diuini vates ventura supplicia, quia Deus illis ita præcipiebat: & vt homines à vitiis deterrerent, atque ad virtutes excitarent. Deinde quia calamitates illis solēt esse grauiorē, quos inueniunt incautos & improuidos, de illis minime cogitantes. Nam vt diuus ait Gregorius in homilia quadam, minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Præterea vt Dei iusticiam ostenderent, & viros pios ab impijs vexatos consolarentur. Demum vt significarent, calamitates quæ detrimentum interdum hominibus afferunt: vtilis illis esse aliquando. Nam onus naturaliter tendit ad centrum: cum autem calamitas sit onus, perspicuum est eam nos ad centrum ducere. Ex quo fit, vt quæ fuerit æquo animo tolerata, nos ducat ad Deum centrum illud, ad quod mens virtute prædita aspirat: quæ autem animum perturbauerit, à tolerantia dimouerit, eique desperationem adhibuerit, nos ducet ad terræ centrum, vbi est damnatorum regio cōstituta, in qua illi acerbis æternisque cruciatibus torquentur. Itaque calamitas ostendit qualis quisque sit, fortis ne, an fragilis: pius, an impius: firmitate animi, & constante ac perpetua ratione vitæ septus, an inconstantia & mutabilitate insignis: virtutum ornamentis excultus, an scelerum maculis contaminatus. Ea est *similitudo* cribrum diuidens lolium à frumento. Vt in torcularis compressione vinum ab acinis separatur: sic in

calamitate & tentatione boni à malis seiunguntur. Eam ob causam dixit angelus Tobix capite decimo secundo: *Necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Vir constans & stabilis in calamitatibus suis ad Deum tanquam ad arcem tutissimam confugit, dicens cum Dauide psalm. 24. *Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego,* Vel vt potest etiam verti ex Hebræo: quia solus & afflictus sum ego. Et cum Paulo apostolo ad Rom. nono: *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio?* Ac si dicat: nihil horum. Mobilis autem & imbecillus quacunque rerum aduersarum procella tolerantiam amittit. De huiusmodi hominibus ait Ecclesiasticus cap. 2. *Va his, qui perdidērunt sustentiam.* Ideo ait ipse 27. *Va a figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Id intelligens Oseas 4. *Maledictum, inquit, & mēdacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Vbi pro inundauerūt potest etiam verti ex Hebræo, diuiserunt. His enim rebus illi qui virtute singulari; constantia sunt muniti, ab illis qui nulla vera honestate, nulla solida firmitudine sunt septi, separātur, & cognoscuntur. Accidit enim septennumero, vt qui Deum Israelis videbantur sequi, orta tempestate vela mutant, & sequantur Baal: qui dicebant se de fontibus saluatoris aquas haurire, se ad cisternas conferant dissipatas: & qui se antea reipublicæ Christianæ præferebant defensores, in ea postea vt Iudas in cœna, & Sinon in vrbe Troiana reperiantur. Est namque tentatio veluti lapis Eraclius, verum aurum à falso discernens: quasi ventilabrum paleas à granis seiungens: sicut procella, qua ostenditur, quis in arenam fluxam, quis in lapidem firmum iecerit fundamenta. Ea sæpe virtutis simulationem aperuit, & animi fortitudinem constantiamque declarauit. Viri pij in ærumnarum angustis cō-

ferunt se ad pœnitentiam, ad lachrymas, ad preces, impij verò ad conuicia, ad dolos, ad homicidia, ad voluptates. Est quidem calamitas onus, & ita à Nahum hoc loco vocatur, sed quæ homines sceleratos deprimit, non iustos: imò ea ad gloriam ecelestem festinant. Nam vt vela sunt onera nauibus, sed eas faciunt celeriter nauigare: sic afflictiones pòdera sunt, sed quæ viris pietatem colentibus ad properandam virtutem via magnum afferunt adiumentum. Eos qui illis anguntur, vocat Christus Deus noster apud *Mat. 11.* Matthæum, cum ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris.* Non requiem corporum promittit, sed animorum. Nam corporum quies quam nefarij homines voluptatibus dediti quærunt, & somniant, longè distat à vera quiete. Sic carnis vinculus libertatem, æger sanitatem, esuriens dulces epulas somniat. Sed adierit vltimus dies, qui somnia hæc demonstrabit. Interim calamitates æquo animo toleratæ ad eximiam virtutis gloriam illustrandam còducunt. Quare diuini vates eas solebant prædicere, & earum vaticinationem onus appellare.

b *Ninive.* Ciuitas est Assyriæ quondam florentissima, Assyrij imperij firmissimum caput. *Eam edificauit Assur, vt cap. Genes. decimo proditum est memoria.* Hic Assur teste Xenophonte in lib. de æquiuocis, vocatus fuit Ninus: à quo ciuitas nomen sortita est. Id fuit Diuo Augustino perspectum & exploratum, qui capit. 3. lib. 16. de ciuitate Dei: *Ninus, inquit, Beli filius conditor fuit.* Niniuæ ciuitatis magna: cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum est, vt à Nino Niniue vocaretur: Assur autem, vnde Assyrij. Hactenus ille. Xenophon ait hunc Ninum vocatum fuisse à nonnullis Iouem, ab aliis autem Herculem, quem gentes idolorum cultrices in cælo collocarunt. Vocatur hæc ciuitas ab Eusebio Nisibis, à Diodoro Siculo lib. primo, Nina, ab Herodoto lib. primo & secundo, & Ptolemæo in descriptione Asiæ Ninus. Quo nomine nuncupatur à Plinio capite vigesimo sexto libro 6. & à Strabone in principio lib. decimo sexto, & à Hieronymo in proœmio in hunc diuinum vatem, vbi ait ciuitatem illam tunc Ninum vocari. Meminit huius ciuitatis & regis eius Sennacherib, Berofus Chaldæus, & Flanius Iosephus, qui eam citat capite 2. libro decimo antiquitatum Iudaicarum. Niniuitæ ob Ionæ prædicationem egerunt pœnitentiam, vt ipse Iona testificatur capite tertio quam obrem perniciem tunc declinarunt, & à supplicio quod illis Deus minatus fuerat, euaserunt. Sed quia postea fuerunt pestilentibus flagitijs polluti, & in terra vitia ingurgitati, fuerunt afflicti, victi, & euersi. Prædicatur igitur à nostro diuino vate vrbis Niniuiticæ, totiusque regni Assyriorum euersio, quæ à Nabuchodonosore Babyloniorum rege anno primo imperij sui facta esse putatur. Hoc exitiû prædixit Tobias capite quartodecimo humanique auctores multis in locis memoriæ prodiderunt. At quia Niniue, vt Diuus ait Hieronymus, idem est quod pulchra seu ornata, mundus autem à Græcis cosmos, hoc est ornatus & pulcher dicitur, potest accipi pro mundo: de quo ait Boëtius in consolatione philosophiæ: *Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus, ipse.* Et M. Tullius in libro de vniuersitate: *Nec mudo quicquam pulchrius, nec eius ædificatore præstantius.* Et Tyrius Maximus in sermone quid sit Deus, ait Deum esse pulchrorum pulcherrimum, ac pulchritudinis fontem. Quam obrem quicquid hîc dicitur in sensu literaliter aduersus Niniuem, potest in sensu spirituali de caducis mundi opibus & voluptatibus explicari, vt eas fluxas esse incertas & interituras intelligamus, ac excelsis firmoque animo aspernemur. Qua ratio-

ne ducti præparemus nos ad diem iudicij, vbi Deus de Assyrijs, hoc est improbis est æternas pœnas sumpturus. Tu verò perpende & memoria repete diuinam prouidentiam: quia populus Israeliticus impijs se flagitijs contaminauerat, tradidit eum Deus Assyrijs. Rursus Assyrios tetris scelerum maculis notatissimos tradidit Babylonijs, qui fuerunt victi à Persis ob nefaria facinora sua, quorum iustas pœnas persoluerunt.

c *Liber visionis.* Id est, liber vaticinationis: nam vaticinatio dicitur visio ob certitudinem & firmitatem. Eam ob causam dictum fuit diuo Ioan. Apocalypsis primo. *Quod vides, scribe in libro.* Capite trigesimo secundo libro secundo Paralipomenon scriptum legimus: *Scripta sunt in visione Esaiæ.* Hoc est in eius prophetia. Eodem modo sumitur primo ipsius diuini vatis capite: *Visio Esaiæ filij Amos.* Et Daniel. decimo: *Quoniam adhuc visio in dies.* Hoc est, quia non modo, sed post longum temporis interualum hæc vaticinatio complebitur. Et primo Abdæ: *Visio Abdæ.* Vnde diuini vates dicebantur videntes, vt capite 2. lib. prior. Paralip. *Locutus est dominus ad Gad videntem.* Et nono libr. posterioris: *In visione quoque Ado videntis.* Et apertissime capite 9. lib. 1. Regum. *Venite, & eamus ad videntem.* Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videntis. Vnde illud capite 33. libri posterioris Paralip. 2. *Scripta sunt in sermonibus Hozai: potest verti: scripta sunt in libris prophetarum: nam hazal siue chazal significat videre, & propheta vocantur videntes: Qua ratione ducti septuaginta interpretes translulerunt: Scripta sunt in sermonibus videntium.* Et quia Niniue significat pulchram, & visio contemplationem, potest verti totum hoc: *Assumptio pulchritudinis, liber contemplationis Nahum.* Nisi enim quis assumat veram animi pulchritudinem, non poterit aptè ad rerum excellentiarum contemplationem peruenire.

d *Nahum.* Nomen est huius diuini vatis, quod sonat, vt diuus ait Hieronymus, consolatorem: & rectè illi conuenit: consolatur enim Israelitas, cum aduersus improbos Assyrios acerrimos eorum hostes vaticinatur. Illi enim iam decem tribus abduxerant captiuas, & reliquas duas grauiter affligebant. Reprehendit itaque impios, pios verò consolatione permulcet: quod est concionatoris officium. Spiritus sanctus qui paracletus hoc est consolator dicitur, qui Christi discipulis perfugium & solatium præbebat, homines sceleratos obiurgabat. Ita enim ait apud Ioannem 17. Christus dominus: *Cum venerit paracletus, arguet mundum de peccato.* Vbi per mundum homines scelerum maculis notati significantur. Quo tempore floruerit Nahum, non liquet ex diuinis literis: sed in proœmio diximus, Iosephus ait eum extitisse regnante Ioatham Hierosolymæ, Hieronymus autem ait eum fuisse sub Ezechia rege vaticinatum. At in libro Hebræo de mundi serie, & alijs antiquis Hebræorum monumentis consignatum est eum cum Ioele & Habacuc regnante impio Manasse pij Ezechia filio floruisse. Sed fieri potest, eum omnium horum regum tempora attigisse. Ac inter Iudæos constare video eam ob causam illum in principio suarum vaticinationum noluisse nominare Manassem, qui tunc clauum reipublicæ tenebat, ne eius regis mentionem faceret, qui se nefarijs sceleribus contaminauerat, Dei legem violauerat, vana gentium idola coluerat, & salutaria diuinorum vatum monita despererat. Nolebat enim sanctorum virorum consilijs assentiri. Vt quædam inueniuntur tabulæ: iam horridæ, & perperam gypso illitæ & complatæ, vt nec aurum recipiant, nec picturam, etiamsi eius artifex eximius sit: sic quidam sunt homines tam improbi, tam

tam prauis moribus imbuti, vt nullam salutarem admittant doctrinam, quamuis eius magister in eruditionis præstia vnus inter omnes emineat. Quemadmodum æquum est eos proprio nomine signare, qui sunt virtute præditi, illustrique laude celebrati: ita decet aliquando hominum, ignominia maculis insignium nomina silentio præterire. Hæc est causa, quare seruator noster apud Lucam capite decimosexto, Lazarum nominauit, diuitem autem purpura indutum qui opipare epulabatur, noluit nomine proprio appellare. Et diuus Matt. 1. in genealogia Christi Iesu tres reges iniustos, vt ibi obseruauit Hieronymus, silentio prætermisit.

**e** *Elcesai.* Ita nuncupabatur Nahum, quod natus fuisset Elcesi. Fuit quippe Elcesum oppidum in Galilæa, vt Hieronymus, & Epiphanius, & Remigius, & Albertus Magnus testantur. Et videtur constare ex paraphrasi Chaldaica, & ex Rabbi Salomone Gallo. Sunt tamen nonnulli, qui aiunt Elcesum esse nomen familiae, & vtraque opinio tangitur à Vatablo. Quatuor in hoc exordio à diuino nostro vate explicantur: primum genus operis, est enim aspera vaticinatio: secundum argumentum & materia, agit enim de venturis Assyriorum molestiis & ærumnis: tertium nomen authoris: quartum nomen patriæ, vbi editus in lucem fuit. Sed de inscriptione hæcenus.

**f** *Deus amulator.* Vaticinaturus de Assyriorum exitio incipit à Dei iustitia, consilio, & prouidentia, ne quis eorum euerisionem fato tribuat, aut casui, non eorum sceleribus, & diuinæ iustitiæ. Aemulator sumitur dupliciter, nam imitator virtutis æmulator dicitur: & qui aliquid cupit, quod aliis dari non vult, & tunc idem est, quod zelotes, hoc est, amator cum confortis indignatione. Ita nos Deus amat, vt velit, vt in eo, non autem in mundo amorem nostrum collocemus, ei que soli diuinum patriæ cultum tribuamus. Alioquin in nos grauius animaduertit. Eam ob causam capite Exodi vigesimo. *Ego sum*, inquit, *Dominus Deus tuus, fortis, & zelotes.* Et capite trigesimoquarto. *Dominus, & zelotes nomen eius.* Et apostolus capite vndecimo posterioris ad Corinthios primo. *Aemulor enim vos Dei emulatione.* Itaque zelotes siue æmulator est, qui aliquem amore prosequitur, eiusque hostes affligit: in quam significationem sumitur hoc loco. Vocat se Deus hic æmulatorem, vt ostendat se diligere populum Israeliticum, & de Assyriis eius hostibus supplicium suo tempore sumpturum. Ipse est, qui suorum audit gemitus & suspiria, & in eorum inimicos grauius animaduertit. Priusquam Nahum vaticinaretur, Deum laudibus effert: celebrat eius amorem in Hebræos illos, qui tunc fide muniti eum colebant: iustitiam & potentiam in multitudine impiis ad pœnitentiam vocandis. Docet nos, vt opera nostra à diuinis laudibus inchoemus. Theodoretus per æmulationem hoc loco iustam Dei iram intellexit.

**g** *Vliscens dominus vliscens dominus.* Repetit hæc verba, vt in hominum memoria tenacius imprimantur. Vel vt & præsentem pœnam & futuram ab eo indicet inferri. Vel propter & animæ & corporis supplicium. Et paulo post ea iterum repetit ad maiorem certitudinem: ne homines solam Dei misericordiam à iustitia seiuinctam cogitantes laxarent habenas vitiiis, animique præstantiam turpi dedecore macularent. capite decimo octauo Deuteron. *ait ipse Deus: Ego vltor existam.* Et Dauid Psalm. nonagesimo tertio. *Deus vltionum dominus, Deus vltionum liberè egit.* Sic Deum appellat, quod ad illum pertineat vltio. Ipse enim ait capite trigesimo secundo. Deuter. *Mca est vltio, & ego retribuam eis in tempore.* Quem lo-

cum affert apostolus capite decimo ad Roman. & ad Hebr. similiter decimo. Hic autem vaticinatur Nahum præcipue de Assyriorum vltione. Nā etsi Deus affligere voluit Israelitas per Assyrios, tamen quia Assyrij eos crudelissimè tractarant, iustas pœnas impietatis suæ dederunt. Eam ob causam ait Deus apud Esa. capite decimo. *Va Assur virga furoris mei.* Et apud Zach. primo: *Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuerunt in malum.* Ac si dicat: *Grauiissimè succenseo gentibus prosperitate affluentibus, quæ Hebræos afflixerunt, & per summam immanitatem profligarunt.* Nam tametsi ego iratus sum Hebræis aliquantulum, eorum tamen hostes asperrimis calamitatibus illos oppresserunt.

**h** *Habens furorem.* Ita vocat diuinæ iustitiæ seueritatem, vt se accommodet mori nostro loquedi. Eodè modo Deuter. trigesimo secundo. *Ignis succensus est in furore meo.* Quare Paulus apostolus capite decimo epist. ad Heb. *Horrendum est, inquit, incidere in manus Dei viuentis.* Et Dauid Psalm. sexto: *Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me.* Quibus verbis Deum orat, ne ad scelus suum puniendum acerbam seueritatem adhibeat, sed paternam castigationem. Irascitur enim peccatoribus, iuxta Esa. illud 64. *Ecco tu iratus es, & peccauimus.* Id est, quia peccauimus, Particula. n. &, pro quia sumitur aliquando. Aspicias igitur iram & furorem tribui Deo, non propriè tamen, sed metaphoricè, quia instar hominis irati castigat. Sed eius ira non perturbationem designat, sed scelerum puniendorum seueritatem, in illū enim nulla cadit perturbatio, iuxta illud Sap. 12. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas.* In nobis ira est motus animi, quo incitatur & exardescimus: in Deo autem est iustitia, & cum placabilitate seueritas. Fuerunt tamen nonnulli philosophi, similitudo qui asseruerunt Deum nullo modo irasci, cōtra quos scripsit Lactantius Firmianus librum de ira Dei, in quo multis rationibus eorū opinionem refutauit. Sed multo vtilior nobis est Dei ira, cū nos affligit, vt respiscamus, quàm blanda mundi voluptas, vt illaqueemur: est enim illa veluti viscus mollis & suavis, sed quia stringit & perdit.

**i** *Dominus patiens.* Ostenderit Dei iustitiam, modò ostēdit eius misericordiā. Id vnico versu Pl. 7. ostendit Dauid, cū ait: *Deus iudex iustus, fortis & patiens.* Et pl. 114. *Miserator dominus & iustus, & Deus noster miseretur.* Pro dominus patiens vertit nonnulli: dominus tardus ad irā: hoc est lentus ad vltionem. Solet enim nos ad pœnitentiā expectare. Vnde Paulus apostolus c. 2. epist. ad Rom. *An diuitias, inquit, bonitatis eius, & patientia & longanimitatis cōtēnis? Ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit?* Vocabulo diuitiarū sæpe vtitur, cū vult ingere rei alicuius vim & copiā significare. Et Eccl. 5. *Altissimus est patiens reditor.* Hoc est, Deus quidē patiens est, sed impunè te nō dimittet. Et D. Petrus c. 3. epist. suæ posterioris: *Patienter agit propter vos, nolēs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti.* Et ipse Deus apud Ezech. 18. *Nolo mortē peccatoris, reuertimini, & viuite.* Vbi primi nostri parentes in amoenissimo horto constituti in crimen inciderunt, ait ita diuina scriptura capite Genes. tertio: *Cum audissent vocem domini Dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Aduerte: Veniens Deus ad eos castigandos non dicitur currere, aut festinare, sed deambulare. Non vult in illos repente impetum facere, sed dat eis locum consilij & pœnitentiæ: lentè que deambulat: & cum sonitu quodam, vt ab illis audiat. Ac ea quæ cum illis agit, si attento animo perpenderit, iustitiam præ se ferunt cum misericordia coniunctā. Iudex terræ eum qui grauiā & pro-

bata furta & homicidia commisit, statim lege ductus morte mulctat. Deus autē cęlestis iudex vidēs nefaria hominum crimina digna vtraque morte, temporali & æterna, dissimulat sæpenumero non eos statim occidens. Voluit Deus, vt hæc esset iustitia terrę, quia nihil in illa amittebatur præter terram: cū autem altera amittitur cęlum, imò ipse Deus: instituit eius bonitas legem iustitię ex magnitudine diuinę suę misericordię depromptam, in qua ira distent eius vię ab hominum viis, vt cęlum à terra. Intueamur admirabilem Dei patientiam & benignitatem, illūque imitantes iniurias nostras toleranter feramus, & appetitiones nostras ad vltionem propensas moderemur. Vt cęlum illud quod philosophi appellant primum mobile, mouet alios cęlos, qui versantur retro contrario motu, ac extimus globus cęlestis, qui reliquos omnes complectitur: sic ratio agitet appetitus nostros, vt aduersus propensionem & procliuatatem suam iuxta ipsius rationis motum & impulsum dimoueantur. Ac ita tolerantię nostrę fructum percipiemus. Nam vt David ait psalm. nono *Patientia pauperum non peribit in finem.* Hoc est, afflictorum patientia non perpetuò frustrabitur, imò remunerationem à Deo tandem recipiet. Hęc est nobis necessaria vt diuus ait Paulus capite decimo epistolę ad Hebręos, vt reportemus promissionem. De illa ait Christus Iesus apud Luc. cap. vigesimoprimum. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Homo nulla patientia munitus similis est scorpioni, qui prouocatus statim pungit: cymbalo, quod pulsatum confestim sonum reddit vitro, quod percussum mox frangitur. Patiens autem vir Deum, quem hoc loco Nahum patientem vocat, imitatur. Aspicias igitur Deum esse iustum & misericordem, quales nos esse debemus. Psal. 32. ait David: *Diligit misericordiam & iudicium.* Et 36. *Iustus autem miseretur, & tribuet.* Et 84. *Misericordia & veritas obuauerunt sibi: iustitia & pax osculata sunt.* Et Salomon Prouer. 21. *Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inuenit vitam: Quemadmodum ex vini & aquę mistione salutaris potio efficitur: sic ex iustitia & misericordia admirabilis temperatio conflat. Id voluit natura in apibus ostendere, quę aculeum habent, & mel quoniam iudices & feneritatem debent habere iustitię, & dulcedinem clementię. Id ait his verbis Prou. 3. Salomon: *Misericordia & veritas te non deserant: circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui.* Vbi per veritatem significatur iustitia, quemadmodum per iudicium: vt cap. 21. Prou. *Facere misericordiam & iudicium magis placet domino, quàm victima.* Et 21. Osee: *Misericordiam & iudicium custodi.* Vt abies procera arbor est recta, sed blanda & mollis: sic verus Christianus rectus debet esse per iustitiam, & lenis ac comis per misericordiam.*

k *Et magnus fortitudine.* Nimirum in compescenda ira. Sensus est. Hęc Dei patientia & castigationis dilatio non ex fragilitate prouenit, cū Deus sit fortissimus: sed ex misericordia, & fortitudine. Ille fortis est, qui iram cohibet, & ita appetitus domat, vt tanquam in gyrum rationis & temperantię ducantur. Eam ob causam vbi Deum patientem vocauit, magnum fortitudine vocat: qui castigationem differt in tempus aptum, & cui nemo potest resistere ea. Exod. 15. ait Moses: *Quis similis tui in fortibus domine?* Et Iere. 10. *Magnus es tu, & magnum uomen tuum in fortitudine:* Ostendit hoc loco Nahum paciēciam esse cum fortitudine coniunctam. Ille est verē fortis, qui tolerantia rerum humanarum munitus tunditur, sed non frangitur, similis adamanti, qui nec ferro comminuitur, nec igne mutatur: nullis enim ærumnis vincitur, nulli calamitatum generi succumbit, nullis rerum

similitudo

similia.

similitudo

similitudo

aduersarum ictibus infringitur, nulla temporum varietate à virtutis constantia dimouetur: sed firmus & immutabilis perseuerat. Quare cū adamante aptissimè comparatur. Hanc animi firmitatem tribuit Deus diuino vati Ezechieli, cui dixit c. 3. *Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.* Vel vt potest etiam verti: Vt adamantem silice duriores dedi te: facies enim in diuinis literis idem est aliquando quod persona & res ipsa. De vi & firmitate, & admirabili adamantis natura: vide Hieronymum in caput septimū Amos, Plinium libro trigesimoprimum naturalis historię, Pierium Valerianum in hieroglyphicis, Franciscum Rueum libro secundo de gemmis. Sed ante illos fuit priseis temporibus duricies ac indomita natura adamantis perspecta. Vnde antiqui à fide alienati Martem tunica adamantina indurum fingeant, vt significarent fortitudinem per Martem intellectā, copulatam esse cum firmitate patientię, per adamantem significata. Ad id alludit Horatius lib. 1. carminū ad Agrippam, cum ait: *Quis Martem tunica tectum adamantina Digne scripserit?* Et quia constans patientia nunquam vincitur, ideo Socrates in Gorgia Platonis rationes inexpugnabiles adamantinas vocauit.

l *Et mundans non faciet innocentem.* Hoc est, & expurgans à culpa peccatorem pœnitentem, non efficiet illum innocentem à pœna: sed eum tempore suo puniet, si æqualem, omnibusque numeris absolutam nõ egerit pœnitentiam. Potest verti: Et non solet absolvens absolueret: Subaudi impium, nisi pœnitentiā egerit. Et si non statim punit flagitiosum hominem, non tamen illum absoluit à supplicio: nam illud de eo tandem sumit. Ac si dicat: Nullus impius existimet se esse liberam sibi impunitatem assecutum ex Dei dissimulatione: nam differens non dimittit. Potest etiam transferri: Et nocentem non ostendet innocentem. Ac si dicat: Iustus est, & personam non accipit. cap. 10. Deut. ait Moses: *Deus magnus, potens, & terribilis personam non accipit.* Act. 10. Petrus apostolorum princeps: *In veritate, inquit, comperi, quia non est acceptor personarum Deus.* Et Paulus ad Rom. 2. *Non est acceptio personarum apud Deum.* Idem ait 2. ad Gal. & 6. ad Ephes. Est igitur sensus: Est quippe Deus patiens, sed ita vt nullum crimen relinquat impunitum, nec sit personarum acceptor.

m *Dominus in tempestate.* Subauditur veniet. Ostendit Dei iram, quam erat in Assyrios executurus. Sumitur tempestas pro furore, vt psalm. 49. *In circuitu eius tempestas valida.* Quemadmodum vox domini pro eius vi ac potentia, vt psalm. 28. *Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros Libani.* Vbi per cedros superbi principes significantur. Sequitur: Et in turbine vię eius. Eadem est sententia cum superiore. Ac si dicat: veniet in turbine. Turbo est ventus vehemens in orbē reuolutus. Fortasse per tempestatem & turbinem intelligitur Babyloniorū exercitus, qui Niniam deleuit. Sed quia Deus hoc ita voluit, dicitur ipse venisse, & hæc omnia fecisse. Potest tota hæc oratio ita verti: Dominus vię in tempestate & turbine. Vt sit sensus Dominus cum opus est, castigat vehementer: quis ei poterit resistere, cum eius vię sint in procella ac turbine?

n *Et nebula puluis pedum eius.* Hoc ait, quia viarum domini meminerat. Sensus est: Tanto impetu incedet Deus ad puniendos Assyrios, vt puluis pedibus eius excitatus densas nubes efficiat. Motus contra Niniuitas nubes calamitatum adducet: excitabit pulueris nebulas, quemadmodum excitare solet exercitus magnus, cū properat impetu magno, & horribili concursione concitatus. Est ea orationis exortatio, quam Gręci vocāt hyperbolem: ea vitur Nahum

Psal.

hum ad impetum & vim iræ diuinæ exprimendum & amplificandum. Eodem modo Dauid psalm. 17. *Præfulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando & carbones ignis. Intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam.* Et ipse Deus apud Esa 13. Cælum, inquit, turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum. Et Esa. 28. Ecce validus & fortis dominus, sicut impetus grandinis turbo confringens. Et 2. apud Aggæum: *Ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes.*

o *Increpans mare, & exsiccans illud.* Subaudi, verbo, aut nutu suo. Summam Dei potentiam declarat. Ac si dicat: Deus est ille, qui potest, si voluerit, increpare mare, & exsiccare illud. Ita cap. 9. Job. *Qui dicit Soli, ne oriatur, & non oritur.* Vt enim potest præcipere Soli, ne oriatur: sic potest immensum aquarum pelagus siccare, & diuidere. Id fecit Deus mari rubro, vt cap. 14. Exod. proditum est memoriæ. De illo loquens Dauid psalm. 135. *Qui diuisit, inquit, mare Rubrum in diuisiones.* Et psal. 115. *Increpuit mare Rubrum, & exsiccatum est. Et posuit flumina in desertum, exitus aquarum in sitim.* Et psal. 113. *Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* Et Esa 51. *Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis?*

p *Et omnia flumina ad desertum deducens.* Potest verti: Et omnes fluuios exsiccans, seu desertos efficiens. Quod in sensu idem est. Ac si dicat: Deus est, qui potest, quoties voluerit, omnia flumina exhaurire & siccare: quantum magis ergo Assyrios euertere? Hieronymus & Remigius in sensu allegorico ita hunc locum exponunt: Increpare dominum mare & exsiccare illud, est omnem amaritudinem & falsuginem infidelitatis sua potentia destruere: & arefacere flumina est falsam scientiam extollentem se contra veritatem penitus euertere.

q *Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos libani elanguit.* Hos tres montes nominatim profert, quia cum essent fertiles & fructuosi, effecti sunt quondam Deo ita volente steriles & aridi. Hoc accidit tempore Eliæ, quando ob pluuię penuriam etiam sæcundæ regiones aruerunt. *Non enim pluit tres annos cum dimidio.* Vide ca. 17. & 18. lib. 3. Reg. & 5. epistolę Iacobi apostoli. Hoc dixit Nahum, vt homines præsertim Assyrios à flagitiis deterreret. Nam si Deus potest excelsos & frugiferos montes infringere, euertere, & in sterilitatem redigere, quantum magis homines fragiles & imbecillos: Basan fuit regio Og quondam regis, syluis & nemoribus abundans: quæ cecidit in sortem dimidię tribus Manassis. Vide cap. 21. Numer. 3. Deut. & 2. Esa. & psal. 28. Carmelus mons est in Galilæa nõ procul à Hierosolyma in tribu Aser, admodum illustris propter eximium Carmelitarum ordinem religione florentem, & sapientia præstantem. Meminit huius montis diuina scriptura ca. 15. & 25. lib. 1. Reg. 18. posterioris Para. 33. Esa. 36. Iere. 1. Amos 7. Michæ. Libanus mons est in fine terræ sanctæ versus Aquilonem, cuius cedri sunt admirabilis proceritatis. De illo fit mentio cap. Deut. 1. Iudicum 3. Esa. 2. tertij lib. Regum 5. psalm. 28. & 148. Dicitur autem hoc loco flos Libani, quia florētissimus erat.

r *Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt.* Non solum tres memorati montes, sed alij solo Dei verbo contremiscunt: eiusque nutu colles instar niuium liquefcunt. Ostendit magnam Dei potentiam. Poteris per montes principes intelligere, per colles verò magnates: vt cap. Esa. 2. *Dies Dominus super omnes montes excelsos, & omnes colles eleuatos.* Et Hab. 3.

*Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi, incuruati sunt colles mundi.* Hoc est, vidit Deus gentes terram promissam occupantes, quas solo aspectu eiecit. Ac dissipati sunt reges illi idolorum cultores, & abiecti sunt magnates, & omnes qui dignitate, generique claritate alios anteibant. Et psalmo 104. *Tange montes, & fumigabunt.* Hoc est, afflige domine principes, & fumum se esse cognoscent. Vel vt fulmine percussi abeant in fumum, & pereant. Nam Deus ira sua nomine vultus significata perdere eos solet, qui superbia inflantur. Ita Dauidis illud intelligitur psal. 33. *Vultus Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Si verò maneat impiorum memoria, vana quidem est, & inanis. Regnū Babylonicum mons fuit excelsus: at quid de illo superest nisi nomen inane? Pharao mons magnus erat, sed puncto temporis fuit exercitu suo aquis maris obrutus, cum nihil tale cogitaret. Multi alij principes fuerunt ex illustris gloriæ altissimo gradu ad perpetuam ignominiam repente præcipitati. *Montes sicut cera,* inquit Dauid psalm. nonagesimo sexto: *fluxerunt à facie Domini, à facie domini omnis terra.* Cum Deus vult, corruunt principes, magni exercitus subito dissipantur, & viri fortissimi statim dissoluntur. Adeo infringit vires hominum, vt non possint extollere manus suas. Id quod nos habemus psalm. septuagesimo quinto. *Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis:* vertit Hieronymus: Non inuenerunt omnes viri exercitus manus suas. Hoc est, nihil viribus suis profecerunt: imò nec manus ad aliquid faciendum inuenerunt. Nomen chaïl, quod est in Hebræo, diuitias significat, & exercitum, & vires. Quidam vertunt: Non inuenerunt viri strenui manus suas. Pagnin. Non inuenerunt viri fortes vires in manibus suis. Flaminus: Non inuenerunt omnes viri fortes manus suas. Deus enim qui vires hominibus tribuit, eas aufert, cum vult. Hunc eundem sensum potest recipere litera editionis nostræ vulgatæ, tamen si communiter locus ille explanetur de diuitibus, qui ibi appellantur viri diuitiarum, quod non ipsæ sint eorum, sed illi ipsarum ob avaritiam & cupiditatem: qui existimantes esse perpetuò possessuros diuitias suas, nihil earum inueniunt in potestate sua, cum è vita excedere coguntur.

s *Contremuit terra à facie eius.* Hoc est, concussa est terra à conspectu Dei. Deus est, qui totum globum terre potest solo conspectu suo exagitare. Vel sumitur terra pro eius habitatoribus, vt sit metonymia, cum continens pro eo quod continetur, vsurpatur. Ita psalm. 75. *Terra tremuit, & quicuit, dum exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terra.* Ac si dicat: Terræ habitatores qui nobis minis & immani ferocitate terrorem afferbant, ipsi territi sunt, tantoque metu perculli, vt nec os aperirent, ne hiscere quidem auderent, cum Deus ærumnas nostras miseratus pœnas illis iustas constituit, nõsque de illis gloriosè triumphauimus. Et psal. 103. *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Et cap. 10. Iere. *Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius.* Cæterum hæc verba Nahum possunt verti ex Hebræo. Contremuit terra ob iram Dei, sumitur enim sæpe facies pro ira. Deus est, qui potest totum orbem terrarum cum habitatoribus suis concutere & perdere. Ideò addit: Et orbis, & omnes habitantes in eo. Hoc adiecit, vt hinc annotauit Theod. ne putaret aliquis Deum esse tantum Hebræorum Dominum, non autem nationum aliarum. De illo canit Dauid psal. vigesimo secundo. *Dominus est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniversi, qui habitant in eo.*



## OBSERVATIONES

ex Hebræo in

## CAPVT I.

1 Onus Niniæ. Pro onere est in Hebræo נשוא נומē derivatum à verbo נשא nasa, quod significat ferre & portare: eamque ob causam significat onus & pondus: quā significationem secutus est noster interpres. Id animo percipiens Aquila transtulit ἀγρῶ, hoc est iugum. Significat etiam verbum hoc assumere. Ea ratione ducti septuaginta interpretes verterunt ἀνεμῶν νινυ: hoc est assumptio Nineni. Appellatur autem vaticinatio assumptio duplici ratione: prior est, quod mens diuini vatis assumatur à Deo, vt diuino lumine illustretur: atque ad diuina oracula intelligenda & nuntianda rapiatur. Altera quod diuini vates id quod predicat, assumit à Deo. Non enim ex sensu suo, & proprio arbitrio, sed spiritu diuino permoti ac rapti verè propheta vaticinantur. Nam teste diuo Petro apostolorum principe in epistola sua posteriore: Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Qua de re vide Theophilactum in primum caput Habacuc, & in hunc locum. Harum rationum priorem affert hic Theodoretus. Itaque diuini vates spiritu sancto agitati & rapti ventura prouidebant. Et hunc mentis raptum appellabant Septuaginta assumptionem: acsi dicat Nahum: Assumpta ac raptà à Dei spiritu mens mea prouidit, quæ sunt Nina euertura. Ideo ait: Assumptio Nineni. Potest hoc hanc etiam habere intelligentiam: Assumpti argumentum à ciuitate Nina siue Niniue: utroque enim modo appellatur: de qua sum vaticinaturus. Preterea nomine oneris calamitas & mæror significatur. Hæc sunt onera, de quibus ait apostolus ad Galatas sexto: Alter alterius onera portate. Huiusmodi oneribus pressos vocat Christus, cum ait apud Matthæum 11. Venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ad hoc nos hortatur David Psal. 54. cum ait: Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Vel vt potest etiam transferri ex Hebræo: Iacta super Deum onus tuum, & ipse te subleuabit.

2 Irascens ipse inimicis suis. Septuaginta habent: ἐξαιγῶν ἀντὶ τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ. Id est, tollens ipse inimicos suos. Hoc est destruens & delens illos. Pagninus vertit: iram reseruans inimicis suis. Quæ omnia in eandem sententiam recurrunt. Pro irascens est in Hebræo verbum נשוא natar, quod significat reseruare, custodire, & irasci. Si verbum è verbo reddas, poteris vertere ex Hebræo: Reseruans ipse inimicis suis: nimirum vltionem. Relinquit Deus, aliquando inimicos suos, vt de illis tempore oportuno sumat vltionem. Eodem verbo vtitur Iere. cap. 3. pro quo Latinus noster interpres vt hoc Nahum loco transtulit irasci, dicens: Nunquid irasceris in perpetuum? Potest tamen verti: Nunquid reseruabis perpetuò? Subaudi, iram tuam. Ab hoc verbo est: נשוא, pro quo nos habemus custodes, cap. 8. Canticorum: Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus. Quæ verba ita etiam transferri possunt: Vinea fuit Salomoni in Baalhamon, quam tradidit custodibus. Est quippe Baalhamon locus prope Hierosolymam, qui sonat: In eo qui habet populos. Vel in planicie populorum. Hæc vinea est ecclesia catholica, quam verus ac cælestis Salomon rex pacificus Christus Deus noster ex multitudine populorum congregauit, & apostolis suis tanquam custodibus, ceterisque pontificibus & doctoribus commisit. Et paulò post ait Deus: Vinea mea coram me est. Acsi dicat: Eam diligo, & coram oculis meis habeo. Hæc est vi-

nea, in quam Christus conduxit operarios & conuentio-  
ne facta misit eos in illam. Deus obligat se nobis conuen-  
tione, nos autem nolumus ei obligari. Magna profectò mi-  
sericordia eius, & magna perfidia nostra. Intelligi autem  
per vineam ecclesiam catholicam asserit Origenes homi-  
lia 17. in Genesim, Arnobius in psalm. 79. Hieronymus in  
cap. 15. & 19. Ezechielis, Ambrosius in cap. 10. Lucæ,  
Augustinus in psal. 127. Gregorius in caput primum, & se-  
cundum Canticorum, Georgius Venetus cantico primo, 19-  
mo septimo Harmonie mundi, & alij, qui in studia diuina-  
rum literarum toto pectore incubuerunt. Aspicias igitur  
verbum hoc natar significare custodire, & iram reserua-  
re, & irasci.

3 Dominus patiens. In Hebræo est: Dominus נשוא  
נשוא erec appajm, hoc est tardus ad iras. His duobus  
vocalibus vtitur David psalm. 85. pro quibus editio vul-  
gata vnum habet duntaxat, nimirum, patiens, quemad-  
modum hoc loco Nahum. Ita enim habet: Patiens, & mul-  
tae misericordiae & verax. Quod potest ita transferri:  
Tardus ad iras, & multa misericordiae & veritatis. נשוא  
enim significat faciem & iram, quod in facie conspicia-  
tur. נשוא vero significat latum esse, differre, & retarda-  
re: vt capite Prou. 19. Doctus vir differt iram suam.  
Pro quo nos habemus, & rectè quidem: Doctrina viri per  
patientiam noscitur. Itaque hoc loco Nahum pro patiente  
sunt in Hebræo duo vocabula: in Græco autem vnum, sed  
idem significans, nimirum μακροθυμος, hoc est a quo & per-  
seuerante animo ferens. Pro quo in translatione Pagnini  
est, longanimis. Et quoniam vocabulum נשוא significat et-  
iam nasum, vertunt nonnulli: Deus latis naribus. Hoc  
est patiens: nam hi qui angustis naribus sunt, impatientes  
vocantur.

4 Et mundans non faciet innocentem. In Hebræo  
est: נשוא לא יצדיק נשוא ve naccehlo ie nacceh. Verbum est  
נשוא nacah, quod significat mundare, purgare, expiare,  
innocentem esse ostendere, & impunitatem dare. Et po-  
nitur in vtraque parte. Quare rectè transtulit noster in-  
terpres. Potest verti: Et mundans non mundat: vt sit sen-  
sus. Eos expiat, qui respiciunt, & penitentiam agunt, nõ  
respicientes autem non expiat. Huic explanationi fauet  
paraphrasis Chaldaica ita habens: Parcit eis, qui conuer-  
tuntur, eis autem qui non conuertuntur, non parcit. Hoc  
verbo vtitur David psalmo 50. pro quo Latinus noster in-  
terpres habet, mundabor: Et emundabor à delicto maximo:  
hoc est à superbia. Vt enim animi submissio est virtutum  
fundamentum: sic superbia vitiorum. Est enim hæc dete-  
stabilis radix, ex qua quam plurima pululāt flagitia, quæ  
semina virtutum nostris animis innata adolescere non si-  
nuunt. Potest etiam hic Nahum locus verti: Et purgans nõ  
dabit impunitatem: Seu, Et expians non relinquet impu-  
nitum. Eam ob causam verba illa cap. Prou. 11. Manus in  
manu non erit innocens malus: possunt verti: Manus  
in manu non erit impunitus improbus. Manus in ma-  
nu idem est quod statim. Acsi dicat Salomon: Ad iudicem  
pertinet, nec sceleratus homo maneat impunitus, sed sta-  
tim puniatur. Vel per manum in manu hominem intelligit  
otiosum, ignauiæ & desidia deditum: vt sit sensus: Impius  
otiosus non erit impunitus. Vel non erit perpurgatus:  
Paraphrasis tamen Chaldaica multò aliter traduxit: ita  
enim habet: Qui extendit manum contra socium suum, nõ  
erit mundus à malo. Vtitur hoc verbo Ioel capit. 3. indu-  
cens Christum dominum ita loquentem: Mundabo san-  
guinem eorum, quos non mundaueram. Hoc est, in  
primo meo aduentu expiabo & purgabo sanguine meo, &  
nouæ legis sacramentis sanguinem, hoc est peccata homi-  
num, quæ antea non abstergebam: nam nec legis veteris  
cerimonia, nec sacrificia gratiam ex opere operato conse-  
rebant. Hæc eadem verba Nahum Hebræa inuenies cap.  
Exodi

Mat. 10.

2. Pet. 1.

R.

P.

Gene. 19.

Cant. 8.

Exodi 34. pro quibus vulgata editio habet: Nullusque apud te per se innocens est. Sed quia verbum hoc significat etiam dissipare, poterat recte traduci locus hic: Et dissipatis non dissipabit. Ac si dicat: Adeo pius & misericors est Deus, ut dissipans non dissipet omnino: castigat enim filios suos sepe numero, non ut penitus eos perdat, sed ut illos a virtute abducatur, & ad seipsum conuertat. Id animo perspicies diuus Paulus cap. 11. epist. ad Hebræos: Quem (inquit) diligit dominus castigat. Et Christus apud Ioannem capit. Apoc. 3. Ego quos amo, arguo, & castigo. Ha sunt huius loci explanationes, si literam Hebraeam respiciamus. At septuaginta interpretes habent: ἀθώπυς ἢ ἀθώπυσα. Hoc est innocentem non innocentem faciet: ut sit sensus: Deus enim qui est innocens, aliquando non ostendit innocentem: punit enim eum, ac si noxius esset: quo fit, ut a populo impius reputetur. Magna sunt Dei iudicia, nobisque minime perspecta & explorata. Ita illud intelligunt magni viri, quod est capiti Sapientie 12. mandatum: Ipsum quoque qui non debet puniri, condemnas: & exterum existimas a tua virtute: Id est, permittis domine Deus, ut iustus damnetur iudicio mundi, existimeturque a virtute tua alienus. Sed locus hic potest ita verti ex Greco: Ipsum quoque qui non debet puniri condemnasse, exterum existimas a tua virtute. Ita namque habet litera Græca: & ita arbitrator transiulisse Latinum nostrum interpretem: sed vitio librariorum effectum esse, ut pro condemnasse scriptum sit: condemnas &c. Sensus tamē qui lect. oni vulgata tribuitur, verus est, similis huic, qui ex verbis septuaginta interpretum hoc loco Nahum depromitur. At interpres Theodoretus Gillius Albinensis nobiscum legit: Mundans non faciet innocentem. Isidorus Brixiensis habet: Nocentem non faciet innocentem. Pagninus: Impune iudicando impune non iudicabit impios. Alij: Neutiquam impunita scelera dimittet. Ex omnibus his lectionibus nulla est magis secundum veritatem Hebraicam, quam ea quæ exprimit editio nostra vulgata.

5 Dominus in tempestate & turbine viæ eius. Septuaginta habent: Dominus in consummatione & commotione viæ eius. Sumitur consummatio pro fine & interitu, commotio autem pro impetu & furore. Sensus est: Ne cadatis animo ò Hebrai à Ninivitis afflicti: nam Deus aduersus illos veniet eos consumendo, ac vi & impetu severitatis suæ denudando.

6 Contremuit terra à facie eius. Aquila pro contremuit vertit ἐπέσει, hoc est horruit Symmachus ἐκείνου, id est nota est. Potest recte traduci: Flagrauit terra à conspectu eius. Quod accidit Sodoma & Gomorra, quæ verbis iubente Deo igne & sulphure flagrarunt. Verbum Hebraicum quo hic vertitur Nahum, est נָפַח, nasa, quo significat le-

uare & extollere, & incendere, & flagrare, & combure-re. Quare poterat verti locus hic: Eleuata est terra à facie eius. Sed quia eleuatio hæc fuit tremor, recte transtulit interpres noster: Contremuit terra. Significat enim verbum hoc dopare. Quamobrem illud psal. 24. Ad te domine leuavi animam meam: potest verti: Tibi domine donavi animam meam. Vel coram te domine tremuit anima mea. Vel ad te domine flagrauit anima mea. Significat quoque ferre & sustinere, ut capite Esaiæ 53. Verè languores nostros imple tulit. Quod potest etiam traduci: Verè languores nostros ipse combussit: nimirum amoris igne, quo ipse seruator noster nos dilexit. Aqua enim afflictionum non potuerunt extinguere charitatem, qua pro nobis pendens patibulo flagrauit. Hac ratione ductus vertit Pagninus hunc Nahum locum: Exulta est terra à facie eius.

7 Indignatio eius effusa est ut ignis. Pro effusa est, in Hebræo est verbum נָחַת nathac, quod significat fundere, conflare, liquefacere, stillare. Potest esse sensus: Ira Dei liquefaciet Ninivitas, ut ignis ceram. Vel ira eius effundetur veluti ignis fulgurum, qui repente à summo ad imum funditur & currit. Ita cap. 2. eiusdem Nahum: Quasi fulgura discurrentia. Et psalm. decimo septimo: Misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Eodem verbo pro stillare vertitur diuina scriptura capit. 34. libri secundo Paralipomenon, cum ait: Magnus furor domini stillauit super nos. Quod poterat etiam verti: Effusus est, vel conflatu est super nos. Et paulò post: Idcirco stillabit furor meus super locum istum. Et capite nono Daniel. Stillauit super nos maledictio & derelictio. Pro conflare sumitur capite Ierem. quadragesimo secundo. Conflabitur indignatio mea super vos. Id intuens Aquila vertit hunc Nahum locum: indignatio eius conflatu est. Symmachus & Theodotus: Stillauit. Ac si dicat: iratus est Deus: sed indignatio eius non tota simul prorumpet, quia misericors est, sed paulatim stillabit. Præterea significat verbum hoc mulgere, ut capite decimo Iob: Nonne sicut lac mulsiisti me? Pro quo paraphrasis Chaldaica habet: Nonne sicut lac fudisti me? Alij transferunt: Liquefecisti me. Ac si dicat: Tu me Deus ex liquido lacte formasti. Pro liquefacere sumitur hoc Nahum loco à septuaginta interpretibus, qui ita transtulerunt: ὁ θυμὸς αὐτῶν ἴκει ἀπὸ γὰς. Hoc est indignatio eius liquefacit seu consumit principatus. Sequitur: Et petrae dissolutæ sunt ab eo: siue fractæ & contritæ sunt. Ira enim Dei imperia, & principatus qui rupium putantur habere robur, conterit & infringit: eosque liquefacit, atque instar cere iuxta magnum ignem consumit.

Gen. 19.

<sup>a</sup> Ante faciem indignationis eius quis stabit? <sup>b</sup> & quis resistet in ira furoris eius? <sup>c</sup> Indignatio eius effusa est ut ignis, & <sup>d</sup> petrae dissolutæ sunt ab eo. <sup>e</sup> Bonus Dominus <sup>f</sup> & confortans in die tribulationis: <sup>g</sup> & sciens sperantes in se. <sup>h</sup> Et in diluuiio prætereunte cōsummationem faciet loci eius: <sup>i</sup> & inimicos eius persequentur tenebræ. <sup>k</sup> Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non confurget duplex tribulatio. Quam sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium: Consumuntur quasi stipula ariditate plena. <sup>m</sup> Ex te enim exhibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. <sup>n</sup> Hæc dicit dominus: <sup>o</sup> Si perfecti fuerint, & ira plures, sic quoque attondentur: <sup>p</sup> & pertransibit: <sup>q</sup> affluxi te, & non affligam te ultra. <sup>r</sup> Et nunc <sup>s</sup> conteram virgam eius de dorso tuo: & vincula tua dirumpam. <sup>t</sup> Et præcipiet super te dominus. <sup>u</sup> Non feminabitur ex nomine tuo amplius: <sup>v</sup> de domo Dei tui interficiam sculptile & conflatile: ponam sepulchrum tuum: quia inhonoratus es. <sup>w</sup> Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem, <sup>x</sup> celebra Iudah festiuitates tuas, <sup>y</sup> & redde vota tua: <sup>z</sup> quia non adiiciet ultra, ut pertranseat in te Belial, vniuersus interiit.

<sup>a</sup> Ante faciem indignationis eius quis stabit? Sensus est: Cum ita se res habeat, qui stare poterit corâ Deo

irato? Eodem modo Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Et Iob

Iob 9. *Deus cuius ira resistere nemo potest.* Et psal. 75. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Monemur hoc loco diuinæ iustitiæ seueritatem timere, & flagitia omnia euitare, quæ Deus non est impunita relicturus. Tu autem perpende. Si Deus scyniphibus minutissimis bestiis, sed molestis afflixit ac perturbauit Aegyptum, ita ut nec rex, nec populus posset illis resistere, quid fiet in fine mundi, quando omnes creaturæ in nos irruerint & impetum fecerint? quando ipse Deus steterit aduersus nos? De illo scriptum est Sap. 3. *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Et paulo post: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra infensatos.* Hoc est, mundus ex parte Dei impios debellauit.

b *Et quis resistet in ira furoris eius?* Repetitio est sententiæ superioris, sed verbis aliis.

c *Indignatio eius effusa est, ut ignis.* Id est, indignatio eius quæ est ut ignis, effusa est. Comparat Dei iram cum igne, quo scilicet inimicos suos comburit, & perdit. Ostendit magnam Dei potentiam, eiusque iustitiæ seueritatem. Ita Threnor. 2. *Effudit quasi ignem indignationem suam.*

d *Petræ dissoluta sunt ab eo.* Lapides ac rupes ab ipso Deo solo verbo franguntur. Perpende quot modis diuinus noster vates homines terreat deum offendentes, ut veram poenitentiam agant: ne ab ipso qui potentissimus est, & iustissimus, grauissimè puniantur. De ipso Deo scriptum est c. 19. lib. 3. Reg. *Ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum.* Poteris per petras intelligere improborum hominum corda. Ait enim dominus Iesus in euangelio de doctrina sua loquens nomine seminis significata: Aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Petra est dura, frigida, impenetrabilis, inflexibilis, & deorsum propensa: qua omnia cordi obstinato conueniunt. Indurauerunt cor suum super petram, ait Ieremias 5. Et dauid psalmo 94. *Nolite obdurare corda vestra.* Et Iob 4. *Cor eius indurabitur quasi lapis.* Sed multi sunt ipsis lapidibus imò adamantibus indomitius duriores: nam adamas mollitur & lenitur sanguine hirci, cor autem impij obstinati nec sanguine agni cœlestis mitigatur. Hæc omnia dirigit Nahum ad omnes mortales, præsertim ad Assyrios homines effrenatos, sibi que præsidentes tetrisque contaminatos flagitiis, de quorum pernicie vaticinatur. Et quamuis hæc dicantur generaliter, fortasse tamen omnia in Ninæ euerfione acciderunt. De illius vastitate & exitio poteris videre Iustinum libro primo. Diodorum Siculum libro tertio. Orosium libro primo, & 2. Herodotum libro 1. Eusebium Cæsariensem in annalibus, ubi ait ciuitatem Ninum fuisse captam regnante in Iudæa Iosia, & euerfam regnante filio eius Ioacimo.

e *Bonus Dominus & confortans.* Sensus est: et si Deus iram suam in homines impios exercet, tamen pios consolatione permulcet. Clemens est & mitis, dolorem ac luctum abstergens, qui suos ad seipsum in calamitatibus confugientes mirabiliter cōsolatur. Hoc videtur dictum esse præcipue propter Ezechiam, qui timens Assyriorum exercitum cinctus periculis diuinam implorauit misericordiam: & fuit consolatione affectus, ac diuinitus liberatus. Vide cap. 18. & 19. libro 4. Regum, & 37. Esaiæ, & primi Machab. 7. Bonus hoc loco idem est quod benignus. Id quod ostendunt septuaginta interpretes, qui habent: *Suauius dominus.* In hanc sumitur significationem Psalmo 72. *Quam bonus Deus Israelis, qui recto sunt corde.* Et 117. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculis misericordia eius.* Tu interim alta mente considera, quemadmodum deus coniungat cum iustitia miseri-

cordiam, quod vtramque mirabiliter diligat. Id animo percipiens dauid: *Quoniam, inquit Psal. 83. Misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus.* Vbi nomine veritatis iustitia significatur. Poteris per vtrâque intelligere clementiam: nã D. Hieronymus vertit locum illum ex Hebræo: *Quia sol & scutum Dominus Deus.* Similiter Pagninus, & Flaminus, & alij. Est enim Deus sol sempiternus, mentes piorum suo iucundo & salutari splendore exhilarans & nutriens, errorumque tenebras expellens. Estque firmissimus clypeus, quo, virorum virtute præstantium vita protecta nec violentis rerum aduersarum ictibus à statu dignitatis deiicitur, nec vllis pestilentibus oppugnationibus infringitur & labefactatur. Itaque Deus est suorum illuminator & protector. Sed rectè verterunt septuaginta interpretes, per solem nobis misericordiam designantes, iuxta illud saluatoris nostri in euangelio authore Luca capite sexto: *Estote misericordes, sicut pater vester misericors est, qui solem suum omni facit super bonos & malos.* Scuto autem quid aptius significatur, quàm veritas Dei inuicta, de qua diuinus ac regius vates Psalmo nonagesimo: *Scuto, inquit, circumdabit te veritas eius.* Sumi autem veritatem Dei pro iustitia indicat Apost. cap. 1. epist. ad Romanos, ubi veritatem opponit iniustitiæ, cum ait: *Qui veritatem Dei iustitia detinent.* Et Dauid Psal. vigesimoquarto: *Vniuersæ viæ domini Misericordia & veritas.* Et Salomon Proverb. vigesimo: *Misericordia & veritas custodiunt regem.* Imò omnis iudex debet misericordiam cum iustitia copulare.

f *Et confortans in die tribulationis.* Permittit Deus electos suos angere calamitate: sed non eos omnino derelinquit: quin potius eis dolorem leuat, & consolationem adhibet. Ut linum euellitur ex terra, & in aquam immittitur, & postea concutitur, multaque perfert tormenta, quousque ex illo excellens vestis conficiatur: sic verus Christianus extrahendus est à terra, ab amore rerum humanarum separandus, & in piis lachrymarum aquas immittendus, donec per multas calamitatum angustias æquo animo toleratas efficiatur eximia quædam ac pura vestis, cuius exemplo alij induantur. Cæterum pro confortatus in die tribulationis, poteris vertere: Fortitudo suis in tempore calamitatis. Illis enim solet fortiter opem ferre, qui in acerbis ærumnis versati cœlum suspiciunt ad diuinum numen piis lachrymas ardētēscas preces profundētes, eiusque misericordiam toto animo implorantes.

g *Sciens sperantes in se.* Hoc est, approbans, & scientia approbationis & benevolentia eos cognoscens, qui in ipso spem suam figunt, ac locant. Eodem modo sumitur cap. Exod. 33. *Inuenisti gratiam coram me: & te ipsum noui ex nomine.* Et Psal. 1. *Nouit dominus viam iustorum.* Et secundo capite posterioris ad Timotheum: *Nouit dominus, qui sunt eius.* Et Ioannes 10. *Cognosco meas, & cognoscunt me mea.* Huiusmodi scientia nouit Deus expectantes ipsum: quorum quidam dicebat: *Expectans expectaui dominum, & inuenit mihi: & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseria, & de luto fecit.* Quibus verbis significat æquo animo tulisse dilationem præsidij, quod magno desiderio præstolabatur: & eleganter describit vim ac multitudinem calamitatum, in quibus versatus fuerat.

h *In diluuiio prætereunte consummationem faciet loci eius.* Id est, adueniente exercitu Babylonico consummet Deus, & destruet locum ipsius ciuitatis Ninuiticæ. Comparat magnum Babyloniorum exercitum eluuiōni prætereunti, omnia exturbanti. Ad fidem: Impetu illius exercitus perdet Deus Ninuem, eamque

Mat. 13.  
Marc. 4.  
Luc. 8.

similiter

similiter

Psal. 139.

Mat.  
c. 2

que

que cum habitatoribus suis penitus delebit. Eodem modo de exercitu Sennacheribi ait Esaias capite 8. *Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas.* Poteris diluuium acerbam illam vehementemque calamitatem intelligere: vt sit sensus: In magna illa & generali afflictione quam rex Assyrius illaturus est aliis ita eum Deus euertet & consumet, vt locus eius postea nō inueniatur. Nam ob causam vocat illam diluuium præteriens, non permanens, quin etiam si viros iustos attingat, eos tamen non omnino perdit. Id intelligens Dauid: *Veruntamen, inquit Psal. 31. in diluuium aquarum multarum ad eum non approxima- bunt.* Aci dicat: Aquæ arumnarum in eam eluui- one non ita appropinquabunt ad virum iustum, vt cū lædant: incolumis enim euadet, cū magna aliqua procella, & molestiarum eluuiō extiterit. Videtur di- uinus vates alludere ad eluuiōnem tempore Noë, qua impij fuerunt obruti, iusti autem seruari. Eodē modo Esa. 28. *Flagellum inundans cū transferit, non veniet super nos.* Fortasse hoc ait Nahū, quia in euer- sione vr̄bis Ninuiticæ fluius Euphrates creuit, eā- que obruit ex quadam parte, vt Diodorus Siculus testatur. Visa autem illa inundatione rex Assyrius mandauit se fugæ, quoniam habebat oraculum, tunc esse vr̄bem illam euertendam, cū fluminis impetus eam ex parte aliqua deleret. Oraculum autem erat fortasse hæc Nahū vaticinatio. Tunc hostes irruerūt in Ninuitas, totamque vr̄bem spoliauerunt & vastauerunt. Diluuium in diuinis literis significat calami- tatem, corruptionem vitiorum, & baptismum. Qua de re vide Gregorium duodecimo moralium capite duodecim: Basilium in Psalmum 28. Arnobium in Psalm. 31. Tertullianum de baptismo, Philonem de profugis.

*i Inimicos eius persequuntur tenebræ.* Hostes Dei erūt cæca caligine cooperti. Efficiet Deus, vt tenebræ ini- micos suos insequantur. Aci dicat: Acerbis detrimē- tis & calamitatibus afficiet Deus hostes suos. Perdet & destruet Ninam cum ciuibus suis, quos ad exitium & vastitatem vocabit. Tenebris omnia aduersa & infelicia significantur. Capite Iob 17. *Rursum post te- nebras spero lucem.* Quinto Esaiæ: *Aspiciemus in terrā, & ecce tenebræ tribulationis.* Hoc est, quæremus auxi- lium & leuamen, sed nihil præter molestias & mœ- rores aspiciemus. Et Thren. 3. *Abduxit in tenebras, & non in lucem.* Poteris per tenebras flagitia intelligen- re, quæ impium hominem ad eodē perturbant, vt seipsū non cognoscat. Nec se poterit perfectè videre, nisi vitia reliquerit, labesque animi per pœnitentiam ex- piauerit. Vt qui se vult in speculo contaminato per- spicere, oportet speculum ipsum tergere: sic qui se vult agnoscere, oportet cor suum perpurgare. Ac ita se: imò Deum poterit videre. Nam vt Christus Deus noster ait apud Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Non autem puri sunt corde, quā diu illud in tenebris habent coopertum. Sumi autem tenebras pro flagitiis, indicat locus ille Psal. 106. *Se- dentes in tenebris, & in vmbra mortis.* Et Ioannes ter- tio: *Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucē.* Et quoniam impij tenebras eligūt, tenebræ eos per- sequuntur: & in tenebras exteriores, hoc est in æter- nam inferorum caliginem mittentur, *vbi erat fletus, & stridor dentium,* vt in Euangelio Christus dominus testatur.

*k Quid cogitatis contra dominum?* Alloquitur Ninu- itas, quos superiore ver su inimicos Dei vocauerat. Sensus est: *Quid machinamini aduersus Deum? Quid excogitatis, vt possitis ab eius euadere ultione, cui nemo potest resistere? Nihil vobis proderit tale consi- lium.* Ita Esaias 8. *Inite consilium, & dissipabitur: lo- quimini verbum & non fiet.*

*l Consummationem ipse faciet & non consurget duplex tribulatio.* Id est, vos cōsummet & perdet statim. Deus illaturus est vobis confestim extrema supplicia: pri- ma oppugnatio vos ita euertet, vt altera nō sit opus. vna afflictione consumet vos omnino. Hoc ita eue- nit: nam Ninuicæ facillè fuerunt à Babylonis expu- gnati & interfecti. Existimant nonnulli, vt Hierony- mus & Remigius referunt, vaticinatum fuisse hoc lo- co Nahum de inexpectata strage & repentina pœni- cie exercitus Assyriorum, quando nocte vna Dei an- gelus ex illis interfecit centū octoginta quinque mil- lia, vt cap. 19. lib. 4. Reg. & 37. *Esaiæ litera diuina te- stantur.* Hæc verba: *Non consurget duplex tribulatio:* possunt referri ad Hebræos iuxta Theophilaeti sen- tentiam: vt sit sensus: Vnum exitium nimirum decem tribuum permisit Deus, cū fuerunt per regem As- syriorum Salmanasarum in eorum seruitutem con- iecti: sed alterum non permittet, nempe vt duæ reli- quæ tribus in eorum ditionem per regem Sennache- ribum redigantur: nam eius exercitus vna nocte cō- sumet. Itaque faciet Deus consummationem, hoc est consumet exercitum Assyriorum, vt non consurgat Hebræorum populo altera calamitas. Septuaginta habent: *Non vindicabit bis in id ipsum in tribulatio- ne.* Quod eandem habere potest intelligentiam. Vel sensus est: Pro vno eodēque crimine satis punito, & iuste atque æquè multato nō infligitur à Deo al- tera pœna. Qui veram agit & perfectam pœnitentiā, à Deo non punitur. Vnde Gregorius Emislenis: in homilia de pœnitentia Ninuitarum ait: *Ipse domi- nus loquitur: Non iudicabo bis id ipsum.* Id est, quod tu in te seuerus agnoscis, ergo propitius ignoscam. Quod tu tristis accusas, ego lætus absolnam: quod tu recordaris in publicum, ego obliuiscar in æternum. Et quia per pœnitentiam tuam præuenisti sententiā meam, recōdam gladium meum, ac me tibi ad remun- erationum tēpora referuabo. Id verò quod ait hoc loco Hieronymus fuisse multos temporaliter à Deo puuitos ne punirentur in æternum, de illis tātum in- telligitur, qui inter ipsa flagella pœnitentiam ege- runt: vt ait Gratianus de pœnitentia distinctione ter- cia, cap. Sunt plures. Hæc septuaginta interpretum verba citantur in canonibus apostolorum cap. 25. suntque in sacros canones relata distinctione octogesima pri- ma, cap. Presbyter.

*m Sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum.* Sensus est: Sicut spinæ simul colligatæ in ignem proiectæ statim comburūtur: sic Assyrij pariter coniuuæ nihil de pœnicie sua cogitantes, post com- parationem à Babyloniis obsessi in vr̄be Nina expu- gnabuntur: & in ignem calamitatem missi instar sti- pulæ aridæ consumuntur. Erunt Ninuicæ similes spi- nis colligatis in fasciculo in ignem coniecto. Quæ ad- modum spinæ solent pungere: sic Assyrij affligebant Iudæos: sed vt ipsæ constrictæ veluti sicca palea simul incendio absumuntur: sic ferè omnes illi in vr̄be cō- elusi simul facillè interficiunt, penitusque dissipabun- tur.

Vide quàm citò impiorum potentia fuerit con- sumpta, & stipulæ aridæ incensæ comparata. Eodem modo Esa. cap. 1. *Erit, inquit, fortitudo vestra vt fauil- la stipula, & opus vestrum, quasi scintilla: & succendetur vtrumque & non erit qui extinguat.*

*n Ex te enim exhibit cogitans cōtra dominum malitiam.* Alloquitur ciuitatē Ninam. Sensus est: Eam ob cau- sam ò Nina euertetur, quia ex te exhibit Sennacheri- bus cum exercitu magno & crudeli ad delendā Hierosolymam, struens machinas, & consilia iniens ad- uersus Deum, cogitans de eius sanctæ ciuitatis exitio. At Hierosolyma mansit incolumis, ipse autem per summam ignominiam ex illustri gloriæ excelso gra- du

4. Reg. 18. du fuit præcipitatus. Nam ipse Sennacheribus fidebat armis corporeis, sed pius Ezechias Hierosolymæ rex ad spiritualia arma confugit: hoc est ad preces ad Deum fundendas, quibus impium Sennacheribum repulit ab obsidione, & Assyrios percussit. Hæc sunt arma, quibus viri pii & iusti omnia mala propellunt.

Gen. 48. Id quod cap. 48. Genesis dixit Iacob filio suo Iosepho: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi & gladio & arcu meo.* vertit Onchelus Chaldæus: *Quam tuli de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatione mea.* Non enim legitur aliquando Iacob gladio, & arcu in præliis usum fuisse: sed forsitan arma eius fortia contra omnia aduersa pia ardentisque preces extiterunt. Cyprianus in epistola prima ad Cornelium: *Incumbamus, inquit, gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris: hæc enim sunt nobis arma cœlestia, quæ stare & perseverare firmiter faciunt: hæc sunt tela diuina, quæ protegent.* Hactenus ille. Ad hæc arma confugit rex Ezechias, quæ Sennacheribus neglexerat. Lege ca. 18. & 19. libr. 4. Reg. ubi videbis piæ preces Ezechie, & impias execrationes Sennacheribi, quas ipse per Rablacem ducem suum in Deum proferebat, cum Hierosolymam oppugnabat. Volebat civitatē evertere, & populum à lege veri Dei separare. Ideo sequitur: *Mente pertractans prævaricationē.* Quare merito fuit subito eversus, eiusque exercitus occisus. Hanc repentinam perniciem impiorum explicant nonnulli de tempore ultimo: de quo ait apostolus c. 5. prioris ad Thessalonicenses: *Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint: pax & securitas, tunc repentinus eius superveniet interitus.* Et saluator noster apud Matth. 25. *Sicut in diebus Noë ante diluivium erant comedentes & bibentes: nubentes, & nuptui tradentes: & non cognoverunt, donec venit diluivium, & tulit omnes: sic erit adventus filij hominis.* Sed meo quidem iudicio in sensu literali hoc intelligitur de subita Assyriorum strage in vrbe Niniue seu Nina: utroque enim nomine, ut diximus, ut vocatur. Aiunt Nabuchodonosorem civitatem illam expugnasse, & in prelio illo infinitam Niniuitarum multitudinem occidisse. Potest etiam intelligi de horribili clade exercitus Assyriorum in castris. Nam ubi Sennacheribus splendidum convivium suis paravit, cubitumque discessit, nocte illa venit angelus domini, & percussit in castris eius centum octoginta quinque milia hominum, ut proditum est memoriæ libro quarto Regum. Vidēs autem hoc Sennacheribus contulit se in fugam, & cum in patria sua coleret vanum commentitiumque Deum suum, fuit à filiis suis crudeliter interfectus. Ditissimus rex erat: sed cupiditate incensus, quantum maioribus opibus circumfluebat, tantò eas ardentius desiderabat, ut ignis quantum plura ligna recipit, tantò maiores flammās emittit: sic dives avarus & tenax quātò amplioribus divitiis abundat, tantò ardentiore desiderio illarum inflammatur. Ac ut Iuvenalis ait: *Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit.* Nunquam satiatur cupiditatis sitis. Id voluerunt poëtæ significare, cum fictis fabulis memoriæ prodiderunt, Tantalum mento summam aquam attingentem eam maximè cupere, & in medio aquarum siti laborare. Imò solent aliquando ditiores egerere & esurire: iuxta illud psalmi 33. *Divites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.* Quare perspicuum est ditiarum affluentiam non esse in bonis numerandam: præsertim cum sciamus Sennacheribum ditissimum principem cum multis aliis ei similibus tam infelici sine vitam terminasse. Quod illis non eveniret, si fuissent sapientia præditi: princeps enim sine sapientia est oculus sine aspectu, sol sine lumine, navis sine gubernaculo, præco sine voce, avis sine plu-

ma pastor sine pera, caput sine oculis, cœlum sine sideribus omni lumine destitutum.

o *Hæc dicit dominus.* Phrasis est diuinorum vatum, quibus suarum vaticinationum firmitudinem & auctoritatem ostendunt. Nam ut diuus ait Petrus cap. 1. posterioris epistolæ suæ: *Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Ac si dicat: non vaticinantur propheta ex proprio arbitrio & sensu, sed spiritu diuino permoti, rapti, incitati, illuminati, & impulsivi. Vnde colliges eos in errorem incidere, qui aiunt veros diuinos vates instar fistularum sonum reddentium quem non intelligunt, vaticinationes suas protulisse. Est enim prophetia à spiritu sancto intelligenti diuinorum vatum communicata: quam obrem videntes appellantur. Vt autem testificentur certissima esse, quæ prædicunt, aiunt ea dicere dominum, qui verax est: nam cap. Num. 23. scriptum legimus: *Non est Deus ut homo, ut mentiatur.*

p *Si perfecti fuerint, & ita plures, sic quòque attondentur.* Hoc est, etsi Assyrij hostes tui o Hierosolyma, perfecti sint robore, fortitudine, & arte militari: atque optimè instructi, & quàm plurimi numero, tamè non te expugnabunt: nam nocte vna ab angelo attondentur, & trucidabuntur. Quātò plures fuerint, tantò plures peribunt. Vocavit Nahum eorum cædem & stragem attontionem. Esaiam imitatus, qui dixerat capite septimo: *In die illa radet dominus nouacula conducta in rege Assyriorum caput & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Vbi per nouaculam conductam, hoc est optimam, intelligitur diuina potentia, quæ ex Assyriis occidit caput, hoc est regem in civitate, & pilos barbæ in castris, hoc est magnates & nobiles, & pilos pedum, hoc est obscuro loco natos.

q *Et pertransibit.* Subauditur Sennacheribus, Vident enim exercitum trucidatum reuersus est in patriam suam, ubi fuit à propriis filiis, à visceribus suis interfectus. Vel sic: *Et pertransibit, hoc est peribit potentia eius.*

r *Afflixit te, & non affligam te ultra.* Alloquitur Deus Ezechiam Hierosolymæ regem ab Assyriorum rege vexatum. Vel populum Iudaicum Hierosolymæ conclusum: qui non fuit posteam ab Assyriis afflictus, licet fuerit à Babyloniis oppressus: ut cap. vlt. lib. 4. Reg. & Ierem. 39. & 52. & aliis locis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

s *Et nunc.* Id est, quia citò. Accipitur & pro quia, ut cap. 64. Esaiæ: *Tu iratus es, & nos peccauimus. Et Luca secundo: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.*

t *Conteram virgam eius de dorso tuo.* Id est, infringam potestatem flagellumque regis Assyriorum, quò te percutere conabatur. Sumi virgam pro flagello indicat Iob capite nono, cum ait: *Auferat à me virgam suam.* Et David psalmo 38. *Visitabo in virga iniquitates eorum.* Et 124. *Non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Ita tuetur Deus viros iustos, ut non permittat eos tyrannide impiorum oppressos longo tempore teneri. Et Esai. 14. *Contriuuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos.* Sumitur virga pro potestate, quam Deus tribuit regibus & principibus qua illi ipsum Deum sapenumero offendunt. Vt milites accipiebant à Christo arundinem, qua eum percutiebant: sic nonnulli principes & pontifices potestate, quam accipiunt à Deo, eius gloriam percutiunt. Cæterum hoc Nahum loco per virgam intelligunt nonnulli iugum: & per vincula intelligunt colligationes, quibus iugum colligatur. Permisserat Deus, ut pius rex Ezechias ab Assyriis affligeretur, sed illum mirabiliter liberauit. Eodem modo populus Israeliticus à solitudine ubi penuria aquæ laborabat, venit Helim, ubi aqua-

2. Pet. 1.

Num. 23.

similitudo

similitudo

Exod. 15.

aquarum copiam, & dulces palmarum fructus inuenit. Deus qui nos affligit, ipse si ad illum confugimus, nos consolatur, Id intelligens Moses eum capite trigefimosecundo Deut. inducit ita loquentem: *Videte, quod ego sim solus: & non sit alius Deus prater me. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, ego sanabo.* Et in cantico Annæ capite secundo libri primi Regum scriptum legimus: *Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.* Et capite tertio Tobia: *Post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymarionem & fletum exultationem infundis.* Ipsi Tobia cæco dixit angelus capite quinto: *Forti animo esto, in proximo est, vt a Deo cureris:* Tobias autem cæcitate liberatus has voces emisit capite decimotertio. *Magnus es domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum, quoniam tu flagellas & saluas, deducis ad inferos, & reducis.* Et sapiens libri Sapientia capite sextodecimo: *Tu es domine, qui vita & mortis habes potestatem: & deducis ad portas mortis, & reducis.* Vnde Dauid psalmo vigesimosexto: *Expecta, inquit, dominum, & viriliter age: confortetur cor tuum, & sustine dominum.* Habacuc secundo: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Iob patienter expectans Deum duplicia bona recepit, vt capite eius quadragesimosecundo proditum est memoria. Et Dauid psalm. trigefimonono. *Expectans, inquit, expectaui dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu miseria, & de luto facis.* Quibus verbis significat se magna animi æquitate tolerasse calamitates, quibus penè obrutus fuerat, fuisseque tandem à Deo erectum, & in singulari tranquillitate & amplitudine constitutum. Id quod etiam pio regi Ezechia contigisse libro 4. Reg. diuina narrat historia, & hoc loco Nahum vaticinatur.

v *Et præcipiet super te dominus.* Post promissionem liberationis populi Israelitici conuertit se diuinus vates ad Sennacheribum Assyriorum regem, minans ei debitum supplicium. Sensus est: Præcipiet Deus angelo suo, vt exercitum tuum in castris occidat, teque affligat, & perdat. Ne existimes non esse diuinum numem: hoc vnum sic habeto Deum esse & verum, & iustum, quo præcipiente euertaris. Ex rebus illis quibus Deus suum numen ostendit, vna est insignis vltio hominis impietatis, caterisque flagitiis famosis. Quemadmodum qui non potest aciem oculorum dirigere in splendidum solem, videt illum in pelago: sic cum Deum non videamus in eius essentia, possumus illam intueri in admirabili supplicio tyrannorum. Ea ratione ductus aiebat psalm. septimo Dauid: *Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum:* Exurge domine Deus meus in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te. Ac si diceret: Vtere domine iustitia & potentia tua, declara vim seueritatis tuæ aduersus insignes tyrannos. Ac siquidem rectoribus ciuitatum præcepisti, vt impios multarent, præsta, quod aliis faciendum præcepisti. Nam si scelus & furorem impiorum hominū insigni aliqua pœna coerceas, & illustria iustitiæ tuæ monumenta constituas, intelliget cœtus hominum te bonos tueri, nefarioque punire: quamobrem ad colendum summa obseruantia numen tuum excitabitur.

x *Non seminabitur ex nomine tuo amplius.* Id est, non tibi filij vltra nascentur. Et ita euenit: nam fugiens à castris in patriam fuit à filiis suis crudeliter interemptus die quadragesimo quinto à fuga sua: vt sacra scriptura in libro Tobia capite primo testatur. Potest verti: *Non remanebit semen nominis tui vltra in Assyria: vt sit sensus:* peribis tu cum filiis tuis, ex quibus nullus tibi succedet in regno: vel nullus vnquam

rex Assyriæ nomen tuum sortietur. Vide caput 19. lib. 4. Regum, & trigefimum secundum libri posterioris Paralipomenon, & 37. Esaiæ. Ait tamen Metasthenes Persa quendam ex filiis Sennacheribi regnum eius occupasse, & quatuor annos post illum regnauisse. Quare nonnulli hoc referunt non ad Sennacheribum, sed ad vltimum Assyriorum regem, quem multi ex historicis Sardanapalum vocant. Hic se in pyram desperatione ductus coniecit, irruens in interitum voluntarium, vt Diodorus Siculus, Trogus Pompeius & Iustinus testantur. Et quia fuit deliciis deditus, turpibusque flagitiis contaminatus, ait Paulò post Nahum: *Quia inhonoratus es. Nihilominus tamen Hieronymus, Remigius, Albertus Magnus, Lyranus, Anselmus Laudunensis, Franciscus Vatablus hoc de Sennacheribo interpretantur.* Ego existimo diuinum nostrum vatem præcipuè de Ninæ euersione, eiusque vltimi regis exitio vaticinatum fuisse: sed hoc loco perniciem Sennacheribi, ob pij regis Ezechia, & cæterorum Hebræorum consolationem inseruisse. Nec omnino perspicuum est, quisnam fuerit vltimus Ninæ rex. Nam Eusebius Cæsariensis in annalibus duplicem fuisse ait Ninæ euersionem.

y *De domo Dei tui interficiam, sculptile & conflatile ponam sepulchrum tui.* Verba sunt Dei ad Sennacheribum relata, quorum hic est sensus: Ego te interficiam in æde Dei tui, & in loco sculptilis & simulachri sepelieris. Ac ita euenit, fuit enim occisus in templo Dei sui, vbi auxilium expectabat, & iuxta aram idoli sepultus. Noluit eum populus in regio sepulchro condere, illustri que tumulo mandare, quod ei esset molestus & odiosus: sed eum abiectè sepeliuit exequiarum supremique diei celebritate destitutum. Tribuebant enim ei omnes crimini cladem exercitus Assyriorum: quamobrem illum inglorium reputabant. Ideo sequitur. *Quia inhonoratus es.* Aequum est, vt qui Deum contemnit, ab ipso Deo, hominibusque contemnatur, ac perpetua ignominia noetur. Potest tota hæc oratio ita punctis distingui: *De domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile: ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.* Ac tunc hic est sensus: *De templo Dei tui succidam idola, nam cum illud profanatum fuerit, nulla deinceps in eo collocabuntur simulachra. Tu ibi sepelieris, vbi Deo tuo postea nullus cultus adhibebitur. Non honorabunt deos, vbi tu sine honore humo congeris, ex mundi gloria in dedecus æternum præcipitatus.* Perpende mundi inconstantiam, & casus infelices: eos ignominiosius deiicit, quos a lius extollit: eos maxime fallit, quibus suauissimè blanditur. Id animo percipiens Dauid psal. 36. *Peccatores, inquit, peribunt, inimici domini mox vt honoficati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Si piorum impiorumque euentus voluerimus alta mente perpendere, aspiciemus illos tandem prosperos exitus consequi, hos verò ex illustri & florente rerum statu in supremas miseras æternosque cruciatus præcipitari. Omni opinione citius pereunt & euanescent. Ideo ait paulò post: *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros Libani: transiit, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Pro transiui transferunt nonnulli: transiuit: hoc est periit, & euauit. Ita habet paraphrasis Chaldaica, & Dauid Chambi: etiam si Hieronymus & Felix Pratensis in prima verterint persona. Sed eadem manet sententia explicans mundi vanitatem, fragilitatem, & inconstantiam. Quare eum relinquamus, & ad Deum toto animo aspiremus. Id voluit ipse Deus significare, cum populum suum ab Aegypto seuoauit, dixitque velle, vt in so-



Exod 14. litudine, non in Ægypto immolaret. Nemo enim potest, vt ipse ait apud Matthæum sexto, *duobus dominis seruire*. Ad idem nos excitat diuus Ioannes capite secundo epistolæ suæ primæ, cum ait: *Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt*. Et diuus Paulus duodecimo ad Romanos: *Nolite conformari huic seculo*. Et septimo prioris ad Corinthios: *Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non videntur: præterit enim figura huius mundi*. Vbi pro præterit est in Græco *παρὰ*, quod etiam fallere significat. Vt sit sensus: *Nolite prosequi amore mundum: nolite eo vt res solida, firma, & stabili vt, quoniam fugax est, & fluxus: & licet figuram habeat boni, fallax tamen est: & suos omni fraude & perfidia decipit. Qui vult lapide fundæ aliquem percutere, & vincere, non accedit proximè ad illum: quin potius ab eo recedit: sic qui volunt mundum ferire & superare, non illum sunt amplexuri, sed ab eo separandi, ab eius dolis, negotiis, vanitatibus, deliciis abhorrentes, omnésque illius impietates detestantes*. Dauid vt impium insolentemque Goliath cæderet, noluit illum amplecti, sed conueniente quodam interuallo interiecto in illum fundæ iaculum coniecit. Solet Deus virum pietate præstantem ab impiis & turbulentis mundi negotiis abducere: quod ipse Dauid his verbis psalmi quarti significauit: *Quoniam mirificauit dominus sanctum suum*. Pro quo vertere etiam poteris: *Quia segregauit Deus sanctum suum: Eodem modo segregauit Abrahamum, cui dixit: Genesis duodecimo: Egredere de terra tua, & de cognatione tua*. Quibus verbis vir ille, in quo diuinum quoddam fidei lumen præscis illis temporibus mirabiliter eluxit, statim obtemperauit. A suis enim, & à complexu patriæ, atque vt ita dicam, à seipso auulsus, omne vitæ suæ gubernaculum tradidit Deo, cui soli salutem & dignitatem suam commisit: animumque à mundi rebus, omni que impuritatis contagione separauit. Nam mundi hæc separatio de qua loquimur, de animi potius quam corporis gressibus intelligitur. *Egrediamur cum Abrahamo de terra nostra*, hoc est de carne nostra: & instar Iacobi feriamus fœdus cum Labano, hoc est cum mundo: vt nec ipse ad nos, nec nos ad ipsum reuertamur, infelices eius exitus cogitantes, & calamitosum interitum Sennacheribi, aliorumque tyrannorum memoria repentes.

Gent. 31.

z. *Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem*. Sensus est. Interempto tyranno, eiusque exercitu in castris, statim super montes Iudææ erunt nuntij & cursores missi à iusto rege Ezechia ad annuntiandum gaudium, & Dei præsidium ac miraculum, vt se omnes conferant Hierosolymam Deo pro tam insigni beneficio gratias æturi, diésque festos celebraturi. Sed hoc de apostolorum prædicatione in altiore sensu intelligitur, vt ait Theodoretus, & Theophylactus hoc loco, & August. capite 31. libri 18. de ciuitate Dei. Nam quemadmodum liberato populo Iudaico ab impio Sennacheribi dominatu, famuli regis Ezechia nuntiauerunt pacem: sic liberato mundo à diaboli tyrannide apostoli Christi omnia verè bona nomine pacis & euangelij significata prædicauerunt. Eam ob causam ait noster diuinus vates: *Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem*. Super montes prædixit eos euangelium longè lateque propagaturos, vt ostēderet eos virtutum fastigium ascensuros: atque manifestam publicamque fore eorum prædicationem. *Non enim potest ciuitas abscondi super montem posita, vt illis apud Matthæum 5. dixit seruator noster. Qui in domicilio aliquo concionatur, à paucis videtur, & auditur: qui autem in monte, ab omnibus tam generis nobi-*

litate claris, quàm infimo loco natis potest & videri, & audiri. Id illis dicebat his verbis Christus dominus apud Matth. 10. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, predicare super tecta*. Hoc est in locis publicis, vt ab omnibus audiamini. Cherubimi quibus scientiæ perfectio significatur, iam non sunt clam sub velo templi, vt in lege veteri: sed apertè super tecta & montes. Vnde Esaias cap. 40. *Super montem, inquit, excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Extolle in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem*. Vel vt potest etiam verti: *Super montes excelsos ascende tu o Sion, qui euangelizas: extolle fortiter vocem tuam o Hierosolyma diuini verbi denuntiatrix*. Nam apostoli prius Hierosolymæ & in Sione euangelium nuntiauerunt, quod postea per omnes mundi oras propagarunt. De Sion enim, vt ait Esaias 2. *exiuit lex, & verbum domini de Ierusalem*. His verbis: *Super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem*, alludit Nahum ad verba illa Esaiæ capite quinquagesimo secundo. *Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem*. Quæ diuus Paulus citat capite decimo. epistolæ ad Romanos loquens de apostolorum prædicatione. Et capite sexto ad Ephesios: *Calciati, inquit, pedes ad præparationem euangelij pacis*. Nostræ enim affectiones pedibus significatæ non debent terram attingere, sed in cælum ascendere, & ad diuinum nomen aspirare.

aa. *Et annuntiantis Pacem*. Pro renoua & inuitata posuit apostolos nuntiaturus esse pacem: nam antea omnia ferè bellis, discordiis, dissensionibus disfluebant. Et quanuis aliquando pax vigere videretur, erat plerunque pax mundi, non Dei. Qui mitior videbatur, erat aliquando Adria iracundior: & vt est in prouerbio beta gammam persequatur. Doctiores inter gentes docebant inferendum esse bellum quiescentibus, vt eorum veteres illibataeque diuitias in profundum libidinum suarum gurgitem profunderent. At Christi doctrina est pax, concordia, amore, tranquillitate plenissima. Hanc nobis in testamento reliquit dicens apud Ioannem 14. *Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis*. Et post reditum ad viram vt Ioannes ait capite vigesimo primo, & Lucas vigesimo quarto, *stetit in medio discipulorum, & dixit illis: pax vobis*. Verbo & actione eis pacem dedit: poni enim in medio signum est pacis. In pectore sacerdotis scriptum erat: *Doctrina & veritas*, vel vt alia habet versio: *Manifestatio & veritas*. Et erat hæc litera cincta duodecim lapidibus pretiosis. Christus est veritas qui ait apud Ioannem 14. *Ego sum via, veritas, & vita*. Et est doctrina siue sapientia patris, de qua ait Dauid psal. 103. cū Deo patre loquens: *Omnia in sapientia fecisti*. Et apostolus capite primo prioris ad Corinthios: *Qui factus est nobis sapientia à Deo*. Et est manifestatio, quia fuit à Deo patre ostensus mundo: de quo ait apostolus capite primo ad Tit. *Manifestauit autem temporibus suis verbum*. Duodecim autem lapides pretiosi inter quos erat veritas & sapientia, duodecim apostoli sunt. Nonnulli viri docti aiunt per illa verba quæ erant intra pectorale sacerdotis, significari nomen Dei Iehouah. Quid aliud adumbrabat, Deum esse inter duodecim gemmas, quàm Christum inter duodecim apostolos: ita Cyrillus locum illum Exodi interpretatur. Aequum quippe erat, vt Christus, qui pacem docebat, quem Paulus capite 2. prioris ad Timotheum vocat *mediatorem inter Deum & homines*, se in medio collocaret. Columba in generali eluuiione attulit in ore ramum oliuæ, Genesis 8. ad pacem nuntiandam: Christus dominus in mun-

Exod. 37.  
3. Reg. 5.

Exod. 28.

in mundi procella pacem attulit & docuit, ad mundi salutem exprimendam. Eam debent omnes Christiani colere, magnisque laudibus efferre. Vnde apostolus cap. 14. epistolæ ad Romanos. *Quæ, inquit, pacis sunt, sectamini.* Et ad Ephesios 4. *Solicii seruate unitatem spiritus in vinculo pacis.* Et ad Hebræos 12. *Pacem sequimini cum omnibus.* Infelices sunt, qui paci repugnant. Nam vt Dauid ait psalm. 13. *Conuictio & infelicitas in viis eorum, viam pacis non cognouerunt.* Pax vt diuus Augustinus de verbis domini cap. 158. est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Et secundo de ciuitate Dei: Concordia, inquit, inciuitate idem est quod harmonia in musica. Concordia vt ait apud Sallustium Mycipsa, parua res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. Eam ob causam omnes debemus simul ducere remos, esseque concordæ, velut in cratere philotesio, vt vetus monet tritum vetustate prouerbiū. Interrogatus à Scipione Africano Tyresius princeps cur Numantia prius fuisset inuicta, postea verò euerfa, respondit: Concordia victoriam, discordia autem exitium præbuit. Author est libro secundo Brusonius. Et diuus Cyprianus in epistola quadam: Concordia, inquit, simul iuncta vinci non potest, discordia statim euertitur. Vera est illa Dei nostri sententia apud Matthæum 12. & Lucam vndecimo: *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Discordia est charybdis bonorum, & vorago: pax autem est bonorum receptaculum, & perfugium. At pax habenda est cum virtutibus, & viris bonis ad verum decus hortantibus, non autem cum vitiis, & hominibus sceleratis ad vitia excitantibus, & à vera gloria deterrentibus. Vt enim sal in aquam coniectus nullum emittit fridorem, quin potius cum illa coniungitur, & in vnum conducitur, in ignem autem coniectus solet strepere & resilire: sic vir pius cum piis concors efficitur, impios autem refugit, atque ab eorum familiaritate abhorrescit. Ideo ait Christus Deus noster apud Marcum nono: *Habete in vobis sal, & pacem habere inter vos.* De illo ait diuus Paulus secundo ad Ephesi. Veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his, qui propè. Quod est de vera pace intelligendum: de qua ipse apud Ioannem 16. *Hæc, inquit, locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.* Et apud Matthæum 5. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Hanc denuntiarunt apostoli, quorum pedes super montes præuidit hoc loco Nahum. Nam etsi loquatur hic de pace Hierosolymæ, præcipue tamen de pace ecclesiæ, ac mundi redemptione per Christum vaticinatur. De illo enim omnes diuini vates loquuntur. Quamobrem ipse apud Lucam cap. 24. incipiens à Mose, & omnibus prophetis interpretabatur discipulis illis omnes

scripturas, quæ de ipso erant. Non solum doctores catholici, sed etiam Rabbi Salomon Iudæus in commentariis in caput nonum Zachariæ, ait omnes prophetas fuisse de tempore Messie locutos. Hæc est Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, Basilij, cæterorumque authorum sententia, qui sanctitate & sapientia præditi theologiam illustrauerunt, noménque suum æternitati commendarunt. Quare non debemus reperere humi, sed extolli in sublime, & in diuinis vatibus Christum quærere, eiusque alta mysteria inuestigare.

bb *Celebra festiuitates tuas.* Verba sunt pacem annuntiantis. Hoc ideo ait, quia cum Hierosoly ma esset ab Assyriis obfessa, non potuit proprio ac præscripto tempore pascha celebrari: sed interfecto Assyriorum exercitu celebratum est: ad cuius solènia vocati sunt, qui erant extra Hierosolymam, & oppida villasque incolabant, ac rura peragrabant. Sed vt hic Diuus ait Hieronymus hoc refertur ad ecclesiam, & ad animas Deum confitentes, vt non cessent Deum pro Christianorum victoriis laudibus ac votis celebrare.

cc *Redde vota tua.* Subauditur Deo. Ipse Deus ait cap. 23. Deut. *Cum votum voueris domino Deo tuo, ne tades reddere, quia requirit illud dominus Deus tuus.* Et Dauid psal. 75. *Vouete, & reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius assertis munera.* Et Eccl. 5. *Si quid voluisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio.* Sed quodcumque voueris, redde. Id intelligens Tertullia. contra Psychicos: *Votum, inquit, cum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris.* Exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit.

dd *Quia non adiciet ultra, vt pertranscat in te Belial.* Hoc est, quia non permittet Deus, vt transeat per te impius Sennacheribus, nec eius exercitus: quoniam vniuersus occisus est. Belial idem est quod sine iugo, vt videre licet capite Iudic. 19. Sumitur autem pro quolibet impio homine, & interdum pro dæmone, vt cap. 6. prioris ad Corin. Quæ conuentio Christi ad Belial? Vtitur scriptura hoc vocabulo cap. Deut. 13. & capite 1. & secundo primi Reg. & aliis in locis. Tu autem aduerte, & mundi vicissitudines & mutationes alta mente perpende. Hactenus Hebræi fuerunt afflicti, & Assyrij gaudio affecti: contra verò nunc Hebræi gaudio exultant, Assyrij autem pœnas acerbissimas scelerum suorum persolunt. Mærorum iustorum conuertitur in oblectationem, oblectatio impiorum in mærorè. Ideo ait Christus Deus noster apud Luc. 6. *Væ vobis qui videtis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Et apud Matth. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

## ANNOTATIO.

1 Bonus dominus & confortans in die tribulationis. Pagninus vertit: *Bonus dominus, fortuudo in die angustia.* Quod in sensu idem est. Pro bono vertunt Septuaginta *χρηστός*, quod nomen non solum boni significat, sed benignum, placidum & suauem. Quæ omnia hinc loco conueniunt. In Hebræo est: *דב*, quod easdem habet significationes. Pro suauis sumitur ps. 33. *Gustate, & videte, quoniam suavis est dominus.* Pro bono c. 33. Exod. *Ego transire faciam omne bonum meum.* Significat etiam pulchrum, vt Num. 24. *Quam pulchra sunt tabernacula tua Iacob.* Illud cap. 9. lib. 1. Reg. *Non erat vir de filiis Israel melior illo: traducit Ionathas Chaldaeus: Non erat vir de filiis Israel pulchrior illo. Tu autem perpende Deum esse bonum dominum, imò solum cum per se esse dominum.* Hoc for-

tasse intellexit Augustus Octavianus, qui domini appellationem renuit. Sed voluit illud Deus manifesto præsidio summi dominatus, qui tunc in terris oriebatur. Tunc enim natus est Christus Deus noster. Narrat historiã hanc Orosius lib. 6. Adde Vienenfis in Chronicis, Conradus Vrspergensis in Chronicis, Innocentius tertius summus pontifex in sermone de natali domini, diuus Antoninus parte prima historiarum. Tunc circulus aureus cælo sereno apparuit, & in medio eius virgo puerum vlnis deferens ad speciem iridis circa solem. Vbi hodie Roma extat templum Ara cæli vocatum. Authores sunt præter ante nominatos Baptista Mantuanus, & Petrus de Natalibus libro 2. capite 1.

2 Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuuiuium



niuium eorum. Horum verborum sensum in explanatione exposuimus. Totā hanc orationem ita transtulerūt Septuaginta interpretes: Quia vsque ad fundamenta sua in pavementum redigetur: & quasi similax implicata comedetur. Lectio editionis vulgaris exprimit exitum Ninivitarū: hęc autem ipsius Niniva. Est igitur sensus: Vrbs Ninivitica euersis fundamentis, dirutisque magnificis mœnibus solo equabitur: & quę alias ciuitates affligebat, instar similacis succidetur, & veluti stipula arida dissipabitur. Est quippe similax planta hereda similis sursum breui tendens, arboresq; cōplectens, quas ob ingentē ramorum lōgitudinem & copiā opprimit: sed autūno arefcit: & manentibus arboribus ipsa penitus dissipatur. Eodem modo Nina siue Ninive, vtroque enī modo dicitur, potentia, & immanitate, & exercituum magnitudine oppresserat Hierosolymā: sed integra manente Hierosolyma,

ipsa fuit à Babyloniis euersa, & vastata. Est quadam similax aspera, quam alij vocant hederam spinosam: quę ad verò leuis, quam vocant conuoluulum maiorem: quarum vtraque complectitur arbuſta, & circum ea voluitur. Eas describit Dioscorides lib. 4. & Renellius lib. 3. Sed de aspera videtur hic loqui Nahum propter spinas, quibus Ninivitica vrbs alias pungere solebat. Admonemur hoc loco, ne aliquem ledamus, sed iustum Dei iudicium consideremus, qui nullum scelus relinquit impunitū. Ita enim ait cap. 3. Esaias: Vx impio in malum, retributio manuum eius fiet ei. Apud Ieremiam 25. ait Deus: Reddā eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum. Et apud Ezech. 18. Vnumquēmq; iuxta vias suas iudicabo. De illo ait Salomon Prou. 16. Pōdus & statera iudiciū domini sunt. Et apostolus Paulus c. 2. epist. ad Rom. Qui reddit vnicuiq; iuxta opera sua.

## Argumentum capituli II.

Describit obsidionem & victoriam Chaldæorum aduersus Assyrios, vrbsque Ninivitica superbiam, direptionem, & vastitatem.

## CAPVT II.

**A** Ascendit, qui dispergat coram te, <sup>b</sup> qui custodiat obsidionem. Contemplare viā, <sup>d</sup> cōfotta lumbos & roborata virtutē valde: <sup>f</sup> quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, <sup>b</sup> & propagines eorum corruerunt. <sup>i</sup> Clypeus fortium eius ignitus: <sup>k</sup> viri exercitus in coccineis: <sup>l</sup> ignea habenæ cursus in die præparationis eius: & <sup>m</sup> agitatores confopiti sunt. <sup>n</sup> In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis: <sup>o</sup> aspectus eorum quasi lāpades, <sup>p</sup> quasi fulgura discurrentia. <sup>q</sup> Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, <sup>r</sup> & præparabitur vmbra culum. <sup>s</sup> Portæ flouiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et <sup>t</sup> miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabatur, <sup>v</sup> gementes vt colūbæ, murmurantes in cordibus suis. <sup>w</sup> Et Ninive quasi piscina aquarū aqua eius: ipsi verò fugerūt. <sup>x</sup> State, state: & nō est, qui reuertatur. <sup>y</sup> Diripite argētū, diripite aurū. <sup>z</sup> Et non est finis diuitiarū <sup>aa</sup> ex omnibus vasis desiderabilibus. <sup>bb</sup> Dissipata est, & scissa, & dilacerata, & <sup>cc</sup> cortabescens, & dissolutio genculorum, & defectio in cuncti renibus, & facies omnium eorū sicut nigredo ollæ. <sup>gg</sup> Vbi est habitaculum leonū? & pascua catuorum leonum? <sup>bb</sup> Ad quam iuit leo, vt ingrederetur ijluc: <sup>hh</sup> catulus leonis, & nō est, qui exterreat? <sup>kk</sup> Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leonem, & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. <sup>mm</sup> Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum: <sup>nn</sup> & succendam vsque ad summum quadrigas tuas: <sup>oo</sup> & leunculos tuos comedet gladius. Et <sup>pp</sup> exterminabo de terra prædam tuam: & <sup>qq</sup> non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.

## EXPLANATIO.

<sup>a</sup> Ascendit, qui dispergat coram te. Postquam diuinus noster vates Nahum ca. 1. vaticinatus est de pernicie Sennacheribi, nunc regni Assyriorū vastitatem prædicit, cuius caput erat Nina, de cuius euersione per Babylonios hoc capite vaticinatur. Ne mireris si interdum dicamus euersionem illam fuisse per Chaldæos, interdum per Babylonios: nam Babylon erat totius Chaldææ caput: ex quo effectum est, vt Chaldæi omnes vocarentur etiā Babylonij. Assyrij habebant tūc regnum distinctum à Babylonicis: sed postquam Nabuchodonosor rex Babyloniis euertit Ninivem, Assyriosque in ditionem suam redegit, ex his duobus regnis Babyloniis & Assyrio conflatum est vnum, quod vocatum est Babylonicum. Alloquitur igitur diuinus noster vates Ninivem his verbis, quorum hic est sensus. Aduersus te o Ninivitica bellum parabit Nabuchodonosor cum exercitu ingente, qui ciues tuos disperget in conspectu tuo. Vel qui villas & oppida tua coram te delebit & dissipabit. Appellatur tyrannus ille disperfor, quia non solum Assyrios, sed alias etiam nationes disperfit & afflixit. Sumitur hoc loco ascendere pro bellum cōmouere, instruere, & indicere, atq; pro inuehi & oppugnare. In hanc significationem sumitur cap. Num. 13. vbi Ca-

leb: Ascendamus, inquit, & possideamus terram. Esa. 7. Ascendit Rasin rex syria, & Phacee filius Romelia. Esa. 36. Ascendit Sennach. rex Assyriorū super omnes ciuitates Iudah munitas, & cepit eas. Et Deus apud Ezech. 26. Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas. Et hoc loco Nahum: Ascendit, qui dispergat: præteritum est pro futuro more aliorum prophetarū: qui solent vti præteritis, vt rerū venturarum firmitudinē ostendant. Schema est in diuinis vaticiniis simū: quod Græcè prolepsis, Latine præocupatio dicitur, cum ea quæ sequi deberent, anteponuntur. Per hūc Nabuchodonosorem, quem Nahū ait irruere, vt dispergat, poteris dæmonem intelligere, qui in nos inuehitur, & impetum facit. Ostendit nobis diuinus vates eius insidias & tentationes, vt nos excitet ad dimicandum fortiter cum illo: quemadmodum alij proph. tæ facere solebant. Vt diues cogitationem & sollicitudinem figit in arcula, ne rapiatur à latrone, non propter arculam, sed propter reconditum thesaurum in illa: sic viri sapientia & sanctitate præstantes sunt de nobis mirum in modum solliciti, ne diripiamur à dæmone: non tam propter corpus, quod est vas fictile, & arcula fragilis, quàm propter animā, de qua ait apostolus cap. 4. posterioris ad Cor. Habemus

*benus thesaurum hunc in vasis fictilibus.* In sensu autem literali de rege Babylonio loquitur Ninam oppugnaturus: ac si dicat: Tu Nina vrbes alias inuadebas vt eas direptioni committeres, & euertes: modò autem te inuadet, qui te diripiat, & euertat. Vnde Esaias 33. *Va qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Quæ verba de Sennacheribo, & de eius vrbe Nina intelliguntur. Et ca. 11. Sap. scriptum est: *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Efficit Deus, vt impij iisdem cruciatibus mulctentur, quos in viros innocentes paraauerant: vt pernicijs in ipsorum caput redundet, quam alijs moliebantur. Aegyptij qui in aqua peccauerunt in eâ infantes Hebræos mittentes, aqua maris Rubri obruti fuerunt. Qui tres pueros Hebræos in Babylonis fornacem miserunt, fuerunt iisdem flammis combusti: & qui Dan. in foueam leonũ coniecerunt, fuerunt ab iisdem leonibus dilaniati. Qua de re ea poteris videre, quæ in caput Dan. 3. & 6. & 14. obseruauimus.

*b Qui custodiat obsidionem.* Hoc est, qui non solum obfideat te, sed etiam in obsidione perseueret, donec expugneris.

*c Contemplare viam.* Aspice viam ò Nina, qua venturus est exercitus hostium tuorum. Bonum est intueri pericula & labores, ad remedium quærendum: sed oportet oculos in Deum conuicere, qui potest liberare. Hebræi videntes aduersus se ingentes Aegyptiorum copias iuxta mare Rubrum timuerunt valde, & verbis asperis in Moysen contumeliosè inuecti sunt quia in periculo illo oculos à columna auerterunt. Columna nos ducens in cælum Christus est, ad quem in periculis & calamitatibus nostris debemus oculos extollere: nam qui fieri potest, vt non cadamus animo, si oculis auersis à columna pericula solum consideremus? Niniuitæ fuerunt timore percussi, & fracti, & victi, quia viam hostibus plenam videbant, ad Deum autem oculos haud quaquam leuabant. Prudentius faciebat David, qui periculis circumcinctus aiebat psal. 122. *Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cælis.*

*d Conforta lumbos.* Id est, recipe robur, esto animo forti & strenuo. Hoc ait irridens Niniuitas, quia futuram eorum ignauiam & imbecillitatem præuidebat. Ironia est, & figura illa, quæ Græce dicitur sarcasmos. Lumbos confortare & accingere est vires sumere, seque magnanimum præstare, vt ait Hysichius lib. 1. in Leuiticum. In hanc significationem sumi exitimo cap. Prou. 3. *Accinxit fortitudine lumbos suos, roborauit brachium suum.* Et Ierem. 1. *Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge: & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: ne formides à facie eorum.* Et sexto ad Ephesios: *Estote succincti lumbos vestros in veritate, & indui lorica iustitiæ.* Contrarium est lumbos dissoluere. Deinde lumbos accingere significat seipsum ad opus præparare, vt capite Iob 38. *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Hoc est, te ipsum præpara ad disputationem. Et Luc. capite decimo secundo. *Sint lumbi vestri præcincti.* Id est, estote parati ad mortem, & ad diem iudicij. Fortasse in hanc significationem accipitur hoc loco: & tunc non est irrisio, sed consilium: vt sit sensus: Contemplare viam, qua iturus es, id est mortem vniuersæ terræ, hoc est omnibus hominibus communem, & præpara te ad illam. De hac via aiebat David capite secundo lib. 3. Reg. cum ad exitum vitæ vocaretur: *Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ.* Quare debemus nos ad mortem præparare, cogitareque illam nobis imminere. Sed quemadmodum peritus pictor arte perspectiuæ instructus, quæ propè imaginem præcipuam sunt in tabula, ita disponit, vt longo interuallo distantia appareant: ita demon nobis oculos intelligentiæ decipit, vt mors quæ iuxta nos est, longè remotissima esse videatur.

Hæc est altera huius loci explanatio: Prior tamen videtur literæ congruentior.

*e Robora virtutem tuam valde.* Repetitio est superioris verbi alijs. Sumitur virtus pro fortitudine: ac si dicat: Esto animo forti. Potest accipi pro exercitu, vt sit sensus: Muni, & fortem redde exercitum tuum.

*f Quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel.* Alij codices habent: Quia sicut reddidit dominus superbiam Iacob, sic superbiam Israel. Sumitur Iacob pro duabus tribubus, quas oppugnauerat & afflixerat Sennacheribus Israel autem pro decem, quas Salmanasar in Assyriam asportauerat. Sensus est: Tu Niniue euertes: quia sicut Deus vlciscetur superbiam & contumeliam illatam Hierosolymæ ab exercitu Sennacheribi: ita eam vlciscetur, quæ illata est Samariæ ab exercitu Salmanasar. Ac ita accidit re ipsa: nam exercitus Assyriorum periit nocte vna, qua interfecti sunt centum octoginta quinque millia illorum, & Sennacheribus se conferens in fugam fuit à filiis suis vita priuatus. Lege c. 19. lib. 4. Reg. & 37. Esa. & primum Tobia. Et Nina ciuitas fuit à Babylonis capta, direptioni commissa, & penitus euersa, vt c. 1. ostendimus, & hoc secundo ostendemus. Verbum reddidit ponitur pro reddet: quemadmodum alia multa in hoc capite præterita pro futuris. Sumitur hic reddere pro retribuere: vt sit sensus: Retribuet Deus Assyrijs iuxta eorum superbiam: dabunt pœnas insolentiæ & immanitatis suæ. In eandem significationem sumitur ca. 2. Ruth: *Reddat tibi dominus pro opere tuo.* Et 25. lib. 1. Reg. *Malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius.* Et psal. 27. *Redde retributionem eorum ipsis.* Et 2. ad Roman. *Qui reddit unicuique secundum opera eius.* Sumpsit autem Deus supplicium de Assyriorum superbia, quia superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hanc sententiam inuenies cap. 5. epistolæ prioris diui Petri, & 4. epistolæ diui Iacobi. Quare viri sapientes non solum superbiam, animi fastidium, & insolentiam detestantur, sed eorum consuetudinem declinant, quos his vitijs inflatos esse intuentur. Illud psal. vigesimo quinto. *Cum iniqua gerentibus non introibo:* traducit Hieronymus: Cum superbis non ingrediar. Ac si dicat David: Nulla hominum superbiorum vtar familiaritate: quin potius cum viris humilibus necessitudinem & coniunctionem sanctè colendam puto. Quemadmodum apes, (vt aiunt,) onusta melle submissius volant, quàm cum leuitare ductæ vacua feruntur in sublime: sic homines pleni virtute & sapientia humiles sunt, quanto autem magis expertes sunt rerum harum, tanto se altius & arrogantius extollunt. Balsamus pretiosus liquor in aqua positus fundum petit, & hebenum lignum ad imum descendit. Qui volunt cognoscere & expendere casam fistulam, & herbarum semina, ad harum rerum pondera recurrunt: inanes enim & leues minimum valent, graues autem & ponderosæ plurimum præstant. Idem iudicium est de hominibus faciendum. Quanto quis est leuior, elatior, & insolentior, tanto est à vera ac solida virtute alienior: quanto autem plus habet ponderis, humilitatis, & animi abiectionis, tanto est iustior & sapientior. Qui in aquis prosperitatis positus ad ima per sui contumeliam descendit, magni æstimandus est: qui se verò superbè extollit, pro nihilo putandus. Quare superbiam fugiamus, quæ vt Ecclesiasticus ait, *odibilis coram Deo & hominibus est.* Et iuxta Christi Dei nostri sententiam, *qui se exaltat, humiliabitur: qui autem se humiliat, exaltabitur.* Consideremus Sennacheribi, & aliorum Assyriorum aduersus Hebræos superbiam: & memoria repetamus, quemadmodum fuerint deiectioni, & ex mundi gloria ad æternam ignominiam præcipitati. Nam vt Deus

reddidit superbiam illatam Iacobo, sic illatam Israe-  
li, vt hoc loco diuinus noster vates testatur.

g *Quia vastatores dissipauerunt eos.* Quia Assyrij  
euertores afflixerunt Iacobum & Israelem, hoc est  
omnes Iudæorum tribus.

h *Propagines eorum corruerunt.* Hoc est familias &  
soboles Iudæorum succiderunt. Non solum eorum  
vineas, hoc est ciuitates, sed earum corruerunt pro-  
pagines. Est quippe propago vitis ad sobolem sup-  
pressa. Metaphora est à vineis sumpta: solent enim  
ciuitates cum vineis comparari. Ita capite Esajæ  
quinto. Vineam factam dilectum meo in cornu filio  
olei. Hoc est Hierosolyma condita est in colle excel-  
so & frugifero. Et capite decimosexto de Sabama vr-  
be Moabitarum loquens idem Esaias: Vineam, in-  
quit, Sabama domini gentium exciderunt, & fla-  
gella eius vsque ad Iesler peruenerunt. Et filius pa-  
tris familias extra vineam eiectus, & vita priuatus  
apud Matth. vigesimoprimum. est Christus Deus nos-  
ter extra Hierosolymam in monte Caluarie occisus:  
cuius umbram gesserat vitulus immolatus extra ca-  
stra capite Leuit. decimosexto ad quem alludit Pau-  
lus apostolus capite vltimo ad Hebræos, cum ait  
de Christo loquens: Extra portam passus est: exea-  
mus ad eum extra castra improperium eius portantes.

i *Clypeus fortium eius ignitus.* Particula eius refer-  
tur ad Nabuchodonosorem regem Babylonis, de  
quo supra dixerat: Ascendit, qui dispergat coram te.  
Describit diuinus vates terrorem, magnitudinem,  
& velocitatem exercitus Babylonici. Sensus est:  
Scuta magnatum Nabuchodonosoris ita erunt ru-  
bra & perpolita, vt ignem ex se emittere videantur.  
Hoc faciebant Babylonij, vt Niniuitis incuterent  
metum & terrorem: eorumque in prælio oculos  
obscarent. Ponitur clypeus pro clypei, singulare  
pro plurali. Eodem modo capite primo. libro secun-  
do. Reg. Ibi abiectus est clypeus fortium. Hoc est, in  
montibus Gelboe fracta sunt, & in terram proiecta  
scuta Hebræorum, qui fortitudine pollebant. Pote-  
ris in his duobus locis per clypeum intelligere re-  
gem, quia debet esse populi sui clypeus & protector.

1. Reg. 15.  
& 16.

Ac si dicat: Clypeus hic de quo loquor, est Saul, qui  
ibi fuit interfectus & contemptus, ac si non esset rex:  
nam reges vngi oleo solebant. Ita potest illud Esajæ  
intelligi capite vigesimoprimum. Surgite principes, ar-  
ripite, clypeum. Hoc est, vos o principes Babylonij  
surgite à mensa, & occidite regem vestrum Balthasa-  
rem. Pro quo alij vertunt: Vngite clypeum: id est  
alium constituite regem: quoniam Balthasar hac no-  
cte interficiendus est. Illud psal. quadragesimosexto.  
Quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt:  
potest etiam verti: Quoniam principes clypei terræ  
vehementer eleuati sunt. Debet igitur rex ac prin-  
ceps se pro populo obicere periculis, cum opus  
fuerit: & non solum præcedere populum, sed etiam  
se hostibus opponere instar columnæ nubis, quæ ste-  
tit inter castra Aegyptiorum, & castra Israelitarum.

Exod. 14.

Ita se gerere debet erga subditos, quemadmodum  
pastor erga oues. Non erat huius doctrinæ nescius A-  
ristoteles, qui libro Ethicorum 8. regem ait esse suos  
instar boni pastoris tractaturum. Et Cyrus Persarum  
rex dicere solius erat, similia esse boni regis, & bo-  
ni pastoris opera: vt ait Xenophon, & refert lib. ter-  
tio Bursonius Contursinus. Iulius Cæsar non sole-  
bat militibus suis dicere: Facite: sed faciamus. Vt rex  
apum primus ad labores obeundos ex aluuario egre-  
ditur: sic princeps & pontifex debet exemplo suo a-

similitudo

lios ad honestos labores excitare. Ob eam causam di-  
cebat Samuel capite decimosexto libro primo.  
Reg. Nunc rex graditur ante vos. Et Dauid psal. no-  
nagesimaquarta non ait: Ite, exultate domino: sed  
venite, exultemus domino. Et diuus Paulus capite  
secundo ad Titum: In omnibus, inquit, te ipsum præ-  
be exemplum bonorum operum. Debet etiam rex  
magnos & paruos: statum secularem & ecclesiasti-  
cum inter se coniungere, vt omnes vna concordia  
conspirent, & concentum seruent. Eam ob causam  
eum Esa. capite decimonono angulum populo-  
rum appellauit. Quemadmodum vnitas cum om-  
nibus se numeris communicat: sic princeps cum  
omnibus sibi subiectis: pro quibus se debet istibus  
calamitatum obicere. Est enim bonus princeps &  
pontifex incus, quam plerique variis ac assiduis mal-  
leis contundunt. Id animo percipiens Seneca in li-  
bro de clementia: Rex, inquit, existimet rempubli-  
cam non esse suam, sed seipsum reipublicæ. Et Fran-  
ciscus Petrarcha in libro de remediis Fortunæ: Rex  
est seruus publicus. Quam ob causam debet omni-  
bus consulere, omnesque audire. Id quod scriptum  
est psal. decimonono Domine saluum fac regem, &  
exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. potest  
etiam verti ex Hebræo: Domine saluum fac regem,  
qui exaudiat nos in die, qua inuocauerimus eum.  
Quibus verbis Iudæorum populus à Deo petebat re-  
gem, qui eos exaudiret, qui illum alloquerentur. Sed  
frustra ad ipsum confugientibus præbebit aures, nisi  
eis iuste & sapienter prouideat. Vnde psalmogra-  
phus: Nunc inquit, reges intelligite, erudimini, qui  
iudicatis terram. Et Plato quem Panætius Home-  
rum philosophorum vocat, tunc dixit beatas fore  
republicas, cum in eis aut philosophi regnarent, aut  
reges philosopharentur. Quem locum Agastus ad  
Iustinianum Cæsarem, & ante illum M. Tullius  
in epistola ad Quintum fratrem, & Valerius Maxi-  
mus libro septimo retulerunt. Ne miretis, si aliquan-  
do sententias retulero externorum authorum: nam  
vt ex apibus mel habentibus & aculeum, colligimus  
mel, aculeum autem fugimus: sic ex infidelibus au-  
thoribus salutarem doctrinam percipimus, infideli-  
tatem euitamus. Illi enim gubernatoribus rerum pu-  
blicarum necessariam esse sapientiam asseueranter af-  
firmarunt. Ob eam causam fictis fabulis memoriæ pro-  
diderunt ingentem perniciem terris attulisse Pha-  
entem Solis filium, cum impetrauit à patre, vt vno  
saltem die gubernaret equos, lacemque terris diffun-  
deret. Non enim tantum varias mundi oras incendio  
combussit, sed etiam ipse tandem præceps flagrauit.  
Voluerunt eruditi homines significare exemplo illo,  
tunc fore regnorum exitium, cum illi qui clauum im-  
perij tenuerint, & gubernacula reipublicæ tractaue-  
rint, fuerint sapientia destituti, & de publica vtilitate  
haudquaquam solliciti. Hi sunt gladij, quia rempu-  
blicam interficiunt. Contrà verò principes sapientes  
publicum commodum curantes, clypei sunt, qui rem-  
publicam tuentur. Ac Deus qui capite decimonono  
Apocalypsis dicitur rex regum, & dominus domi-  
nantium, scutum nuncupatur. Ita enim capite Deu-  
teronomij trigesimalotertio scriptum legimus: Qui sa-  
luaris in domino, scutum auxiliij tui, & gladius glo-  
riæ tuæ. Hoc est beatus es o popule Israelitice, qui  
protegeris à Deo, qui est clypeus presidij tui, & gla-  
dius, quo tibi comparatur honor & nominis ampli-  
tudo. Et capite 22. lib. 2. Reg. loquens rex Dauid  
de Deo: Dominus, inquit, fortis meus, sperabo in eum,  
scutum meum, & cornu salutis meæ. Cum igitur no-  
mine scuti seu clypei & rex cæli & reges terræ si-  
gnificentur, non est ratione alienum, vt per clypeum  
hoc Nahû loco regē Babylonis interpretemur  
etiam

similitudo

similitudo

psal.

similitudo

etiam clypeus alias acceptiones, de quibus videre poteris Origenem in psal. 36. homilia 2. Hieronymum in Esa. 21. Gregorium in cantica 4. & 33. Moralium cap. 30.

**k** *Viri exercitus in coccineis.* Hoc est, equites & milites Babylonij induentur coccino. Coccum est granum, quod ad purpuram tingendam adhibetur. Unde vestis coccinea colorem sanguineum, & exuberantiam ruboris refert. Erant viri illi coccinati, ne si quis eorum vulneraretur, ipse aut eius socij terrentur viso sanguine. Vel eo induebantur colore, quod hostium sanguinem sitirent. Ob eam causam mulier illa Apocal. cap. 17. qua significatur Babylon seu mundi confusio, *in dnta erat purpura & coccino*: quæ statim dicitur ebria sanguine sanctorum. Ait Vegetius de re militari, milites quondam indutos fuisse coccineis, vt aspectu rubei coloris ad prælium incitarentur. Et cap. 6. lib. 1. Mach. proditum est memoriæ ostensum fuisse elephantis sanguinem vuarum, & mororum liquorem, quo irritarentur ad prælium.

**l** *Ignæ habentæ currus in die præparationis eius.* Id est, lora curruum tempore præparationis ad dimicationem erunt rubra & limata, colorem ignitum ad radios solis emittentia. Solebant olim curribus falcatis pugnare, quos equi ferebant. Habentæ sunt lora illa, quæ freno alligantur ad equos regendos.

**m** *Agitatores consopiti sunt.* Agitatores curruum Babyloniorum præ nimia fiducia victoriæ in somnum induentur. Dormient securi quasi iam capta præda.

**n** *In itineribus conturbata sunt quadrigæ.* Scilicet propter earum multitudinem. Sequitur Collisæ sunt in plateis. Hoc est tot erunt quadrigæ, vt etiam in locis latis & amplis inuicem collidantur. Volentes reges suam ostendere potentiam, multitudine curruum vtebantur in bello. Pharao attulit aduersus Hebræos sexcentos currus electos, vt constat ex cap. Exod. 14. Loquens Esaias de Babylonicis copiis capite *quarto: Rotæ eius*, inquit, *quasi impetus tempestatis.* Acti dicit: Cellerrimæ erunt rotæ curruum Bebyloniorum. Ea ratione ductus ait Dauid psalmo decimonono: *Hi in curribus, hi in equis; nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.*

**o** *Aspectus eorum quasi lampades.* Erunt Babyloniorum aspectus ira inflammati: prius terrebunt facie, quàm feriant gladio. Vel hoc ait propter armorum vestiumque splendorem.

**p** *Quasi fulgura discurrentia.* Significat Babyloniorum aduersus Niniuitas non solum terrorem, sed audaciam & velocitatem.

**q** *Retardabitur fortium suorum.* Nimirum Nabuchodonosor, vt eis scilicet subueniat: nam nonnulli ex illis interficientur à Niniuitis. Quod exprimit, cum statim ait: Ruent in itineribus suis. Sed alij fortiter urbem aggredientur: & in mœnia eius ascendent ad eam expugnandam. Ideo ait: Velociter ascendet muros eius. Vel recordabitur Nabuchodonosor fortium suorum, vt eos mittat ad muros cupiendos: qui proxima festinatione impingent in suo incessu, & ad muros festinabunt. Quidam hoc referunt ad regem Niniuitarum, qui recordabatur suorum, quos ad pugnam excitabat: sed ipsi ruentes in prælio fugiebant ad muros suos, vt inde se possent tueri.

**r** *Præparabitur umbraculum.* Hoc est, machina ad urbem oppugnandam: Aiunt fuisse testudinem quandam, sub qua delitescerant, qui muros diruebant & dissipabant.

**s** *Portæ fluuiorum aperte sunt.* Describit vrbis expugnationem. Tunc, inquit, frangentur & aperientur portæ illæ vrbis Ninæ, quæ fluuiorum appellantur. Vel ita eas vocat, quia per eas instar fluminum sole-

bat hominum multitudo ingredi, egredi & fluere. Volens Esaias gentium multitudinem & impetum significare, quæ erant ad ecclesiam Christi venturæ, ait cap. 2. *Fluent ad eum omnes gentes.* Fortasse ideo dicuntur portæ fluuiorum, quia iuxta eas fluebant amnes à Tigri fluuiio deriuati: erat enim Niniue iuxta Tigrim, auctore Mario Nigro sita. Vel præter Tigrim fluebat flumen aliud iuxta portas illas, quæ fractæ fuerunt. Quasi dicat: Capta fuit Niniue ea parte, qua fluminibus alluitur. Iacobus Gœuscheus in libro schematum per portas fluuiorum intelligit pontes, quia per arcus & portas pontium ingrediuntur fluuij. Septuaginta habent: portas ciuitatum. Per fluuium intelligunt ciuitatem, quæ instar fluentis aquæ nunquam quiescit, nec in eodem statu consistit. Vtuntur autem plurali pro singulari.

**t** *Templum ad solum dirutum.* Aiunt templum hoc fuisse idolo Niniuitarum dedicatum, quod vocabatur Nefrach, vt constat ex capit. 19. lib. 4. Reg. quod Babylonij funditus euerterunt.

**v** *Miles captiuus ductus est.* Hoc est, milites Niniuitici erunt capti, & ad Nabuchodonosorem abducti. Ponitur præteritum pro futuro: & singulare pro plurali. Tu autem aduerte: apertæ sunt portæ & templum cecidit, & milites capti ducti sunt Babylonem: quia cum sensus nostri qui sunt animæ ianæ, hostibus ipsius aperiantur, cadunt omnia spiritualia: & nos qui quondam milites strenui eramus, capimur à demone, mundo, & carne, & captiui ducimur in æternam confusionem. Ob eam causam ait Ieremias capite 9. *Ascendit mors per fenestras nostras.*

**x** *Ancillæ eius minabantur.* Subaudi à Babyloniis. Aiunt nonnulli sumi hinc minari pro terreri minis, vt sit sensus: Babylonij victoria inflati terrorem inferent ancillis Niniuiticis, quas minis insequetur. Sed quia minare significat ducere, germanus sensus est: Puellæ Assyriæ captivæ ducebantur. Et ducebantur habent septuaginta interpretes: & verbum Hebraicum nahag ducere significat, quo hinc vtitur Nahû. Hier. Theod. Remigi. Albert. Magnus, & alij nonnulli per ancillas hoc loco intelligunt vicos villas & castella. Nam ex consuetudine. Hebrææ linguæ oppida ea quæ vrbis regis parent, eius ancillæ appellantur. Quod etiã Gœuscheus in libro schematum obseruauit. Sed licet hoc sit verum, meo tamen iudicio nõ solum hoc loco, sed aliis propè infinitis ancillæ in sensu literali pro fœminis sumuntur.

**y** *Gementes vt columbæ.* Non audebunt coram hostibus clamare, & flebiles voces emittere, sed instar columbarum gement intra se. Ita cap. Esa. 59. *Quasi columbæ mediantes gememus.*

**z** *Et Niniue quasi piscina aquarum.* Quidam totum hoc caput à principio ad hunc vsque locum de euerfione Hierosolymæ explanauit. Sed nisi mea me fallit opinio, non de Hierosolymæ, sed de Ninæ expugnatione & vastitate intelligitur. Nam hoc esse institutum Nahum asseruit ipse 1. capite dicens: *Onus Niniue: & modo asserit, cum ait: Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius.* Locutus fuerat proximè de militum ac ancillarum Ninæ calamitate & pernicie, nunc de eiusdem vrbis euerfione vaticinatur. De qua Sophonias 2. ita ait: *Extendet Deus manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudine, & in inuium, & quasi desertum.* Vbi per Assur intelligitur Assyriorum rex, per speciosam autem ciuitas Nina: quam hic piscinam vocat Nahum. Comparat eam cum piscina, ciues autem eius cum aquis, quos ait ob iram Babyloniorum fugisse. Nam in vastitate illa acerbissima multi ex Niniuitis se in fugam contulerunt. Vt aquæ piscinæ infructuosæ sunt, ut habitatores Ninæ inutiles erant. Ob eam causam non

cum aquis nec fontium, nec fluuiorum comparantur, sed cum aquis paludum & piscinarum inutilibus ad potum, vbi boni pisces non nutriuntur. Dicitur enim piscina à piscibus per antiphrasin, quòd pisces non habeat: etiam si lacus vbi coercebantur pisces, vocentur piscinæ à Varrone. Sumi autem aquas pro hominum multitudine indicat illud psal. 20. *Vox domini super aquas.* Et illud Apoc. 17. *Aqua quas vidisti, populi sunt, & gentes, & lingua.* Vt enim aquæ mobiles sunt, hac atque illac vagantes: sic populus nullam gabet firmitudinem, nullam constantiam.

similitudo

aa *State state.* Hoc est subsistite. Verba sunt, quibus Babylonij Niniuitas fugientes alloquebantur. Sed quia Niniuitæ nec sistere, nec reuerti volebant, adiungit Nahum: Et non est, qui reuertatur. Pro quo septuaginta habent: Non erat, qui respiceret. Verbum enim Hebraicum vtrunque significat & reuerti & respicere. Describit irreuocabilem Niniuitarum fugam. Fugiebant Babylonios, cum seipso potius fugere deberent. Nos autem à nobis ipsis potius quam à corporis hostibus fugiamus. Stroiçi negant fugam cadere in virum sapientem, quem aiunt nunquam esse ab hostibus declinaturum. Idemque aiunt multi, qui Christiani censentur, asserentes esse huiusmodi fugam inter scelera numerandam. Sed longè falluntur opinione. Iacobum enim omni sapientia & nobilitate præstantem scimus à fretre suo Esau fugisse, & Mosem miris laudibus celebratum ad Madianitas metu Pharaonis secessisse, & Dauidem omnibus virtutum ornamentis excultum, vt impij Saulis insidias declinaret, se ad Amalecū contulisse, & in solitudine in foveis & speluncis se occultasse. Magnus Elias mortuorum excitator sese abdidit ob metum Achabi, & mandauit fugæ ob minas Ieza belis, quo tempore cætum diuini vates quæsi ad eadem sese in speluncas apud Abdiam abstruserunt. Diuus Paulus vas electionis Damasci in sporta è mœnibus demissus dum ad mortem quæreretur, fugam quæsiuit. Et Christi discipuli mundi doctores ob metum Iudæorum latebras & recessus cum opus esset, quærebant. Et ipse magister cœlestis Christus Deus noster apud Matt. 10. *Cum persequerentur vos, inquit, in ista ciuitate, fugite in aliam.* Et ipse in pueritia cum matre sua sanctissima, & diuo Iosepho fugit in Aegyptum. Et postea in ætate perfecta cum homines doceret, & cœlestè prædicaret doctrinam, insidias Iudæorum, quando opus erat, declinabat. Quare bene possumus fugere hostiū iram, & ab hominum cœtu abduci, vt eorum insidias declinemus. Sed cum opus fuerit mori pro Christo, debemus eius honorem vitæ nostræ antepone, sanguinem libenter fundere, & omnes mundi cruciatus hilari vultu, alacrique animo propter Deum tolerare. Cum autem nos ab hominum insidiis abduxerimus, ad Deum debemus confugere tanquam ad arcem tutissimam, qui nos abscondet, & eruet. Illum enim alloquens regius ac diuinus vates psal. 30. *Abscondes eos, inquit, in abscondito faciei tuæ à cōturbatione hominum.* Seu vt etiam traduci potest: à societate hominum. Beatus ille est, quem Deus segregat ab hominū cœtu, & ad solitudinem animique tranquillitatem ducit.

Gene. 47.  
& 27.  
Exod. 1.  
1 Reg. 19.  
20. 21.  
24.  
3. Reg. 17.  
& 18.  
2. Cor. 11.  
Act. 9.  
Ioan. 20.  
Matth. 14.  
Matth. 5.  
Ioan. 8.  
10. 11.

Exod. 2.

bb *Diripe argentum, diripe aurum.* Verba sunt, quibus Babylonij se vicissim ad prædam hortabantur. Et statim prædixit noster diuinus vates fore, vt Babylonij asportarent in patriam suam vasa multa pretiosa, amplissima spolia, infinitas diuitias. Diximus ca. 1. nomine Ninæ intelligi mundum: quam ob causam eius opes, nimirum eloquentiam philosophiam & historiam possumus diripere ab externis scriptoribus, easque ad Dei cultum & honorem referre. Israëlitas illos imitantes, qui pretiosa vasa, & monilia

ab Aegyptiis abstulerunt, quæ diuino numini dedica-  
rent. Et enim ex verborum elegantia, multarumque rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.

cc *Non est finis diuitiarum.* Hoc est, infinitæ erant in ciuitate illa diuitiæ. Magnæ erant respectu aliarum ciuitatum, non absolute. Nam magna in exiguo qualiter explicentur, non intelligo. Qui fieri potest, vt in tam parua terra quæ puncto comparatur, magnæ sint diuitiæ, magna gaudia?

dd *Ex omnibus vasis desiderabilis.* Alij vertendum putant. Onusta erat omnibus vasis pretiosis. Sed omnibus illis fuit spoliata: & propter illa euersa. Pende, quàm parum profuerint Niniuitis diuitiæ, & quantum detrimenti illis attulerint. Quemadmodum pini nucibus illis onusta, quas pineas vocamus, percutiuntur sæpe lapidibus & iaculis: quod illis non accidit quæ fructus non ferunt: sic homines quantum diuitiores sunt, tantum pluribus contentionibus & periculis sunt obiecti: quòd pateant multa in eorum vita, quæ (vt aiunt) fortuna fertat: quibus pauperes liberantur. At plerique mortales auiditate incensi detestantur paupertatem. Ea ratione ductus Seneca eam bonum odibile appellauit. Sed paupertas illa quam maximè laudamus, est voluntaria, qua regnum cœlorum comparatur: iuxta illud seruatoris nostri apud Matthæum 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Si Niniuitæ diuitias inter pauperes distribuissent, non eas amitterent. Nullus est tutior thesaurus, quàm eleemosyna pauperum, vbi diuites possunt opes suas recondere & conseruare. Cap. 7. ait Ecclesiasticus: *Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.* Et 29. *Conclude eleemosynam in sinum pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo: eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso.* Hoc ideo ait, quia dans vnum, saccum habet, quo centum recipit. Nam vt ait Salomon capite Prouerb. decimonono: *Fæneratur domino, qui miseretur pauperis.* Et dominus Iesus apud Matthæum decimonono: *Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Et apud Lucam 12. *Date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt.* Et quarto: *Date, & dabitur vobis.* Hoc debent concionatores diuitibus suadere & inculcare. Quemadmodum terra sterilis tacta cithara Mineræ, vt eruditi homines fictis subulis memoriæ prodidere, produxit oliuam plenam oleo: sic aliquando diuites avari tacti musica diuinorum verborum fructum ferunt eleemosynæ & pietatis. Et ita à Deo liberantur: ait enim Dauid psal. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.* Niniuitæ autem non fuerunt liberati, quia auaritiæ & cupiditatis stimulis incitati, non solum non largiebantur sua, sed rapiabant aliena: & deteriores indies fiebant. Multi paupertate laborantes ad normam rationis dirigunt vitam, qui postea diuitiis affluentes remittunt nuntium virtuti. Vt apta & suauis fistula seu tibia si est vacua, dulcem reddit sonum, repleta autem puluere & terra nihil sonat: sic multi in egestate dulcem virtutum sonitum fundunt, qui cum postea ingentes consequantur diuitias, omnino obmutescunt.

ee *Dissipata, & scissa, & dilacerata.* Nimirum Nina à Babylonis, qui eam spoliauerunt, reciderunt, & penitus vastarunt. Pro dissipata: est poteris traducere, nudata est, seu spoliata est ab opibus scilicet suis. Hęc de vrbe: nunc de ciuibus.

ff *Cor tabescens.* Describit ciuium Ninæ timorem, mœrorem, & imbecillitatem in vrbs expugnatione. Sensus est: cor eorum liquefiet vt cera ad solem: genua dissoluentur, & præ trepidatione collident se: renes debilitabuntur: & facies præ nimio dolore, & fumo

similitudo

Luc. 4.

similitudo

similitudo

incendij nigrorè afficientur. Idem ait de Babyloniis in eorum pernicie cap. 13. Esaias.

gg *Vbi est habitaculum leonum?* Ita appellat Ninam, quòd in ea habitassent homines superbi, qui se de robore & fortitudine iactantes seipso leones vocabant & filios suos catulos leonum. Irrisio est, & ironia Babyloniolorum in Niniuitas insultantium. Vel per leones intelligit oppressores, prædones, grassatores & tyrannos, & per leunculos filios & famulos eorum. In hanc significationem sumitur loco cap. Ezech. 19. *In medio leonculorum enutruuit catulos suos, & eduxit vnum de leonculis suis: & leo factus est: didicit prædam capere, hominemque comedere.* Et 4. Iob. *Rugitus leonis & vox leane, & dentes catulorum leonum contriti sunt.* Et Prouerb. 8. *Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem.* Et psal. 7. *Ne quando rapiat vt leo animam meam.* Vel vt potest etiam traduci: Ne fortè dilaniet vt leo vitam meam. Aliàs sumitur leo pro animi nobilitate & fortitudine. Quam ob causam Salomon sculpi iussit leones in basibus ædificij. Et in numo Neruæ Traiani claua insidet in capite leonis: vbi per clauam robur corporis significatur, per leonem animi fortitudo: quia in principe & duce cum viribus corporeis sunt animi vires copulanda.

3. Reg. 7.

hh *Ad quam iuit leo:* Subauditur Nabuchodonosor Babyloniolorum rex, qui se ad urbem illam contulit oppugnandam. Ita eum vocat Ieremias cap. 4. populum Israeliticum alloquens: *Ascendit, inquit, leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem.* Cubile Nabuchodonosoris fuit Babylon, vnde exiuit Iudæam vastaturus.

ii *Catulus leonis.* Quem leonem vocauit, vocat modo leonis catulum, quòd non solum esset tyrannus, sed etiam tyranni filius.

kk *Leo cepit sufficienter catulis suis.* Hoc est, Nabuchodonosor cepit spolia, quæ suis filiis & familiaribus sufficienter. Suppeditauit illis diuitias quas ex præda & manubiis cumulauit. Sequitur: Et necauit leonis suis. Id est, & interfecit Niniuitas, vt illis filias suas educaret. Metaphora est sumpta a leone, qui interfecit animalia, vt eorum carnes catulis suis impertiat. Per leonas poteris eius vxores & concubinas intelligere. Nam Michael Bizantius meretrices quasdam corpus ait habere leoninum, vt eas indicet rapacitatem & imperium in amatores exercere. Sed iuxta Corinthum tumulus fuit Laidis petulantis mulieris, cui leonæ simulachrum appositum videbatur.

ll *Et impleuit præda speluncas suas.* Hoc est aulas & ciuitates suas impleuit spoliis. Ita Esaias de Nabuchodonosore loquens: *Rugitus, inquit, eius vt leonis, giet vt catuli leonum: & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur: & non erit, qui eruat.* Totum hoc à verbis illis. Ad quam iuit leo: vsque ad hunc locum potest de rege Assyriorum explicari, qui vt c. 19. lib. 4. Reg. scriptum legimus, Ninam coluit, & reges multos vicit, & spoliavit.

mm *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum.* Subauditur, venturus: sum ò Nina. Sensus est: Tu hæcenus alias vrbes vincebas, euertebas, & spoliabas: at nunc vinceris, euerteris, & spoliaberis. Dicitur aliquando Deus ad no venire, cum nos punit. Eodem modo varicinans Ierem. capite quinquagesimo primo de Babylonis exitio inducit Deum ita loquentem: *Ecce ego ad te mons pestifer, dicit dominus.* Appellat Babylonem montem, non quòd esset in monte sita, erat enim in campi planicie, vt ait libro decimo sexto. Strabo: sed quòd esset excelsis muris munita, vt quòd mons esset vitiorum. Aduerte: venerunt Babylo-

nij aduersus Ninam, eius quadrigas succenderunt, & totam urbem ad vastitatem vocarunt: & Deus hoc loco tribuit totum hoc sibi ipsi, quia sine eius voluntate factum non fuit. Rapuerunt latrones pecora Iob, & ille dicebat: Dominus abstulit. Abstulit autem, non quatenus fuit culpa, sed quatenus fuit poena. Homerus ait dimisisse Deum ex cælo in terras admirabilem catenam: per quam Macrobius in commentariis in somnium Scipionis intelligit diuinam prouidentiam, & connexionem rerum creatarum cum creatore, qui est prima causa, sine qua nihil fit: quia omnia facit aut per se, aut per causas secundas.

nn *Succendam vsque ad fumum quadrigas tuas.* Pro vsque ad fumum habent nonnulli codices: vsque ad summum: sed vitiose: loquitur enim de fumo igni admisto terribilis incendij, quo Niniuitarum quadrigæ absumptæ fuerunt. Ac si dicat: Succendam igne fumante currus tuos. Vocabulum enim Hebraicum & Græcum fumum significat, non summum. Tu quæ fumum vanitatis colebas, vsque ad fumum ignis incenderis. Vanitatem Assyriorum voluit fortasse notare Nahum. Nimia vanitas excludit homines a regno cælorum. Hoc vult David psal. 23. indicare, cum ait: *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam.* Pro quo poteris traducere ex Hebræo: Qui non extulit in vanitatem animam suam. De illa vanitate loquitur, quæ claudit iter ad æternas sedes mentium beatarum.

oo *Et leunculos tuos comedet gladius.* Hoc est, & filij tui gladio hostium interficientur. Vel gladium vocat diuinæ iustitiæ seueritatem & ultionem. Ita potest illud Esaiæ cap. 1. intelligi: *Gladius deuorabit vos* Sumitur etiam gladius pro manu & potestate 18. Exodi, vbi ait Moses: *Deus eruit me de gladio Pharaonis.* Pro quo septuaginta interpretes habent: *ἐκ χειρὸς,* hoc est de manu & potestate. Gladio doloris significatur acerbissima doloris magnitudo, vt Luc. 2. *Tuam ipse animam doloris gladius pertra sibi.* Gladius spiritus est verbum Dei, vt ait sexto ad Ephesios diuus Paulus. De illo intelligitur locus ille c. 3. Canticorum: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimi Israel, omnes tenentes gladios.* Lectulus Salomonis est ecclesia Christi, vbi ille dicitur quiescere & cubare, quam custodiunt doctores, concionatores, & pontifices animorum fortitudine septi, & verbo Dei muniti. De lectulo illo dictum fuerat capite primo. *Lectulus noster floridus.* Nam arbores florentes solent ferre fructum. Quibus verbis significatur fidelium in ecclesia propagatio: quam viri sapientes gladio verbi Dei tuentur. Sed gladius hoc Nahum loco sumitur pro cruenta Babyloniolorum fira: & comedere pro occidere & consumere, vt psal. 77. *Iuuenes eorum comedit ignis.* Vbi Augustinus, & Cassiodorus, & Petrus Lombardus per ignem intelligunt iram hostium in bello. Et psal. 78. *Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.* Hoc est, quia Babyloniij interfecerunt Hebræos, & Hierosolymam suaditus deleuerunt: quæ erat eorum locus. Vbi pro loco quidam vertunt habitationem: Hieronymus autem & Nebiensis decorem: vocabulum enim naueh Hebraicum omnia hæc significat: quæ omnia Hierosolymæ olim florentissimæ Iudæorum vrbi conueniunt. De variis gladij acceptionibus vide Arnobium in psal. nono & vigesimo sexto. Tertullianum aduersus Iudæos, Aretam in Apocalypsin secundo Basilium in psalmum septimum, Bedam in Genesim 3. Philonem 2. allegoriarum.

pp *Exterminabo de terra prædam tuam.* Hoc est, auertam de terra rapinam tuam: non enim amplius furta facies,

facies, non aliena compilabis. Vel sic: Ego ò Ninive  
cives tuos qui viui euaserint ex bello, proiciam de  
terra hac in Chaldaeam: eruntque præda Chaldaeo-  
rum: & in perpetua ignominia versabuntur. Quemad-  
modum Niniuitæ fuerunt Babyloniorum spolia: sic  
impij sunt dæmonum præda: quos Deus tandem de  
terra relegat in terram damnatorum regionem, vbi  
æternis cruciatibus torqueantur. Latomus qui lapi-  
des excindit, & polit, atque ad ædificij accommodat  
extruccionem, si illos inuenit asperos & resilientes,  
nullamque admittentes culturam: relinquit eos, & in  
locum aliquem vilem proiicit. Sic Deus vult nos bo-  
nis inspirationibus ad Ecclesiæ suæ sanctæ ædificium  
accommodare, & perpolire: sed si ei resistimus & ob-  
stamus, relinquit nos, & ad infimum quendam proi-  
cit locum, hoc est ad sceleratorum regionem, vbi  
inepti lapides in æternum cruciantur. De illis ait do-  
minus apud Matt. 8. *Eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* Quidam tolluntur de  
terra alij in eorum locum succreant. Quidam nas-

similitudo

cuntur: alij è vita decedunt: terra autem immota ma-  
net veluti theatrum, in quo hæc veluti comedia pe-  
ragitur. Id voluit Salomon capite Ecclesiasticis pri-  
mo his verbis significare: *Generatio præterit, generatio  
aduenit: terra a tem in æternum stat.*

99 *Non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.* Id  
est, non audient deinceps oppida tua & ciuitates tibi  
subiectæ nuntios tuos tributa exigentes, homines  
terrentes, & Deum execrantes. Hoc fortasse ait pro-  
pter Rablacem ducem exercitus Sennacheribi, qui  
iuxta muros Hierosolymæ diris maledictis verum  
Deum laceffuit, vt cap. 18. libr. quarto Regum; &  
36. Esaiæ literæ diuinæ testantur. Solebant Assyrij  
nuntiis & præconibus eas vrbes minis, ac execratio-  
nibus in Deum & homines terrere, quas ad ditionem  
suam inuitabant. Vel sic: Non audientur post hac vo-  
ces nuntiorum tuorum opera tua laudantium. Huic  
expositioni fauet translatio septuaginta interpretum,  
quæ habet: *Non audientur vltra opera tua.*

## OBSERVATIONES EX Hebræo in

### CAPVT II.

1 Ascendit qui dispergat coram te. Pro ascendit est  
in Hebræo *halah*, quod verbum ascendere significat,  
vt Canticorum tertio: *Quæ est ista, quæ ascendit per  
desertum sicut virga fumi ex aromatibus myrrhæ &  
thuris.* Vel vt potest etiam traduci: sicut columba fumi  
suffita myrrhæ & thure. Vnde holocaustum cuius fumus  
ascendebat sursum ascendens dissipatur, & euanescit, su-  
mitur hoc verbum pro dissipari, succidi, & euanescere.  
Sed aliquando pro conferere, vt cap. decimoquarto Zacha-  
ria: *Apprehendet vir manum proximi sui, & confe-  
retur manus eius super manum proximi sui.* Hoc est,  
habebunt amici manus colligatas præ timore malorum,  
quæ tunc superuenient. Quod potest ita etiam traduci:  
*Apprehendet vir manum socij sui: & ascendet manus eius  
super manum socij sui.* Ac si dicat: *Petet tunc homo auxi-  
lium ab amico suo: sed huiusmodi auxilium abibit in au-  
ras, & instar fumi ascendentis euanescent: frustra tunc  
petent homines auxilium ab amicis suis: nam presidium  
humanum nihil contra Dei consilium valebit.* Sumitur ma-  
nus pro auxilio, vt Deuteronomij decimoquinto: *Vt ape-  
rias manum fratri tuo: Et tertio libro secundo Regum.  
Erit manus mea tecum.* Quare potest tota hæc oratio  
Nabum ita verti: *Peribit seu euanescent dispersor coram  
te: costo di munitionem, considera viam, confirma lum-  
bos, robora fortitudinem valde.* Verba sunt diuini Vatis,  
quibus prosequitur exitium Sennacheribi regis Assyrio-  
rum, & liberationem Iudæ, de qua in fine prioris capituli  
vaticinatus fuerat. Continuat vaticinationem suam con-  
nectens præsentia præcedentibus, ac si dicat: *Peribit, & in  
aerem ascendens sicut fumus euanescent ante oculos ò Iu-  
dæa impius ille oppressor Sennacheribus, qui te ad exitiũ  
& vastitatem vocauerat. Tu custodi munitionem tuam:  
hoc est, ne relinquant Hierosolymam urbem tuam munitam.  
Considera viam, qua venerant Assyrij te oppugnaturi,  
quia non ea venturi sunt postea: quin potius nocte vna in-  
terficientur.* Eam ob causam recipe animum, confirma  
lumbos præ timore debilitatos, & esto animo forti & con-  
stante. Hæc potest esse huius orationis intelligentia iuxta  
literam Hebræicam, quæ Sennacheribum cum fumo in  
ascensu suo deficiente comparauit: iuxta illud psalm. tri-  
gesimo sexto. *Inimici domini mox vt honorificati fue-*

rint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus  
deficient. At septuaginta interpretes multò aliter tran-  
stulerunt: ita enim habent: *ἀνέβη ἐκ τῆς οὐρῆς αἰς τὸ πρῶτον  
ὡς ἐξ ἀπὸ θυρῶν ἐκ θλάξεως.* Id est, *Ascendit insufflans in  
faciem tuam, eruens de tribulatione.* Ac si dicat diuinus  
vates: *Ascendet ad te Christus ò ecclesia sancta, ascendet  
ex mortuis obruens eum, qui mortis habebat imperium, tẽq;  
in facie insufflando fauore prosequetur, & spiritum san-  
ctum tribuet.* Hoc impletum fuit, quando Christus serua-  
tor noster post reditum ad vitam discipulis suis apparuit:  
& vt ait capite vigesimo Ioannes, insufflauit, & dixit  
eis: *Accipite spiritum sanctum.* Ita locum hunc Theo-  
doretus interpretatur. *Dei insufflatione eius fauor & gra-  
tia significatur.* Videns Ezechie. 37. campum plenum of-  
sibus hominum mortuorum dixit ex Dei præcepto: *Veni,  
spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuif-  
cant.* Et ita factum est. Capus plenus ossibus est mundus plen-  
nus peccatoribus, quibus mortifera scelera mortui dicuntur:  
sed possunt Dei insufflatione & gratia ad vitam redire: quæ ad  
modum ossilla redierunt. Volens seruator noster Apostolis  
suis gratiam largiri, insufflauit in eos: quæ in re voluit o-  
stendere, vt ibi Cyrillus Alexandrinus observauit, se esse  
Deum illum, qui in creatione primi hominis inspirauit in  
faciem eius spiraculum vitæ. Ac voluit cerimoniam illa in-  
sufflationis factas ecclesiæ ceremonias approbare. Quæ ad  
modum vt liberaretur Hierosolyma, fuit crudelis domi-  
natus Sennacheribi per Deum ablati: sic vt liberaretur  
ecclesia, fuit diaboli tyrannis per Christum extincta. Eam  
ob causam in fine superioris capituli ecclesiæ nomine Iu-  
dæa significata ob salutem, & Christi gratiam exultanti  
dictum fuit: *Celebra Iudæa festiuitates tuas. Ne mireris,  
si pro obsidione dicam verti posse munitionem: nam in  
Hebræo est met surah, à verbo tsar, quod significat ob-  
sidere & munire.* Vnde nomen hoc obsidionem significat  
& munitionem. Priorem significationem secutus est La-  
tinus noster interpres, posteriore Vatablus, Pagninus,  
& Brixianus. Et quia ab hoc verbo deriuatur nomen  
tsarah, quod significat afflictionem, traduxerunt septua-  
ginta interpretes tribulationem. Illud est hoc loco ad-  
uertendum, caput hoc in Hebræo: & in editione vulga-  
ta incipere ab his verbis. *Ascendit, qui dispergat.* Id  
quod nos secuti sumus. At iuxta translationem septuaginta  
incipit ab his verbis: *Contemplare viam.* Alia enim  
sunt in fine capituli superioris.

2 Quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut  
superbiam Israel. Pro reddidit est in Hebræo verbum  
*xub*, quod significat reuerti, vt Canticorum 6.

Re-

Reuertere reuertere Sulamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te. Sulamitis idem est quod Hierosolymitana, per quam intelligitur Iudeorum synagoga, cuius præcipua ciuitas fuit Hierosolyma, quæ a Salem fuit quondam vocata, vt in nostris in primum Danielis caput cõmentariis aperte ostendimus. In nonnullis codicibus pro Sulamitis est Sunamitis, sed vitiosè ob liberariorum & typographorum incuriam. Verba sunt Ecclesie Iudaicam synagogam ad veram Christi fidem vocantis. Vtitur quater hoc verbo reuertere, quia illam hortatur, vt ex quatuor mundi partibus, in quibus est dispersa, conuertatur ad fidem. Significat etiam verbum hoc reddere, vt psalm. 50. Redde mihi lætitiã salutaris tui. Hoc est Christi, qui est salutare nostrum, salus & saluator. Non enim mundi, sed Dei gaudium appetebat Dauid. Ita sacratissima Dei genitrix apud Luc. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Vel redde mihi lætitiã salutaris tui: Hoc est, quam mihi solebat asferre spes salutis ob liberalitatem tuam consequenda. Præterea significat conuertere, vt psal. 22. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Ac si dicat: Iuxta aquam tranquillam spiritus recreatricem educauit me, animam meam meam ad pristinam quietem suam reduxit. Pro superbia ex in Hebræo אֲדָמָה, quod nomen non solum superbiam significat, sed etiam magnificentiam: pro qua summi potest hoc loco: vt sit sensus: Letare ò Iudæa, quia peribit Sennacheribus, & exercitus eius, & Nina eius regia vrbs euertetur: & Deus reddet gloriam, amplitudinem & magnificentiam Iacobo, iuxta gloriam, decorem, & maiestatem Israelis. Ac si dicat: Restituet Deus populo Israelitico pristinam dignitatem, quam ei Assyrii abstulerant, & obscurauerant. Ac ita Iacob & Israel pro eodem accipiuntur, nimirum pro Hebræorum populo. Ita apud Esaiam 9. Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Hoc est, vaticinationem hanc misit Deus ad populum israeliticum: & ita eueniet ei. Et psal. 113. In exitu Israel de Aegypto domus Iacob de populo barbaro. Quidam ex Hebræis per gloriam Iacobi & Israelis intelligunt Hierosolymam: vt sit sensus: Quia faciet Deus quiescere Hierosolymam interfecto crudeli Sennacheribo, qui eam grauitè afflixerat. Septuaginta interpretes per superbiam hanc videntur intelligere iniuriam iactam in Iudeos ab Assyriis, quam Deus auerti interitu Sennacheribi. Ita enim traduxerunt. Quia auerti dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israel. Alij ita hunc locum explanant: Quia castigauit dominus superbiam Iudeorum nomine Iacobi & Israelis significatorum, quos crudeli virga Assyriorum percussit: restat modò, vt ipsa virga in ignem coniciatur. Hic autem ignis erit ipsorum Assyriorum clades.

3 Clypeus fortium eius ignitus. Pagninus habet: Clypeus fortium eius rubefactus est. Septuaginta. ἡ πλάσσειας αὐτῶν ἔσθ' ἀρδῶνας. Hoc est, arma potentia eius ex hominibus: Pro ignitus est in Hebræo אֲדָמָה me addam, à verbo Addam, quod significat rutilare & rubere. Vnde Adon idem est quod rubicundus, vt Cant. quinto: Dilectus meus candidus & rubicundus: ait ecclesia de sponso loquens. Vbi per candorem significat Christi puritatem iuxta illud sapientie septimo: Cador est lucis æternæ. De qua luce ait Ioannes cap. 1. primæ suæ canonice: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Per ruborem intelligit Christi humanitatem sanguine comperfam. Id intelligens Esaias: Quis est, inquit, iste, qui venit de Edon tinctis vestibibus de Bosra? Et paulò post: Quare rubrum est indumentum tuum: Per Bosra intelligitur terra Hierosolyma, vbi Christus pro nobis sanguinem suum profudit. Quamobrè potest traduci locus hic Nabû: Clypeus fortium eius rubicundus. Vel vt vertit Pagninus: Rubefactus: vel rutilans. Vnde eodem significat lapidem illum pretiosum, quem rubinum vocamus: licet alij dicant esse sardium. Et adamah terram rufam: & su-

mitur generaliter pro terra. Ex quo effectum est, vt Adam idem sit quod homo, quod fuerit è terra formatus. Hac ratione ducti verterunt septuaginta: Et arma potentie eius ex hominibus. Nam particula אֲדָמָה me, significat de, siue ex, Adam autem hominem. Volunt significare scuta & arma Nabuchodonosoris non spiritualia fuisse, sed corporalia: non ex Deo, sed ex hominibus. At de verorum Christi. anorum armis ait apostolus capite 10. posterioris ad Corinth. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio. Hoc est, sunt valida per Deum ad omnes demonum machinas euertendas & dissipandas. Hæc autem verba septuaginta interpretum hanc possunt habere intelligentiam. Ipsi Ninuitem præbebant aduersus seipsos arma Babyloniis: ea enim scelera admittebant, propter quæ ab inimicis vincebantur. Peccata eorum erant arma, quibus Babyloni eos traieciabant, & superabant. Ideo ait: Arma potentie eius nimirum Nabuchodonosoris erant ex hominibus. Hoc est, homines illa ei præbebant. Eodem modo nos ipsi Turcis caterisque infidelibus arma porrigimus, quibus nos interficiant. Relinquamus scelera, & de infidelibus victoriam reportabimus.

4 Viri exercitus in coccineis. Septuaginta habent: Viros fortes illudentes in igne. Hoc est, tam audaces, vt putent ludum, se igni ardenti cæterisque periculis obicere. Tameraria spectacula fortitudinem falso ostentantia iocum putabant. Ita Theophilactus hunc locum interpretatur. At illud erat temeritas, non fortitudo. Vera animi fortitudo fuit illa, qua muniti Christi martyres nec flammam ignis, nec gladio timebant pro fide Christi: sed mortem contemnentes immortalitatem consequabantur. Tam admirabilis erat eorum virtus, vt pro vno qui moriebatur, multi se morti obicerent, & ad gloria sempiternæ decus aspirarent. Quemadmodum cum exciditur virgulum seu surculus arboris, cuius radix sana est, atque viriditate firma, pro vno pullulant permulti: & quemadmodum cum cohibetur parte vna rapidus riuus, funditur variis partibus aqua: sic martyre vno pro Christo vita priuato, alij quamplurimi viri fidem recipiebant: seque ad mortem vltro subeundam præparabant. Iustus, inquit, sapiens Prouerb. decimo octauo: quasi leo confidens sine terrore erit. Et Esaias decimo secundo. Fortitudo mea & laus mea dominus. Vnde apostolus in epistola ad Philippenses 4. Omnia, inquit, possum in eo, qui me confortat. At Babyloni non in Deo, sed in mundi vanitate temeritateque confortabantur. Quare eorum audacia non erat fortitudo. In epistola quadam ad Hieronymum ait ita Augustinus: Qui vera virtute fortis est: nec temere audet, nec inconsultè timet. Et Hieronymus in Esaiam: Fortitudo ac constantia via regia est, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius est & pertinax ad sinistram, qui formidolosus est & pavidus. Et M. Tullius libro 1. Officiorum: Probè, inquit, definitur à Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt pugnantem pro æquitate. Et Seneca in epistola quadam ad Lucillum: Fortitudo non est inconsulta temeritas, nec periculorum amor.

5 Ineæ habenæ currus in die præparationis eius. Pagninus habet: Vt ignis lampadarum currus erant in die qua preparare fecit currus. Alij traducunt: Quasi ignis lampadarum currus in die præparationis eius. Sensus est: Currus falcati Nabuchodonosoris venientis oppugnatum Ninuitem videbantur circumligati igne ardente, qui ex ferro rotarum agitatarum conflagabatur. Pro habenis est in Hebræo אֲדָמָה peladoth, pro quo nonnulli viri docti caddas seu faces interpretantur. Septuaginta tamen translulerunt habenas: quos & rectè quidem imitatus est vulgatus noster interpret.

6 Agitatores cõsopiti sunt. Pro agitatoribus est in Hebræo: beroxim. Berox est arbor quedam, pro quo Hieronymus

Similia.



mus transtulit abietem c. Esai. 55. Pro saluicula ascendet abies. Et quia ex hac arbore ob eius proceritatem solent fieri hasta & ianula, ideo heroxim omnia haec significat. Hac ratione ductus Isidorus Brixianus traduxit: Hasta abiegnæ tremuerunt. Pagninus: Abietes tremuerunt. Pagninus: Abietes veneno infectæ sunt. Vt significant hastas fuisse venenatas, vt hostes omnino perderent. Nonnulli per abietes intelligunt equites Babylonicos: qui ob corporum proceritatem cum altis abietibus comparantur. Ob eam causam septuaginta transtulerunt: Equites eorum tumultuantes. Et Chaldaea Ionata paraphrasis, per abietes hoc loco intelligit magnates, & exercitus magistros & duces. Alij vertunt: Hastati consopiti sunt. Et quoniam equites hastati equos & hastas agitabant, rectè & dilucidè vertit Latinus noster interpretis: Agitatores consopiti sunt: præ nimia scilicet fiducia. Quod ad Babylonicos refertur. At alij hoc ad Niniuitas referendum putant, qui timore inimicorum percussi fuerunt perterriti & stupidi, ac veluti consopiti.

7 Preparabitur umbraculum. Pro umbraculo est in Hebræo: שֹׁרֵט socec, quod est nomen machinae bellicæ ex lignis coriisque compacta, qua urbium oppugnatores reguntur, quando muros diruunt, ne desuper lapidibus obruantur. Vocatur à Iulio Polluce scapistarium. Septuaginta traduxerunt: Preparabunt propugnacula sua. Pagninus: Preparabitur operimentum ex tabulis pellibusque confectum. Deriuatur à verbo sacac, quod significat adumbrare, operire, protegere: vt psal. 139. Domine Deus virtus salutis meæ obumbrasti super caput meum in die belli. Hoc est, domine Deus formitudo, in qua sita est salus mea, tu protegisti caput meum in tempore belli: tu es mihi loco galeæ, ne ab hostibus percutiatur.

8 Templum ad solnm dirutum. Septuaginta habent: Regalia ceciderunt. Alij: Palatium ad solum deiectum fuit. Quod idem est: Nomen Hebraicum est בֵּית הבית, quod aulam significat & templum. Eo vititur Ieremias cap. 7. cum ait: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum domini, templum domini, templum domini. Ter illud nominabant & repetebant ad maiorem verborum suorum confirmationem. Vel quia ter anno ad illud ingredi tenebantur Iudæi. Vel quia tres habebat partes, nimirum porticum, corpus templi, & oraculum. Vel ideo ter Dei templum nominabant, vt simularent religionem. Antiqua est in mundo falsa virtutis ostentatio, quæ hypocrisis appellatur. Eruditus artificio simulationis est angelus piæ, qui alas habens non volat: cereos manibus tenens non illuminat: qui videtur cælum respicere & contemplari, cum nec illud respiciat nec contempletur. Primus hypocrita, vt Chrysostomus annotauit, fuit diabolus, qui Heuam in orto amænissimo sefellit.

similitudo

### Argumentum capitis III.

Lamentatur diuinus vates Nine calamitatem & euersionem, eiusque nefaria scelera, propter quæ erat euertenda. Describit exercitus Babylonicus impetum & audaciam, & Niniuitæ ignauiam & imbecillitatem. Ostendit spem nostram non in auxilio mundi, qui vana quadam nobis & inania pollicetur, sed in Deo esse collocandam, a quo est vera salus, qui ad seipsum confugiētes tuetur & consolatur.

### CAPVT III.

**A** <sup>a</sup> ciuitas sanguinum, <sup>b</sup> vniuersa mendacij, <sup>c</sup> dilaceratione plena: <sup>d</sup> non recedet à te rapina. <sup>e</sup> Vox flagelli, & vox impetus rotæ, <sup>f</sup> & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & <sup>g</sup> equitis ascendentis. Et micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum: <sup>h</sup> & corruent in corporibus suis. <sup>i</sup> Propter multitudinem fornicationum <sup>k</sup> meretricis speciosæ & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis. <sup>l</sup> Ecce ego



Eph. 4.  
Heb. 8.

Esai. 47.  
ego

Ceterum in diuinis literis templum sumitur pro aula, pro aede idoli, pro templo Salomonis, pro ecclesia: quarum significationum exempla passim reperiuntur. Sumitur etiam pro corpore, vt cap. Malac. 3. Statim veniet ad plum suum dominator, quem vos quæritis. Hoc est, statim filius Dei assumet corpus humanum. Hoc est templum illud, de quo ipse dixit apud Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ac statim euangelista ostendit locutum fuisse Christum de templo corporis sui.

9 Et miles captiuus ductus est. In Hebraico pro milite est חֲטָטִים hutsath, pro quo in paraphrasi Chaldaica est regina. Ac ita habet Brixianus. Existimant nonnulli esse proprium reginae nomen. Quam ob causam Pagninus traduxit: Et Hutsab regina captiua ducta est. Deducitur vocabulum hoc à iatsab, quod significat astare. Ideo nonnulli transferunt ex Hebræo: Et astans captiua ducta est. Ac per astantem intelligunt reginam, quod ad regis dexteram solita sit astare: iuxta illud psal. 44. Assitit regina à dextris tuis in vestitu de aurato: Huic interpretationi congruit mirum in modum quod sequitur: Et ancilla eius minabantur. Significat etiam verbum hoc stare. Vnde matsab significat stationem & aciem militum, & ipsos milites. Et aiunt idem significare hutsab. Quare potest verti locus hic. Et acies captiua ducta est. Pro quo Latinus noster interpretis transtulit: Et miles captiuus ductus est. Vt sit singulare pro plurali, miles pro militibus, sine pro acie militum: postremo verbum hoc significat substare, & subsistere: quam obrem nomen hutsab substantiam significat. Ea ratione moti septuaginta transtulerunt: Et substantia reuelata est. Hoc est, opes Niniuitarum aperta sunt, & eorum reconditi thesauri Babyloniis expositi, & direptioni commissi. Sed quia pro, ductus est, in Hebræo est verbum halah, quod significat reuocare, terminare, & consumere, vt psal. 101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Hoc est, ne me succidas & interficias in medio atatis meæ: existimat Rabbi Ioseph Chimbi hunc versum Nahum hanc habere intelligentiam: Milites captiui mortui sunt.

10 Dissolutio geniculorum, Vocabulum פִּתּוּחִים phic, pro quo septuaginta verterunt ὑπόλωσις, & Hieronymus dissolutionem: significat etiam offensionem. Quod huic quoque conueni loco: nam timentium genua se inuicem offendunt & collidunt. Deriuatur à verbo פִּתּוּחַ quod significat offendere, dissoluere, rucere, educere, haurire. In hanc ultimam significationem sumitur c. Prouer. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Vel vt etiam verti potest ex Hebræo: Et educet voluntatem à Domino: Hoc est, assequetur à Eo quicquid voluerit: iuxta illud psal. 144. Voluntatem timentium se faciet dominus.

ego ad te, dicit dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in facie tua: & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proiciam super te abominationes, & contumeliiste afficiam, & ponam te in exemplum.

## EXPLANATIO.

**a** *Va ciuitas sanguinum.* Postquam superioribus duobus capitibus prædixit Ninæ ciuitatis euerfionem: nunc ostendit eius causas esse crudelitatem, homicidia, mendacia, fraudes, rapinam, discordiam, libidinem, idolorum superstitionem, veneficia, & incantationes. Ostendit rectam esse diuinam iustitiam, quæ huiusmodi flagitia horribilibus suppliciis affecerit. Tangens autem primam causam: *Va, inquit, ciuitas sanguinum.* Hoc est, *va tibi popule Niniuiticæ effusor sanguinis innocentis, infinitis cædibus coinquinatæ.* Cum populus ille multas regiones oppugnet, multa millia hominum interficiebat. Bellum inferebat quiescentibus, vt eorum veteres illibatasque diuitias in profundissimum cupiditatum suarum gurgitem profunderet: Sumitur sanguis pro cæde & homicidio, vt psal. 50. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.* Ita appellat Dauid detestabile homicidij flagitium, quod in cæde Vriæ commiserat. Ita locum illum intellexisse videtur Ioannes Campensis, cuius paraphrasis habet: *Libera me ab homicidio Deus, ô Deus, author salutis meæ.* Vel per sanguinis intelligit illic diuinus vates omnia peccata, quæ trahuntur ex carne peccato originali infecta. *Vnde caro & sanguis,* vt ait apostolus. cap. 15. prioris ad Cor. *regnum Dei non possidebunt.* Hoc est, peccata quæ de carnis & sanguinis corruptione proueniunt. Ita Augustinus Aurelius, & Rufinus Aquileiensis locum illum interpretantur. Ioannes Reuchlinus in lexico explicans locum illum inquit: *Libera me de sanguinibus, id est de pœna sanguinis.* Sciebat enim scriptum esse cap. Gen. 9. *Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Remigius Antistiodorensis per sanguines loco illo psalmi intelligit concupiscentias carnis, quibus Dauid liberari cupiebat. In hunc modum intelligi potest illud Ioan. capite primo. *Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt.* Præterea sumitur sanguis pro idolorum victimis, quarum sanguinem infideles fundere solebant. Gloriantur sanguine animalium, quæ simulachris sacrificabant: de illo loquebantur, in eo spem suam collocabant. Ita intelligitur id, quod ait apud Zachariam Deus capite nono: *Auferam sanguinem eius de ore eius.* Hoc est, delebo idolorum cultum, & victimas. Quod statim explicat, cum ait: *Abominationes eius de medio dentium eius.* Abominationes appellantur hostiæ in honorem idolorum mactatæ. Potest igitur sensus horum verborum Nahum esse: *Va tibi ciuitas sacrificiis falsorum deorum dedita. Viri sanguinum dicuntur, qui idolis immolant victimas: & qui alios homines occidunt: vt psalm. quinquagesimo quarto. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Solet enim huiusmodi homines morte immatura decedere ex vita. Et quia vitam longam sibi pollicentur, nunquam expleant tempus suum. Quare etiam si senectute conficiantur, tamen vera est hæc sententia: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Poteris per viros sanguinum quoscunque homines intelligere scelere quocunque contaminatos: nam sanguis pro quacunque culpa sine noxa sumitur aliquando: capite enim Numerorum 35. vbi nos habemus: *Absque noxa erit, qui eum occiderit: pro noxa est in Hebraico nomen hoc dam, quod sanguinem significat:*

quo vitur hoc loco Nahum. Quam ob causam potest hic locus hanc habere intelligentiam. *Va tibi popule Niniuitice noxis flagitiisque pollute, & stimulis cupiditatis incitate. vbi ponitur particula, va, magna designatur culpa, pro qua magna infligitur pœna: vt c. 2. Esa. Va genti peccatrici populo graui iniquitate.* Et Matt. 23. *Va vobis scribae & pharisæi hypocritæ.* Ac non solum de temporali, sed etiam de æterno supplicio solet intelligi. Aspicias hæc Nahum verba referri ad Ninuen, de cuius euerfione vaticinatur. Sed quoniam solent aliquando diuini vates, cum de re quadam loquuntur, ad aliam transferre sermonem, quæ aliquam habet cum illa similitudinem, vt psalm. septuagesimo primo cum de Salomone, hoc est, de rege pacifico se psalmographus ad Christum, quem Esaias nono vocat *principem pacis:* refert: existimo posse dici diuinum nostrum vatem hoc loco raptum spiritu ex Assyriis vaticinationem suam ad Iudæos transtulisse, & loco Ninæ fuisse Hierosolymam allocutum: sed postea ad Ninam reuersum esse. Cum enim mentis oculis diuino lumine illustratus perspiceret fore, vt Iudæi Hierosolymæ Christum dominum verum Messiam ad eandem crudelissimam falsis criminibus vocarent, eiusque pretiosum sanguinem effunderent, has lamentabiles voces emisit: *Va ciuitas sanguinum.* Ac si diceret: *Va tibi Hierosolyma: deploro scelera, quæ es in Christi morte commissura, propter quæ euertenda es à Romanis, & funditus dissipanda.* Merito eam vocat ciuitatem sanguinum, quia eius ciues innocentis agni sanguinem postularunt: dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Et illum crudelissime occiderunt. Id vidit spiritu multo antè Esaias, cum dixit cap. 1. alloquens Iudæos: *Manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Ezechiel etiam capite 24. Hierosolymam eam ob causam ciuitatem sanguinum vocauit bis dicens: *Va ciuitati sanguinum.* De sanguinis acceptionibus vide Clementem Alexandrinum 1. Prædago 6. Gregorium Nyssenum de vita Mosis, Illichium in Leui. 16. Bernardum in sermone in Octaua resurrectionis.

**b** *Vniuersa mendaci.* Intelligitur de Nina, quæ non solum multas ciuitates bello crudelissimo euerit, sed multas alias fraudibus, dolisque in ditionem suam redexit: & mendaciis abundauit. Potest, vt dixi, ad Hierosolymam referri. De Iudæis nomine Euphrain significatis, ait cap. 12. Ose. *Tot adie mendacium & vastitatem multiplicat.* Hoc est quotidie auget mendacium, quod est vastitatis, & euerfionis causa. Quod discrimen est inter numum verum & adulterinum, hoc est inter veracem hominem & mendacem. Imò multo detestabilius: nam falsitas numi lædit corpus, mendacium verò animum: iuxta illud Sapientie primo. *Quod mentitur, occidit animam.* Quod est de mendacio pernicioso intelligendum: quo nullum venenum promptius inuenitur: nã venenum corporeum non statim necat: at mendacium perniciosum illico occidit: ait enim Iacobus apostolus: *Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.* Quod nou de veniali, sed de mortifero intelligitur. Illud est aduertendum, vbi nos habemus hoc loco: *vniuersa mendaci:* esse in translatione septuaginta interpretum: *Tota mendax.*

*e Dilaceratione plena.* Id est, quæ non solum homines in parte, sed ciuitates dilanias & perdis. Quidam ita interpretantur: Væ tibi ciuitas plena dissidio & diuisione. Ostendit diuinus vates esse urbem illam euertendam: est enim dissidium ac diuisio certissimum vastitatis exitiique argumentum. Id ostendit Oseas capite decimo, cum inquit: *Diuisum est cor eorum: nunc interibunt.* Et seruator noster in euangelio: *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Scribit Pontianus dixisse Zenonem Citi eum honestum ciuium amorem ciuitatem conseruare. Agesilaus, auctore Plutarcho, interrogatus quamobrem Sparta non esset cincta mœnibus, ostendit ciues vnanimis, Hi, inquit, sunt Spartæ ciuitatis mœnia. Ostendit nullum esse murum concordia ciuium munitiorem nullam pestem discordia funestioem. Id animo percipientes Lacedæmonij, vt ait libro tertio decimo Athenæus, ante prælium sacrificabant amori, quod scirent in amicitia & concordia instructorum exercituum salutem & vitam consistere: in dissidio autem & discordia perniciem. Solet autem diuisio ex insolentia sæpenumero oriri. Nam vt ex vaporibus & exhalationibus terræ fiunt tonitrua & pluuia: sic ex superbia & arrogantia oriuntur discordiæ, & afflictionum lachrymæ, quæ ex ipsa discordia generantur.

*d Non recedet à te rapina.* Hoc est quam diu duraueris, semper rapies aliena. Significat Iudæorum auaritiam & pertinaciam in prædando. Latrones eos vocauit Christus, cum dixit: *Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Potest hoc, vt dixi, in potiore sensu ad Niniuitas referri, qui cupiditate flagrantibus nullis opibus satiebantur. Nam vt ait Ecclesi. quinto: *Auarius non replebitur pecunia.* Possunt arcæ cupidorum impleri, sed animi hauquaquam. Quando sunt ditiores, tanto in periculo maiore versantur. A paupertas mitis & voluntaria tuta est, instrumentumque diuinæ philosophiæ. Eam elegit Christus, & suis tribuit dilectissimis. *Scitis, inquit, Apostolus: in posteriore ad Corinthios, gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis.* Et Iacob. c. secundæ epistolæ suæ: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?* Et ipse Christus Deus noster: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Id intelligens diabolus contendit auferre à multis paupertatem, vt diuitiis affluentes grauibus se operiant flagitiis. Quemadmodum hostes dant operam, vt impleant & obstruant foueam arcis, quam obsident, & oppugnant, vt eam capiant: sic dæmones laborant, vt vacuum paupertatis foueam impleant diuitiis: quod possint animi arcem facillè expugnare. At viri pij & sapientes paupertatem amplectantur. Nam vt Salomon ait Proverbiorum decimo quinto: *Melius est paruum cum timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles.* Hoc non intelligentes Niniuitæ utebantur prædis ac rapinis, vt diuites efficerentur. Sed David spiritu Dei illustratus: *Nolite, inquit, sperare in iniquitate: & rapinas nolite concupiscere:* diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Vel vt potest etiam verti ex Hebræo: *Nolite sperare in iniquitate & rapina: nolite fieri vani, &c.* Quibus verbis nos hortatur, vt cõtemnamus pecunias & opes, ne stimulis cæcæ cupiditatis inflammati alienum diripiamus, & vanitatem amplexemur. Transit enim celerrimè vita, & evanescent diuitiæ, quibus non debemus adiacere animum, cum sint fluxæ, & in casu sitæ, eamque ob causam pro nihilo putandæ. Tu autem aduerte. Prædicebat Nahum Niniuitis exitium propter eorum scelerata, præsertim

quia aliena rapiebant, & tamen dicebat: *Non recedet à te rapina.* Vide quam difficillè sit à peccato discedere. Incidere in illud est facillè, sed ab eo abduci magnam habet difficultatem. Id voluit diuina scriptura significare in Genesi & Exodo, cum narrauit Hebræos facillè ingressos fuisse in Aegyptum: sed difficulter inde exiisse imò non aliter quam manu Dei. Vnde Latinus poeta cecinit: *Facilis descensus auerni: sed reuocare gradum, hoc opus hic labor est.* Ceterum verba hæc: *Non recedet à te rapina:* possunt intelligi de rapina Chaldæorû, vt sit sensus: *Quoniam ò Nina es ciuitas sanguinum tota plena mendacibus, furtis, & discordiis, eris direptioni commissa: non recedet à te exercitus Chaldæorû, donec opes tuas diripiat.* Omnes has explanationes recipit locus hic. *Et ex vno stipite arboris diuersi rami variorum fructuum miro agricolarum artificio insiti, procedunt: sic ex vno eodèq; loco sanctæ scripturæ, Deo ita ordinatè, varij rami distinctorum sensuum aliquando egrediuntur.*

*e Vox flagelli, & vox impetus rota.* Describit vim, sonitum, terrorem, immanitatem copiarum Chaldæicarum. Sensus est: *Audietur in hoc exercitu vox siue sonitus flagellorum: quibus equi agitabuntur.* Olim ante vsu calcarium utebantur equites flagellis. Et audietur sonus stridentium rotarum curruum se impetu & celeritate mouentium. Nam venient multi ad pugnandum curribus falcatis. Per vocem flagelli potest intelligi vox Nabuchodonosoris, qui erat flagellum, quo Deus gentes multas percutiebat. eodem modo Attila rex Hunnorum, qui magnam Italiæ partem vastauit, vocabatur flagellum Dei. Hoc se titulo nominabat, vt D. ait Antonius parte secunda historiarum tit. 11. Etiam si Rauisius Textor hoc tribuat Totilæ Gothorum regi, qui Romam expugnauit. Et impius Ramorlanus, quem alij Tamberlanum vocant, fatebatur se esse iram Dei: Author est Antonius Sabellicus lib. exemplorum 8. Demum Caligula Romanorum imperator aiebat velle se, vt vniuersus populus Romanus vnicam haberet ceruicem, vt vno ictu illum interficeret. Authores sunt præter Eutropium Fulgosi lib. 9. & Brusoni lib. secundo. Talia portenta tulit olim mundus pro summis principibus. Vel sumitur hoc loc flagellum pro contumelia, quam Babylonius exercitus iaciebat in Niniuitas, cum eos vocibus & maledictis execraretur. Sumi autem flagellum in hanc significationem indicat locus ille Iob. 5. c. *A flagello lingue abscondetur.* Vel pro calamitate: in quam significationem sumitur psal. 31. *Multa flagella peccatoris.*

*f Et equi fremētis, & quadrigæ feruentis.* Ponitur singulare pro plurali. Sensus est: *Audietur strepitus equorum ferocitate exultantium: & saltantium ac properantium quadrigarum: & pugnantium equitum: & gladiorum micantium radiis se vicissim tangentium: & hastarum coruscantium: & multorum ciuium tuorum trucidatorum: & eorum, qui ruerint & ceciderint in bello, quorum infinita erit multitudo.*

*g Equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis haste.* Præter sensum quem paraphrasticè exposui, potest hoc ita explanari. In exercitu illo Babylonico contra Ninam parato equites extollent manibus gledios micantes euaginatores, & hastas rutilantes. Ita enim potest educi ex Hebræo.

*h Et corrūent in corporibus suis.* Hoc est, in cadaveribus eorum: Ac si dicat: *Tanta erit interfectorum Niniuitarum multitudo, vt hostes cadant super illos.* Impingent Babyloni in eorum cadavera. Illic perierunt Niniuitæ, & nomina eorum. Tunc impletum fuit illud Davidis: *Perit memoria eorum cum sonitu: hoc est, cum magno clamore, vt interpretatur Augustinus, quemadmodum fit, quando res prosperæ ruunt, infelicique*

Matt. 12.  
Luc. 11.

similitudo

Matt. 21.

Matth. 4.  
Luc. 6.  
similitudo

Psal. 61.

similitudo

Psal. 9.

ei que sine clauduntur. Sustulit Deus impios, & nomen crudelissimæ gentis ad internecionem redegit. Vbi sunt principes illi Assyrij, qui mundum terrebāt, sibi que vitam perpetuam pollicebantur? Transferunt omnia illa sicut vmbra, & sicut nuntius præcurrens. Quemadmodum fluuius etiam si non directò feratur, sed multis factis anfractibus disfluat, semper tamen currit ad mare: sic vita nostra tametsi multas habeat mutationes, variâque vicissitudines, & cursum suum per varios casus & diuersa rerum discrimina conficiat: semper tamen ad mortem properat ac festinat.

Sap. 5.  
similitudo

**i** Propter multitudinem fornicationum. Subaudi, euenient omnia hæc Ninæ. Erat quippe ciuitas illa libidinibus obscenisque voluptatibus dedita. Vel accipitur fornicatio pro idolorum cultu: infinitos enim deos colebant Niniuitæ, ad quorum cultum, impiamque superstitionem varias nationes prouocabāt, Reddit Nahum causam interitus tantæ hominum multitudinis, quia multis ac vanis idolis cultum, soli Deo debitum, tribuebant, & ipsum verum Deum pro nihilo putabant. Sumi autem fornicationem pro idololatria indicat illud Sapientie 14. *Initium fornicationis initium idolorum est.* Vnde fornicari idem est sæpenumero quod idola venerari, vt capite Exodi 34. *Ne fornicati fuerint cum diis suis.* Et paulò post: *Ne fornicari faciant filios suos in deos suos.* Et Leuitici vigesimo: *Vt fornicentur cum Moloch,* Et psal. 72. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Huiusmodi sunt Lutherani, qui ecclesia Christi repudiata in hæreses intolerabiles inciderunt, & cum impietatibus suis se copularunt.

**k** *Meretrixis speciosa & grata, & habentis maleficias.* Comparat Ninam cum muliere pulchra, quæ domum suam patefacit obscenæ omnium cupiditati, quæ ad turpes voluptates homines inuitat. Illa enim varias gentes ad deorum suorum cultum inuitabat, & veneficiis ad hunc effectum, artibusque magicis utebatur. Eadem ratione ductus Esaias capite primo de Hierosolyma loquens: *Quomodo, inquit, facta est meretrix ciuitas fidelis?* Et Ezechiel 16. *Propter a meretrix audi verbum domini.* Et Ioannes Apocalypsis decimonono Babylonem, hoc est improborum cœtum, & ciuitatem confusionis meretricem magnam appellauit.

**l** *Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum.* Sensus est: quoniam tu ô Nina es multorum deorum cultrix, & augurum ac ariololum fautrix, & vero Deo contempto plurima idola coluisti, ad quorum cultum gentes alias excitasti, veniam ego contra te, inquit Deus, te grauitè puniens & euertens. Venturi erant ad illam vastandam Babylonij: & Deus ait se esse ad illam perpendam venturum. Nam illo ita permittente &

ordinante erat ciuitas illa per Babylonios ad exitium & vastitatem vocanda. De malo pœnæ ait Amos tertio: non esse malum in ciuitate, quod Deus non faciat. Hæc verba Nahum fuerunt etiam capiti secundo mandata.

**m** *Reuelabo pudenda tua ante faciem tuam.* Id est, fimbrias tuas puluere & luto contaminatas reiciam in faciem, vt pudenda tua detegantur: quod est spectaculum mulieri ignominiosissimum. Ac si dicat: ita te castigabo, vt maneat infamis. Vel ita: ponam ante oculos tuos flagitia tua, vt ea videas & detesteris. Sic psal. quadragesimonono: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Hoc est, conuincam te, & ostendam te tibi, vt tibi displiceas: quod faceres, si te videres. Quod posuisti post dorsum tuum, ponam ante faciem tuam: vt ea videns erubescas. Ita Augustinus locum illum interpretatur: & post illum Petrus Lombardus, qui est doctorum antiquorum veluti echo, & vocis repercussio. Hoc est hominum ingenium non aspicere flagitia sua, aliena autem inquirere, perspicere, & explorare. Qui portat pondus aliquod super caput, non illud cernit: cernunt autem alij: ipse autem aliorum onera intuetur. Sic nos non videmus peccata nostra, sed aliorum, ipsi autem non sua, sed nostra conspiciunt. Sunt enim peccata super caput iuxta illud psalmi trigesimo septimo. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum:* & sicut onus graue grauata sunt super me. Quibus verbis significat psalmographus se tanto flagitiorum pondere premi, vt vires illi ferendo pares non habeat. Cum igitur peccata feramus super capita, ea minimè videmus. Ex quo efficitur, vt non intelligamus, quantum distemus ab illa pietatis & iustitiæ præsentia, quam Deus à nobis requirit.

**n** *Et ostendam in gentibus nuditatem tuam.* Aperiam Chaldæis interiora tua. Significat visuros esse Chaldæos thesauros, & recondita omnia ciuitatis Ninæ. Loquitur de illa, quasi de muliere comprehensa in adulterio: quæ solebat coram omnibus spoliari vestibus pretiosis, eiusque maleficia omnibus indicari. Sensus est: afficiam te summa ignominia. Nam non solum tibi, sed aliis prodam scelera tua. Hoc schemate vtitur Esaias cap. 47. cum ait: *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Et Ezechiel sextodecimo Eras nuda, & confusione plena. Et paulò post: *Reuelata est ignominia tua.*

**o** *Ponam te in exemplum.* Vt scilicet videntes alij dedecus tuum & pœnas scelerum tuorum, quas daturus es, respiciant: & repudiatis flagitiis dirigant vitam ad certam rationis normam, officiorumque nomina perpendant. Ita posterioris Par. 6. *Ponam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis.*

## OBSERVATIONES EX

Hebræo in

## CAPVT III.

**E**CC E ego ad te, dicit dominus exercituum. Pro domino est in Hebræo *יהוה* nomē Dei quatuor literarum, quod Hebræi vocant ineffabile: aiunt que significare Deum quodam modo in natura sua. Ac re ipsa illis ineffabile est, quoniam eius mysterium non cognoscunt. Est enim in illo sacrosanctæ trinitatis sacramentum adumbratum. Vnde in translatione Chaldaica ita scribitur *יהוה*: non quod illud lex vetus silentio præterierit, sed quod illi cæco furore obstinati errorem cum lacte nutricis suserint. Locis enim propè infinitis mysterium hoc conti-

netur, quorum vnum duntaxat citabo, qui est Deut. cap. 6. cuius ad literam hæc sunt verba: Deus Deus noster, Deus vnus est, Vbi ter nominatur Deus ad distinctionem personarum significandam, & vnus esse dicitur ad vnitatem naturæ ostendendam. Ita locum illum explanat Augustinus libro tertio aduersus Maximinum Ariarium, Alexander summus pontifex in epistola sua prima, Idacius Clarus in tractatione contra Varimandum, Anselmus Laudunensis in glossa interlineati, Gregorius Nyssenus in libro de cognitione Dei aduersus Iudeos. Theodoretus in libro de curatione Græcarum affectionum secundo, Petrus Galatinus libro secundo de arcanis catholica veritatis. Præter hęc ita locum illum interpretatur Rabbi Simon filius Iohai in libro, qui inscribitur Zoar, & Rabbi Menahem in capitu. 6. Deuteronomij, Pro exercituum, est in Hebræo *יהוה* in plurali à nomi-

מַצְבֵּי quod significat exercitum. Quare rectè vulgatus noster interpres traduxit: Dominus exercituum. Pro quo septuaginta interpretes habent *nhgias wawteq&xtop*: hoc est, dominus omnipotens. Significat etiam nomen hoc Tsaba fortitudinem, & ornatum, & virtutem. Et utitur David psalmo vigesimo tertio cum ait Hieronymus exercituum, ipse est rex gloria. Pro quo Hieronymus vertit dominus exercituum, ipse est rex gloria. Itaque idem est dominus Tsabaoth, & domus exercituum, & dominus virtutum. Hæ autem virtutes non sunt illæ, quas morales aut theologales appellamus, sed sunt fortitudines & exercitus. Per exercitus autem non solum hominum acies, sed astrorum, & angelorum significantur. Pro angelorum copiis videmus sumi psalm. centesimo secundo: Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui faciis voluntatem eius. ubi per virtutes Dei, eiusque ministros idem significatur. Pro stellarum & cælorum ornatu psalmo trigesimo secundo accipitur, ubi scriptum est: Verbo domini cæli firmati sunt: ut & spiritu eius omnis & virtus eorum. Pro quo Hieronymus transtulit. Omnis ornatus eorum. Ita appellat diuinus vates solem, & lunam, & innumerabilem siderum tam vagantium quam fixorum multitudinem, quibus ornatum vndique cælum insatiabile mortalibus præbet spectaculum. Aspicias igitur nomen hoc Tsabaoth varias significaciones habere: quæ possunt huic Nabum loco accommodari. Quot autem, & quæ sint nomina Dei, docet Hieronym. in pistola ad Marcellam.

2 Reuelabo pudenda tua. In Hebraico pro pudendis, est nomen *חַוְיָא*, quod etiam significat fimbriam vestis. Qua ratione ductus Pagninus vertit: Reuelabo fimbrias tuas. Sed sensus est idem. Paraphrasis Chaldaica enclitrix difficultum locorum habet: Discoperiam verecunda peccatorum tuorum. Hoc nomine utitur Esaias capitulo sexto cum ait: Fimbriæ eius replebant tem-

plum. Pro quo Latinus noster interpres rectè tradidit: Ea quæ sub ipso erant, replebant templum: volens hæc verborum circuitione sensum diuini vatis apertius explanare: qui loquitur de Deo in solio cum maiestate sedente. Erant autem sub ipso non solum fimbria, sed nitore & claritas: quam ob causam paraphrasis Chaldaica habet: Splendore gloriæ eius repletum est templum.

3 Ponam te in exemplum. Pagninus habet: Ponam te tanquam inquinamentum. Vatablus in commentariis: Ponam te tanquam stercus. Pro exemplo est in Hebraeo *רָאָה*, quod hæc significat. Septuaginta habent exemplum, quos rectè imitatus est noster interpres. Potest rectè verti in spectaculum: ut scilicet alij te videntes resipiscant, habentes ante oculos propositum tuæ superbiæ & euersionis exemplum. Deducitur nomen hoc à verbo *ראָה*, quod significat spectare, & videre, ut capite Genesis vigesimonono. Quæ lia, conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus humilitatem meam. Vbi pro, vidit, est in Hebraeo verbum hoc *ראָה*. Per humilitatem verò intelligitur eius mæstitia, quod à vtro suo Iacobo despiceretur. Ruben autem idem est quod visionis, siue visæ filius. Vidit enim eam Deus oculis misericordiæ dans ei filium, quem ipsa cupiebat. Grata mulier ventris sui fructum Deo tribuit, eiusque beneuolentiam in nominis filij impositione se recognoscere declarat. Viditur verbo hoc David psalm. trigesimo pro quo Latinus noster interpres transtulit respicere: cum ait. Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam. Quod potest verti ex Hebraico: Quoniam respexisti calamitatem meam, saluasti de angustiis animam meam. His verbis in calamitate versatus seipsum roborat atque confirmat repetita tibi poris superioris memoria, quo eum Deus ab æcerbis ærumnis & periculis liberauerat.

4 Et erit: omnis qui viderit te, resiliet à te: & dicet: Vastata est Niniue. 5 Quis commouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? 6 Nunquid melior es Alexandria 7 populorum, 8 quæ habitat in fluminibus? Aquæ in circuitu eius, 9 cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius. 10 Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis. 11 Africa & Lybies fuerunt in auxilio tuo. 12 Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: 13 paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum: 14 & super inelytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et 15 tu ergo inebriaberis, 16 & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. 17 Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. 18 Ecce populus tuus mulieres in medio tui. 19 Inimicis tuis ad apertionem pendentur portæ terræ tuæ: 20 deuorabit ignis vestes tuas. 21 Aquam propter oblidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas: 22 intra in lutum, & calca subigens, tene laterem.

a Et erit, omnis qui viderit te, resiliet à te. Id est, itaque fiet & eueniet, ut quicumque supplicium & dedecus tuum aspexerit, refugiat abs te, relinquens scelerum tuorum imitationem, ne similiter mulctetur.

b Quis commouebit super te caput? Quasi dicat: nemo. Interrogatio affirmans obtinet vim negationis. Non erit, qui doleat vicem tuam, qui ingemiscat in tam graui vulnere, qui mœrore angatur, quod tu dolore opprimaris, & funditus valleris. Quin potius omnes dicent te esse iusto Dei iudicio punitam: nullumque habebis consolatorem. De Hierosolyma ait Ieremias Thren. 1. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Commouere caput super aliquem signum erat commiserationis. Ideo Iob cap. 16. Vitinam, inquit, esset anima vest a pro anima mea, consolauer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Non est mirum crudeles Niniuitas non inuenisse, qui eos merore lenarent, & solatio aliquo mulcerent: siquidem viri pietate omnique virtute &

sapientia præstantes in ærumnis versati nullum aliquando inueniunt consolatorem. Id expertus Ieremias dicebat in prima lamentatione: Ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longe factus est à me consolator. Multi qui in rebus secundis & ad voluntatem fluentibus permultos habebant amicos, postea iacentes in ærumnis nullos inueniunt. Mundi amor est veluti sol inter nubes, qui vehementer ardet, sed parum durat, nunquamque stabilis seu erat.

c Nunquid melior es ab Alexandria populorum? Ac si dicat, non. Sensus est: Si Alexandria celeberrima & munitissima quondam vrbs Aegypti expugnata fuit à Chaldæis, & funditus euerfa, quia non potuit illis Deo ita volente resistere, qui fieri potest, ut tu, quæ inferior, minusque ad resistendum apta & parata, euadās ab eorū manibus iramque diuinā declines? Hæc ciuitas fuit olim vocata No, & ita vocatur Hebraicè hoc loco Nahum: quæ fuit à Chaldæis prius vastata quam Niniue.

Thren. 1.

similitudo

Nina. De illius euerfione locutus est Ierem. cap. 46. & Ezech. 30. Sed multos post annos ab Alexandro Magno instaurata Democratis architecti opera vocata est Alexandria. Latinus autem interpres relicto nomine antiquo infueto, quod erat ab obliuione ferè extinctum, illam eo nomine appellat, quod tunc erat notius & celebrius. Eodem modo Moses cap. Gen. 12. loquens de Abrahamo: *Transgrediens, inquit, ad montem qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculū suum, ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai.* Hoc est ad montem qui erat Orientalis ipsi Bethel. Et tamen locus ille adhuc non appellatur Bethel, sed Luza: nam nomen hoc Bethel fuit illi postea impositum à Jacob: vt Moses cap. Gen. 28. testatur. Est autem Bethel, vt D. ait Hieronymus in libro de locis Hebraicis, oppidum situm euntibus Æliam de Neapoli in læua parte viæ duodecimo circiter milliario: vbi ædificata est ecclesia, vbi dormiuit Jacob pergens in Mesopotamiam: qui ei loco posuit hoc nomē Bethel, quod idem est ac domus Dei. Sed solet diuina scriptura per anticipationem nominibus aliquando vti locorum. Idem fecit interpres noster Latinus cap. 46. Ierem. Deum ita loquentem inducentis: *Ecce ego visitabo super tumultum Alexandria.* Et Ezech. 30. *Faciā iudiciū meū in Alexandria.* Quibus in locis est in Hebraico No. Similiter Virgilius de Ænea loquens ait lib. primo. Æneidos: *Italiam fato profugus Lauināque venit littora, &c.* Cū tamen littora illa nondum appellarentur Lauina, cū Æneas illuc classem suam appelleret. Nam vbi ille vxorem duxit Lauiniam, condidit urbem in Latio à nomine vxoris Lauinium appellatam. Ex quo effectum est, vt littora illa Lauinia siue Lauina appellarentur. Qua de re poteris Titum Liuium lib. 1. ab vrbe condita videre.

d *Populorum.* Hoc est, populosa, vt ita dicam: erat enim celeberrima magnam hominum multitudinem continens, multosque sibi subiectos populos coercens. Paraphrasis Chaldaica habet: *Alexandria magna.*

e *Qua habitat in fluminibus.* Id est, quæ est iuxta fluuios sita. De illa ait in hunc modum diuus Hieronymus in libro de locis Hebraicis Act. apostolorum: *Alexandria ciuitas Ægypti quæ quondam No. dicebatur, inter Ægyptum Africam & mare quasi claustrū posita est.* Solinus capite quadragesimo quinto ait eā esse non longè ab ostio Nili fluminis. Sita est iuxta Nilum & mare & lacum Mareoticum. Ostendit hoc loco diuinus vates eius situs amœnitatem, & munitionē: erat enim natura, situ, mœnibus, & descriptione ædificiorū ornatissima. Vide Iustinum li. 11. Plin. lib. 5. Quintum Curtium lib. 4. rerum gestarum Alexandri, & Diodorū Siculum in Bibliotheca.

f *Cuius diuitiæ mare.* Hoc ait, quia mari multæ pretiosæque merces vehabantur. Sequitur: *Aquæ muri eius.* Hoc est, aquis veluti muris cingebatur, Vel aquæ eius muros circumdabant.

g *Æthiopia fortitudo eius & Ægyptus.* Id est, erat, Æthiopia scēdere coniuncta cum Alexandria, quia erat Ægypti metropolis & regia: quare Æthiopia & tota Ægypti regio eidem Alexandria opem ferebāt, eamque reddebant fortitudine prestantem. Sequitur: *Et non est finis.* Hoc est, cuius fortitudo videbatur infinita. Vel cuius ciues erant infiniti. Septuaginta habent: *Et non est finis fugæ tuæ.* Id est, fugient ciues tui infinitè. Æthiopia sumitur aliquando pro gentilitate, vt psalm. 67. *Æthiopia præueniet manus eius Deo.* Hoc est, festinabit dare manus & obedientiam Christo vero Deo, cuius fidem & cultum acceptura est. Hic autem pro ea sumitur Æthiopia, quæ iuxta Ægyptum est: de qua loquitur Daniel capite 11.

h *Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo.* Alloquitur Alexandriam, ac si dicat: *Africa & Libya tibi opem & præsidium attulerunt.* Africa regio est latissima, vna ex tribus præcipuis mundi partibus: quæ ad Oriente Nilo fluuiio, ab Occasu mari Atlantico, à Meridie mari australi, ab Aquilone mari Mediterraneo terminatur. At quædam huius Africae pars dicitur Africa minor, de qua hic loquitur Nahum. Libya etiā pro Africa aliquando sumitur in vniuersum: sed hic pro quadam Africae parte accipitur, quæ appellatur Mareotica. Qua de re ea poteris videre, quæ in nostris in Daniele commentariis diximus, verba illa capituli vndecimi explanantes: *Per Libyam quoque & Æthiopiam.*

i *Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem.* Hoc est, nihilominus tamen ipsa Alexandria capta fuit, & euersa: eiúsque captiui ducti sunt in Chaldæam. Nam etsi habebat auxilium humanū, carebat tamen diuino. Ostēdit hic locus non esse nobis viribus ac præsiidiis humanis nitendum. Aspicias quā parum profit hominum auxilium contra Dei voluntatem, quantiūque ponderis sit præsidium Dei. Id intelligens Moses cecinit Exod. 15. *Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutē.* Et paulo post: *Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.* Et David psal. 19. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus.* Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Quare non debemus in mundi auxilio totam spem figere & locare, sed in Deo: ad quem in calamitatibus nostris debemus tanquam ad arcem tutissimam confugere. Hac ratione ductus Iosaphath has ad Deum voces emisit, quæ sunt cap. 20. li. posterioris Par. mandata: *Cū ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros ad te dirigamus.*

k *Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum.* Hoc est, pueri Alexandriae in omnibus compitis fracti, collisi, & trucidati fuerunt. Cū hostes eos ducere ob teneram ætatem non possent, ad lapides proiciebant. Id fecerunt Babylonij Niniuitis: sed idem fecerunt Persæ Babylonis, iuxta illud psalm. 136. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* Cap. 9. lib. 4. Aeg. scriptum est: *Paruulos eorum elides.*

l *Super inclytos eius miserunt sortem.* Chaldæi super principes & magnates Alexandriae miserunt sortes, quibus decerneretur, quos quisque captos abduceret. Et omnes fuerunt in vincula coniecti. Hoc Ægypti exitium prædixit Esaias cap. 18. & 19. & 20. Ierem. 46. Et Ezech. 29. & 30. & 31.

m *Tu ergo inebriaberis.* Redit ad vaticinationem ciuitatis Ninæ. Sensus est: *Tu ò Nina repleberis similibus, vel acerbioribus calamitatibus.* Et poculo iræ Dei eris ebria, & in tot ærumnis versata, vt sensum rationemque amittas. Vult summam Ninæ afflictionem significare. Ita Iere. Thron. 3. *Repleuit, inquit, me amaritudine, & inebriauit absinthio.*

n *Eris despecta, & tu quæres auxilium ab inimicis.* Illi quos tu amicos tuos esse putabas, in quos beneficia contuleras, ita te in calamitatibus tuis derelinquent, & negligent, vt cogaris ad inimicos tuos confugere. Amicus propriam quærens vtilitatem, cuius amicitia non in virtute, sed in proprio emolumento consistit, est similis habenti arculam plenam suauis escæ, ex malis cotoneis & saccharo confecta, eamque magnificenti: qui postquam escam comedit atque consumpsit, vacuum arculam contemnit, & abiicit. Cū vtilitas amicitiam conglutina, eadem mutata dissoluit: quia solida & vera nō erat amicitia. *Omni tempore diligit, qui amicus est:* ait Salomon in Prouerbiis: *& frater in angustia comprobatur.* Solida amicitia sunt ad-

mantinæ: quæ antem proprium respiciunt commodum, vitreæ. Sensisse autem Ninam amicorum suorum defectionem etiam Diodorus Siculus libro 3. testatur.

*o Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis.* Tam facile deiciuntur in terram omnia mœnia atque propugnacula tuæ, quàm ficus arbor cum ficis præcocibus, qui excussi statim cadunt, & interdum in os excipientium, & qui eos deuorant & liguriunt. Comparat munitiones Ninæ plenas hominibus cum ficu plena grossis suis, quæ facile euellitur, & ficus facile colliguntur.

*p Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Hoc est, ciues & habitatores tui erunt in te imbecilles & effœminati animum muliebrem gerentes. Notat eorum delicias, mollem & umbratilem vitam: cum danda opera sit, ne quid molle & effœminatum, fractumque fiat. Volens Deus ostendere futuram Iudæorum perniciem: *Dabo*, inquit apud Esaiam 3. *pueros principes eorum: & effœminati dominabuntur eis.* Fuerunt Hierosolymæ multi vnguentis pretiosis dediti: quod viros non decet. Lacedæmonij expulerunt ciuitate Sparta vnguentarios: eosque Solon in legibus suis prohibuit. Author est Athenæus lib. 15. c. 14.

*q Inimicis tuis ad apertionem pendentur porta terræ tuæ.* Inuehitur in homines deliciis deditos, qui hostibus portas vrbiū aperiant. Portæ sunt sensus nostri, quos vitis non debemus aperire: ne illud Ieremiæ 9. dicere cogamur: *Ascendit mors per fenestras nostras: ingressa est domos nostras.* De his portis ait Dauid psal. 9. *Qui exaltas me de portis mortis.* Danda est autem opera, vt anima nostra sit porta illa orientalis, quam vidit Ezechiel, per quam solus Deus introibat.

*r Deuorabit ignis vectes tuos.* Tantus erit impetus incendij, quo ciuitas flagrabit, vt etiam vectes ferrei portarum vrbiū liquefiant. Vel ignis calamitatis consumet principes, qui vectes ferrei esse deberent.

*s Aquam propter obsidionem hauri tibi.* Hoc est, iam instat oppugnatio: qua propter præpara, quæ tibi erunt tempore obsidionis necessaria. Irridet vanum Ninuitarum laborem, qui quæsituri erant aquam ad obsidionem, & extructuri munitiones, cum nihil illis esset profaturum. His verbis ac minis hortabatur Nahum Ninuitas, vt relinquerent flagitia sua, & ad Deum confugerent: sed illi eum audire noluerunt, quod essent sceleribus irretiti. Similiter Hebræi in Aegypto nolebant acquiescere Mosis eis dicenti, vt inde egrederentur: vt c. Exod. 6. scriptum est. Et causa quam ibi reddit scriptura, erat propter opus, quod faciebant ex lateribus terræ & paleæ. Eam ob causam

peccatoribus concionatoribus non parent, ideo nolunt ex Aegypto, ex mûdo, ex peccato, ex seipsis exire, quia eorum opera sunt terrena & vana ex luto & paleis, non ad cœlum aspirantia, sed terram intuentia. *Intra in lutum, & calca.* Vt scilicet inde possis lateres conficere, quibus interrupta murorum reficias. Olim erant muri lateratij, præsertim vbi lapidum copia non erat. At nos ingrediamur in lutum, hoc est, in nos ipsos per nostræ fragilitatis considerationem. Et cum intellexerimus esse nos lutum & terram infrugiferam, deiciamus superbiam nostram, domemus appetitiones, subiiciamus & conculcemus omnem nostram vanitatem. Hac consideratione motus Iob aiebat capite decimo. *Memento domine, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Vt ramus arboris quanto onustior est, & plures fert fructus, tanto magis deorsum fertur: ita vir pius quanto virtute & sapientia plenior est, tanto se dimissius inclinat & abiicit. Humilis deicit seipsum, quia plenus est virtutibus cum sapientia coniunctis: superbus verò se extollit, quia vacuus est illis. At superbus irridetur: humilis verò honorem adipiscitur. Nam vt Salomon ait capite. *Prouerbiorum decimoquinto. Gloriam præcedit humilitas.* Et capite vigesimo nono. *Humilem spiritu suscipiet gloria.* Et Iacobus apostolus quarto: *Humiliamini in conspectu domini, vt exaltet vos.* Ideo se homines inflant, & in sublimem ferunt insolenter: quia vani & leues sunt. Nam in rebus naturalibus illæ altiùs ascendunt, quæ sunt leuioribus, illæ autem deorsum libentius descendunt, quæ sunt grauioribus. Id licet in elementis videre: nam terra quod sit grauißima, ima sede semper hæret complexa insimum mundi locum: post illam est aqua minus grauis: deinde aer leuis: postremò altissimum locum possidet ignis quod sit leuissimus. Simili modo inter homines qui futilitatis summæque leuitatis sunt pleni, excelsiora loca occupare contendunt: ac quanto indigniores sunt, tanto ad altiorem honorum gradum aspirant. Contra verò viri pij ac graues humilitatem amplectantur: & à mundo despiciantur. Id intelligens diuus Paulus dicebat capite 4. prioris ad Corinthios: *Tantumquam purgamenta mundi huius facti sumus, omnium peripsæma vsque adhuc.* Sed multò aliter se res habet apud Deum: qui ait: *Omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Lapis pretiosus suapere natura inclinatur deorsum: sed peritus gemmarius eum à terra extollit: sic vir humilis se abiicit, sed Deus illum sursum effert. Ideo aiebat virgo Dei genitrix apud Luc. 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

## ANNOTATIO.

1. Vastata est Ninine: quis commouebit super te caput? Septuaginta habent: Exoleuit Ninue: quis eius gratia iter suscipiet? Pro vastata est, in Hebræo est verbum נָחַשׁ quod significat Vastare & prædari. Vnde illud Esaiæ 33. Væ qui prædaris, nõnne ipse prædaberis? Potest verti: Væ qui vastas, nõnne ipse vastaberis? Ab hoc verbo est iaxudh, pro quo septuaginta translulerunt demonium, quod animas vastet & spoliat: vt psal. 90. Ab incurso & dæmonio meridiano. Quod etiam potest verti: Ab incurso, & vastatore meridiano. Vel ab incurso vastatoris meridiani, Hieronym. habet: A morsu insidiantis meridie. Pagninus: A morsu, qui vastat meridie. Translator quem sequitur Ioannes Campensis: A noxa, quæ meridie vastat. Paraphrastes quidam Chaldæus: A caterua demonum, qui nocent meridie. Id quod sequitur. Quis commouebit super te caput? hunc habet sensum.

Quis tibi condolebit? Et ita habet Paninus. In Hebræo non est caput: sed: quis commouebit super te? at vulgatus noster interpres addidit caput, vt sensus apertior redderetur. Verbum Hebræicum est נָחַשׁ nudh, quod significat mouere, & auferre, vt capite Esaiæ 14. Auferetur quasi tabernaculum vnus noctis. Hoc est, mouebitur quasi tugurium pastoris, quod singulis noctibus de loco ad locum mutatur. Ita Ier. capite 50. Moti sunt, & abierunt. Hoc verbo utitur Dauid psal. 69. pro contristari, cum ait: Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit. Et Esaias quinquagesimo primo: Quis contristabitur super te? Quare poterat verti locus hic Nahum: Quis contristabitur super te? Pro quo Symmachus habet: Quis lugebit cum eis?

2. Cuius diuitiæ mare. Pro diuitiis, est in Hebræo nomē מַיִם חַיִל, quod præter diuitias significat industriam, virtutem

virtutem, fortitudinem, robur, exercitum, antemurale, & fossam in circuitu murorum vrbium. Pro industria sumitur capite Genesis quadragesimosextimo: Quod si nostri in eis esse viros industriæ, constitute illos magistros pecorum meorum. Pro quo nos habemus: viros industrios. Chaldaica paraphrasis habet: viros fortes. Quæ omnia in idem recidunt. Illud psalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion, potest transferri. Ibunt de fortitudine in fortitudinem, videbitur Deus deorum in Sion. Hoc est, ob admirabilem animi alacritatem inter eundem ad Dei templum vigebunt magis ac magis, & maiores vires indes acquirent, donec perueniant ad Sionem, vbi est arca Dei collocata. Vel donec veniant ad cælum, vbi videbunt Deum, quo auo sempiterno fruuntur. Pagnin. traduxit: Ibunt de exercitu in exercitum. Sed melius, meo quidem iudicio, poterat vertere: Ibunt de diuitiis in diuitias. Hoc est de virtutibus in virtutes: quæ sunt veræ illæ opes, quæ animum amplificant, & diuitem faciunt. Hieron. Nebiensis, & Pratensis nobiscum vertunt virtutem. Sed sumitur virtus pro vi & fortitudine. Pro antemurali sumitur Thren. secundo: Luxitque antemurale. Quare poterat verti locus hic Nabum: Cuius antemurale mare erat. Vel cuius fossa erant mare: Habebat enim vrbis illa mare pro fossis.

3 Eris despecta. Pagninus habet: Eris abscondita. Subauditur, præ nimio metu. Alij vertunt: Eris obscurata. Hoc est, in obscuro, & silentio iacebis. Pro quo rectè vertit Latinus noster interpret: Eris despecta. Ac eodem modo habent septuaginta interpretes. In Hebraico est verbum *ḥay halam*, quod significat abscondere, despiciere, & iniquè agere. In hanc vltimam significationem sumitur psalmo vigesimoquinto: Cum iniqua gerentibus non introibo. Pro quo poteris traducere: Cum absconditis non introibo. Hoc est cum hominibus vasis & fraudulenti non communicabo. pro abscondere sumitur psalmo 44. Ipse enim nouit abscondita cordis. Ab hoc verbo deducitur illud, quod est in psalmi noni inscriptione: Pro occultis filij. Hoc est, psalmus hic continet res arcanas & absconditas Iesu Christi, qui est verus Dei filius vnigena iux

ta illud ipsius domini apud Ioannem octauo: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Deriuatur etiam à verbo hoc *חַסְיוּ*, quod nomen virginem absconditam significat: quo vtitur Esaias septimo cum ait: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Hinc *חַסְיוּ* significat pueritiam, & seculum: vt psalmo quadragesimosextimo: Ipse reget nos in secula. pro quo Pagnin. in Thesauro transfert: Ipse ducet nos sicut in pueritia. Ac si dicat populus Israeliticus: Ita Deus nos modò ducet: si cõfugerimus ad illum, quæ admodum à pueritia, cum nos eduxit de AEGYPTO à tyrannide populi barbari. Potest verti: ipse ducet nos in absconditum. Hoc est ipse Deus noster abscondet nos ab inimicis nostris, tam animi, quam corporis, ne ab illis offendamur. Vnde Dauid psal. 26. Quoniam, inquit, abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et psalmo trigesimo de viris pijs loquens: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à cõturbatione hominum. Et octogesimo secundo: Cogitauerunt aduersus absconditos tuos. Pro quo nos habemus: Cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Nam cum viri pijs sint absconditi & protecti à Deo, rectè vulgatus noster interpret cum septuaginta interpretibus vertit sanctos: cui respondet Campensis ita habens: Qui occultè protectioni tuæ concreditur sunt. Illis ait Apostolus tertio ad Colo. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Sed nemo pietatis expes percipit animo, ne suspicatur quidem, quàm secura sit eorum vita, qui veram illam iustitiam colunt, quæ in imitatione Christi consistit. Hos tuetur Deus, non quòd in nullis calamitatibus versentur, sed quòd afflicti nulla improborum hominum vexatione, de tranquillitate animi depellantur. Quare in medijs calamitatibus & arumnis versati nec calamitosi sunt, nec arumnosi, nec infelices. Nam quamuis corpora crucientur, non tamen cruciatur virtus, non grauitas, non fides, non constantia: non denique animus ipse, qui virtutum presidio septus nullo modo expugnatur. Imò nec mortem ita timent, vt propter eam ab itinere recto separentur.

Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cæli. Bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ confidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum, vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur: sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est, qui congreget. Non est obscura contritio tua: pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transit malitia tua semper?

a Ibi comedet te ignis. Id est, in munitionibus tuis incendio flagrabis. Loquitur de flamma & incendio vrbis. Nonnulli vt gladios hostium fugerent, inciderunt in flammam, à quibus fuerunt consumpti. Vt pauidi cerui dum iacula venatoris declinant, fortissimis retibus implicantur, vbi capiuntur & pereunt: sic multi vt ab vno eripiantur periculo, in aliud incurrunt. Vnde Latinus poeta: Incidit in Scyllâ cupiens vitare Charybdin. Vel sumitur ignis pro ira Dei, vel pro afflictione. Variè enim sumitur ignis, vt videre licet apud Cyrillum contra Iulianum 10. adud Ambros. 4. Hexameron, apud Iyechium in Leui. 16. apud Clementem Alexandrinum 1. Stromatum, apud Georgium Venerum cantico 1. tomo 4. cap. 7. apud Rupertum in Mich. 6. apud Geuschelium in libro de Tropis, apud Laurentium à villa Vincentio in libro de phrasibus.

b Deuorabit te vt bruchus. Eodem modo Esaias

primo: Gladius meus deuorabit vos: ait dominus. Quemadmodum messis à brucho deuoratur, ita tu à furentibus hostibus ceuoraberis. Bruchus est vermis è locustarum genere, sine alis tamen, herbas, & segetes, & arborum frondes arrodens, nihil relinquens viriditatis. Solet multitudo bruchorum in singulari bruchus appellari, vt psal. 140. Dixit, & venit locusta, & bruchus, cuius non est numerus. Eodem modo cap. Esai. 33. & Ioelis 1. Figura est syllepsis in diuinis literis vsitata.

c Congregare ergo vt bruchus. Per irrisionem hæc dicuntur. Sensus est: Congrega igitur ò Nina infinitatem militum instar bruchorum & locustarum, vt te possis ab exercitu Babylonico tueri. At peribis profectò. Quemadmodum bruchi infiniti congregantur, si milititer & locustæ, sed fugiunt: & veniente hyemis tempestate pereunt: sic vos Niniuitæ etsi innumera-biles estis, conferetis tamen vos in fugam ob hostium



metum: sed veniente procella Babylonici exercitus interibitis. Magnates & custodes tui ò Nina erunt veluti locustæ locustarum: hoc est, erunt infiniti. Quidam has locustas locustarum referunt non ad numerum, sed ad magnitudinem earum, quæ longius volant. Quasi dicat: Longius fugient plebeij, quam nobiles, qui diuitiis impediti prius occidentur.

*d* *Dormitauerunt pastores tui rex Assur.* Pastores vocat consiliarios regis, duces, magnates, iudices, magistratus, & omnes, qui rempublicam gubernandam suscipiunt. Deducitur vocabulum hoc Hebraicum à verbo ragga, quod pascere significat, cogitare, & consulere. Vnde principes, senatores, & optimates pastores appellantur. Ita eos appellat Esaias capite sexagesimo tertio. *Vbi est, qui eduxit eos de maricam pastoribus gregis.* Vbi loquitur de admirabili transitu maris Rubri, quando Deus Hebræos cum paucis suis mirabiliter liberauit. *Ipsè Esaias 44. regem Cyrum pastorem vocat.* Et Ieremias 10. omnes iudices & magnates quibus est iustitiæ munus commissum, vocat pastores, cum ait: *Stultè egerunt pastores.* Et vigesimo secundo. *Omnes pastores tuos pascet ventus.* Pro quo paraphrasis Caldaica habet: *Omnes gubernatores tui dispergentur in omnem ventum.* Id est, leuiter & facile mouebuntur, ac si ventus illos expulisset. Potest ita etiam locus ille explanari: Præsides tui molientur res friuolas & vanas. Vel oblectabuntur vanitatibus, ac veluti cameleontes vento sustentabuntur. Vbi vides principes, gubernatores & consiliarios appellari pastores. Sed duo sunt pastores, ad quos alij possunt reduci, alter est Christus pastor bonus, alter dæmon pastor malus: nos autem oues. Sed oues cognoscunt sibi litem proprii pastoris, cui obediunt. Vis scire cuius pastoris sis ouis? attende cuius sibi litem obediatis. Dicuntur autem pastores dormire, quando in republica leges nihil valent, iudicia iacent, maleficia sunt impunita, nullaque est iuris & æquitatis, quæ sunt vincula ciuitatis, memoria. Tunc dormiunt pastores, quando viri nobilitate, virtute, & sapientia præstantes sunt abiecti: contra verò filij terræ, imperiti, scelerumque maculis inquinati sunt ad honores euecti, & in magnis, illustribusque dignitatibus constituti. Volens ostendere. Nahum fore, vt rex Assyrius præceps rueret in exitium & perpetuum dedecus, satis esse existimauit dicere, dormire pastores eius. Pastores regni appellat pastores regis, quia & regno, & regi debent consulere. Ex somno & desidia consiliariorum, rectorum, magistratum, ac pontificum dimanat totius regni pernicietas, cum ipsi seipsum pascunt, gregem autem non curant. Illis ait Deus apud Ezechielem capite trigesimo quarto. *Va pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos.* Et apud Zachar. 11. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Et apud Iere. 2. *Pastores prauaricati sunt in me.* Et per Nahum hoc loco: *Dormi. auerunt pastores tui.* De quibus ait Dauid psal. 75. *Dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Suaui sed pestilenti sirenum, hoc est voluptatum cætu deliniti, ouium pastum pro nihilo putarunt, seque inertie somno dederunt.* Dormiens Samson amisit fortitudinem: dormiens rex Saul amisit scyphum & hastam: dormiens dux Sifara fuit interfectus. Dormiente Iona orta est in mari tempestas: dormientibus hominibus venit inimicus homo, & seminavit zizania. Quare vigilandum nobis est, iuxta illud seruatoris nostri apud Matth. 26. *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Et iuxta illud Petri apostoli capite quinto epistolæ suæ prioris: *Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus circuit, querens quem deuoret.* Et iuxta illud diui Pauli sexto prioris ad Corinthios. *Vigilate, state in fide, viriliter agite.* Ait enim Ecclesiasticus 32.

*Indi. 16.  
1. Re. 26.  
Iudic. 4.*

*Matth. 13.*

*Qui vigilauerint ad illum, inueniet benedictionem.* Et Ioan. 12. Apocalypf. *Beatus qui vigilat.* Si omnes vigilare debent, quanto magis principes, senatores, pontifices, & ceteri pastores, qui clauum regni tenere, & gubernacula republicæ tractare voluerunt? Hi omnibus prouidere debent, & non solum magnarum rerum, sed etiam exiguarum habere rationem. Quam ob causam sunt semper diuinum fauorem imploraturi. Vt in aere innumerabiles sunt atomi, quas domi non cernimus etiam apertis fenestris, nisi solis radio adueniente, domumque intrante: sic multa sunt in vita minuta, & exigua, sed digna animaduersione, quæ magnates, principes, & pontifices per se sine luce diuini fauoris non aspiciunt, quæ radio cœlestis gratiæ intuetur. Quare debent diuinum auxilium querere: & corporis ad animi oculis vigilare. Leo animalium rationis expertum princeps, nunquam dormit, vt Maneth. ait Ægyptius: aut certè parcissimus est somni, vt nonnulli asseriebant veteres Ægyptij, qui per leonem vigilantiam significabant, qui magis videntur accedere ad veritatem: existimat enim Aristot. incredibile esse, animal aliquod perpetua vti vigilia. Nec solum apud Ægyptios, sed etiam apud Christianos fuit leo typus ac signum Vigilantiæ. Vnde non immeritò vt Gaudent. Merula libro tertio memorabilium annotauit, pro foribus templorum marmoreas leonum imagines videmus appositas. Illis significabant prisca homines illi oportere principes, pontifices, & sacerdotes vigilare. Debet pastor pluribus oculis abundare quàm Argus, quem homines eruditi fictis fabulis memoriæ prodiderunt pastorem fuisse multis oculis præditum, sed perperam custodisse Inachi filiam: eamque ob causam fuisse vita priuatum, eiusque oculos caudæ pauonis insertos esse. Oculos enim non videntes nihil refert in capite, potius quàm in cauda collocari. Ac vt oculi illi nihil profunt pauoni ad videndum, nisi ad vanam rotam faciendam: sic multi non habent præsecuram, munusque gubernandi ad vigilandum, sed ad vanitatem suam ostendendam, Volentes poëtæ significare esse principibus, magistratibus, ac pontificibus vigilantiam magnopere necessariam, sinxerunt regem Aetam tradidisse vellus aureum draconi multis oculis abundanti custodiendum: quod intelligeret in custodia illius velleris esse regni sui salutem constitutam. At Iason consilio Medæ vsus consopiuit draconem: & coniecto in eius oculos puluere quodam vellus aureum diripuit. Vellus aureum est iustitia, quam rex tradit magistratum cœtui, veluti multorum oculorum draconi. Sed quid prodest cœtum illum multos oculos habere, si iniectis in illos pulueribus munerum, & affectionis corruptæ consopiantur? Dormientibus autem iudicibus, prætoribus, consiliariis, & magistratibus, aufertur iustitia, diripitur æquitas, & regnum penitus euertitur: aut saltem labefactatur. Perpende quanti ponderis sint pastorum vigiliæ & excubiæ. Eximius pastor Iacob capite Genesis 31. *Die nocturne, (inquit) astu vrebar & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis:* Principes sunt pastores, vt hoc loco eos vocat Nahum: suntque custodes populi vt paulò antè eos vocauit. Et Esaias cap. 63. inducit Deum ita loquentem: *Super muros tuos Ierusalem constitui castros: tota die ac nocte non tacebunt.* Et 56. vocat eos speculatores. Eodem modo Ieremias 6. Et Ezechi. 3. & 33. Et diuus Luc. 2: Pastores inquit, erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias super gregem suum. At nunc nonnulli querunt magistratus non ad vigilandum, sed ad dormiendum: querunt honorem muneris: laborem autem eius foras reiciunt. Adpiscuntur dignitates ambitu conquisitas. Vt polypus induit colorem scopuli, cui adheret,

*similitudo*

*similitudo*

*similitudo*

heret, vt pisces capiat, quibus parat insidias, vt ait li. 1. de varia historia Aelianus: sic nonnulli seruiunt temporibus: & vt alios decipiant, conformant ingenium suum illorum ingenio: ac vt eorum aquirant vota, colorem voluntatis eorum imitantur. Scio tamen multos esse, qui non solum non affectant dignitates: sed respiciunt illas quas nullo modo recipiunt: & alios, qui etiam si illas recipiant, inuiti tamen id faciunt: & recte munus suum gerunt, praeclarèque rempublicam administrant. Dant enim operam, vt vigeat iustitia, & religionis obseruantia: perpugant & illustrent rempublicam, & summam ducunt amplitudinem. Sed accidit aliquando: vt quando rector & praestator est princeps & pontifex, tanto pestilentiores sunt subditi. Quando corpus adeò grauius & vehementer aegrotat, vt virtus naturalis iam imbecilla & oppressa non possit ei opem ferre, nec corruptioni resistere, parum prodest medicina: non solum enim effectum suum non assequitur, sed etiam corpus tabe confectum eam respuit. Eodem modo cum respublica est tanta aegritudine & morum deprauatione labefactata ac corrupta, vt virtus penitus contempta & abiecta, nullam iam vim habeat ad resistendum vitiis, parum aut nihil prodest optimus gubernator: non enim emendari potest flagitia, tumultus, seditiones, falsa testimonia: quin potius scelerati ac furentes homines eum ex se expellunt, in illum inuehantur: & falsa crimina quasi tela iaciunt, & clarissimum lumen extinguere conantur. Id contigit diuinis vatibus excellentibus pastoribus, Christi Apostolis verisq; apostolicis Athanasio, Hilario, Chrysostomo, & multis aliis, qui praestantibus ingenio in vita humana diuina studia coluerunt, nomenque suum in mortalitati commendauerunt. Hi fuerunt pastores vigilantes, ab illis dissidentes, de quibus hoc loco ait Nahum: Dormitauerunt pastores tui. Fortasse accipitur hic dormire pro ignorare, vt cum dicimus. Bonus quandoque dormitat Homerus. Vel pro excedere vita: in quam significationem sumitur dormire & dormire, vt ait Chrysostomus locum illum Matthaei explanans 25. *Dormitauerunt omnes, & dormierunt.* Hoc est mortui sunt omnes illi ante diem iudicij. Et ca. 2. lib. 3. Regum: *Dormiuit David cum patre suo.* Et Matth. 27. *Multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt.* Et 15. prioris ad Corinthios: Ex quibus multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt. Erit igitur sensus verborum Nahum: Migrabunt ex vita ò rex Assyriae pastores tui & magnates. Vt sit praeteritum pro futuro. Huic expositioni fauet, quod proxime sequitur: Sepelientur principes tui: vt sit prioris explanatio. Ac si dicat: Facile vincant Babylonij, quando quicquid in principio belli morientur nobiles tui, & tumulis mandabuntur. Vel ita: Tantus erit pastorum ac ducum tuorum pavor vt manent stupidi veluti dormientes, & quasi mortui atque sepulti.

*e Latitauit populus tuus in montibus.* Hoc est, metu percussus fugiet ad loca aspera, quae videantur esse accessu hostium tuta: vbi erunt multi dispersi, & in variis locis absconditi. Et non erit dux, qui eos congreget & adiuet: percusso enim pastore dispergentur oves, & scriptum est c. Zach. 13.

*f Non est obscura contritio tua.* Id est, non erit occultus dolor tuus. Loquitur cum Assyriorum rege.

*g Pessima est plaga tua.* Vulnus tuum erit grauissimum, summa erit calamitas tua. Simili modo Ieremias capite 30. inducit Deum populo Israelitico ita loquentem: *Insanabilis est scelerata tua, pessima est plaga tua.* Deus vult homines ad se adducere aliquando beneficiorum aqua: sed illi magis ea durefcunt similes cere,

quae aqua redditur durior. Videns autem id Deus, eos liquefacit igne calamitatis, vt aut conuertantur ad ipsum, aut aliis in exemplum proponantur. Id quod fecit Niniuitis. Sumitur igitur plaga hoc loco pro calamitate. Potest sumi pro peccato obstinationis, de quo illud intelligitur Machæ 1. *Desperata est plaga eius.* Et pro quocunque peccato mortifero: vt Iere. 10. *Va mihi super pessima plaga mea.* Et Esaiæ 1. *Vulnus & liuor & plaga tumens non est circumligata.* Vnde per decem plagas Aegypti peccata contra decem Dei praecepta significantur. De plagae significationibus vide Origenem homilia 8. in Leviticum, & 4. in Exod. Hieronymum in cap. 1. Esaiæ, Gregorium in c. 6. libr. 1. Reg. Basilium homilia habita in Lacinis, Augustinum de plagis Aegypti sexta homilia, Hysichium in Leviticam, Bedam in Exodum, Chrysostomum aduersus Iudæos Oratione quinta.

*h Omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te.* Vel vt alij habent codices: *comploserunt manum super te:* Hoc est, Quicumque audierint perniciem tuam, & fama calamitatis tuae ò Assyriorum rex, non solum non medebuntur tibi, nec afficientur mœrore, sed etiam gestient lætitia, quam manuum fonitu & plausu significabunt. So lent enim, qui gaudio efferuntur, plaudere manibus. Vnde Dauid psal. 46. *Omnes, inquit, plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.* Quibus verbis Apostolorum cretus gaudio exultans ob victoriam adeptam, veramque religionem toto terrarum orbe propagatam omnes nationes hortatur ad plausum, & gratias Deo agendas, eiusque laudas celebrandas. In hanc significationem sumitur ab Esaiæ cap. 55. cum ait: *Omnia ligna regionis plaudite manu:* per ligna regionis homines intelligens. Et Thre. *Plauserunt super te manibus.*

*i Quia super quem non transiit malitia tua semper?* Hoc est, quoniam semper omnibus infellus fuisti, & inimicus. Ac offendens omnes non das operam, vt à te læsi & lacessiti aliquo tuo publico beneficio possint offensionem obliterare. Sed dices: Si Deus sciebat fore, vt rex ille Assyrius homines affligeret, cur hoc ordinauit. Quia sciebat eos futuros esse tales, vt mererentur afflictio eorum scelera: vel quia cum essent virtute praediti, illustrius ob tolerantiam praemium comparaturi erant. Vt non est reprehendus magister, quod faciat ferulam, qua pueros calliget: sic nec Deus, quod homines creet, quos scit impios fore, quibus alios flagellet. Hæc est causa (vt inquit Basilus) quare Deus animalia venenata creauit. Hæc Nahum verba dicuntur Regi Ninæ, & possunt ipsi ciuitati accommodari. Rex enim & Niniuitæ omnes ob eorum scelera in varias & horribiles calamitates inciderunt. Illud est aduertendum impiorum maleficium & immanitatem non semper manere, sed transire: quam ob causam ait: *Super quem non transiit malitia tua semper?* Hoc iustos afflictos consolatur intelligere fluxam esse & caducam impiorum vitam & tyrannidem: illisque mortuis posse eosdem viros iustos ad gaudium & tranquillitatem redire. Id intelligens Esai. c. 14. loquens de interitu Nabuchonosoris: *Conquieuit, inquit, & siluam omnis terra gauisa est, & exultauit. Abietes quoque latate sunt super te, & cedri Libani.* Vbi per has arbores homines significantur. Aspicias diuinum vatem Nahum terminare varicationem suam calamitibus venturis in regem Assyriam, eiusque ciuitatem Ninuim: nam tamen Esaias & multi alij prophetae post onera consolentur populum moestum & afflictum, Nahum tamen nullam Niniuitis subdit consolationem, quia illi idola collebant, & Messiam minime expectabant.

## ANNOTATIO.

1 Pessima est plaga tua. Septuaginta habent: ἐπὶ γμαρῶν ἢ πλῆθὸς δ. Hoc est intumuit plaga tua. Intelligunt vulnus illud superbiam esse & arrogantiam, qua Niniuita tumebant: vanis enim opinionibus inflati sese efferebant, & asperos, difficiles, & imperiosos ostentabant. Superbia turgescit, sursum in aerem extollitur. Vnde psalmo graphus: Superbia, inquit, eorum qui te oderunt, ascēdit semper. Solet autem ascendere verborum arrogantium multitudine & insolentia. Ut tympanum vento plenum longius sonat, quam si esset re aliqua graui & solida repletum: sic homo quanto est inanoir, ventioque superbia plenior: tanto est loquacior, ac vanis verbis abundantior. Vnde apud Sophoniam quarto ait Deus. Auferam de medio tui magniloquos superbix tuæ. Et Dauid Psal. 26. Os eorum locutum est superbiam. Sed quemadmodum excelsi montes solent percuti fulmine, quod cæleste dicitur iaculum: sic superbi homines solent calamitate à Deo missa feriri, & diuini iudicij percussione prosterni. Id quod Niniuitis contigisse diuinus noster vates testatur.

2 Compreserunt manus super te. Septuaginta habent: plaudent manus super te. Pagninus: Comploserunt manus super te. Sed ponitur præteritum pro futuro. Verbum Hebraicum est ידן thacagh, quod comprimere significat, & plaudere, & figere. Eo vtitur Salom. Prou. 17. Stultus homo plaudet manibus suis. Quod potest verti: Stultus homo figet manus suas. Hoc est, pro are alieno spondebit, & obligabitur. Figere siue dare manū est fidē iubere, seque pro aliquo vadem dare. Ita illud intelligitur Prou. 23. Noli esse cum iis, qui de figunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis.

3 Quia super quem non trāsit malitia tua semper? Pro malitia est in Hebræo מרעא a verbo מרע, quod significat malum esse. Potest esse à verbo, מרע, quod significat affligere. Quare potest verti locus hic. Quia super quem non transtuit afflictio tua? Hoc est, quis est, quem tu non afflixeris? Sed quia hoc verbum rahab significat etiam velle, potest esse sensus. Quia super quem non transtuit voluntas tua semper? Hoc est impietas tua: voluntas enim impiorum impia est. Potest igitur nomen hoc מרע deduci à verbo מרע, & tunc significat malum: & à verbo מרע, & significat voluntatem. Quamobrem id quod ait Dauid psalmo quinquagesimo: Et malum coram te feci, vbi pro malo, est vocabulum hoc rach: verti potest: Et voluntatem coram te feci. Est enim voluntas propria omnium flagitiorum veluti radix & origo: & sphaera vitæ nostræ est centrum, à quo exeunt lineæ exitij nostri ad nostram infelicitatis circumferentiam. Eam ob causam ait Ecclesiasticus cap. 13. A voluntate tua auertere. Et Oseas 10. Cōfundetur Israel in voluntate sua. Et Christus Deus noster in euangelio auctore Matth. cap. 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. Id intuens D. Bernardus: Cesset, inquit, propria voluntas, & infernus non erit. Ut lactuca multæque alia herba saluatae nisi mutant, solum, sunt syluestres, amarae, & incultæ: sin autem ex vna terræ parte transferantur ad aliam, sunt suauis, iucundæ, & excellentes: sic homines nisi propriam dimittant voluntatem, sunt flagitiosi, & pestilentes, & barbari: sin autem eam relinquunt, & Dei voluntati parent, ab omni cōtagione impunitatis abstracti, & à seipsis auulsi omne vitæ gubernaculum tradunt diuino numini: ac magnopere curant ne obedientiam abiicientes, animum perturbent, eiusque constantiam à sua sede deiciant. Id voluit Deus significare, cum dixit Abrahamo Genesis duodecimo: Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Quibus verbis psestatim obediuit. Huius admirabilis obedientiæ exem-

plum hac in re & in proprii filij immolatione voluit ipse Deus clarissimis monumentis testatum, consignatumque proponere hominibus, vt omnes illud ad imitandum perspicerent. Noluit Abrahamus sibi ipsi, sed Deo gerere voluntatem. Et quia in negotio Bersabeæ multò aliter se gesserat Dauid, agnoscens flagitium suum, ait Deo: Et voluntatem, nimirum meam, coram te feci. Vbi vt diximus, est nomen rach: quod & malum, & voluntatem significat. Eo vtitur Ecclesiastes capite quarto, cum ait: Multo melior est obedientia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt, quid faciunt mali. Quod potest verti: Quia nesciunt facere voluntatem, scilicet Dei, cui victimas immolant: cui deberent obedire. Reddi rationem, quare melior sit obedientia, quam stultorum sacrificium: quia qui Deo parent, eius voluntatem gerunt, ac in virtutis actionem incumbunt: qui verò sacrificant contra Dei obedientiam ei non gerunt voluntatem, quin potius ipsum offendunt. Regi Sauli contra Dei præceptum sacrificanti dixit iustus Samuel, vt est capiti 14. lib. 1. Regum mandatum: Melior est obedientia, quam victimæ, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. Vnde seruator noster apud Lucam sexto: Quid, inquit, vocatis me: domine domine, & non faciti, quæ dico? Rationem cur melior sit obedientia, quam sacrificium, reddit diuus Gregorius summus pontifex, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas machatur. Hanc propriam voluntatem non occidit rex Assyriorum, ad quem Nabuchas voces emisit. Super quem non transtuit malitia tua, aut voluntas tua semper? Sed quia Deo non paruit, fuit ab illo grauissimè punitus. Cur Deo non parebimus, cum Christus Iesus verus Deus & verus homo ei paruerit? De illo ait diuus Paulus cap. 2. epist. ad Philip. Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Voluit potius vitam, quam obedientiam amittere. Ac volens significare se mortem sustinere, vt patri obtemperaret, emisit spiritum capite inclinato: est enim inclinatio capitis obedientia signum. Non solum Deo, sed etiam hominibus in dignitate constitutis propter ipsum Deum parere debemus. In negat heretici costri temporis, qui nec regi, nec eius ministris, quibus est reipublicæ gubernaculum commissum, volunt obedire. Id videmus modo in Gallia Christianissimo quondam regno: nunc autem Lutheranis, Caluinistis, Zuinglistis, cæterisque huiusmodi pestibus multis in locis pleno, vbi hi heretici relinquunt & abijciunt obedientiam: nec summo pontifici Iesu Christi vicario, nec Christianissimo Gallia regi obtemperantes, Deo nec rationi, cui sunt subiecti lege naturæ. Imò aduersus ipsum piū, iustum, & catholicum regem commouent & constant seditiones, concitant discordias, parant bella, edunt strages hominum catholicorum. O incredibilem audaciam! ò impietatem deplorandam! Falsa libertatis specie cæci ac furentes homines decepti exercent publica latrocinia, & alia impia maleficia, & nefaria scelera: & perpetua ignominia versantur. Vt in semibus est causa plantarum: sic huius pestis origo fuit impius Lutherus: cuius hereses in officina Sathane constat infiniti homines perditū sequuntur. Et quod est intolerandum, aiunt se obedientiam reliquisse, noui testamenti doctrinam maxime instructos. Vbi hoc legistis ò heretici in nouo testamento? Nusquam quidem. Imò diuus Paulus in epistola ad Romanos contrarium docet: ita etiā ait cap. 13. Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo: quæ autē sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Hac Apostolus: vbi per omnem animam Hebræorum more intelligit omnes homines, quibus

2. Reg. 11.

Matt. 2.  
Mar. 1.  
Luc. 2.Exod. 1.  
Iosue. 1.

similitudo

Iosue. 19.

similitudo

similitudo

pra-

precipit, vt subiecti sint regibus, & publicis magistratibus quemadmodum precipit Deus: nam qui illis resistunt, Dei ordinationi resistunt. Quid apertius poterat dicere Apostolus? Et cap. 6. ad Ephesios: Serui, inquit, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Et cap. 3. ad Tit. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Et 13. ad Hebraeos: Obedite prepositis vestris, & subiaceate eis. Et D. Pet. Apostolorum princeps cap. 2. epistola sua prioris: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei. Et paulò post: Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Quod verò dixit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ: intelligendum est iuxta materiam, de qua agitur, nimirum de principibus & præsidibus, quibus est obediendum. Nam scholia Græca aiunt creaturam ibi ab Apostolo sumi pro principatu & potestate. Per dyscolos verò intelligit magistratus prauos, asperos, & difficiles: quibus ait tribuendam esse obedientiam propter Deum & regi ac imperatori obtemperandum.

*Mat. 22.*  
*Mar. 12.*  
*Luc. 20.*  
*Exod. 14.*  
*Iosue. 10.*

Id præcepit dominus Iesus in euangelio, cum dixit: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Nonne sunt perspicua hæc testimonia? Quis ea negabit, nisi fuerit tervis tenebris omnino coopertus? Et tamen negant ea Lutherani, quia horribili animi cecitate, & diabolico favore rapiuntur. Obediuit mare Mosi, & sol Iosue, & illi nec præsidibus, nec regi, nec summo pontifici, nec ipsi Deo volunt obedire. Qui paret, seipsum vincit: & est hæc admirabilis, excellensque victoria. De illa ait Salomon Prou. 21. Vir obediens loquetur victoriam. Apes obediunt regi suo, grues duci suo, oues pastori, mare influentia luna, globi cælestes primo mobili: omnia denique inferiora superioribus parent: solus superbus homo est, qui obedire recusat. Quemadmodum autem ferrum paret malleo, vitrum non item: sic viri humiles & sapientes præfatis obediunt, impij autem superbi & insolentes handquam. Vt cera igne calefacta facillè soletur, figuramque rei cui infunditur, recipit, quod sine igne non facit: sic qui sunt igne diuini amoris incensi, facillè obediunt, & voluntati præsidium accommodantur. Ipsi enim præsidēs ministri Dei sunt: & qui illis paret. Deo paret. Antē legislationem præcipiebat Moses nonnulla Hebræis, quæ illi seruare volebant. Et Deus dixit illis Exodi 17. Viquequo non vultis custodite mandata mea: Non dicit: mandata Mosi: sed mandata mea. Præsidis mandata honesta & iusta Dei esse censenda sunt. Vnde Christus dominus apud Luc. 10. cum

præsulibus loquens: Qui inquit, vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quid est præstantius, quid gloriosius, quam pro Christo parere hominibus, & propriam voluntatem voluntati præfati subiicere? Hoc est excellens quoddam sacrificium, & admirabilis triumphus. Multi viri virtutis & sapientiæ ornamentis exculsi in Gallia, Germania, & Britannia nostra hac memoria pro hac veritate defendenda, & ecclesiæ sanctæ Romanæ catholicæ obedientia sustentanda fuerunt ab hæreticis interfeciti: sed morte illa immortalitatem consecuti sunt in æterna beatitudine: & in hac vita nulla ætas de illorum laudibus conticescet. Qui erunt homines tam inculti, qui eos non offerant laudibus? quæ tam immemor posteritas, quæ illorum decus non æternitatis memoria prosequatur? Felices illi qui Christo Deo nostro, eiusque vicario summo pontifici vniuersali pastori, regibus Christianis, magistratibus, pontificibus, & præsulibus catholicis obediunt: & pro hac obedientia tuenda, vita ab hæreticis prinantur, & gloriam sempiternam consequuntur. Id non efficiunt illi, qui proprie parent voluntati, qui deprauatos sequuntur appetitus, & amore terreno ducuntur. Quemadmodum impurus amor animam incendit, & studio rerum caducarum inflammat, & in ima ac profunda precipitat & mergit: sic sanctus amor ad cælestia extollitur, ad æterna aspirat, ad immortalitatem exarscitur, & animam ad ea quæ immutabili æternitate continentur, concitat & inflammat. Nullus est amor otiosus in amanti animo, semper illum secum duxit, vel ad excelsum, vel ad inum. Anima amore mī-  
di ligata quasi viscum habet in alis: quamobrem non volat in cælum: at ab impuritate & terrenis affectibus libera duas alas nimirum dilectionem Dei & proximi expandit, quibus in cælum ascendit. Quò enim nisi ad Deum ascendet volando, qui flagrans ignis amoris sancti volat ascendendo? Has alas amoris Dei & proximi desiderabat Dauid: cum diceret Psalmo quinquagesimo quarto: Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & valabo, & requiescam? Volare cupiebat ad cælestem Hierosolymam: quò sciebat se facere non posse, si esset amore cæco voluntateque propria impeditus. Qui enim ducuntur, similes sunt Assyriorum regi, cui diuinus noster vates Nahum dicit: Super quem non transit voluntas tuæ: aut, vt habet editio vulgata: malitia tuæ? Vtraque enim litera vera est. Sed inter omnes versiones illa eminet, quam Romana catholica ecclesiæ tenet, & sequitur, quam vulgatam editionem appellamus: quæ veritate, grauitate, integritate, firmitudine, & præstantia omnibus antecellit. Eam ego secutus sum tam in aliis meis commentariis, quam in his in diuinum vatem Nahum, qui hic ad honorem Dei terminantur.

similitudo

similitudo

similitudo

FINIS.

similitudo

LIBRARY  
CAPUT III

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a page number or reference.



# INDEX ALPHABETICVS RERVM AC VERBORVM

COPIOSISSIMVS, QVÆ IN

his Commentariis in Daniele &  
*Nahum* inueniuntur.

Nouissimè ad meliorem formam quam antea redactus, variisque sententiis, historiis, authoritatibus, Hebraïsmorum interpretationibus auctus, non solum aduersus Iudæorum deliramenta confundenda, verumetiam ad Hæresiarcharum nostræ tempestatis falsa dogmata extirpanda.

*Prior numerus paginam, posterior columnam designat.*

## A



Aronis virga fructum ferens iustitiam Dei denotat. 71.1  
Abel idem est quod luctus. 165.1  
Abel filius Adam, idem est quod nihil. 165.1  
Abel pastor ovium occisus per inuidiam. 145.2  
Abimelech summus Sacerdos vocabatur. 103.2. item Abiathar. *ibid.*  
Abominationes hostie appellantur in honorem Idolorum mactate. 24.1  
Abstinentia & fragilitates utilitas. 14.1  
Abstinentia Atheniensium & Arcadum. 15.1  
Abstinentia quorundam sanctorum virum acerbissima. 14.2  
Abstinentia ciborum à primis parentibus obseruabatur. 212.2  
Abstinentia ciborum à Gentiilibus celebrata. 14.1  
Abstinentia & frugalitas quantum diligenda. 100.1  
Abraham vt tres vidit, & vnum adorauit, sic Eucharistia sacramentum veneremur. 153.2  
Abraham obedientia mirabilis. 250.2  
Absalon fratrem interficiens in conuiuio, miserè mortuus est. 177.2  
Abyssus quid. 72.2  
Academicorum opinio de angelis malis. 154.1  
Accusatio sui ipsius quomodo facienda. 149.2  
Accusatores damnatum vita priuabant. 63.1  
Achates cur dicatur indiuulsus Aeneæ comes. 110.1  
Achates, id est cura, quæ Reges debet comitari. 110.1  
Acta Apostolorum Græcè à D. Luca scripta. 108.2  
Actio nostra potius Deo tribuenda, quam nobis. 105.2  
Adam cum Deus creauit, prauidit eius peccatum, & præordinauit Christi mortem. 146.1  
Adam sepultus in Hebron, iuxta D. Hieronymi, & quorundam aliorum sententiam. 183.1  
Adam transferri potuit in mortem Caluarie, iuxta hanc

uaticinationem, Surge Adam, qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. 183.2  
Adam terra, x qua formatus est, Dei gemtricis uirginitatem adumbravit. 49.2  
Adam nomen est commune & appellatiuum: ideo non constat apertè pro parentem nostrum fuisse illum qui in monte Caluarie sepultus est. *ibid.*  
Adam idem quod homo, quod fuerit è terra formatur. 239.2  
Actiones quædam, quæ ex se nec bona, nec mala videntur. 34.2  
Adam sepultus in loco ubi postea fuit Christus crucifixus. 182.2. secundum Originem. *ibid.* & Epiphanium. 183.1. & permultos sanctos & probatos authores. *ibid.* secus sentit. D. Hieronymus. *ibid.*  
Ada delicti & gratie Christi differentia. 186.2  
Ada procreatio ex limo terra primus ortus. 50.1  
Adamas lapsus aurissimus, id est, u. domatilis. 65.2  
Adamas fortitudinis hieroglyphicum. 65.2  
Adoratio Latræ, & Dulæ quid. 82.2  
Adoratio imaginis ad exemplar peruenit. 85.1  
Adoratio Dei, Virginitatis Mariæ & sanctorum. 74.1  
Adoratio. Non omnis qui aliquid adorat credit illud Deum esse. 84.1. quod exemplis Scripturæ sacre comprobatur. *ibid.*  
Adoratio latræ soli Deo debetur. 57.1  
Adorare pro exhibere honorem. 84.1. item pro colere adoratione latræ. *ibid.*  
Adolescentia veri comparatur. 198.2. senectus hyemi. *ibid.*  
Adriani Imperatoris statua. 160.1  
Aduentus duo Christi. 127.2  
Aduersarum & prosperarum rerum discrimin. 4.2  
Aduersitas. Deus amabilior in rebus aduersis, quam in prosperis. 184.2  
Adulator ligno putrido comparatur. 105.1  
Adulatoris descriptio. 105.1  
Adulatoris proprium. 105.1

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

- Adulatores scorpionibus similes.* 105.1  
*Adulatores per aures intelliguntur.* 189.1  
*Adulatores clava falsi Herculis comadiarum comparantur.* 57.2  
*Adulatorum pestilentissimum genus.* 104.2  
*Adulatio quid.* 105.1  
*Adulatio nihil tam corrumpit mentes hominum, quam adulatio.* 105.1. Ex D. Hieron.  
*Adulatio prabet nutrimentum peccati, ut oleum flammis.* 105.1  
*Adulationes pestilentes Syrenarum cantiones.* 58.1  
*Adultera mulier solebat solitari vestibus, eiusque maleficia omnibus indicari.* 291.2  
*Adulteri lapidibus obruebantur in veteri lege.* 204.1  
*Aegyptus mundus comparatur.* 171.2  
*Aegyptij cuiusdam solitarij necem patris deplorandis constans responsio.* 25.1  
*Aegyptij suo pacto Deum Hieroglyphicè pingebant.* 59.2  
*Aegyptij herbis solum & arborum fructibus vescébatur.* 15.1  
*Aegyptij calos deos esse arbitrabantur.* 75.1  
*Aegyptiorum mos sphynge depingendi.* 188.2  
*Aelum ciuitas calebris.* 133.1  
*Aemulator dupliciter sumitur.* 221.1  
*Aenigmata Sphynge designabant.* 188.2  
*Aequalitas medium diligit.* 106.1  
*Aequitas pro Dea colebatur à Romanis.* 106.2. idè illi templum erectum.  
*Aequitatis imago, virgo quadam tenens sinistra hastam, dextera iustitiam.* 106.2  
*Aestus quid.* 78.1  
*Aethiops Hebraice cuts, id est niger.* 18.1  
*Aethiopicum mare.* 78.2  
*Aethiopum cibus locusta.* 15.1  
*Aethna mons ardens.* 163.2  
*Aetius hareticus ieiunium auferre nixus.* 212.2  
*Afflictio potio salutaris, qua viri magnanimi nutriuntur.* 201.2  
*Afflictio dat intellectum.* 96.2  
*Afflictio inquam homines inuiti incidunt, aliis utilitatem fert, aliis detrimentum.* 90.2  
*Afflictio cum patientia coniuncta est porta regni caelorum.* 179.1  
*Afflictiones quibus iusti premuntur, viri sapientes eximias iudicant.* 179.2  
*Afflictionem in malis non esse numerandam.* 82.2  
*in Afflictionibus cum versamur quid agendum sit.* 201.1  
*in Afflictionibus animo non cadendum.* 37.1  
*Afflictorum consolatio.* 184.1  
*Afflicti pauperes dicuntur, & filij pauperum.* 82.2  
*Affligere animas idem est quod ieiunare.* 212.2  
*in Affluentia bonorum beatitudo consistit.* 91.1  
*Affrica Regio latissima in praecipuis mundi partibus.* 245.2  
*Africani Tyresij responsum de concordia.* 231.1  
*Agamemnon Rex pastor populorum.* 10.2  
*Agar Abrahæ ancilla nomine lex vetus significatur, in timore & seruitute.* 178.1  
*Agesilai responsum de vnanimitate ciuium.* 242.1  
*Alphonsi Aragonum Regis virtus, in exhortatione Principum & popul.* 56.2  
*Alarum nomine aliquando designatur instabilitas.* 206.1  
*Aleph Hebraicè quid significet.* 101.2  
*Alexander magnus patris vitio notatus, quod esset ambitiosus.* 198.1  
*Alexander magnus quot regna sibi subiecit.* 171.1  
*Alexander filius Alexandri magni, à Thalestia Amazonum Regina.* 172.1  
*Alexander moriens, regnum pueris suis dimisit, sed illi se in fortitudine cum illo non se adaequarunt.* 145.1  
*Alexander magnus Hiero olymam ingressus post victoriam Persarum, prophetiam Danielis inuenit, idè quæ Iudeos honoribus affecit.* 132.1  
*Alexander magnus philosophos & amicos, subsque familiares interemit.* 30.1  
*Alexander magnus inter Philosophos enutritus.* 135.1  
*Alexander magnus pontificem loiam coluit.* 50.2  
*Alexandri Regis victoria in Persas à Danelè vaticinata.* 132.1  
*in Alexandri morte, quorundam Philosophorum verba.* 138.2  
*Alexandri magni ara.* 43.1  
*Alexandri magni victoria nihil celerius, nihil concitatius.* 122.1  
*Alexandri morituri responsum amico, de herede relictoro.* 172.1  
*Alexandrum violentia oppressum, ait Solinus.* 138.2  
*Alexandria ciuitas quæ. 245.1. eius fundatio.* ibid.  
*Almenus quare Leonem cum apro coniunxit.* 120.1  
*Ambrosiotes lecto Platonis dialogo de immortalitate, ad eadem sui ipsius impulsus.* 26.1  
*Ambulari coram Deo est dare operam virtuti.* 151.2  
*Amicus proprio commodo studens quis. 245.2. & cui similibus.* ibid.  
*Amicitia vera & solida quæ sit.* 245.2  
*Amicorum consolatio in arumnis quantum proficit.* 104.1  
*Amicos rebus prosperis sequentes in aduersis relinquentes qui.* 244.2  
*Amor diuinus & humanus per ignem significatur.* 78.2  
*Amor diuinus ignis, qui aquis nutritur & fruatur.* 163.2  
*Amor cæcus à veteribus pingebatur.* 199.2  
*Amor cæcus ignis vocatur ab Homero.* 199.2  
*Amor per ignem denotatur.* 78.1  
*Amore capum hominem ignitum esse dicebat Portius Licinius.* 78.1  
*Amor mulierum animum incendit, & intelligentiam atque rationem obscurat.* 199.2  
*Amor in rebus omnibus quam Deo gratus.* 111.1  
*Amor proprius nos tetris tenebris obscurat.* 140.1  
*Amoris sancti & diuini effectus.* 251.2  
*Amoris diuini, vis.* 51.1  
*Amoris natura est coniungere.* 60.1  
*Amor mundi veluti sol inter nubes, qui vehementer ardet, sed parum durat.* 243.2  
*Amor nullus otiosus in amantis animo.* 251.2  
*Anathemata Grecis dicuntur homines ignominia notati.* 186.2  
*Anaxarchi verba audacia in Necocreonem tyrannum.* 25.1  
*Anchora tarditatem designat.* 16.1  
*Angelus pro viro pio & iusto in diuinis literis accipitur.* 215.2  
*Angelus Dei vir appellatur, non à sexu, sed à virtute.* 154.1  
*Angelus idem quod nuntius.* 28.2  
*Angeli in specie virorum apparentes.* 154.1  
*Angeli superiores interrogantur ab inferioribus, eosque illustrant.* 140.2  
*Angeli quatuor in quatuor angulis terræ stantes sunt demones Antichristi.* 172.1  
*Angeli nuntij Dei.* 168.1  
*Angeli an sit corporei, necne.* 154.1  
*Angeli pro diis vsurpantur.* 87.2  
*Angeli alij alijs cur resistere dicuntur.* 166.1  
*Angelorum multi ordines.* 75.1  
*Angeli dij vocantur in sacra Scriptura.* 51.1  
*in Angelis sanctis non est simpliciter contrarietas voluntatum.* 166.1  
*Angelic.*

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Angelica natura aliis creaturis est illustrior. 75.1  
 Angelici spiritus per thronos intelliguntur. 125.1  
 Anima in suo corpore ubique tota viget, vivificans, illud movens & gubernans: tota in minimis membris, & tota in maximis. 61.2  
 Anima pro hominibus accipitur. 108.1.2  
 Anima una in potentia & trina in potentiis. 61.2  
 Anima nonnunquam accipitur pro corpore animato. 108.1  
 Anima ratiōnis particeps est anima & spiritus. 108.1  
 Anima pro vita sumitur. 119.2  
 Anima hominis imago. 92.1  
 Anima quæ motu dicatur. 200.1  
 Anima sanguis secundum Empedoclem. 8.1  
 Anima hominis vnde & quomodo creata. 108.1  
 Anima immortalitas testimonijs sacræ & Scripturæ comprobatur. 26.2  
 Anima immortalitatem qui philosophi asseruerunt. 25.1  
 Animam rationis participem esse immortalem, asserit Virgilius. 25.1  
 in Anima hominis Trinitas. 61.2  
 Animarum migrationem in disparia genera belluarum asseruit Pythagoras. 90.2  
 Animas tribuebant caelestibus corporibus Platonici. 75.2  
 Animalia venenata cur Deus creavit. 249.2  
 Animalia pro hominibus accipiuntur. 89.1  
 per Animalia visa à Daniele equid significetur. 136.2  
 Annus variè numeratur, iuxta diversarum nationum consuetudinem. 150.2  
 Annus pro quibus accipitur, iuxta quorundam opinionem. 90.2  
 Annus in sacra Scriptura est spatium mensium duodecim 151.1  
 Annus in duas partes diuiditur à Persis. 90.2  
 Annuli sigillum antiquorum. 20.2  
 Annulorum antiquitas. 115.2  
 Antichristus bestia appellatur, quæ occidetur à Christo. 126.1  
 Antichristus futurus ex genere Hebræorum. 180.2  
 Antichristus appellatur in divinis literis, percussor, contemptibilis, Gog, bestia, mercenarius, persecutor, iniquus, superbus, aduersarius, proditor, fur pseudopropheta, immundus, impius, pastor stultus, idolum, abominatio desolationis, speculator, cæcus, fraudulentus, inimicus, filius perditionis, homo peccati. 181.1  
 Antichristus collocavit tabernaculum solij inter d. o maria. 181.2  
 Antichristus tribus annis cum dimidio regnabit. 129.2  
 Antichristus terras regiones sibi subiciat. 13.1  
 Antichristus prohibebit sacrum celebrare. 192.2  
 Antichristus quot calamitatibus opprimet viros sanctos. 129.1  
 Antichristus finget se esse filium Dei & verum Deum. 130.1  
 Antichristus obscuro & ignobili loco nascetur. 124.1  
 decem Reges superabit. ibid.  
 Antichristus Aegyptum profugabit. 181.1  
 Antichristus in montem oliueti ascensurus. 181.2. & ibi interficiendus. 182.1  
 Antichristus nullum Deum colet, præter Maonim. 180.2  
 Antichristus obscenarum libidinum erit cupidissimus. 180.2  
 Antichristus propria gloriæ cupidissimus. 180.2  
 Antichristus tempora & leges mutare arbitrabitur. 129.2  
 Antichristus idolum & abominatio. 194.2  
 Antichristus interficiendus à Christo imperatius, & à Michael, executus. 184.1  
 Antichristi tempus. 88.1  
 Antichristi patres. 180.2

Antichristus per cornu paruum à Daniele visus. 124.1  
 Antichristi tyrannis tribus annis cum dimidio regnabit, tandiu enim duravit Christi Dei nostri predicatio. 191.1  
 Antichristi blasphemias. 126.1  
 Antichristi tempore tribulatio maxima, in orbe, qualis nunquam fuit. 185.1  
 Antichristi regnum quando incepturum. 192.1  
 Antichristi vis & acumen. 124.1. in quo diabolus habitabit. ibid.  
 Antichristi interitus. 126.1  
 post Antichristi mortem qui vixerint felices erunt. 194.2  
 Antisthenes dicere solebat mortalia: ad hominibus esse repetenda. 138.1  
 de Antichristo locus D. Pauli ] Filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus; aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. 179.2  
 Antiochus Rex Persarum. 122.1  
 Antiochus Ponti Rex, & Asiae minoris. 172.1  
 Antiochus rex, qui vocatus fuit illustris, bibax erat. 118  
 Antiochus Machabæorum persecutor, mortuus infeliciter. 180.1  
 Antiochus figuram gessit Antichristi. 145.1  
 Antiochus Hierosolymam bis ingressus est, ubi summam immanitatem exercuit. 178.1  
 Antiochus bis ingressus est Hierosolymam. 141.1  
 Antiochus Epiphanes Rex Syriae, 172.2  
 Antiochus magnus Rex Syriae. 172.2  
 Antiochus non solum maledictus, sed ipsa maledictio appellatur. 144.2. in fin.  
 Antiochus percussus plaga insanabili, & intolerabili factore. 146.1  
 Antiochus Rex Syriae. 172.2  
 Antiochus Epiphanes typus Antichristi. 177.1. eo regnante fuerunt bella Machabæorum. ibid.  
 Antiochus Rex perterritus à legatis Romanorum, Aegyptum reliquit. 178.2  
 Antiochi tyrannis quo tempore duravit. 141.2  
 Antiqui solebant diversis vocari nominibus. 168.2  
 Antiochi summa crudelitas. 180.1  
 Antiochi superbia qui templum Dei polluit. 139.1  
 Antiqui quid im qui mille annos vixerunt. 151.1  
 Antiochi verba dulcia, sed opera amara. 176.2  
 Antiquum quid dicatur. 112.2  
 Apelles cum pinxit Alexandrum cur sulmen in eius manu posuerit. 135.1  
 Aperire pro obedire item pro petere. 68.1  
 Apollonij philosophi scientia. 188.1  
 Apostoli per duodecim tribus significantur. 51.2  
 Apostoli per qua figurati. 230.2  
 Apostoli veri adamantes. 65.2  
 Apostolorum promptum obsequium diuinis mandatis. 15.2  
 Apostolorum sedes throni dicuntur. 124.2  
 Apostolis an virga fuerit permissa, necne. 209.1  
 Aquæ pro sapientia. 41.1  
 Aquarum nomine sapientia significatur. 188.1  
 Aquarum portione milites Gedeonis probati. 179.1  
 Aquarum nomine calamitates significantur. 179.1  
 ex Aquis visibiles creatura creata. 28.2  
 Aquile alæ quid d. no. abnt. 110.1  
 Aquilo accipitur pro frigore ex peccato dimanante. 172.1  
 Arabicum mare. 79.1  
 Arbor vita paradysi qua sit. 205.2  
 Arboribus Principes & magnates comparantur. 88.1  
 Arca testamenti intus & foris inaurata. 80.2. quid continebat. ibid.





In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Calamitates aquarum nomine significantur.	179.1
Calamitates vtilis esse aliquando.	219.1
Calamitate mentis oculi illustrantur.	96.2
in Calamitatibus amicorum consolatione carere, magna & intoleranda calamitas.	104.1
in Calamitatibus nostris Deus vtitur pietate, etiam cum iam exercere videatur.	24.1
in Calamitatibus ad Deum confugiendum.	151.2
Calceamenta Apostolis prohibita.	117.2
Caligula Romanorum Imperator simulachrum sibi fecit statui, precipiens vt ab omnibus coleretur.	54.1
Caligula Romanorum Imperator dicebat, velle populum Rom. vnā cervicem habere, quo vno ictu illum interficeret.	142.2
Callinicus Rex Syriae.	172.2
Callisthenes ab Alexandro victus & occisus.	90.2
Caluarie mons vbi aries pro Isaac fuit immolatus.	182.2
Caluarie montis terra cur lucida dicatur.	182.2
Calvinus haereticus.	84.1
in Calvinum haereticum sensum Scripturae corruptentem.	9.2
Calvini vitia describuntur.	98.2
in Calvinistas & haereticos nostri temporis, imagines contemnentem.	83.1
Camelus exigui cibi & potus paucitate sustentatur.	15.1
Ezech.	15.1
Camelus priusquam bibat perturbat aquam.	55.2
Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum, quidam per camelum suum intellexerunt.	55.2
Caro pro homine accipitur.	209.2
Caro pro homine accipitur. 121.1. item pro peccatore. ibid.	
Caro ieiunio domatur.	14.1
Carnes non comedebant Graeci veteres.	15.1
Carnes prohibita a Deo vsque ad Noë tempora.	12.2
Carnium abinentia quo tempore prohibita a Deo.	212
Carthagini Regis Lusitana laus.	102.1
Cathena Homeri, per quam diuina providentia intelligitur.	237.2
Cato foris, intus Nero, Prouerbiū.	176.2
Cato Vitensis mortem voluntariam sibi consciiuit.	26.1
Causa capitalis quam maturo iudicio iudicanda.	202.2
Cete magni piscis.	79.1
per Centrum Deum significabant veteres.	74.1
Cephas a D. Paulo increpatus. 12.2. eum non esse. D. Petrum, vt quidam autumant.	ibid.
Cephas vnus ex LXX. Interpretibus.	11.2
Cephas D. Petri nomen.	12.2
Cercida Megapolitani, morbo laborantis responsum de desiderio mortis.	25.1
Charitas vinculum perfectionis. 89.2. non minus quam inter duos esse potest.	ibid.
Cham filius Noë magicae artis inuentor.	24.2
Chaldaei sunt Astronomi.	ibid.
Cham Maleficorum preceptor.	ibid.
Chamaeleontes mutari colores ad quascunque res.	104.2
Chanuan idem quod mercator.	204.1
Chanuan filius Cham. 204. quos genuit.	ibid.
Chanuan mercatorem significat.	106.1
Chananeii solebant fraudibus vii & iustitiam deprauare.	106.1
Chaos quid.	76.2
Charitas per ignem significatur.	77.2
Charitatis effectus.	216.2
super Cherubim sedere, est omnem scientiam superare.	73.2
Chilo Lacademonius dicebat, in via non esse properandum. 94.2. huius rei significatio.	ibid.

Christus semen Davidis.	46.2
Christus hora sexta crucifixus. 11.2. ideo hac hora Ecclesia preces fundit.	112.1
Christus pastor.	53.2
Christus plenus fontibus misericordiae.	50.2
Christus Princeps pacis.	103.1
Christus mortem passus in medio vltima hebdomadae, trigesimo tertio aetatis suae.	156.1
Christus filius hominis.	126.1
Christus adumbratus in lapide que virga percussus, vim effudit.	50.2
Christus non Rex Iudeorum temporalis.	47.2
Christus lapis.	50.1
Christus cur dicatur verbum.	206.2
Christus amor & Charitas.	111.1
Christus splendor paterna gloriae, & lux vera.	37.2
Christus cur hora sexta crucifixus.	2.1
Christus architectus comparatur.	65.1
Christus misit vultus sui effigiem ad Abagarum Regem.	83.2
Christus bonus.	248.1
Christus gloria plebis suae Israel.	80.1
Christus noluit a Turbis rex fieri.	48.1
Christus Leo appellatur.	120.1
Christus Oriens appellatur.	47.1
Christus regnum caelorum.	107.2
Christus rex.	46.2
Christi omnis actio nostra est instructio.	213.1
Christi regnum in Ecclesia Catholica.	46.1
Christi regnum quale.	47.2
Christi virtutes per animalia significantur.	158.1
Christi ex virgine gloriosa, natiuitas quartus ortus dicitur, & quarta generatio.	50.1
Christi praedicatio tribus annis cum dimidio durauit.	191.1
Christi duae natiuitates.	53.2
Christi duplex egressus.	53.2
in Christo duae naturae, sed vna persona.	75.1
Christum verum Deum & Messiam venisse asseritur, ex Danielis vaticinatione, aduersus Iudeos.	160.1
Christianus verus extrahendus est a terra, ab amore rerum humanarum separandus.	226.2
Christianorum laudes.	178.1
Chrysolitus lapis pretiosus.	164.1
D. Chryostomus ob inuidiam exul.	32.2
Chrystippus raprus desiderio immortalitatis seipsum occidit.	25.1
Chrystippus dixit Deum esse vim naturalem, ac diuinam.	59.1
Chrystippus in caelum.	76.1
Cibus qui undam nationum parcissimus. 15.1. per tot.	
Cibus pro doctrina excelsa & perfecta sumitur.	16.2
Cibi appetitio quid attulerit detrimenti.	14.1
Ciborum differentia post creationem hominis constituta.	212.2
Ciborum voluptatis detrimentum.	14.1
Cicero eloquentiae parens.	26.1
Ciconia pietatis symbolum.	121.2
Cinere qui aspergebantur olim.	212.1
Circulus aureus in natiuitate Christi calose sereno apparuit.	231.2
Circulus Deum significans.	59.2
Cittim filius Iauan. 183.1. in fine. Regnum Italiae obtinuit.	ibid.
Cittim vrbis patria Zenonis.	183.2
Ciuum vnanimitas a Philosophis commendatur.	142.2
Ciuitatis salus a lege iusta pendet.	51.2
Ciuitatem conseruat honestus ciuium amor, vt dicebat Zeno.	242.1
Cloantes sibi violentas manus intulit.	26.1

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Clementia Templum Romanorum.	10.1	Constantia viri cuiusdam Itali signum, in quo insculpe-	
Clementia ita culta à Romanis, vt in Nummis sculpe-		batur, Conantia frangere frangit.	17.2
retur.	121.1	Constantia symbolum Salamandra.	17.2
Clementia quid.	121.1	Constantia martyrur admirabilis.	65.2
Clementia licet conueniat omnibus, maximè tamen Prin-		Constans vir à nullo proposito dimouetur.	17.2
cipi.	121.2	Constans patientia nunquam vincitur.	222.2
Clementia beneuolentiam concordiam & perpetuitatem		Constans viri gaudet aliquando calamitatibus.	184
parit.	121.2	Constantini preclarum responsum de morte omnibus	
Cleo, atra vxor Regis Aegypti Ptolemei Epiphani.	176.	commun.	138.1
2. eius prudentia in conseruando marito à morte. ibi.		Cordis effigies à Romanis in victoriis ferebatur.	35.1
Clitus ab Alexandro magno occisus.	30.1	Consules vnde dicti. 95.2 cur creati.	ibid.
Clypei nomine Reges significantur.	234.2	in Conuiuio quot mala acciderunt.	100.1
Collega quis dicatur.	87.1	Cor pro medio cuiuslibet rei accipitur.	52.2
Columba simplicem denotat.	89.1	Corru pro splendore siue radio sumitur.	64.2
Concessores epulis cibusque exquisitis delectantur.	100	Coruus significatur homo vorax & rapax.	89.1
Columna Italia cum fructibus aquatilis significatio.		Corpus humanum vagina appellatur.	128.1
104.1		in Contemplatione quae impedimenta occurrant.	141.1
Cthesiphon Romani Imperij ad Orientem limes.	43.1	Contritio in orationibus quantum profit.	148.2
Coccum granum est quod ad purpuram tingendam adhibetur.	235.1	Cr. p. ula iactura quanta.	212.1
Concionatores quid imitari debeant.	149.2	Creator ex creaturis consequenter intelligitur.	73.1
Concionatores non esse sermonatos, qui honesta premia recipiunt.	102.2	Creata res ad Deum, à quo dimanant, nos ducunt.	74.2
Concionatores per morum altitudinem & doctrinè debent sublimius ceteris volare.	119.1	Creata res tanquam pulchra litera oculis obiciuntur.	74.1
Concionatores bene docentes sed male viuentes, similes latruncolorum tabulis.	149.2	Creatura quomodo possint Deum laudare.	73.1
Concionatores flagitia non reprehedentes canes murti vocantur.	89.1	Creatura visibilis ex aquis procreta.	28.2
Concionatores quid diuitibus suadere & inculcare debeant.	236.2	Creaturarum species voces sunt quaedam creatorem laudantes.	74.1
Concordes esse debemus velut in cratere philothesio.	230.1	ex Creaturis ille qui oculis cerni non potest, tanquam in quodam speculo contemplandus apparet. Ex Eusebio.	74.1
Concordia salutaris & Deo grata.	110.2	Crede pro committere. 116.1. item pro sperare, & pro obedire.	ibid.
Concordia insuperabilis.	111.2	Crede pro obedire. 27.2. non pro perseuerare, seu permanere, aut stabiliri.	ibid.
Concordia ciuium nullum esse murum munitiorem.	242	Crimina pro Deo punire non est crudelitas, sed pietas.	121.1
Concordia in ciuitate idem est quod harmonia in musica.		Critias Philosophus animam sanguinem dixit.	8.1
Ex D. August.	231.1	Crocodilus dormiens ore aperto à bestiola interfecus.	35.1. cum inuido comparatur.
Concordia res paruae crescunt, discordia autem maxima dilabuntur.	231.1	Crudelitas pavit odium, dissidium, & interitum.	121.2
Concordia simul iuncta vinci non potest, discordia statim euertitur.	231.1	Crudelitatis definitio.	121.1
Condemnare caput alicuius, id est, morte mulctare, Hebrais.	16.2	Crux pellit omne crimen. Ex Prudent.	84.2
Confiteri pro laudare, & gratias agere.	112.2	Crux Christi ab Helena Romam allata.	84.1.2
Consilium. In acquirentis consiliis plurimum adiungit vna probitas, virtutum prerogatiua, beneuolentiae vsus facilitatis gratia.	94.2	Crux peccatorum remedium, & sacramentum salutis.	84.2
Consilium debet esse consideratum.	94.2	Crux tutelaris ac fidissima Christianorum custodia.	84.2
Consilium. plerique mortales opus habent consilio, & aliena prudentia. Ex Plutar.	94.2	Crux Christi insuperabilis Christianorum armatura.	84.2
Consilium Sapientum quantum profit Regibus.	94.1	Crux Christi gloriosa schala Iacob, qua ascendimus ad gloriam immortalem.	182.2
Consilium quantopere cum Regia dignitate coniunctum.	95.2	Crux cacorum dux, claudorum baculus, trophaum contra demones, portus inter vndas periclitantium, spes desperatorum, & scutum omnium perpetuum, &c.	84.2
Consilium Dei supra omnia quarendum.	94.1	Crucis signum in frontibus credentium.	84.2
Consilium res sacra vocatur à Platone, qua indigemus.	94.2	Crucis inuentionem negant heretici.	84.2
Consilium capere significat & regnare.	95.2	Crucis laus ex sanctis patribus.	84.2
in Consilio capiendò prudentia, in dando fides requiritur & religio.	94.2	Crucis signum in calo visum.	160.1
Consilio qui magis indigeant. Ex Cicer.	94.2	Crucis admiranda potestas.	84.2
Consiliorum gubernaculum diuina lex est, ex D. Cypriano.	94.2	Crucem Christi quo honore & cultu colamus.	83.1
Consiliarij omnes homines, qui de rebus dubiis consulunt, ab odio vacuos esse oportet.	95.2. Ex Sallust.	Crucifixi imago ab impio Iudeo confossa sanguinem profudit.	83.1
Consiliarij centum à Romulo, vrbe condita instituti.	94.2	Cubitus quid.	54.1
in Consiliis ponderandis magna opus est prudentia.	111.2	Curiositas quid.	114.1
Consiliarij qui exquirendi.	94.2	Curiositatis mala.	114.1
Conspiratio impiorum iustis periculosa.	110.2	Curribus fulcatis solebat fieri pugna antiquitus.	235.1
Consolatio iustorum afflictorum.	23.2	Cupiditas rerum quam vitanda.	117.2
		Cupidorum, arca possunt impleri, sed animi haudquam.	242.1
		Culius	

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Cultus Dei quid sit. 81. & quomodo fiat. *ibidem*  
 Curiositatis vitium quam graue. 114.1  
 Cyclops caeco regi comparatur. 110.2  
 Cyrias Indeos restituit. 3.1  
 Cyri morti proximi ad filios verba. 26.1  
 Cyrus Persurum Rex dicere solitus erat, similia esse boni regis & boni pastoris opera. 134.1  
 Cyri nomen in Esara scriptum antequam nasceretur. 20.1  
 Cyri bellum Scythicum contra Tomyrim. 120.2  
 Cythara quid. 57.1

D

Damon primus qui mendacium protulit. 168.1  
 Demones aërea sunt animalia, morte non dissoluntur, 154.1. & quare. *ibidem*  
 Damnatu[m] morti solebat accusatoribus dari, vt cum vita priuarent. 63.1  
 Damnari nemo debet, nisi auditus. 63.1  
 Damnantur multi iudicio hominum, qui sunt iudicio Dei absoluti. 204.1.2  
 Danaus à loue violata. 58.2  
 Daniel cum captiuus esset in Babylone, cur dicitur, orando versus Hierusalem respexisse. 111.2  
 Daniel rursus in lacum leonum iniectus. 215.1. à propheta Habacuc sustentatur. *ibidem*  
 Daniel cur vocatur Balthasar. 101.1  
 Daniel cur à Leonibus preseruatus. 116.1  
 Daniel idem quod iudicium Dei. 204.1  
 Daniel aliqua vidit, qua non intellexit, nisi postquam ei fuerunt ab Angelo explicata. 162.2  
 Daniel à Nabuchodonosor adoratus, quo pacto intelligatur. 502. & ad hoc hæreticorum obiectiones reselluntur. 50.2  
 Daniel vocatus Balthasar. 162.1  
 Daniel cuius Regis negotia tractabat. 147.1  
 Daniel cur lacrymas effuderit. 163.1  
 Danielis orationes in cubiculo. 111.2  
 Darij Regis decretum impium. 111.1.2  
 Darij nomine apud Persas, sex vocati. 116.2  
 Dauid quare in Psalmi versiculo. Quoniam videbo celos tuos, & opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti, non mentionem faciat de Sole. 52.1  
 Dauid gesta scripta sunt in libro Samuelis & in libro Nathan. & libro Gath, qui duo non extant. 199.1  
 Dauid rex in statera incidit. 46.2  
 Dauid vnus ex ijs qui cum Christo resurgentes, fuerunt ab inferis reuocati. 123.1  
 Dauid persecutionibus affuetus. 4.2  
 Decalogus legis Iudæis hora tertia datus: ideo Iudæi hora tertia orabant. 111.2  
 Decorum magnitudo animi, & immortalitatis desiderium. 26.2  
 Delphinus ancora inuolutus Titi Vespasiani numisma. 16.1  
 Demarathus exul. 35.1  
 Democriti præclara responsio de Diuitibus. 55.1  
 Demosthenes temperantiam laudat. 15.1  
 Dexterâ nulla pars corporis amabilior. 62.2  
 Dexterâ signum est amoris. 127.2  
 Deus ad castigandam veniens non dicitur currere, sed deambulare. 211.2  
 Deus solus est, permagnus, ingenitus, omnipotens, inuisibilis videns ipse omnia. Verba Sibyl. 69.1  
 Deus ens per se & independens. 60.1  
 Deus princeps pacis. 168.2

Deus quod pollicetur non statim futurum esse. 249.1  
 Deus per ignem intelligitur. 77.2  
 Deus fortis, & ad hoc propositum ostenditur error huius Psalmi versus Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum vbi legendum est, fortem viuum. 91.2  
 Deus protogonon appellatur ab Orpheo. 59.1  
 Deus. ] Quis est tam recors, qui cum suspexerit incalẽ, Deum esse non sentiat? Ex Cicer. 74.1  
 Deus vramque de nihilo condidit creaturam, spiritua-lem & corporalem. 209.2  
 Deus dicitur ad nos venire, cum nos punit. 237.1  
 Deus monas, id est, vnitas, omnium principium, radix & origo. 59.1  
 Deus omnium bonorum fons. 16.2  
 Deus vocatur spiritus, mens, & creator, à Virgilio. 59.1  
 Deus timor virorum iustorum appellatur. 70.2  
 Deus vnus est, vnus autem nomine non eget: est enim qui est sine nomine. 58.2. Ex Trismegist.  
 Deus non potest falli, nec fallere. 97.1  
 Deus vnitas omnem numerum continens, à nullo contenta. 59.1  
 Deus totius orbis creator, ex antiquis Philosophis. 8.2  
 Deus scopus ille, ad quem hominis intentio est dirigenda. 133.2  
 Deus solus immortalis. 208.2. trinus & vnus creator cæli & terræ. 209.1  
 Deus pater sine principio. 24.2  
 Deus in quibus maneat. 72.2  
 Deus sol sempiternus, mentes piorum suo iucundo & salutare splendore exhilarans & nutriens, errorumque tenebras expellens. 226.2  
 Deus per centrum significabatur. 74.1  
 Deus solus incorporeus & informabilis. 154.1  
 Deus vnitas est vt ait Psellus. 74.2  
 Deus vnus, vbique totus, omnia viuificans mouens & gubernans. Ex August. 61.2  
 Deus quomodo Hieroglyphicè ab Aegyptijs pingebatur. 59.2  
 Deus vnus latria adoratione colendus. 82.2  
 Deus magnus appellatur ad falsorum Deorum differentiam qui parui sunt. 50.2  
 Deus est inuisibilis nostris oculis, iuxta id D. Ioannis, Deum nemo vidit vnquam. 73.2  
 Deus omnino immutabilis. 95.2  
 Deus sphaera sempiterna ab Empedocle, & Trismegisto dicitur, cuius centrum est vbique, circumferentia nusquam. 60.1  
 ex Discordia quot mala promanent. 242.1  
 Dei ira multo vtilior, quam blanda mundi voluptas. 221.2  
 in Deo nihil præteritum, aut futurum. 46.2  
 Dei nomen pro eius gloria sumitur. 68.1.2  
 Dei præscientia scriptura veritatis. 166.2  
 Dei summa potentia declaratur. 223.1  
 Dei notionem habemus, ex operum illius pulchritudine, & excellentia. 74.1. Ex Galeno.  
 Dei essentia. 11.2  
 Dei nomina. 11.2  
 Dei imago ab antiquis picta, ex cuius ore ouum egrediebatur. 106.2. eius interpretatio. *ibid.*  
 Dei facies pro quibus sumatur. 148.2  
 Dei nomen Iehouah. 11.2  
 Deum in angelicis spiritibus summa amicitia copulatur tanquam in excelsa & sancta sede residere asserit D. August. 72.2  
 Deum in viris esse, non solum Christianis, sed exteris philosophis asseruerunt. 72.2  
 inter Deum & hominem mediæ quadam potestatis



*Ecclesia Catholica in quatuor mundi partibus est dispersa.* 113.2  
*Ecclesia militans vasis nomine signata, in Ezech.* 6.2  
*& triumphans.* ibidem  
*Ecclesia per Hierusalem significatur.* 64.1  
*Ecclesia Catholica, nomine Ierusalem comprehensa.*  
 4.1  
*Ecclesias adificare quam sit antiquum.* 10.2  
*in Ecclesijs, comedentes reprehensi.* 10.2  
*Eleemosyna danda, ut peccata dimittantur.* 95.1  
*Edacitate animus redditur imbecillus hebes & obtusus.*  
 212.2  
*Eleemosyna munit viam ad gloriam sempiternam.* 56.1  
*Eleemosynam ex male acquisitus facientes.* 8.1  
*Eleemosyna largitio copiam bonorum parit.* 95.1  
*Elysijs campi paradysus.* 205.1  
*Elysijs campi quare excogitati.* 25.1  
*Elohim nomen Dei.* 183.1. in fin.  
*Elohim Deum significat.* 20.1  
*Eleemosyna interpretatio.* 77.2  
*Eleemosyna pauperum nullus est tutior thesaurus.*  
 236.2  
*Eleemosyna non solum obtinetur in vita altero, sed etiam in hac ipsa opes auferuntur.* 56.1  
*Empedoclis appetitus ad felicitatem.* 25.1  
*Empedoclis opinio de anima.* 8.1  
*Empyrium calum quod appellatur calum cali.* 76.1  
*Epimnides Poeta versiculus à Diuo Paulo citatur.*  
 18.1  
*Epiphanium virum Catholicum non scripsisse aduersus imagines probatur, contra hereticos.* 84.1  
*Episcoporum & presulum manus virga virtutum.* 101.  
*Episcopus sine sapientia est sol sine luce, avis absque pluma, gubernator nauis, sine gubernaculo.* 109.2  
*Episcopatus quid.* 109.1  
*Episcopatus nomen operis, non honoris. Ex D. August.*  
 110.1  
*Epitaphium cuiusdam antiqui Ethnici, resurrectionem, expectantis, Roma repertum.* 187.1  
*Epulæ.] Græci solebant inter epulas eum nominare, cui erant poculum porrecturi.* 26.1  
*Equi quatuor Solis.* 77.1  
*Erasmus Roterodamus reprehenditur.* 143.1  
*Erastobenes adolescentiam & iuuentutem veri & ætati comparabat, senectutem, hyemi.* 198.2  
*Et, particule intellectus.* 197.1  
*Euangelium in diuinis literis dicitur nouum testamentum, mensa, lux, benedictio, lex nova, dies, clypeus, virga virtutis, cornu salutis, spiritus, verbum Domini, aqua, veritas, aqua sapientia salutaris, lux magna, dies virtutis, virtus Dei, fœdus & pactum.*  
 158.2  
*Euangelium est veritas.* 158.2  
*inter Euangelistas nram esse repugnantiam.* 210.2  
*Euangelica philosophia in paupertate, & honorum mundi dispicientia.* 117.2  
*Euigilare à mortuis, id est redire ad vitam.* 187.1  
*Euilmerodach filius Nabuchodonosor in regno constitutus cum pater inter bestias degeret.* 197.1  
*Eucharistia.] in hostia consecrata Christus verè & realiter continetur.* 193.1  
*Eucharistia.] in hostia corpus Christi verè est, non figuratè, realiter, non per similitudinem.* 139.2  
*Eucharistia sacramenti admirabile vaticinium.* 86.2  
*Eucharistia sacramentum ostenditur & probatur.* 86.2  
*Eucharistia locus apud Malachiam. In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* 192.1  
*Eucharistia sacramentum simul in multis conficitur locis.* 192

*Eucharistia vtilitas.] Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in calis. Ex Cyprian.* 86.2  
*Eucharistia sacramenti intellectus.* 101.2  
*Eucharistia sacramentum, Hæretici tollere conati sunt.*  
 139.1  
*Eucharistia sacramenti veritatem nonnulli Rabbinii asseruere, ante aduentum Christi.* 86.2  
*Eucharistia sacramenti laus & vtilitas.* 192.2  
*Eucharistia sacramentum sacrificium est.* 61.1  
*in Eucharistia hostia consecratur sub specie panis, & fit transsubstantiatio.* 86.2  
*de Eucharistia sacramento qui doctores scripserint.*  
 86.2  
*de Eucharistia sacramento qui authores scripserint.*  
 194.1. eiusdem comprobatio ex Concilijs. ibid.  
*Exercitus nomine fortitudinis intelligitur.* 162.1  
*Experientia rerum quam necessaria.* 21.1  
*Experientia rerum cui tribuatur.* 198.2

F

*Fabula Atgi pastoris centum oculos habentis, explicentur.* 248.2  
*Fabula Iasonis vellus aureum rapiantis explicatur.*  
 248.2  
*Facere pro sacrificare sumitur, in diuinis literis, & etiam in humanis.* 61.1.2  
*Facies pro ira. 35.2. pro presentia, & pro animo. ibid. item pro ore.* ibidem  
*Facies pro favore, misericordia, gratia, & benignitate.*  
 70.2  
*Faciem alicuius sumere, est eius favorem aucupari.*  
 176.2  
*Faciem ad rem aliquam convertere, quid.* 176.2  
*Faciem ostendere alicui est illum prosequi favore.*  
 35.1  
*Fauonius ventus.* 72.1  
*Felicitate impiorum nihil infelicius.* 179.1  
*Fœlices qui dicuntur.* 146.2  
*Fœlices statuuntur, qui in diuinis literis incumbunt.*  
 188.2  
*Festina lente prouerbium Octauiani Augusti.* 16.1  
*Festinatio nostra cum consilio & prudentia debet copulari.* 16.1  
*Festinatio temeraria quam grauius reprehendatur.*  
 16.1  
*Festinandum est, sed cum prudentia & consilio.*  
 16.1  
*Fides quid sit.* 110.1  
*Fides nostra verum speculum vnum Deum verè representans, & docens.* 58.2  
*Fides fundamentum Iustitiæ ex Cicer.* 10.1  
*à Fide deficere non debemus, imò potius mori.*  
 63.2  
*Fidelium in Ecclesia propagatio, quibus significetur.*  
 237.2  
*Fiducia in Deum cum virtute coniuncta quanti ponderis.* 17.2. in fin.  
*Fiducia nostra in Deo collocanda, non in Regibus.* 20.1  
*Filius est patris, Proverbum.* 198.1  
*Filius eius quis dicitur, cuius opera imitatur.* 203.2  
*Filius hominis in diuinis literis idem est quod verus homo & laboribus expositus.* 142.1  
*Filius cum immoderatus & dissolutus est, non tam illi, quam patri error imputandus.* 198.1  
*Filij quidam Lacedæmonij qui patrem morte multauerunt.* 198.1

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Filij mortis vocantur ab Hebrais ij qui sine digni morte. 203.2

Filij solent imitari patres. 198.1

Fistula. qui l. 57.1

Flagellum pro contumelia sumitur. 247.2

Flatus vitam denotat. 105.1

Florentia duces insigni arboris proceres cum hac inscriptione, vno auulso, non deficit alter. 93.2

Flumina quam familiaria sanctis prophetis. 164.1

Fons pro origine 8.2

Fons Germania, in quo lignum iniectum in lapidem conuertitur. 194.1

Fornicatio pro idololatria sumitur. 243.1

Fortitudo pro exercitu. 162.1

Fortitudo. Qui vera virtute fortis est, nec temere audent, nec inconsulte timet. 239.2. Ex D. August.

Fortitudo virtus pro aequitate pugnant. Ex Cicer. 239.2

Fortitudo animi vera qua sit. 239.2

Fortitudo non est inconsulta temeritas, nec periculorum amor. 239.2

Fortitudo ac constantia via regia est, à qua declinat ad dexteram qui temerarius est, & pertinax ad sinistram, qui formidolosus est, ac pavidus. Ex D. Hier. 239.2

Fortis ille est qui iram cohibet. 222.1

Fortis cum adamante comparatur. 222.2

Franciscus fortis ducis Mediolani insigne. 117.2

Fraudulenti scorpionibus comparantur. 176.2

Frequentatio quorum ineunda. 105.1

Frigus pro quibus sumatur. 78.1

Frugalitas ad scientiam comparandam vtilissima. 18.1

Fuga quando bona sit, quando vero non. 236.1

Fugam cadere in virum sapientem Stoici negant. 236.1

Fugiendum quando sit, exemplis sacra Scriptura probatur. 236.1

Fulmen summa celeritatis est indicium. 135.1

Funebris magnificentia antiquorum. 25.1

Funerum Romanorum ceremonia. 24.2

Futura diuinis vaticinijs ostendere solet Deus ad communiorem vtilitatem. 191.1

G

Galaadita schiboleth proferre nescientes, interfecit. 127.2

Gedeon quo pacto aquarum potione milites probauit. 179.1

Gentes Deorum cultrices nihil existimabant esse Deum, quam prodesse mortalibus. 188.1

Genij qui sint. 51.1

Gladius in diuinis litteris pro quibus sumatur. 237.2

Gloria vera & solida virtutis est splendor. 54.1

de Gloria contemnenda Philosophorum libri. 54.1

Gog & Magog nomine Gothi intelliguntur. 180.1

Goliath homo superbus, proprio gladio ingulatus. 216.2

Gothi quot mala fecerunt. 180.1

Græci veteres carnes non comedebant. 15.1

Gratiarum actio benedictio est. 73.1

Gratia gratis data qua sit. 16.1

Gratia gratum faciens participans qua data diuina natura. 16.1

Gratia vita à diuina misericordia procedit. 200.2

in Gratiam redire, de qua gratia intelligitur. 16.1

Gubernat ores impii non dicuntur. 199.1

Guloforum proprium. 211.1

Gymnosophista Indorum. 19.2

H

Habacuc propheta prandio messorum Daniele sustentauit. 215.1

Hæretici negligunt Ecclesiam, & Dei miracula claustrata. 139.2

in Hæreticos inuentionem sanctæ Crucis negantes. 84.2

in Hæreticos Crucem Christi contemnerentes. 85.2

in Hæreticos sacramentum Eucharistiæ negantes. 193.2

in Hæreticos dicentes in hostia consecrata non esse corpus Christi. 139.1

in Hæreticos dicentes Missam non esse sacrificium. 61.1

in Hæreticos edictum Imp. Theodori & Valentiniani obijcetes, de non pingenda Cruce. 85.1

in Hæreticos Psalmorum versionem reprobantes. 86.2

in Hæreticos dicentes Deum nunquam constituisse delectum ciborum. 211.2

in Hæreticos ieiunium negantes. 213.2

in Hæreticos imaginum contemptores. 82.2

in Hæreticos asserentes tres sanctos Magos non fuisse Reges. 19.2

Hæreticorum impia facinora describuntur. 139.2

Hebdomada duplex, vna dierum, altera annorum. 155.1

Hebdomadarum intelligentia. 156.1.2

Hebdomadarum initium iuxta multorum Auihorum comparisonem. 160.2

Hebraea lingua prima omnium. 4.1

Hebraea lingua cognitio quantum vtilis ad intelligentiam veteris Testamenti. 13.2

Hebraeorum Regnum induas partes diuisum. 1.1

Helena Constantinensi mater Crucem Christi inuenit. 84.2

Hercules fictus comediarum adulatoribus comparatur. 57.2

Hercules Alexandri magni filius. 172.1. in adolescentia mortuus. ibid.

Herculis columnæ. 43.1

Heua in Adam procreatio secundus ortus. 50.1

Heuæ primæ genitricis, cum beata Maria Dei genitrice antithesis. 192.2

Hiemarus hæreticus nostri temporis contra imagines scripsit. 82.2

Hierusalem appellabatur salem, id est pax. 113.2

Hierusalem destructio à duobus Imperatoribus, olim per viros qui filios Elisaum irridentes, denotarunt, aduibrata. 120.2

Hierosolyma euersio quo tempore fuit. 157.1

Hippolitus Episcopus nomina lxxij. interpretum in tabulas redegit. 144.2

Hebraea lingua diuersa à Chaldaea. 9.1

Historias tempora distinguunt, nec sinunt ea confundi, nec lumen veritatis amitti. 20.1

Historiographorum quanta varietas. 160.2

Hodie vox æternitatem denotat. 46.2

Homo ad pacem creatus. 168.2

Homo vmbra & ventus. 45.2

Homo admirabilis, eiusque facies ad cælum erecta. 24.2

Homo imago quedam. 46.2

Homo Dei templum. 72.2

Homo arbor inuersa, iuxta Aristotelis opinionem. 88.1

Homo cur dicatur ad imaginem Dei creatus. 62.1

Homo solus facie ad cælum erectus, ceteris animantibus demissis. 165.1. in fin.

Homo bulla prouerbum. 45.2

Homo per creaturam mundi intelligitur. 73.1

Homo quibus præcipue possit hominem iuuare. 188.1

Homo homini Deus prouerbum. 188.1

Homo eum Deus collatus vanitas est & nihil. 96.2

Homo cur creatus die sexto. 168.2

Homo

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Homofactus ad imaginem Dei, capax bonitatis iustitia, & sanctitatis.	62.2	Iacob & Ioseph cur praeceperint, ut in Promissionis terra sepelirentur.	123.1
Homo sapiens & prudens ab antiquis Deus appellaba- tur.	188.1	Iacob super Manassem & Ephraim manus mutas elatio- nem diei iudicii adumbravit.	127.2
Homo transit & mutat statum, licet animam non mu- tet. 62. flumini comparatur.	ibid.	Iacob a Deo vocatus Israel.	79.1
Homo.] nullum animal est quod crebrius ac velocius mo- do surgat, modo cadat, quam homo, nullum debilius inconstantius.	45.2	Iamblici opinio de Deo.	59.2
Homo comparatur cum arborum folijs.	45.2	Iannes & Iambres praecipui Aruspices.	40.2
Homo princeps omnium, quae sunt super terram.	62.2	Iasonis velleris aurei fabula explicatur.	248.2
Homo pulvis terrae.	142.2	Idola in diuinis literis mendacium vocantur.	214.2
Homo amore captus ignis.	78.1	Idola sunt, non solum simulachra, sed ea omnia in qui- bus contempro Deo felicitatem collocamus.	57.1
Homo.] magnum d. Asclepi miraculum est homo. Ex Tris- megist.	61.1	Idolum abominationem solent vocare Iudaei.	178.2
Hominis gradus.	165.1. in fin.	Idolum quodcunque Baal appellabatur.	208.2
Hominis imago in quo consistat.	61.2	Idololatorum Graecorum mos adorandi solem lunam, stellas & caelum.	75.1
Hominis vanitas ex sacra Scriptura ostenditur.	45.2	Iehouab nomen Dei.	47.1
In Homine sunt omnia particulariter, quae vniuersaliter in mundo sunt. Ex Proclo.	62.1	Iehoua nomen Dei sanctissima Trinitatis sacramentum adumbrat.	243.1
Homines filij hominum appellantur.	79.1	Iehouab nomen Dei tetragrammaton.	72.2
Hominum quanta mutabilitas & varietas.	54.1	Ieiunium Christi.	15.1
Homines coe duplices cum apibus comparantur.	176.2	Ieiunium ceterarum virtutum fundamentum.	14.1
Homines plures ab hominibus occisos esse, quam ab alijs quibuscunque rebus.	81.2	Ieiunium lucis appellatur a Iudaeis.	165.1
Hominum communis procreatio tertius ortus.	50.1	Ieiunium sequens, citius res mundanas fugit.	14.2
Homulus Senator Romanus magis optabat flagitiosum Principem bonis consiliarijs septum, quam honestum qui deprauatos haberet consiliarios.	94.2	Ieiunium lactum appellabant Iudaei, ex Polychronij sen- tentia.	213.1
Honor verus in falsi honoris despicientia consistit.	80.2	Ieiunium qui haereticis auferre voluerint.	212.2
Hora canonica Ecclesiae septem.	112.1	Ieiunium Deus praecepit sub poena mortis.	213.1
Hora nona cur Ecclesia precetur.	112.1	Ieiunium antiquorum quo modo fieret.	15.2
Hostia consecrata quantum ex se est, tam vni prod-est, se- totam illam accipiat, quam multis, si eam in parti- culas diuisam sumant.	192.2	In ieiunium aspernantes haereticos.	15.1
ab Hostibus nunquam esse declinaturum dixerunt Stoici.	236.1	Ieiunium humilitatis, castitatis, & aliarum virtutum fundamentum.	212.2
Humilitas in exterioribus debet splendere, sed ex ani- mo prodire.	80.1	Ieiunium ostenditur exemplis sacrae Scripturae.	213.1
Humilitas boni nihil appetendo totum quod contemnit adipiscitur.	80.2	ad Ieiunium frangendum praecipue diaabolus homines excitat.	14.1
Humilitas.] nonnulli se demittunt & vituperant, non ut seipso deponant & prosternant, sed ut alios deci- pientes & deicientes, ipsi effrauentur.	18.2	Ieiunia Romani Cereri consueuerunt.	15.1
Humilitas vera non debet esse fucata.	80.2	Ieiunia Catholici mirum in modum amplificantur.	213.1
Humilitas simulata duplex est superbia.	80.1	Ieiuniorum Hieroglyphica. Ex Ezech.	15.1
Humilitas virtutum conservatrix.	8.2	Ieiunij praecipua ex canonibus.	213.1.2
Humilis & superbi discrimen.	246.2	Ieiuni hominis sputum potest serpentem occidere.	15.1
Humilis vir lapidi pretioso comparatur.	246.1	Ieiunij laus. 14.2. eius effectus ibid. per tot.	14.1
Humilis arundini comparatur, quae nullis ventis concu- titur.	104.2	Ieiunij utilitas.	14.1
Hydra multorum capitum.	35.2	Ieremias propheta alios libros scripsit praeter eum quem habemus.	39.2
Hypèrduis adoratio ad Beatissimam Virginem Deipa- ram attinet.	84.1	Ierusalem pro Ecclesia Catholica.	4.1
Hypocrita primus quis.	240.1	Iesus Christus Rex, & noster pontifex.	16.2
Hypocrita similis vulpi, cuius pellis melior est carne.	134.1	Ignis varijs modis sumitur.	247.2
Hypocritarum vita est aceruus carbonum frigidorum.	134.1	Ignis nomine amor significatur.	111.1
Hypocritarum proprium.	106.2	Ignis pro ira.	78.1
Hypocresis quid.	240.1	Ignis nomine qualibet grauis poena intelligitur.	197.1
Hypopotamus crudelitatem denotat.	31.2	Ignis diuinum amorem & humanum significat.	78.1
		Ignis iuprum emolumentum, quod in suo loco susien- tatur.	77.2
		Ignominia notati nomen silentio pretereundum.	221.1
		Imago Virginis Mariae a D. Luca depicta Roma serua- tur.	84.1
		Imago Iesu Christi, ab ipso Salvatore ad Abagarum. Re- gem missa.	83.2
		Imago Christi Crucifixi ab impio Hebraeo telo confossa sanguinem profudit.	85.2
		Imago Dei in homine in quo consistat.	62.1
		Imago pro re fluxa & caduca sumitur, iuxta illud. In immagine pertransit homo.	62.1
		Imagini adoratio ad exemplar peruenit.	85.1
		Imagines Apostolorum Petri & Pauli Roma ex anti- qua traditione seruantur.	84.1
		Imagines quantum prosint, probatur exemplo Iulij Caesaris, qui visa Alexandri imagine, ad praecle- ra facinora obeunda fuit compulsus.	85.2
			Im



In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Imagines libros esse eorum qui literas nesciunt, & ebeq; gentibus pro lectione picturam.	83.2	Inutilitas, & animus vento pastus, ibidem.	52.1
Imagines sanctorum dubia veneratione coluntur.	82.2	D. Ioannis Apostoli mors.	10.2
Imagines idolorum adorare non debent cultores Dei.	82.2	Iemini filij qui.	181.2
Imagines omnium libros esse, nobisque ad memoriam re- ducere, quos repraesentant.	81.2	Ioseph Christi pater solum putatiuus.	47.2
de Imaginum honore canon.	82.2	Iouinanus hareticus ieiunium auferre voluit.	212.2
Imaginam vsus in Ecclesia antiquissimus à tempore A- postolorum.	84.1	Ira Dei cum igne comparatur.	216.1
Imaginativa vis incipere est, iuxta Philosophos.	87.1	Italus primus Rex Italiae.	183.1
Imaginum Ecclesiae Romae tempore Apostolorum decora- ta.	84.1	Ironia figura Graecè sarcasmos dicitur.	233.1
Impatiens homo similis scorpioni.	222.1	Isaac Christi figura.	182.2
Impatientes vocantur, qui sunt angustiis naribus.	224.2	Iudas Machabaeus illustris Iudaeorum dux.	139.1
Imperiorum duorum diuisio per aquilam bicipitem de- signatur.	41.2	Iudaei non habuerunt sceptrum à tempore Christi.	161.1
Immortalitatis desiderium quantum homines excitet.	26.2	Iudaei te in anno templum Hierusalè ingredi tenebantur.	240.1
Impius spiritualiter indicatus est, & in reprobum sen- sum denatus.	192.1	Iudaei volentes Hierosolyma templum renouare, igne com- busti.	159.2
Impij arbores infructuosa vocantur.	88.2	Iudaei licet captiui essent Regis Babylonij, tamen iudices conseruebant.	198.1
Impij homines dicuntur filij Belial.	203.2	Iudaei obstinationes ad deprauandum locum Danie- lis de Christo venturo.	162.2
Impij omnes insani & stulti.	118.2	Iudaei nolunt Christum audire.	20.2
Impij homines diuina mysteria non percipient.	191.2	Iudaei quo tempore orabant.	111.2
Impij homines pestes appellantur.	175.1 2	Iudaei tunc in anno in templum conueniebant.	91.2
Impij luunt poenas scelerum suorum.	110.2	Iudaeorum quorundam vestes crucibus coloris atris si- gnatae.	160.1
Impij dicuntur non resurgere ad vitam aeternam.	187.1	Iudaeorum ignorantia & caecitas, Messiam esse ventu- rum spectantium, refellitur, ex propheta iacob, & aliorum.	162.2
Impiorum maleficium non semper manere, sed transire.	249.2	Iudaeorum in occisione in euerfione Templi.	159.2
Impiorum afflictio.	11.2	Iudaeorum idola colentium impietas.	11.1
Impiorum concordia nocet saepe numero viris pjs.	110.2	Iudaeorum scelera,	4.1
Impiorum fructus.	191.2	Iudaeorum mos fundendi preces in calamitatibus.	148.2
Impios aliquando propter aliorum peccata, rerum pro- sperarum in hac vita potiri.	140.1	Iudaeis quare Deus dedit templum, cum illud erat euer- surus.	159.2
Indicum mare.	79.1	Iudaea sita inter duas Prouincias.	172.2
Infantes non baptizati non resurgent.	187.1	Iudaea terra gloriosa.	181.2
Infernus veluti vrbs, cuius princeps est Lucifer.	51.2	in Iudaeos per sceptrum de Iuda sublaturum, calami- tam interpretantes.	161.2
Ingenium abundans documentis artium, abundat saepe numero machinis flagitiorum.	192.1	in Iudaei validum argumentum ad ostendendum venisse Christum.	4.1
Ingratorum hominum impietas.	192.1	Indicio extremo quae signa futura.	128.1
Innocentia multo illustrior quam vita corporis.	204.2	Index priusquam ferat sententiam debet partes auer- tere.	62.2 in fin.
Inspirationes diuinae non proroganda sed statim adim- plenda.	1.2	Index omnis debet misericordiam cum iustitia copu- lare.	220.2
Instrumenta varia Musices.	57.1	Iudices debent habere seueritatem iustitiae, & dulcedi- nem clementiae.	222.1
Inuentores Legum & frugum Dij vocabantur apud Ethnicos.	188.1	Indices constituendi mos Iudaeorum.	199.1
Integer homo dicitur sanguis innoxius.	204.1	Iudices & magistratus pastores appellantur.	248.1
Inuidum sui ipsius hostem vocat Menander.	35.2	Iudices solebant in portis iudicium ferre.	51.2
Invidia diaboli mors intrauit in orbem.	3.2	Iudicium pro veritate accipitur, hoc est, pro iustitia.	152.1
Invidia tanto vehementiore flamma ardet, quanto virtus est illustrior.	32.2	Iudicium diuinum ab humano quam se differat.	204.2
Invidia magna pestes quae suam possessorem interficit.	35.1	Iudicij horror.	126.2
Invidia quot mala attulit, probatur exemplis Scripturae sacrae.	32.2	Iudicij dici instigationes.	127.1
Invidia aegritudo & dolor ex aliorum rebus secundis animum crucians & transfigens.	32.1	in Iudicij die nulla erit excusatio.	127.1
Invidia nulla fera immanior est.	135.2	in Iudicij die impij poterunt videre in sanctis bonis quae facere debuerunt, & neglexerunt.	127.2
in fin.		in Iudicij die qui libri erunt aperti.	125.2
Inuidiam monile quoddam Romanorum cordis habens effigiem.	35.2	Iudicij dies describitur.	125.2
Inuidiam animi ferram appellat Socrates.	35.1	Iudicio ultimo omnia videlicet impij tribula, & terri- bilia, metienda.	127.2
Inuidus cum vipera comparatur à D. Basilio.	35.1	in Iudicio extremo à dextris erunt peccata, à sinistris demonia, subitus horrens infernus, praeter iudex ira- tus, foris mundus ardens, intus conscientia pressus.	127.2
Inuido nil insipientius excogitari potest.	35.1	Iulius Caesar visa imagine Alexandri magni ad praeterea facinora excitatus.	83.1
Inuidi alienis calamitatibus delectantur.	110.1		111.2

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

*Iulius Caesar non solebat militibus suis dicere, Facite, sed faciamus.* 234.1  
*Iulianus Apostata imaginem Christi sustulit, suamque substiuit, quæ fulmine cecidit.* 83.2  
*Iulianus Apostata concessit Iudæis reedificationem Templi in ludibrium Christi.* 159.2. operariorum unio. *ibid.*  
*Iuliani Apostata conuitia in imagines* 83.2  
*Iuno à Ioue fratre stuprata.* 58.2  
*Iupiter Gentilium Deus, eiusque detestanda crimina.* 58.  
*Iouis calum.* 76.1  
*Ioues triginta Deos appellatos fuisse qui testentur.* 58.2  
*Iurantes antiquitus solebant manum tollere.* 191.1  
*Iuris æquitas habitus animi communi vtilitate seruata.* 151.2  
*Iustitia quantum sectanda.* 11.1  
*Iustitia pro iustificatione.* 157.1. item pro iuris æquitate. *ibid.*  
*Iustitia cum misericordia coniuncta.* 95.2. 150.1  
*Iustitia pro scueritate.* 152.2. item pro misericordia. *ibid.*  
*Iustitia appellatur virga Aaronis, ventilabrum, & gladius ex vtraque parte acutus.* 157.1  
*Iustitia nonnunquam pro clementia accipitur.* 95.2  
*Iustitia nomine omnis virtus vocatur.* 152.2  
*Iustitie effectus.* 11.1  
*Iustitia diuine consideratio.* 241.1  
*Iustus vir arbori sæcunde comparatur.* 88.1  
*Iusti viri cur abscondiri dicantur.* 190.2  
*Iusti viri in Deo delectantur.* 100.1  
*Iusti viri si ruant à fronte ruant, impij verò à tergo.* 141.2  
*Iustorum inter impios commorantium exempla.* 191.2  
*Iustorum maior conuertitur in oblectationem, oblectatio impiorum in maiorem.* 231.2  
*Iustus viris Deus plus solet dare, quam illi petunt.* 155.2  
*Iuuenius ætati comparatur.* 198.2

II

*Lac pro doctrina facili & simplici accipitur.* 16.2  
*Lacedæmonij expulerunt à ciuitate Spartam vnguentarios.* 246.1  
*Lacedæmoniorum fratrum exemplum qui patrem pœnam ulciscunt.* 198.1  
*Lacryma felices, quas benigne manus conditoris abstergent, & beati oculi, qui salibus liqui fieri elegerunt.* Ex D. Bernard. 163.2  
*Lacryma vincit lacryma inuincibilem, ligat omnipotentem, inclinat virginis filium.* 163.2  
*Lacrymæ epula animæ, iuxta illud Psalmi, Fuerunt mihi lacrymæ panes die ac nocte.* *ibid.*  
*Lacryma oratio Deum lenit: sed lacryma cogit, hæc vincit, illa pungit.* *ibid.*  
*Lacrymarum consolatio viris iustis.* *ibid.*  
*Lacrymarum vtilitas ex Cassiodoro.* *ibid.*  
*Lacrymarum vis quanta.* 163.1  
*Lacrymas non solum Deus vidit, sed exaudit.* *ibid.*  
*Læus propria pestilens Syrenarum.* 58.1  
*Laniæ foris acutè videntes cum intus haberent oculos reconditos.* 114.2  
*Latiorum Reges,* 3.1  
*Lazarus cur nominatus in Euangelio, Diues verò non.* 221.1  
*Leonum imagines cur in foribus templorum appositas videamus.* 248.2  
*Leo ceteris animantibus excellentior.* 119.2

*Leo corporis roboris hieroglyphicum.* 120.1  
*Leo Imperator hereticus imagines comburens, Christianorum communicatione priuatus.* 182.1  
*Leo pro homine crudeli sumitur.* 119.2  
*Leo princeps animalium nunquam dormit.* 248.2  
*Leo quia diuidit prædam inter animalia, liberalitatem denotat.* 120.1  
*per Leonem magnanimitas significatur.* 120.1  
*à Leonibus calumniatores Daniel deuorati.* 116.2  
*Leones in basibus adificij cur Salomon sculpi iusserit.* 237.1  
*Leones ferociiores Leonibus, maxime si caculos nutriant.* 120.1  
*Lex diuina appellatur in sacra Scriptura, testimonium, iudicium, eloquium Dei, iustitia, mandatum, præceptum vite, lucerna, vinum, lac, lumen, pabulum, via salutis, verba Dei statuta & legitima.* 151.1  
*Lex diuina testimonium appellatur.* 18.2  
*Lex debet esse igne amoris constituta, non alicuius perniciem respiciens, sed communem vtilitatem.* 110.2  
*Lex Dei cur testamentum dicatur.* 177.2  
*Lex Dei ignea.* 110.2  
*Lex iusta est origo, à qua ciuitatis salus dimanat.* 31.2  
*Leges humane ad diuinas debent respicere.* 111.1  
*Leges iniustas fontes carpuntur.* 31.2  
*Leges humane rami appellantur.* 31.2  
*Libya pro Africa nonnunquam sumitur.* 209.2  
*Libya tertia pars mundi, quæ & Africa.* 181.1  
*Liber Nathan & Gad non extant.* 199.1  
*Liber vitæ duplex.* 185.1  
*Liber de factiōe Aegyptiorum, Hebraicus. 61.2. id est de sacrificio.* *ibi.*  
*Liber iustorum, cuius meminit Scriptura 10. Iosue, & 2. Reg. 1. non extat.* 39.1  
*Liber Dei in quo iusti scribentur.* 185.1  
*Liber bellorum domini, cuius fit mentio Num. 5. non extat.* 39.1  
*Liber nemo nisi sapiens.* 119.2  
*Liber bellorum domini desideratur.* 199.1  
*Liberalitas per Leonem designatur.* 120.1  
*Liber vite cur dicatur scriptus intus & foris.* 185.1  
*Libri caput in quo scriptum est de Christo, iuxta Regium Psaltem, quid sit.* 41.2  
*Libri Dei tres, ex Euthimij Zigabeni opinione.* 185.2  
*Libra seu statera signum cur inter virginem & scorpionem in celo collocatum.* 106.1  
*Lingua fallax non tantum inspectantes læcessit, sed etiam remotos ac disiunctos.* 168.2  
*Linguarum cognitio ad sacrarum literarum intelligentiam quam fructuosa.* 131.2  
*Litera Pythagora.* 17.1  
*Litera humane non sunt damnanda.* 18.2  
*in Literarum iudiciis qui incumbunt, non equali animi acumine valent.* 19.2  
*Literarum diuinarum studium veram parit felicitatem.* 188.1  
*Loqui ad cor alicuius est ei dulcia verba dicere.* 207.2  
*Loth vxor ob curiositatem versa in statuam salis.* 114.1  
*Lucretia stupratio.* 201.1  
*Lugere apud Hebræos idem quod ieiunare.* 165.1  
*Lugere pro ieiunare accipitur.* 113.1  
*Luna Regina cali vocabatur à Gentilibus.* 61.1  
*Luna calum.* 76.1. vltimum. *ibid.*  
*Lutherus filius diaboli teterrimus.* 126.1  
*Lutherani Sacerdotes milites Veneris.* 97.2  
*Lutheranorum impia doctrina turri Babel assimilatur.* 197.2  
*Lux pro latitia accipitur nonnunquam.* 37.1. item pro beatitudine. *ibid.*  
*Lycurgus exal.* 35.1

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

M

Masticorum cibus milium.	15.1	Martis calum.	76.1
D. Magdalena lacrymarum effectus.	164.1	Martyres sancti adamantibus comparantur.	65.2
Magia vera sculatrix scientia, honesta, expetendaque.	24.2	Martyres nostrae tempestatis ab haereticis interfecti.	251.2
Magus idem quod Phil. sophus apud Graecos, & Gymnosophista apud Indos.	19.2	Martyres Christi qua fortitudine muniti.	239.2
Magi de causis rerum omnium differebant. 24. 2. in Baalam inceperunt.	24.2	Mathematici nostri temporis terram in nouem climata diuidunt.	87.2
Magi qui sint.	19.2	Maximi responsum de veritate.	152.1
Magi qui Iesum adorauerunt, Reges erant.	19.2	Mediterraneum mare, mare magnum.	78.2
Magicæ artis quis inuentor.	24.2	Medorum vitibus amigdala.	15.1
Magnes lapis ferrum trahens.	69.2	Menandri versiculum. D. Paulus citat ad Corinthios.	18.2
Magistratus dignitates & munera publica appellatur.	109.2	Melchisedech cur panem & vinum obtulerit.	4.1
Magistratus ad populum gubernandum, spiritu diuino adiuantur.	110.1	Melchisedech figura Christi.	193.1
Magistratus nomine qui significantur.	62.2	Melchisedech nominis interpretatio.	4.1
Magnanimitas per Leonem significatur.	120.1	Memoria ex intellectu & voluntate procedit.	62.2
Mabumeti paruum & abiectum initium.	124.2	Memoria finis nostra.	212.1
Mabometici impietas, 124. tres mundi partes superauit ibid.	124.2	Mendaciam qui primus protulit.	168.1
Malum punicum signum ordinis & constantia.	206.1	Mendacium deliberatum animæ venenum mortiferum.	168.1
Mala punica cur in simbrijs vestium Sacerdotum erant.	206.1	Mendacio nullum venenum promptius inuenitur.	241.2
Mali punici forma & præstantia. 205. ad qua refertur ibid.	205.1	Mens & cor plerunque pro eodem accipiuntur.	52.1
Malefici sunt qui sanguine viuunt, & victimis, & corporibus mortuorum.	24.1	Mendacia quot detrimenta afferant.	202.1
Maleuolus inuidia confimitur.	32.1	Mercator statera dolosa ponderans.	106.1
Manasses idololatriæ adorantis omnem militiam cæli.	75.1	Mensuram inaequalem quanti operæ detestetur Deus.	53.1
Manus Eucharisticæ sacramenti figura.	193.1	Mercurij calum.	76.1
Manus pro potestate accipitur.	96.2	Mercurij Trismegisti verba de Deo.	58.2
Manus in manu idem est quod statim.	214.2	Meretrices quasdam corpus habere Leoninum, ait Michael Bizantius.	237.1
Manus operationem significat.	53.1	Mesopotamia regio paradysi à primis hominibus culta.	112.2
Manus pro robore & fortitudine. 191. 1. vel pro copijs & cætu populi sancti.	191.1	Messias Rex atque Deus.	47.1
Manus pro operatione. 145. 1. pro auxilio. ibid. rursus pro exercitu.	145.1	Michael Archangelus.	166.2
Manum aperire. i. eleemosynam largiri.	6.1	Michael princeps Synagoga Iudeorum.	141.1
Manum alicui dare, est ei opem ferre.	202.1	Michael Archangelus Antichristum interficiet.	184.1
in Manu Dei esse, quid.	65.1	Michael presuit Iudeorum synagoga, nunc Christianæ Ecclesiæ.	184.1
de Manu eripi alicuius, id est, liberari.	ibid.	M lites quondam induti erant coccineis, vt aspectus rubri coloris ad prælium excitarentur.	235.1
Manus dare, id est subiectionem subire.	ibid.	Misericordia ostium æternæ beatitudinis.	215.2
Manus extendere est orare, & preces ad Deum fundere.	145.2	Missa sacrificium est.	61.1
Manus super caput alicuius ponere, est eius infelicitatem significare.	201.1	Missa vocabulum non Græcum, aut Latinum, sed Hebraicum. 61. 1. significat sacrificium.	ibid.
in Manus, hoc vocabulum quot habeat significationes.	5.2	Mobile primum calum.	76.1
Manus iungere idem quod iurare.	202.1	Mobile primum reliquos globos complectitur, & continet.	70.1
Manibus plaudendi mos hys qui gaudio effruntur.	249.2	Monachus hordeaceo pane & aqua victitans.	14.2
Maozim Deus Antichristi quid significet.	180.2	Moria mons Hierusalem, in quo multa mysteria veteris Testamenti ostensa.	182.1
Marcus Tullius Cicero in exilium pulsus.	31.1	Mons Olivæ. in vbi situs.	182.1
Marcus Curtius pro patria in lacum se precipitavit.	26.2	Mors terribilis hys, quorum cum vita extinguuntur gaudia.	58.1
Mare pro acerba calamitate sumitur. 79. 1. item pro homine improbo.	79.1	Mors. nihil sic renocat à peccato, quam mortis meditatio.	138.1. Ex D. August.
Mare à luna monetur.	49.2	Mors. præclare diem extremum terminabit, qui postremum vitæ diem sibi instare proposuerit. Ex responso Musonij.	138.1
Maria virgo Dei para mons.	50.1	Mors. memento mortis tuæ, & non peccabis, ex D. Hieronym.	138.1
Maria virgo hortus conclusus & fons signatus.	84.1	Moria mons myrrha Domini nuncupatur.	182.2
Maria virgo adoratione hyperdulha colitur.	89.2	Mors appellatur peccatum mortale quod animam occidat.	200.1
Maria virgo cur agnum in templo non obtulerit.	49.2	Mors per escam ingressa.	192.2
Mariæ virginis typus & adumbratio in sacra Scriptura.	49.2	Mors viris pijs, ac iustis quies est & finis laborum.	195.1
Mariæ virginitas à Daniele prædicitur.	49.2	Mors æterna peccati premium.	30.1
Mars cur tunica adamatina indutus depingebatur. 222.	222.1	Mors terribilis hys qui dicuntur mundi voluptatibus.	65.2
		Mortis memoria amplectenda.	137.1
		Morti	

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Mortis porta idem quod periculum capitis.	51.2
Mortis memoria horologium ad vitam excitans.	212.1
Mortis memoria quam utilis.	89.1
Mortem nullus potest fugere.	137.1
ad Mortem sese preparantium exempla.	138.1
Mortem contemnentium virorum verba.	200.2
ad Mortem que preparatio adhibenda sit.	130.2
Morte immatura qui rapiantur.	241.1
Mori pro Christo cum opus fuerit, debemus honorem vite antepone.	236.1
Moriendum est & id incertum an ipso die.	137.2
Moses & Aaron in quo peccauerint.	27.1
Moses rubus quid significabat.	37.1
Moyfi facies splendida, metum Israelitis incutebat.	64.2
Moyfis Tabernaculum.	80.2
Mulier hemorroissa Christo statuam erexit, qua ad vsque tempus Eusebij Casariensis durauit.	83.2
Mulier viro subiecta.	62.2
Mulierem iracundam & noxijs deditam difficile est refranare.	62.2
Mulieris libidinosae per leanas intelliguntur.	120.1
Mulieris consilium cum est utile, non est reprobandum.	102.1
Mulieris velamen subiectionem significat.	62.1
Mulieris caput in bello capta radendum, pilos & ungues amputandos, locus Deuteronomij, explanatur.	18.2
Mulieribus effeminati & molles comparantur.	246.1
Mundus oualem figuram habens à Deo creatus.	59.2
Mundus mari magno comparatus.	119.1
Mundus Græce dicitur cosmos.	74.2. & quare, ibid.
Mundi regna in quatuor ventos distributa.	171.2
Mundi machina per schalam Iacob explicata.	73.2
Mundi status quam sit mobilis.	45.1
Mundi machina erudiendis hominibus officina est.	74.1
Mundi vanitas & inconstantia.	219.2
in Mundo omnes homines sunt permixti.	127.1
Mundo nec quicquam pulchrius, nec eius adificatore præstantius. Ex Cicer.	220.1
Mysteria diuina non sunt omnibus ostendenda & explananda.	188.2

N

Nabuchodonosor superbia & arrogantia verba.	96.1
Nabuchodonosor in bouem conuersum, iuxta Iosephi opinionem.	96.2. secus sentiunt sancti Patres. ibid.
Naham sonat consolatore.	220.2
Nabuchodonosor in afflictione oculos aperuit.	96.2
Nabuchodonosor cur ad bonam frugem redierit, Pharaon vero perierit, cum vterque pari crimine notaretur.	90
Nabuchodonosor ob superbiam, regnum cum vsu rationis simul amisit.	120.2
Nabuchodonosor tempore sua amentia ligatus, iuxta D. Hieronymum.	93.2. alij vero dicunt cum solutum ibid.
Nabuchodonosor in regnum restitutus.	97.1
Naphtha genus bituminis.	71.1
Natiuitatis successus prædicentes.	24.2
Naturalium rerum pulchritudo & ordo.	73.2
Nauicula ex papyro constructa apud Aegyptios.	6.2
Neocreon tyrannus.	25.1
Neromantici qui.	24.2
Nistoris consilium cui similes decem optabat dux Græcia.	94.2
Nihil incorporeum credendum esse, nisi solum Deum.	54.1

Niger ad animam etiam referitur, id est, sceleribus contaminatus.	181.1
Ninine Astyria ciuitas florentissima.	220.1
Ninine pro mundo accipitur.	ibid.
Ninine euersio prædicitur.	ibid.
Ninine ciuitas libidinibus conspurcata.	V 243.1
Ninus, Ninine constructor à nonnullis Iupiter, ab alijs Hercules vocatus.	220.1. in celo à Gentibus collocatus. ibid.
Noctis nomine peccati & erroris caligo significatur.	78.1
Nomadum cibus lat.	15.1
Nomen aliquando accipitur pro re nominata.	72. 1. & pro inuocatione. ibi. 2
Nominum permutatio à Romanis dignitatem assecutus.	12.1
Numeri duodenarij significatio, Trinitatem denotat.	189.2
Numus Nerua ubi claua in capite Leonis.	237.1
Numisma in quo scriptum erat caput pietatis, & tria religionis instrumenta.	121.2
Numisma Tiri Vespasiani, Delphin cum anchora.	16.1
Numisma, in quo ciconia depingebatur, pro pietatis symbolo.	121.2
Numisma æquitatis.	106.2
Numisma Antiochi in quo sculptus est leo humi procumbens, cum noctua superuolante.	120.1

O

Obedientia quibus debeat. 251.1. contra hereticos nostri temporis.	ibid.
Obedientia non solum Deo, sed etiam hominibus in dignitate constitutis præcipitur.	250.2
Obedientia cur melior quam sacrificium.	250.2
Oceanum mare, mare maximum.	78.2
Occidere seipsum graue scelus.	26.1
Octauiani Augusti sigillus papilio cum cancro.	16.1
Oculus pro fonte.	8.2
Oculus noster inrentio nostra, qua voluntas dicitur, propositum & scopus.	133.1
Oculi augent dolorem.	173.1. in fin.
Oculi pro quibus accipiuntur.	124.1
in Oliueti monte Christi pedum vestigia cernuntur.	182.1. & licet quotidie terra extrahatur, non delentur. ibid.
Oleo tranquillitas & misericordia significatur.	31.2
Onia sacerdotis, & aliorum error.	176.1
Onus quid significet.	219.1
Opes mundi somnia sunt.	87.1
Opera Dei cur vera dicantur, cum veritas non operibus, sed verbis contineatur.	67.1
Opera per manus intelliguntur, & opera bona per dexteram.	52.1
Opera nostra à diuinis laudibus inchoanda.	221.1
Opera bona sine fide amittuntur.	110.1
Operum Dei hominum differentia.	67.1
Opalus Gemma admirabilis.	110.1
Oratio debet proficisci ex animo contrito & penitente.	148.2
Oratio si casta est, calos penetrans, vacua non redibit.	Ex August.
Oratio iusti nunquam inanis est.	35.1
Oratio.] ex verborum elegantia multarumque rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.	236.2
Orationis gradatio.	5.1

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Orationum quanta vis.	36.1	Paupertas quem fructum & vtilitatem hominibus ad-	
Orationes non debent esse solum ore prolatae, sed ex inti-		ferat.	236.2
mo cordis de prompte.	36.2	Paupertas laudabilis, voluntaria est.	236.2
Orationes tunc in die faciendae, iuxta Psalmi versum, Vel		Paupertas mitis & voluntaria tuta est, instrumentum-	
pere, mane & meridie narrabo, & enuntiabo, &		que diuina philosophia.	242.1
exaudies vocem meam.	111.2	in Paupertate & honorum mundi despicientia euangeli-	
Orationes potissimum in Ecclesiis fundendae.	10.2	ca philosophia consilii.	209.2. in fin.
Orationibus qui locus aptus sit.	112.2	in Pauperes liberalis domum sibi praeprarat in caelo.	56.1
Orat septies in die Ecclesia Catholica, iuxta illud Psal-		Pauperum facundus ager cito reddit donantibus fru-	
m graphi, Septies in die laudem dixi tibi.	111.1	ctum.	95.1
Orandi tempus Iudaeorum.	111.2	Pauperibus opes tributa maxime propagantur.	ibid.
Orandi modus tollendi ad caelum manus.	36.2	Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplici-	
Ortus quatuor.	50.1	tas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis.	
Origenes asserit caelestia corpora esse animata. 75. f. c. h. s.		Ex D. August.	231.1
sentit Basilii Magni. 75. 2. & alij doctores.		Pax inter impios pestilens est, & Deo inimica.	110.2
Orpheus poeta Deum appellat protogonon.	59.1	Pax saepe ob diuitiarum abundantiam dissoluitur.	
Os pro introitu.	115.1	17.1	
Os pro quibus accipitur in sacra Scriptura.	115.2	Pax etiam in exercitu militari potest consistere.	91.1
Ore gladii mortuus quid.	115.2	Pax bonorum receptaculum & perfugium.	231.1
Osculatio manuum Principum obedientiam significat.		Pax cum quibus sit habenda.	ibid.
86.1		Pacis & concordiae amatores sunt filij Dei.	171.1
Otium. ] homines in otio languescentes, quanuis senes,		Pacis amantissimus Deus est.	168.2
semper sunt pueri.	147.1	Peccatum secum fert dolorem & poenam.	11.2
Otium nimium periculosum.	91.1	in Peccatum incidere facile, sed ab eo abduci, magna in-	
		est difficultas.	242.2
		Peccatum nubes est impediens orationis effectum.	36.2
		Peccatum aliquando pro sacrificio & punitione.	29.2
		Peccati primum mors aeterna.	30.2
		Peccata sunt super caput.	243.2
		Peccata omnia in sacramentis a Christo institutis di-	
		mittuntur.	156.2
		Peccator non inuitatur ad Deum laudibus celebrandum	
		81.2	
		Peccator scelere percussus debet ad poenitentiam consu-	
		gere.	148.2
		Peccatores ob mortifera scelera mortui dicuntur.	238.2
		in Peccatores fugiendi modus.	105.2
		Peccatorum via flagitiosus viuendi modus.	9.1
		Peccare. ] permittit Deus delinquere homines usque ad	
		certam mensuram.	203.1
		Pedes Apostolorum cur voluerit Christus ablucere.	
		118.1	
		Pedes animae qui sint.	ibid.
		Pedes pro affectionibus sumuntur.	ibid.
		Perfectio. ] nemo repente est factus summus, ait D. Gregorius.	
		64.1	
		in Periculis constituti ad preces confugere debemus	
		36.1	
		Perulus insignis faber taurum aeneum Phalaridi offerens,	
		primus poenas est expertus.	71.2
		Periphrasis, id est circuitio.	67.2
		Perpendicularum quid.	65.1
		Persa in duas partes annum secant.	90.2
		Persarum Regnum ob diuitiam cum vrsu comparatur.	
		20.2	
		Persarum Regnum sepulchrum a Daniele constructum,	
		132.2	
		Persarum Reges Magiae sectatores.	24.2
		Persecutio felix.	82.1
		Persicum mare.	79.1
		Petitiones nostras quare differat Deus.	35.1
		Petri nomen cephas. 12. 2. eius nominis significatio.	
		ibid.	
		D. Petri lacryma quantum profuere.	163.2
		D. Petri verba in Nerone.	25.1
		D. Petrus Apost. quotidie ieiunabat, eiusdem vicius	
		parsimonia.	1.2
		S. Petri nominis mutatio.	11.1
		Petra nomine improborum hominum corda intelligun-	
		tur.	26.1
		Phaario	

P

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Phalaris tyrannus.	71.2	solent.	12.1
Pharaonis impietas & mors.	116.2	Populus ira concitatus fera indomita & immanis.	
Pharan quid significet.	110.2	214.2	
Pharisæi & Publicani orationis effectus.	149.2	Porta olim locus armorum & munitioum.	51.2
Phaeton solis filius, Regum sapientia destitutorum significatione.	234.2	Porte urbium nomina à rebus fortiuntur qua propè sunt.	
Philautia proprius ac nimius amor.	140.2	133.1	
Philistinus historicus, ex Sicilia relegatus.	35.1	in Porta interitus esse, id est, in discriminibus mortis.	
Philautia unde promanet.	197.2	51.2	
Philota ab Alexandro magno interfectus.	30.1	Porphyrius hereticus Daniele arguit quòd se adorari à Rege passus sit.	50.2
Philosophia rationalis quas artes comprehendat.		Porphyrii interpretationes ridiculæ.	195.2
9.1		Porphyrius hereticus ausus est docere Danielis vaticinationem esse commentitiam.	141.1
Philosophia Evangelica in quibus consistat.	209.2	Porphyrius in Apostolos conuitia effudit.	13.1
Philosophia Christiana quæ sit. 188. 2. eius effectus.		Potestatis signum nomina rebus imponere.	12.1
ibid.		Præsides sapientia præstare debent.	109.2
Philosophi quidam, qui asseruerunt Deum nullo modo irasci.	221.2	Præcepta omnia Dei, ad amorem rediguntur.	111.1
Philosophi licet doctissimi veram sapientiam non sunt affecti.	118.1	ad Præcepta diuina explenda quàm celeriter parandi simus.	15.2
Philosophorum opinio.	59.2	Præces ardentes arma fortissima.	36.1
Philo Iudæus ait stellas esse rationis participes.	75.2	Presbyter idem quo i senex, siue senior.	201.1
Pænix in cinerem conuertitur, aliaque renouiscit.		Princeps sine sapientia est oculus sine aspectu, sol sine lumine, nauis sine gubernaculo, præco sine voce, auis sine pluma, pastor sine pera, caput sine oculis, celum sine sideribus.	228.2
193.2		Princeps debet omnibus consulere, sed pro cuiusque merito, & dignitate.	106.1
Pietatis templum.	121.2	Princeps quantum conueniat clementie.	121.2
Pietatis symbolum.	121.2	Princeps petulans & superbus per hircum significatur.	
Piscina dicitur à piscibus per antiphrasim quòd pisces non habeat.	236.1	135.2	
Piscina locus piscium, ex Varrone.	236.1	Princeps in sacra scriptura variè accipitur.	103.2
Plaga pro calamitate sumitur.	249.2	Princeps debet reos audire, & implorantibus opera præbere.	31.1
Plantarium locus ubi arbores sunt insita.	46.1	Princeps quo fauore prosequi debeat aulicos.	16.2
Plato asserit inter Deum & hominem medias quasdam potestates intersitas.	51.1	Principis exemplum populus imitatur.	100.2
Plato ait unum esse Deum mundi opificem.	59.1	Principis munus debitumque officium.	57.2
Plato dicebat beatas fore Respublicas cum philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur.	234.2	Princeps & rector præ cæteris vigilare tenetur.	
Plato docet nullum ad reip. gubernationem admittendum, nisi esset natus annos quinquaginta.	198.2	248.2	
Plato in anem spem prosperitatis fugacis somnium appellabat vigilantis.	45.1	Principis vitium non est silentio prætercundum, tempore opportuno.	104.2
Plato videtur sentire esse in diuinis literis trium personarum distinctionem.	217.2	Principem flagitiosum cum bonis consiliariis habere melius est quàm cum impijs.	94.2
Plato dicebat eas respublicas felices, ubi philosophi regnarent, aut reges philosopharentur.	108.2	Principes & magnates nec abiectos quidem homines debent despiciere.	9.1
Plato immortalitatem animæ quantopere commendauit.	26.1	Principes, quid fugere debeant.	10.1
Plato, consilium appellat rem sacram, qua indigemus.		Principes eò superiores sunt, eo submissius se gerant.	
91.2		10.1	
Platonis verba de creaturis quæ Deum esse ostendunt.	74.1	Principes impij nihil agunt in subditos, nisi Deo volente.	
Platonis rationes adamantina à Socrate vocata.	222.2	103.1. in fin.	
Platonis Philosophi doctrina.	188.1	Principes quibus consiliariis uti debeant.	94.2
Platonis opinio de mente optima omnia regente.	28.2	Principes & magnates cum arboribus comparantur.	88.2
Platonici corporibus cælestibus animas tribuebant.	75.2	Principes magis solent diuitijs ladere, quàm paupertate.	168.2
Pleonasmus quæ figura	176.1	Principes sapientes clypei sunt, quibus Respub. conseruatur.	234.2
Pæna gravis qualibet ignis nomine exprimitur.	197.1	Principes quales in republica tales reliquos solere esse cines.	56.2
Pænitens ad quodlibet supplicium debet esse paratus.	93.1	Principes iusti & præstantes quibus laudibus celebrandi.	100.1
Pænitentia veritatem carnis manifestat.	211.2	Principes in diuinis literis Apostoli appellantur.	102.2
Pænitentia cor preparatur.	148.2	Principes quare habeant multos assentatores.	105.1
Pænitentia remedium salutare ad funestum flagitiorum telum ex cordibus expellendum.	148.2	Principem non decet vitam otiosam sine labore & sollicitudine traducere.	109.2
Pænitentia est secunda tabula post naufragium.	148.2	Principum munus erga virtutem.	101.1
Pænitentiæ lacrymæ quantum prosint.	163.1	Principum facta studiosè plerique imitantur. Ex Cicer.	
Pænitentiam esse agendam, ostenditur ex locis sacra scriptura.	149.1	101.1	
ad Pænitentiam agendam quæ sufficiant.	149.1	Principum voluntate nihil mutabilis.	30.1
Pomarium locus arboribus pomiferis consitus.	205.1	Principum vitia reprehenduntur.	58.1
Pompeij & Iulie matrimonium amicitiam inter parentes non potuit conciliare.	46.1	Procopij opinio de terra situ.	21.1
Pontifices summi in creatione nomina noua suscipere			

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Proditores ac homicida quo misero exitu dies finiant.			
177.2			
Promissorum fides.	10.1		
Promissa victoria non debent fieri à Principibus aut magnatibus absque matura deliberatione.	172.2		
Promissis standum.	107.1		
Promissionis terra cur sic dicta.	142.2. in fin.		
P-eri tres in fornace illasi.	66.1.2. & 67.1.2		
Propheta veri qui sint.	162.1		
Propheta olim videntes appellabantur.	220.2		
Propheta spiritus non semper mentes diuinorum vatum illustrat.	191.1		
Propheta à spiritu sancto intelligentia diuinorum vatum communicata.	228.2		
Propheta est donum Dei.	162.2		
Propheta & visio idem.	157.2		
Propheta.] Etsi habuero omnem prophetiam charitatem autem non habuero, nihil sum: Locus D. Pauli explanatur.	162.2		
Propheta munere qui preditus est, non concluditur vt sit in gratia gratum faciente constituens.	162.2		
Propositi perseverantia quantum commendetur.	17.1		
Prosopopeia qua figura.	76.1		
Prolepsis figura.	233.1		
Prospera quare Deus permittat aliquando vt impij succedant.	145.2		
Prosperitas mundi quot vitia generet.	17.1.1		
Prosperitas rerum periculosa.	90.1		
Prosperitas, vigilantis somnium.	45.1		
Prosperitati inuidere proprium hominum.	32.2		
Prosperitates quo pacto hominibus succedant.	51.1		
Providencia diuina per cathenam Homeri intelligitur.	237.2		
Prudentia per salem significatur.	89.1		
Psalmorum versionem qua videtur Ecclesia euertere nituntur heretici.	86.1		
Psalmorum versio cuius sit.	9.1		
Ptolemæus Philadelphus Aegyptum illustrauit.	172.2.		
septuaginta Interpretes pro transferendis Biblijs accersiuit.	172.2		
Ptolemæus filius Lagi Rex Aegypti.	172.2		
Publicanus in Euangelio cur laudetur, & Phariseus reprehendatur.	80.2		
Ptolemæus Evergetes R. x Aegypti.	172.2		
Ptolemæus Rex Aegypti.	172.1		
Ptolemæus Philopator Rex Aegypti.	172.2		
Ptolemæus Epiphanes Rex Aegypti.	172.2		
Ptolemæus Rex Persarum.	122.1		
Pueri tres quare incolumes in fornace seruari.	82.1		
Pueris iniectis in fornace, cur flamma non nocuerit.	71.2		
Pulchritudo eximia quàm periculosa.	197.2		
Pulchritudo donum naturæ.	197.2		
Punitio. Scrimina pro Deo punire non est crudelitas, sed pietas.	121.1		
Punitio Dei aliquando non differtur.	99.2		
Pugna antiquitus curribus falcatis fieri solebat.	235.1		
Purgatorij ignis vi lacrymarum extinguatur.	163.2		
Purpura ex quibus conficiatur.	235.1		
Pythagoras ceremonia, Deum videlicet circumacta corporis colendum esse.	59.2		
Pythagoras dicit, non esse cuiquam manum porrigendam.	6.1		
Pythagoras ait, stateram non transiliendam.	7.2		
Pythagoras immortalitatis animi acerrimus vindex.	25.1		
Pyth gora monile inuentum pro victorijs Romanorum.	35.1		
Pythagora opinio de animabus disparia genera beluarum assumentibus.	90.1		
Pythagora præceptum stateram, id est, æquitatem non esse transgrediendam.	106.1		
Pythagora opinio de anima.	8.1		
Pythagora præceptum neminem debere loqui faciem habentem aduersus Solem.	107.1		
Pythagora Philosophia, ac sapientia.	188.1		
Pythagoras dixit Deum esse spiritum.	59.1		
Q			
Quadragesimalia cur seruent Christiani.	212.2		
Quadragesimæ ieiunium Apostoli ex constitutione Christi constituerunt.	213.1		
Quadragesima observatio.	15.2		
Quadragesima ieiunium in Ecclesia Christi semper obseruatum.	213.2		
de Quadragesim. li ieiunio antiquum Ecclesia dogma.	15.2		
Quadragesimum ieiunium non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum.	214.1		
Quaternarius numerus honorabilis est.	77.1		
Quies nimia parit otium.	147.1		
in Quiete animi quot bona contineantur.	147.1		
Qui s otiosa sepulchrum hominis viuus à Seneca appellatur.	91.1		
Quies non omnis laudabilis est, ea enim vituperatur, que pro nimio otio accipitur.	91.1		
Quietum nemo impunè laceffet, insigne Francisci Sfortij.	117.2		
R			
Rabbi Cabadias legem veterem transtulit literis Arabicis.	162.1		
Rabbini Iudeorum farentur antiquos scribas, quos appellabant Sephrim, nonnulla in diuinis literis mutasse.	197.1		
Recreatio, & deambulatio ad corpus reficiendum & sustentandum licita.	199.2		
Redemptionis humana mysterium quàm excelsum.	190.2		
Regna hominum fluxa & caduca sunt.	85.2		
Regna mundi in quatuor ventos distributa.	171.2		
Regni pernicijs ex somno & desidia consiliariorum, & rectorum dimanat.	148.1		
Regna mundi quatuor.	43.2		
Religio à religando dicitur. 81.1. vel à relegendo Deum.	81.1		
ibid.			
Religio tunc versatur in animis nostris, cum rebus diuinis operam damus.	81.1		
Religiosus vir rubo ardenti Moysi comparatur.	37.1		
Religiosi qui appellantur.	81.1		
ad Religionis cultum potius Deus respicit, quàm ad statem.	18.2		
Remedium humanum vbi deest, solet accurrere diuinum.	40.2		
Rex pastor populorum ab Homero.	10.2		
Rex Leo & Aquila vocatur, in bonam partem.	119.2		
Rex per clypeum significatur.	107.2		
Rex indignus cum moneta leuiore comparatur, que non est ponderis.	106.1		
Rex debet omnibus consulere, omnesque audire.	234.2		
Rex est seruus publicus. Ex Petr. archa.	234.2		
Rex existimet Rempublicam non esse suam, sed seipsum reipublica. Ex Seneca.	234.2		
Regis proprium veritatem seruare.	107.1		
Regis			

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

Regis officium erga populum.	234.1	201.1
Regem omnium esse morem dicebat Pyndarus.	101.2	203.1
Reges sapientum consilio indigent.	94.1	Sacerdotio non fungebantur, nisi qui illud a Gentilibus
Reges Tyranni olem vocabantur ob fortitudinem.	8.2	Iudea gubernaculum obtinentibus emebant.
Reges sapientia vacui gladij sunt, qui R. impub. imerficiunt.	234.2	Sacramentum Eucharistia sacramentis veteris legis praestantius.
Reges Decem in fine mundi Romanum Imperium diuident.	122.2	Sacramenti Eucharistia vis mirabilis.
de Regibus decem in fine mundi venturis Sybilla ratiocinium.	122.2	Sacrificium vespertinum quando fiebat.
Reges & Principes non debent facile consiliarijs credere,	111.1	Sacrificium. ] Hebraei quando sacrificabant res solidas, ponebant eas in altari: quando vero aquam & res liquidas fundebant.
Reges circandi mos antiquorum.	31.2	Sacrificia legis cessarunt mortuo Christo.
Reges orientis, qui a Philosophis Magi vocabantur.	19.2	Sacrificia veteris legis ex opere operato conferebant.
Regibus quam necessaria clementia.	31.2	224.2
Regibus quam sit utilis benignitas.	10.1	Sacrificia veteris Legis solum Hierosolyma fiebant.
Regia potestas in quot partes diuidenda.	109.1	69.1
Respub. laesae fiunt, cum contemptis senibus, iuuenibus traduntur.	198.2	Sacrificare verbo facere dicit scriptura.
Respub. beatas fore cum philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur, dicebat Plato.	234.2	Salamandra constantia symbolum.
Respub. felicitas ex Platone.	109.2	per Salem perpetuitas significatur.
Respublica flor. nitissima a prudentibus & maturis viris restituta.	94.2	per Salem prudentia significatur.
Respub. administratione quam apta & idonea sit senectus.	198.2	Sambuca quid.
Respondere, idem quod loqui, Hebraismus.	40.1.2	Samson ex tribu Dan.
Rempub. non debet quis gubernandam suscipere, nisi sit prudentia praeditus.	121.2	Sancti viri a sceleratorum consortio separantur.
ad Rempub. quis idoneus, Ex Platone.	198.2	Sanctum-sanctorum caelestis beatitudinis imago.
Rempub. Marius Maximus meliorem assererat, in qua nec Princeps improbus esset, quam in qua Principis amici essent sceleribus imbuti.	94.2	Sanctos qua veneratione & honore prosequamur.
Resurrectio Christi, a Dauide, hoc versiculo, praedicta, Filius meus es tu, ego hodie genui te.	46.2	82.2
Resurrectio omnium asseritur.	187.1	Sandala qua sint.
Resurrectionis carnis locus apertus qua in aue Phoenice adumbratur.	195	Sanguis pro vltione acceptum.
in Resurrectione futuros esse pro diuersis meritis diuersos splendores.	187.2	Sanguis pro cade & homicidio sumitur.
Resurrectionem mortuorum, non solum fideles, sed etiam Turca & Sarraceni profitentur.	187.1	241. 1. pro idolorum victimis.
Reuelationes solita fieri per Angelos.	35.2	Sanguis quot modis accipitur.
Ridere moderate cum opus est, esse licitum.	211.2	Sanguinis momine propagatio notatur.
Roma Regnum capit a fratriicidio.	46.1	Sanguinum viri qui dicantur.
Roma nobilior quam olim, propter summi Pontificis assistentiam.	46.1	Sapientia solida in diuinis literis cum vera humilitate quaerenda.
Romani quibus caremoniis in funeribus utebantur,	24.2	Sapientia maximarum virtutum fundamentum.
Romani leges de sumptibus in conuiujs minuendis,	15.1	Sapientia omnis a Domino Deo est.
Romani exactis Regibus Rempub. per viros sapientia praestantes constituerunt.	95.2	Sapientia Dei abscondita in mysterio est Christus Iesus.
Romani Imperij feritas tempore Neronis & aliorum quorundam Imperatorum.	122.2	190.2
Romani victores monie quoddam cordis habens effigiem gestabant, aduersus inuidiam.	35.1	Sapientia in diuinis literis per aquam designatur.
Romanum Imperium ante mundi finem euertetur.	126.1	188.1
Romanum imperium initio ferreum, postea luteum.	44.1	Sapientia vera affert tranquillitatem animi.
Romulus vrbe condita centum Consiliarios instituit,	94.2	Sapientia iusti est cum bonis operibus coniuncta.
		Sapientia vera ex multis bonorum doctrinarum praecipis colligitur, & conflatur.
		Sapientia vera effectus.
		Sapientia inepta est infinitorum scelerum basis.
		Sapiens solus liber.
		Saraballa indumenti genus.
		Sardanapalus Assyriorum Rex in peram desperatione ductus se conecit.
		Sara nomine nouum testamentum, lex gratia intelligitur.
		Sarreca prouincia Arabia.
		Sarraceni qui vocabantur. 124. 1 a Sarraca prouincia Arabia.
		Satrapa regni qui sint.
		Saturnus motu tardissimo voluitur, Principibus exemplum esse debet.
		Schale Iacob explicatio.
		Schale Iacob significatio.
		Scala Iacob in Caluaria monte apparuit. 182.2 Christi
		Crucis signa.
		Scientia non sat est ornari, sed opus est iuxta illum cursum vita dirigere.
		Scientia ] homo sine scientia confertur cum stagno sine aqua.
		ex scientia seculari amputanda noxia & superuacanea.
		18.2
		Scientia impio nihil prodest nisi ad infelicitatem.
		Tom. iij. 33 4
Sacerdos magnus quibus nominibus significatus.	62.2	
Sacerdotes ob dignitatis altitudinem montes appellantur.	86.2	
Sacerdotes qui nominentur.	80	
Sacerdotes ob morum grauitatem presbyteri dicuntur.		



In Daniel. & Nahum, Index rerum.

suum intelligendam.	192.1	Sol visibilis i mago est evidens diuina bonitatis.	77.1
Scientia, impij quomodo abutantur.	192.1	Sol & luna quare creata.	77.1
Scientia diuina effectus.	18.1	Sol Dei Hieroglyphicum.	77.1
Scientiam Exterorum licere viris pijs discere, exemplo Danielis.	18.1	Sol oculus mundi, iucunditas diei, cœli pulchritudo, natura gratia, præstantia creatura.	77.1
Scipio Africanus in Exilium pulsus.	34.1	Solis cœlum.	76.1
Scipionis Africani verba de vita, qua mors dicitur.	26.1	Sol cum sponso comparatur. 77.1. & cum gygante.	ibid.
Sceptrum aureum clementiam designat, ferreum verb, seueritatem.	121.1	Solis effectus quales.	77.1
Sceptrum regnum cum capite Ciconiæ Aegyptij habebant. 31.2. & in imo pede hyppopotami.	ibid.	Solo cur quadrigas iungebant antiqui.	77.1
Sceptrum non auferetur de Iuda, & Dux de fœmore eius. 161.2.	ibid.	Smegma liquor aromaticus, quo fœmina vngere corpus solebant.	200.1
per Scorpionis signum asperitas immoderata intelligebatur.	106.1	Spes eorum qui mundo fidunt, inanis & fallax.	171.2
Sceptrum Regni Hieroglyphicum.	161.2	Sphinx q̄ ale monstrum. 188.2. cuius figura erat in anulo Augusti Caesaris.	ibid.
Scriptura sacra quo indicto, attentione, & modestia legenda.	18.1	Sphynges quare pingebantur ab Aegyptijs.	188.2
Seculum pro aternitate.	72.1	Spiritus Dei qui appelletur.	77.2
Seleucus Syria & Babylonie rex.	172.1	Spiritus sanctus Apostolis hora tertia datus. 111.2. ideo hac hora Ecclesia orat.	ibid.
Seleucus Rex Syria.	172.2	Spiritus sanctus consolator dicitur.	220.2
Seleucus Rex Persarum.	122.1	Spiritus sanctus, spiritus principalis appellatur.	28.2
Seleucus Ceraunus Rex Syria.	172.2	Spiritus sancti septem donorum adumbratio.	50.1
Seleucus Philopator Rex Syria.	172.2	Spiritus pro spiritu sancto.	28.1
Seleucus 11. Rex Syria.	172.2	Spiritus pro vera & spiritali intelligentia.	29.1
Sergius 11. Papa primus nomen mutauit.	12.1	Spiritus mens, quæ homo intelligit, anima quæ viuunt.	108.1
Senes falsi testes Susanna illos effi, de quibus ait Ieremias fecerunt stultitiam in Israel: & mœchati sunt in vxores amicorum suorum.	204.1	Spiritus pro angelo.	28.2
Senes honorandi & in magistratibus ac dignitatibus constituendi.	193.2	Spiritus pro vanitate, insolentia, & elatione.	28.1
Senes impij falsi testes Susanna lapidibus obruti. 197.1. aut combusti, iuxta Ieremiam.	ibid.	Spiritus pro damone.	28.2
Seniores v̄ ginti quatuor Apocalypsis, quid significabāt.	189.1	Sputum ieiunij hominis occidit serpentem.	15.1
Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata.	198.2	Stare verbum quibus modis vsurpetur.	9.1
Senectus vberes pulchrosque fructus in homine producit.	198.2	Stare super pedes qui.	120.2
Senectus apta reipub. administrationi.	198.2	Statera iudicium denotat.	106.2
Senectus qua potissimum laudatur, est vita pura, integra, inuoluta, & virtutibus munita.	198.2	Statera symbolum æquitatis & iusticia.	106.1
Senectus portus malorum.	193.2	Statera iustior est, Proverbium.	106.1
Senectus hyemi comparatur.	198.2	Stateram ne transgrediare, hoc est, iustitiam. 106.1. Pythagore præceptum.	ibid.
Seneca Cordubensis inuidia exul.	33.1	Stella in cœlo varietates sunt fabri sapientis. Ex Eurip.	74.1
Senarius numerus apud Hebræos per literam vau designatur, quæ litera coniunctionem significat, & amorem.	171.1	Stellarum fixarum cœlum.	76.1
Senatus Romanorum sic dictus, quod esset ex senibus.	198.2	Stellas esse rationis participes ait Philo Iudæus.	75.2
Seruos manumittendi mos.	12.1	Stoici negant fugam cadere in virum sapientem.	236.1
Septuaginta interpretum concordia.	31.2	Struthio camelus pennas habet, sed non volat hominibus docto impio similis.	188.2
Septuaginta interpretes à Ptolomeo Philadelpho accersiti.	172.2	Sulamithis, idem quod pacifica.	113.2
Serpens ancus hora sexta erectus, ideo hora sexta orabat. Iudæi.	111.2	Superbus cadit humilis autem non habet vnde cadat.	104.2
Serpens prudentem denotat.	89.1	Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.	104.2
Seuerus Imperator vnam sibi præparauit, in qua mortuus sepeliretur.	138.1	Superbi in quor calamitates incidant.	91.1
Simandij Regis Aegypti sepulchrum, in quo erant statuæ iudicum. 107.1. eius rei significatio.	ibid.	Superbi & insolentes homines propensi ad iniuriam in alios inferendam.	142.1
Sina mons coniunctus cum Hierosolyma.	178.1	Superbi quo pacto castigantur.	96.1
Sigillo quo utebantur antiqui.	115.2	Superbi vanitatibus delectantur.	100.1
Socrates ad abstinentiam hortatur.	14.2	Superborum conatus quantum confringat Deus.	28.1
Socratis morientis constantia.	25.1	Superbia hominum & arrogantia appositissimis similitudinibus demonstratur.	233.2
Socrates vnum Deum affirmabat. 59.1. quapropter mortuus.	ibid.	Superbia quorundam obiurgatur.	54.1
Socrates admirabilis immortalis anima defensor.	25.2	Superbia vitiorum fundamentum.	224.2
		Superbia proprium turgescere, & sursum in aërem extolli.	250.1
		Susa turris quam Daniel edificauit, secundum quosdam.	132.1
		Susanna idem quod lilium & rosa.	204.2
		Susanna vtraque pulchritudine prædita, corporis & animi.	197.2
		Susanna historia contigit regnante Nabuchodonosore.	207.2
		Susanna fortitudo honestas & constantia.	200.2
		Sybilla carmina de Deo.	59.1
		Susanna	

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

*Susanna constantior Lucretia.* 201.1  
*Syluester summus Pontifex ostendit Imperatori Constantino Imagines Petri & Pauli, quos ipse viderat in somnijs.* 84.1  
*Symbolum pietatis.* 121.2  
*Symphonia quid.* 57.1  
*Synagoga Iudeorum Princeps Michael.* 141.2  
*Syrenarum cantus periculosus.* 18.1

T

*Tamburlanus, (sive vt alij dicunt) Ramorlanus, dicebat se esse iram Dei.* 242.2  
*Tantali in medio vnderum sitientis, significatio.* 228.1  
*Telephorus Papa ieiunium nouum non constituit, sed antiquum approbavit.* 213.2  
*Temperantia sapientie fundamentum.* 15.1  
*Templum pro quibus sumatur in sacra scriptura.* 240.2  
*Templū Dei in sacra scriptura appellatur locus sanctificationis, sanctum sanctuarium, domus Dei, torcular, domus orationis, Ariel, atria Domini, adificium domus Domini.* 139.1  
*Tempus certā veritatem prodit, quodque latet in obscuro, enarrat.* 152.1  
*Tempus redimere, quid.* 30.2  
*Tempora historias distinguunt.* 20.1  
*Tenebræ pro flagitijs sumuntur.* 227.1  
*Tentatio quid.* 219.1. *Eraclio lapidi comparatur.* *ibidem.*  
*Teramenis venenum bibentis aduersitas in morte.* 25.2  
*Terra infimum elementum.* 78.1. *pro quibus sumatur.* *ibidem.*  
*Terra secundum latitudinem in septem partes, diuisa, quæ climata appellantur.* 87.2. *Mathematici vero nostri temporis in nouem climata diuidunt.* 87.2  
*Terram super aquas in medio mundi sitam arbitratus est Procopius.* 22.1  
*Testamentum nouum derogauit vetus.* 158.2  
*Testamentum est testatio mentis, & vltima ac suprema morientis voluntas, in qui heredes constituuntur.* 177.2  
*Testamentum nouum Christi morte confirmatum.* 178.1 *aternum appellatur.* *ibidem.*  
*Testamenti noui, ac veteris discrimen.* 178.1  
*Testis verus similis vitro puro, & speculo nitido.* 202.1  
*Testes graues & integri in iudicio requiruntur.* 202.1  
*Testes falsos solet Deus graui supplicio afficere.* 202.1  
*Testes de circumstantijs interrogandi, vt veritas clucescat.* 203.2  
*Testimonium falsum Deus prohibet, illud presertim quod est iureiurando confirmatum.* 202.1  
*Thales Milesius asseruit Deum esse mentem.* 59.1  
*Thales Milesius immortalitatis animi acerrimus vindex.* 25.1  
*Thalestra Amazonum Regina.* 172.1  
*Thau, litera vltima in Hebraico Alphabeto finem & interitum designat.* 212.1  
*Themistocles Philosophus ab Atheniensibus in exilium actus.* 33.1  
*Theodosi & Valentis Imperatorum edictum ne quis sculperet aut pingeret Crucem humi.* 85.1  
*Theos Rex Syrie.* 172.2

*Thesaurus in turribus solent Reges recondere.* 91.1  
*Thesauri olim in turribus reponerantur.* 8.1  
*Thronus pro quibus sumatur.* 72.2  
*Throni qui dicantur.* 124.2  
*Thronus regis est symbolum.* 16.2  
*Tiara genus pilei.* 64.1  
*Timor mundanus qualis.* 70.1. *alius seruilis.* *ibidem.* *ursus filialis, qui diuidit in initialem & perfectum.* *ibidem.*  
*Timor quàm vtilitatem afferat.* 198.1  
*Timor mundanus quid secum detrimenti afferat.* 115.2  
*Timor quod duplex, & quando bonus, quando malus.* 198.1  
*Timor castus quis.* 197.2  
*Timor bonus quàm Deo sit debitus.* 70.2  
*Titus Vespasiani numisma cum Delphino anchora inuoluto.* 16.1  
*Titulus Crucis Christi.* 47.1. *visitur Roma.* *ibidem.*  
*Titulus Crucis Christi cur non ad pedes sicut ad caput appositus.* 49.1  
*Titulus crucis Christi.* 176.1. *cuius vmbra fuit ille quem Iacob erexit, cum vet in Mesopotamiam.* *ibidem.*  
*Tobias exemplar parentum in filios.* 198.1  
*Tobia felle oculis imposito calamitas significatur, quæ mentis oculi illustrantur.* 96.2  
*Tradere pro permittere vsurpatur.* 5.2  
*Translatores noui sacre scriptura non sunt audiendi.* 130.2  
*Trieris genus nauis.* 178.2. *que ab alijs Triremis.* *ibidem.*  
*Trinitas in psalmographi versu, verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* 217.1  
*Trinitas.] Filius de patre absque vllius creationis accessu, mons abscissus sine manibus.* 50.1  
*Trinitatis testimonia ex nouo testamento.* 217.2  
*Trinitatis sacramentum in nomine Dei Iehouah adumbratum.* 243.1  
*Trinitatis mysterium in quibusdam sacra Scriptura locis indicatum.* 216.2. & 217.1.2  
*Trinitatis persona.* 124.2  
*Tubarum duarum Moysis explicatio.* 57.1  
*Tiberij Cesaris statua.* 160.1  
*Tygris fluuius vnus ex quatuor paradysi terrestis.* 164.1. *ob velocitatem ita vocatur.* *ibidem.*  
*Tyrannus disperfor,* 232.1  
*Tyrannus venatoris nomine intelligitur.* 3.1  
*Tyrannus gladio quo alio, interficere volebat interfectus.* 216.2  
*Tyranni qui dicebantur.* 56.2  
*Tyrannorum nomen Regibus antiquis impositum.* 8.2  
*Tyrannorum nomine significantur etiam exario prefetti.* 56.2  
*Tyrannorum nomine qui intelligantur.* 8.2  
*Tyrannos vtiles esse, quorum immanitate piorum patientia exercetur.* 71.2

V

*Valetudo corporis & summa salus periculosa, iuxta Hippocratis sententiam.* 90.1  
*Vanitas nimia homines excludit à regno cælorum.* 237.2  
*Vaticinatio assumptio appellatur duplici ratione.* 224.1  
*Vaticinationes comminatoria non semper implentur.* 95.1  
*Vaticinari possunt improbi.* 162.2. *quod exemplis ostenditur.* *ibidem.*  
*Venefici qui.* 24.2  
*Vene*

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

<i>Venenata animalia cur Deus creavit.</i>	249.2	<i>Virga duplex.</i>	210.1
<i>Ventus nonnunquam pro varietate &amp; inconstantia dogmatum vanorum hominum usurpatur.</i>	171.2	<i>Virga quot modis sumatur à sacra Scriptura.</i>	210.2
<i>Ventus pro tentatione accipitur. 171.2. pro calamitate. ibid.</i>		<i>per Virginis signum, pietas nimia denotabatur.</i>	106.1
<i>in Ventum abire quid sit.</i>	171.2	<i>Virgilius vocat Deum spiritum creatorem &amp; mentem.</i>	59.1
<i>Veneris cælum.</i>	76.1	<i>Virtus pro exercitu Angelorum nonnunquam sumitur.</i>	98.2
<i>Verbum propriè est interior mentis conceptus, &amp; prolata intus notitia.</i>	206.2	<i>Virtus in tempestate quieta est, &amp; lucet in tenebris, pulsaque loco manet tamen atque heret in patria, floretque per se semper, nec alienis nunquam maculis obsolescit.</i>	19.2
<i>Verbum rerum omnium creatarum principum.</i>	206.2	<i>Virtus vera, quæ sit.</i>	8.1
<i>Verbum Dei non satis est audire, sed oportet illud exsequi.</i>	61.1	<i>Virtus afflictione agitata propagatur.</i>	202.1
<i>Verbum pro quibus accipitur.</i>	162.1	<i>Virtus à Philosophis commendata.</i>	8.1
<i>Verbi mysticus sensus, variaque interpretatio iuxta Doctorum opiniones.</i>	206.1	<i>Virtutis simulatores damnantur.</i>	177.2
<i>Veritas triumphat de tempore omnino mendacio inimica.</i>	152.1	<i>Virtute pradii soli sunt diuites.</i>	11.1
<i>Veritas.] obsequium amicos veritas odium parit. Ex Terentio.</i>	152.1	<i>Virtutes quinque potissimum requiruntur, vt boni à malis secerni possint.</i>	154.2
<i>Veritas nonnunquam pro sincera bonitate. 67.2. item pro iustitia &amp; equitate, quæ in suum cuique tribuendo consistit.</i>	ibid.	<i>Virtutes cælorum quæ sint.</i>	76.2
<i>Veritas.] Tantus in re sit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. Ex D. Hieron. præclara sententia.</i>	107	<i>Visio &amp; prophetia pro eodem accipiuntur.</i>	157.2
<i>Veritas pro iustitia quandoque accipitur. 140. 1. &amp; de qua iustitia intelligatur.</i>	ibid.	<i>Visio diuinam vaticinationem significat.</i>	123.2
<i>Veritas non operibus solis duntaxat, sed verbis etiam tribuitur.</i>	67.1	<i>Visiones in somnijs quomodo fiant.</i>	87.1
<i>Veritas præcepto &amp; præclaro dicto Philosophi Pythagoræ commendatur.</i>	107.1	<i>Vita &amp; spiritus utilitatis per flatum intelligitur.</i>	105.1
<i>Veritas temporis omnia aperientis mortalibusque manifestantis filia.</i>	152.1	<i>Vita hominum cum umbra comparatur.</i>	137.2
<i>Veritas lux omnibus tenebris &amp; caliginosissimis obscuritatibus resistens.</i>	152.1	<i>Vita nostra semper ad mortem festinat.</i>	243.1
<i>Veritas quo pacto depingebatur à veteribus. 107. 1. huius rei significatio.</i>	ibid.	<i>Vita priscorum Patrum longissima.</i>	151.1
<i>Veritatis quanta vis.</i>	107.1	<i>Vita humana quantum durat.</i>	3.2
<i>Veritatis obliuio detestabilis &amp; execrabilis.</i>	54.1	<i>Vita eorum qui iustitiam colunt, quæ in imitatione Christi consistit, quam sit secura.</i>	247.2
<i>Veritatis nomine iustitia significatur.</i>	226.2	<i>Vita nostra somnium.</i>	45.2
<i>à Veritate non debemus deterreri, licet pro ea in multas calamitates incidamus.</i>	107.1	<i>Vita nostra nihil aliud quam fuga.</i>	21.1
<i>in Veritatem aspernentes.</i>	152.1	<i>Vita hominis debet fulciri &amp; sustentari, virtutū aëtionibus.</i>	133.1
<i>Veritatis quanta vis &amp; præstantia.</i>	152.1	<i>Vita nostra quæ sit.</i>	150.2
<i>Veracis hominis &amp; mendacis quantum discrimen. 241.2</i>		<i>Vita nostra appellatur militia.</i>	143.1
<i>Vesperum aliquando intelligitur per crepusculum. 141. 1</i>		<i>Vita imbecillitas.</i>	138.1
<i>Via arcta quæ ducit ad vitam, quæ constantia perficitur.</i>	17.2	<i>Vita mundi breuitas.</i>	65.2
<i>Victoria imago cum alis, dextera tenentis pomum punicum sinistra verò galeam.</i>	206.1	<i>Vitam pro religione &amp; Christi fide, si opus sit tenemur effundere.</i>	26.1
<i>à Victorie simulachro cur Athenienses alas abstulerunt.</i>	206.1	<i>Vitam nostram Deo tribuere debemus, vt illum auo sempiterno possideamus.</i>	200.2
<i>Videre pro cognoscere, &amp; intelligere.</i>	123.1	<i>Vlysses ad cantus Syrenarum aures obstruxit.</i>	18.1
<i>Vigilie quantoperè requirantur pastoribus &amp; rectoribus.</i>	248.2	<i>Vnguentum aromaticum quo scæmina vagere corpus solebant.</i>	200.1
<i>Vigilantia per Leonem significata ab Ægyptijs.</i>	248.2	<i>Vnguentarios ex vrbe Lacædemonij expulerunt.</i>	246.1
<i>Vigilare aliquando accipitur pro accelerare.</i>	152.1	<i>eosque Solon legibus prohibuit.</i>	ibid.
<i>Vigilandum nobis est.</i>	248.1	<i>Veritas Symbolum amoris, &amp; mutue charitatis imago.</i>	60.1
<i>Vigilare qui magis debeant.</i>	248.1	<i>ab Unitate ita numeri egrediuntur, vt in eam reuocentur.</i>	60.1
<i>Vir interdum hominem fortem, magnique animi significat.</i>	64.1	<i>Voluntas propria omnium flagitiorum radix.</i>	250.1
<i>Viri illustres exules facti per inuidiam.</i>	35.1	<i>Voluntas propria dimittenda.</i>	250.1
<i>Viriliter agere quid sit.</i>	64.1	<i>Voluptas corporis capitalior pestis.</i>	8.1
<i>Viri religiosi &amp; præstantes afflictionibus ad vitam æternam ducuntur.</i>	5.1	<i>Voluptatis mala.</i>	15.1
<i>Virga ferrea severitatem denotat, virga aurea clementiam.</i>	210.1	<i>Voluptates pestilentes &amp; inanes diuitiæ mendacia appellantur.</i>	45.1
<i>Virga quæ fuerit concessa Apostolis.</i>	210.1	<i>Voluptatibus dediti homines delicijs delectantur.</i>	100.1
<i>Virga pro potestate sumitur.</i>	228.2	<i>Vorum cum à Deo acceptatum est legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris.</i>	231.2
		<i>Vox pro quibus sumatur.</i>	64.2
		<i>Vrbes ad ditionem inuitatas minis ac execrationibus terrendi modus Assyriorum.</i>	238.2
		<i>Vrbes munitæ, vasa munitiois.</i>	7.1
		<i>Vrsus quale animal.</i>	120.2
		<i>Vrsorum filios Eliseum iridentium, explanatio.</i>	120.2
		<i>per Vrsos principes significantur.</i>	120.2
			Xeno-

In Daniel. & Nahum, Index rerum.

	X			
<i>Xenocrates animam numerum esse dixit.</i>	8.1	<i>Zeno dicebat civium honestum amorem civitatem con-</i>		
<i>Xiphilini praeceptum de Repub. administranda senibus,</i>		<i>servare.</i>	242.1	
<i>rerum experientia praestantibus tribuenda.</i>	193.2	<i>Zeno animam putat esse ignem.</i>	8.1	
		<i>Zenonis patria:</i>	183.2. in fin.	
		<i>Zeno Deum vniuersitatis opificem verbum nominavit.</i>	106.2	
		<i>Zephirus ventus.</i>	72.1	
		<i>Zoroaster pater Ariolorum. 24.2. primus Astrologiam</i>		
		<i>ad demonum communicationem deriuavit.</i>	ibid.	
		<i>Zuinglius hereticus.</i>	126.1	
	Z	<i>Zambrus Regem suum vita priuauit. 177.2. sed postea</i>		
<i>Zoroaster Bactrianorum Rex solus inter mortales vbi</i>		<i>seipsum in ignem praecipitavit.</i>	ibid.	
<i>natus est. statim risit.</i>	24.2			
<i>Zelotes quid.</i>	221.1			

FINIS.



